Mythographi Latini. C. Jul. Hyginus. Fab. Planciades Fulgentius. Lactantius Placidus. Albricus Philosophus / Thomas Munckerus omnes ex libris MSS. partim, partim conjecturis verisimilibus emendavit, et commentariis perpetuis, qui instar bibliothecae historiae fabularis esse possint, instruxit. Praemissa est dissertatio de auctore, stylo et aetate mythologiae, quae C. Jul. Hygini Aug. Libertii monen praefert.

Contributors

Munckerus, Thomas, -1652.
Hyginus, C. Julius.
Fulgentius, Fabius Planciades.
Lactantius Placidus.
Albricus, philosophus, active 13th century.

Publication/Creation

Amstelodami : Ex officina viduae Joannis à Someren, 1681.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/pskhc2x7

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

MYTHOGRAPHI
Latini
I. MUNCKERI







37996/R
O xx R
17/

~~25/-~~ 12/-

Hunc Librum sibi
comparabat

Anton: Helt

Const. L2:6.

a° 1685
Mens Mart.

Et mihi Constat


L 2 ass. 11 -

P. 3802.

2 — 59 — .



Amstelodami, apud Viduam Ioannis à Someren. 1681.



77685

MYTHOGRAPHI LATINI.

C. JUL. HYGINUS.

FAB. PLANCIADES FULGENTIUS.

LACTANTIUS PLACIDUS.

ALBRICUS PHILOSOPHUS.

Thomas Munckerus omnes ex libris MSS. partim, partim conjecturis verisimilibus emendavit, & commentariis perpetuis, qui instar bibliothecæ historiæ fabularis esse possint, instruxit.

Præmissa est dissertatio de auctore, stylo, & ætate Mythologiæ, quæ C. Jul. Hygini Aug. Liberti nomen præfert.



AMSTELODAMI
Ex Officina viduæ JOANNIS à SOMEREN
A. C. CIↃ IↃC LXXXI.

Isidorus Orig. Lib. xv. cap. 1.

Nec historicos, nec commentatores varia dicentes imperitè condemnare debemus, quia antiquitas ipsa creavit errorem.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

CUm Vertumnum jam & Ianum, ut cum Lyrico illo Venusino ita loquar, spectarent Mythographi mei, erant ex amicis nonnulli, qui persuadere mihi, ut vel literato alicui Principi eos, vel viro certè, qui auctoritate in Gallis aut Britannis polleret non vulgari, oblatum irem, modis omnibus conarentur: multo enim pluris apud illos populos, quam in Batavià nostrà hæc fieri studia, adeo ut dubitare nullus possem, quin multo gratissimum futurum esset munus meum; adhoc spem esse non exiguam, fore ut caput referrem haud paullo inde unctius. Homines quidem illos longè mihi amicissimos certo scio, quicquid dixerint, id omne optimo dixisse animo, & ex affectu perquam benevolo. Verum enimvero, ut dicam simpliciter quod res est, spe argentariâ qui ducere me sperat, is multum fallitur, quod cum major mihi semper animus pecuniâ fuit, tum & vestrâ benignitate ea nunc est fortuna mea, ut caussam inveniam nullam cur invidere, id quod præfiscini dixerim, cuiquam debeam. Quod si autem quis me

roget (nam rogare quid non audeat invida curiosítas?) quo tandem merito meo favorem eum vestrum nactus fuerim, respondebo illi paucis & ore libero, neminem posse cogi ut felicitatis suæ reddat rationem. Cæterum de majori literarum apud exteros pretio quod ajebant, id etsi movit aliquantulum animum, efficere tamen tantum apud me neutiquam potuit, ut, quod vobis religiosè voveram, immo & debebatur, cum quicquid ego possim, id omne vestrum sit, intercipi temerè ab aliis sinerem. Ne dicam jam, & vos nosse quid lupinis æra distent, nec repertum iri quenquam, à quo vel vestra ipsorum, vel municipum vestrorum in æstimandâ eruditione accusari jure merito malignitas queat. Ut enim præ aliis vicinorum permulti hoc in oppido insigniter quà divitiis luculentis, quà generis splendore ac antiquitate excellunt, ita & fuere semper & adhuc sunt, qui literarum cultu & peritiâ vix cuiquam concedant, humanitate vero & comitate, quæ doctrinæ liberalisque educationis comites esse individuæ solent, neminem non à tergo quam longissimè relinquant. Nihil do auribus ve-

stris,

ſtris, ſed ex animi mei ſententiâ homo ad nullam rem minus, quam ad adulationem, factus, affirmo id, quod toties apud alios prædicavi, per ipſos me annos ſexdecim tam vixiſſe libenter apud Delphos, ut interea temporis tam ambitum omnem, quam ambitores ignoraverim, immo votis omnibus ſedem hanc ſenectæ meæ optaverim. Verum ut res meas natas video, hoc eſt, corpuſculum mihi eſſe non valdè firmum, ſed cauſſarium, etſi non ſenecta forte, attamen oſſa heic mea, ſi propitiâ aure preces noſtras audierit ὁπανάγαθ@ Deus, ſedem ſuam habebunt. Anima ut redeat illuc, unde venit, Deo curæ erit, donec aliquando in ſtupendâ illâ πάντων ἀποκαταϛάσ{ corpore rurſus ſuo induta, cœleſte illud cum omni credentium populo in æternum canat τϱισάγιον. Vobis autem, DOMINI MEI, ſi dedecori nunquam ſcholæ veſtræ fui, ſed benè ſemper mereri de juventute ſtudui; vobis, inquam, juxta filium meum unicum, hic etiam qualiſcunque ingenii noſtri fœtus commendatus eſto, quo utrumque, ubi quid aliquando me fuerit, pro ſolitâ illâ benignitate veſtrâ à ſæculi hujus, quod

propemodum nihil novit, nisi meliores carpere, malitiâ & invidiâ defendatis. Interim sic vivere studeamus, ut vita nostra innocenter acta nec timeat ultimam necessitatem, nec optet. Quod supereſt, Deus immortalis, qui super nos nostra curat, omnia vobis, quæ pro bonis habentur, prosperè semper fluere faciat, & seram illam velit esse diem, quæ vos civitati huic invisura sit: cumque summus ille Imperator ex hac mortalis vitæ statione evocaverit, pares vobis Delphi habeant, quia nec meliores possunt, nec utiliores. Præter votum hoc nihil habeo, nisi animum tantum non Solduriorum in morem vobis dicatissimum.

Scribebam Delphis Bat. a. d. x. Calendas Januarias anni CIↃ IↃC LXXXI. qui feliciter vobis exoriatur & decurrat.

L E-

LECTORI BENEVOLO S. D.

SEptennium jam est, ex quo in Hygini fabulas, quas juventuti id temporis prælegebam, nescio quid notularum & animadversionum emisi, quæ adjectæ visuntur ad calcem editionis Schefferianæ. Verum nimisquam festinatæ eæ curæ quod nemini minus, quam mihi, placerent, cœpi ad incudem revocare id, quod minus exactum hactenus videbatur. Evolvi ergo quicquid antiquitatis Mythicæ exstare noveram, Scholiastas præsertim cum Latinorum, tum Græcorum poetarum, ex quibus ista Mythologiæ, quæ Hygini nomen præferunt, meo quidem judicio, magnam partem aut compilatæ sunt, aut conversæ. Quo successu id fecerim, quantumque inde non tantum mendorum ex Hygino sustulerim, sed & lucis omni historiæ fabulari fœneraverim, judicabunt illi, quibus livor oculos non fascinavit. Conscius certè mihi sum etsi jucundi quidem, attamen permagni laboris, quem in commentariis hisce conscribendis exantlavi, quos fabularum si appellavero bibliothecam, haud valdè ambitiosè fecero. Quamobrem indices etiam sic satis copiosos, in quibus quicquid notatu in illis occurreret, congererem, conficere in animo habebam. Verum cum per valetudinem, quæ per ipsum biennium nimis adversa mihi fuit, laborem suscipere tam tædiosum neutiquam potuerim, alterius uti operâ coactus sum, qui exspectationi tuæ ut satisfecerit multum vereor, certè meæ non satisfecit. Scriptum fabularum Hygini codicem in his oris non audivi ullum esse, nisi penes

Cl.

Cl. Berkelium, ſed mutilum eum, ut ajunt, iis omnibus capitibus, quæ & in vulgatis deſiderantur; adhoc infimæ etiam vetuſtatis, utpote circa ea ſcriptum tempora, quibus inventa ars typographica. Si credere famæ licet, emendaverat jam olim eaſdem fabulas ex Vett. libris, & Hamburgum, ut ibi publicarentur, miſerat Joannes Pricæus. Verum curis illis viri doctiſſimi quid factum ſit, aut unde libros iſtos antiquos nactus ille fuerit, ignorare me fateor juxta cum ignariſſimis omnium. Fuere etiam, qui perſuadere mihi voluerint Mucium de Berettis, Nobilem Placentinum, manuſcriptum Hyginiani Mythologici habere librum; immo ipſum ſcripſiſſe id ad neſcio quem in Batavis typographum. Vix crediderim, cum ad me quoque Mucius ille non ſemel cum de notis meis in Hyginum, tum de opere ſuo, quod de Origine Deorum & Heroum à ſe inſcribi ait, literas dederit, nec tamen unquam ullius ſcripti codicis vel minimam fecerit mentionem; immo rogatus, ut iſtiuſmodi librum alicunde mihi erueret, reſcripſerit: dum ego è contra Hygini ſcripta reperire conabor, ſi in hac Italiâ noſtrâ reperire ea fortuna mihi conceſſerit. *Sed quamvis nullo uti mihi licuit MS. abuſum me tamen operam non ſpero, dum Servium, Lactantium Placidum, Anonymum Germanici Interpretem, alioſque id genus ſcriptores cum Hygino contendi, & vel illos ex Hygino, vel Hyginum ex illis emaculare ſtudui. Quoties, & ubi Fabulæ iſtæ excuſæ ſint, ſcire haud multum refert. Sufficit ſi ſcias primitus Baſileæ unà cum aliis nonnullis ſcriptis Mythologicis anno* CIↃ IↃ XXXV. *publicatas eſſe à Jacobo Micyllo, qui eas nactus videtur*

tur ex bibliothecâ Frisingensi. Eam editionem sequuti sunt passim per Europam typographi, etiam ipse Commelinus, quem gratis audaciæ in novandis nonnullis absque necessitate accusat Cl. Schefferus. Nihil ille vir sibi juris sumsit, nisi in pauculis iisque perquam manifestis operarum erroribus corrigendis. Sed & de hoc, & de aliis non paucis longè, opinor, aliter judicaturus fuisset ὁ μανιαξίτης Schefferus, si ei plus otii nacto δευτέρας dare Φροντίδας licuisset.

In Astronomico Hygini recensendo usus sum excerptis quinque codicum MSS. quorum quatuor Ianus Vlitius, unum nescio quis vir eruditus cum editis contulerat, quem ideo literâ A. vel Anonymi vocabulo designavimus. Ea excerpta quam non contemnenda fuerint, quantumque eorum nomine debeamus Illustri Viro Nicolao Heinsio, ex cujus instructissimâ bibliothecâ ad me pervenere, judicabis ipse, mi lector. Exemplarium autem illorum, quibuscum Astronomicum commissum erat à Vlitio, tria Petavianæ fuere, Regiæ bibliothecæ apud Parisios quartum. Inter editiones, quas consului, præcipuæ sunt, Veneta anni M CCCC LXXXII. *& quam Coloniæ Agrippinæ anno* M IↃ XXXV. *emisit Soter, ex optimis codicibus emendasse se illud scriptum præfatus. Nec mentitus profecto est. Longè enim à tergo relinquit, quicquid editorum ante eum idem publicavit. Eam ergo editionem tantum non κατὰ πόδας secutum deprehendi Morellium anno* M IↃ LIX. *Sanctandreanam autem anno* M IↃ LXXXIX. *expressam ex Morellianâ. Adhoc hic illic non pauca ita video cum à Sotere, tum à Morellio repræsentari, ut ea in Novantiquis restitutum it Modius. Quid dicemus?*

Neu-

Neutram ex illis editionibus vidit Modius, an vi-sas à se dissimulavit? Illud affirmabit, qui candorem hominis noverit. Interim gaudeo me deprehendisse, unde orta sit illa tam felix sæpe, quam audax, tot locorum castigatio, quam in Sanctandreanâ concoquere non potest Cl. Schefferus. Nam ab Aldo, quem etiam anno M CCCC XCVII. *idem Astronomicon suis typis descripsisse ajunt, profectam eam non sit mihi verisimile, cum nunquam ejus operam in Hygino audiverim celebrari. Omnino à Morellio est: nam in officinâ Sanctandreanâ religiosè secutas esse operas textum Morellianum vel inde liquido apparet, quod recudere denuo mendas manifestas typographicas, quam immutare quicquam, maluerunt. Exempli gratiâ facere non possum quin unum alterum de isto genere proferam. Legitur sub finem Lib.* I. Efficit: media finem temperatum, *pro* efficit mediam finem *&c. Lib.* II. *cap.* 15. Vacuum omni alligationi futurum, *pro* omni alligatione, *Cap.* 18. Neque longè jam abesset, despiciens jam ad terram, *pro* despiciens ad terram. *Cap.* 34. Et de insulâ ejectus. Existimatur autem Lemnum, *pro* ejectus, existimatur Lemnum *&c. Lib.* III. *cap.* 9. In quadrato qua sella deformatur, in angulis, *pro* in quadrato, quo sella deformatur, una, in angulis *&c. Cap.* II. Inclinatus caput versus, *pro* inclinatur ad caput versus. *At in nullâ editione, nisi in Morellianâ & Sanctandreanâ cum hæc sphalmata, tum & alia nonnulla his non dissimilia deprehendes, ita ut Sanctandreanam, id quod dicebam modo, ex Morellianâ expressam, adhoc errare illos, qui vel à Scaligero eam, vel alio aliquo ex doctis, re-*

cen-

censitam velint, existimare debeamus. Venetam illam modo laudatam intra triennium, anno videlicet M CCCC LXXXV. *eadem in urbe repetiit idem ille, qui & priorem dederat, homo Germanus, Erhardus Ratholt: nec quicquam in eâ mutatum, ut nec in Parisiensi, quam Lud. Vives anno* M IↃ XXXVI. *procuravit, quanquam lucem jam anno* M IↃ XXXV. *vidisset Basileæ Hervagiana à Micyllo recensita, & nonnullis annotatiunculis in margine adjectis exornata. Micyllum secutus deinde, pauculis tantum, & quæ nullius ferme momenti essent, novatis, anno* M IↃ LXXVIII. *Jacobus Parantius, qui una cum Hygini fabularum libro, aliisque Mythographis, adjunctâ etiam Micylli præfatione, Lutetiæ Parisiorum Astronomicon hoc edidit: id quod & Lugduni anno* M IↃC VIII. *Joannes de Gabiano fecit, eadem illa, quæ Parisiensis ille Parantius dederat, recudens. Atque hujus editionis exemplum sequi in suo Hygino maluit Cl. Schefferus, quod ei Morellius & Commelinus temerè multa novasse viderentur. De Commelino antea vidimus. Quod ad Morellium attinet; iisse eum per vestigia Soteris dixi modo. Nec tam temerè, quam viro clarissimo visum est, multa à Morellio immutata esse licuit mihi* IV. *Codicum MSS. excerpta, quæ margini editionis Parantii illita erant, cum Morellianâ editione contendenti; adeo ut consilium, quo initio aliquam ex vetustioribus editionibus revocare statueram, abjecerim, cum perquam multa cum texto, quod Morellius dederat, convenire deprehenderem. Hoc textum ergo Morellianum, sive Soterianum est, heic tibi, ut cæteris multo castigatius, denuo exhibendum duximus. Nos nihil, vel parum ad-*

modum nobis permiſimus: certè nihil, niſi te ante admonito, immutavimus. Sed hæc hactenus. Unum illud doleo, quod tunc demum, cum jam prælo ſe ſubduxiſſet Hyginus meus, pervenerint in manus meas humaniſſimi doctiſſimique viri, Evaldi Rulæi, vett. membranæ, quæ Poetici Aſtronomici librum tertium & quartum, nec non partem majorem ſecundi continebant. Nam etſi manu eæ valde properante ſcriptæ ſunt, ex optimo tamen codice deſcriptas vel inde liquet, quod cum præcipuas lectiones Morellianorum & Vlitianorum codd. plerunque confirmant, tum & loca nonnulla vel deſperata hactenus feliciter ſanati reſtituant, vel malè affecta reddant meliora; tanquam cap. XV. *Lib.* II. *quod in illis primum eſt, cæteris injuriâ temporum, ut videtur, deperditis, pro iſtis,* Ejus filium patre fore laude clariorem, *membranæ venuſtius,* patriâ fore laude &c. *Pro iſtis,* ut & draconem, de quo ante diximus, interfectum diceret, *membranæ eædem,* ut aquilam, de quâ ante diximus, interfectam diceret. *Optimè mehercules, niſi quod pro* diceret *cum Rulæo malim* daret. *Pro iſtis,* Quâ dimiſſa, homines inſtituerunt &c. *eædem membranæ* quo dimiſſo: *quod omnino melius, & confirmatur ab uno de codicibus Vlitianis. Quod ſi tam diu ſupereſſe me voluerit Dei benignitas, ut denuo, auctioribuſque notis inſtructum proferam illud Aſtronomicon, exhibebo tibi quicquid præterea boni in illis inveni. Ut Nicolai Heinſii tam notum ubique ſit nomen, quam ipſorum humanitatis ſtudiorum, nec quiſquam, qui quidem literas ſciat, id ignoret, merita Illuſtris illius Viri in literas præclariſſima effecere. Verum quantopere in eo cum multifa-*

riâ

riâ illâ exactissimaque doctrinâ incomparabilis quædam certet comitas, credere vix quisquam potest, nisi expertus. Is ergo Heinsius non solum Excerpta illa jam supra laudata benignè obtulit, verum etiam variis nos libris, quos datâ occasione laudari audies, nec non consilio, sicubi hæreremus, insigniter adjuvit: id quod tanto accidit mihi gratius, quanto indignior aliorum scurrilis petulantia est, qui sese mirificè sperant rem gessisse, ubi rabidi canis instar exertâ linguâ aliorum deriserint conatus. Quantum autem præter Heinsium Hygini hanc editionem ornaverit optimus doctissimusque Jacobus Perizonius noster, commentarii mei te docebunt, quibus exquisitas quasdam observationes ab eo nobis suppeditatas videbis insertas. Principem fabularum editionem diu quæsitam nactus sum tandem ex bibliotheca patrui mei Philippi Munckeri, Gymnasii, quod apud Harlemenses est, moderatoris prudentissimi; cui quantum adolescentia nostra, nimis cito paternâ curâ orbata, debeat, nec hæc capit charta, nec ille ambitiosè vult cantari. Obtulit etiam nobis pro cætero studio suo ornandi bonas literas librum fratris sui Alexandri Cl. Jacobus Tollius; in quo quicquid annotatum inveni, quod luce non indignum, nec à me vel aliis erat occupatum, optimâ tibi fide repræsentatur. Quod ad Icones attinet, quas Astronomici libro III. *insertas vides, eæ ad illas informatæ sunt, quas è MS. codice Susiano olim edidit Hugo Grotius. Quod discrepare illas interdum ab Hygini descriptione objicies forsan mihi, id inficias nullus eo. Sed nec tu inficiaberis, quæ vulgo cum eo edantur, non ex antiquo aliquo codice, sed ingenio editorum depromptas. Ne dicam jam, tam variè in MSS.*

PRÆFATIO.

Hygini libris ſtellarum fieri enumerationem, ut nihil certi, etiamſi maximè velis, de iconibus ſtatuere poſſis: id quod & Soterem, credo, movit cur ipſe eas non tam ex Hyginianâ expreſſum iverit, quam Ptolemaicâ διαγραφῇ. Atque hæc ſunt, mi lector, quæ ſcire te volebam, antequam ad Hygini noſtri lectionem accederes. De Fulgentio, Lactantio Placido, & Albrico vide, ſi tanti putes, quæ diximus in præfatione tomo alteri præfixâ.

DIS-

DISSERTATIO
de

Auctore, stylo, & ætate Mythologiæ, quæ C. Julii Hygini *Augusti Liberti nomen præfert.*

FAbularum hic scriptor, qui ab aliquo jam tempore non parum exercitum me habuit, C. Julii Hygini Augusti Liberti sibi arrogat nomen: an merito, nec ne, fidenter pronunciare, post tot & tam diversa doctorum hominum de eo judicia, non est meum; certè liquido jurare haud possum. Est ubi blanditur, & nescio quid antiquitatis lectori pollicetur; est contra, ubi adeo sui, & melioris ævi diligentiæ est dissimilis, ut pæne ad barbarorum subsellia detrudendus videatur. Cur ita judicem facile intelliget, qui paucula ista, quæ ex multis inter legendum ἐκ ἀναμφισβήτητος in eo observavi, sine præjudicio mecum examinabit. Sed ante, quam in rem veniamus præsentem, patere ut præmittam, mi lector, non unum in veterum laudari scriptis Hyginum: id quod & Cl. Scriverii pridem animum advertit, cujus commentatiunculam de Hyginis haud contemnendam ex libro, quem nunc nobilis & eruditi viri Guilielmi Goesii bibliotheca possidet, à me descriptam tecum communicabo. Cajus Julius Hyginus Augusti Libertus. Huic duo nomina propria sunt à patrono Cajo Julio Cæsare Octaviano Augusto. Tertium valde variat in MSS. utique in iis occurrit Hyginus, Higinus,

Iginus, Hygenus, & Yginus, quomodo bis terve apud Servium ſcribitur. De Hygini ſcriptis vide Indicem Gellii: de hoc Caio Julio Auguſti Liberto Suetonium de claris Grammaticis. Iginus nomen aliquoties in veterum monumentis occurrit. L. Iginius Plinta, Q. Iginus Merops, & Q. Iginus Stevinus. Ex illis omnibus placet mihi Hygenus ſeu Higinus; undecunque tamen ſit neſcio. Hoc ſcio ita etiam in vett. monumentis legi, & maximè in Veronenſium marmoribus. Scripſit hic, ut opinor, de origine & ſitu urbium Italicarum, ſive de urbibus Italicis; quo titulo citantur à Servio Virgiliano interprete, & Macrobio. Commentaria & ejus eſſe cenſeo ad Æneida, quorum Gellius & Servius meminerunt. Ejus & eſſe Mythologicon poteſt, & utile illud Aſtronomicon Poëticon de mundi & ſphæræ enarratione ad M. quendam Fabium; quem eſſe Quintilianum, quod vult Raphael Volaterranus, perſuadere mihi nondum potui. De diis Penatibus & proprietate deorum laudat libros Macrobius. Præterea Hyginum ſcripſiſſe de ſignis cœleſtibus opus in IV. libros diſtinctum tradunt urbana commentaria. Chariſius de Agriculturâ citat, & in Cinnæ propemptico. Non omittenda heic inſignis allucinatio viri cætera doctiſſimi Raphaëlis Volaterrani, qui libellos Gromaticos, ſive de limitibus conſtituendis, adſcribit huic Cajo Julio Hygino; cum alium omnino eſſe conſtet ex ipſo illo Hygino, qui ſic inquit: *Nuper ecce quidam evocatus Auguſti, vir militaris diſciplinæ, profeſſionis quoque noſtræ capaciſſimus, quum in Pannoniâ agros veteranis ex voluntate & liberalita-*

te

te imperatoris Trajani Augusti assignaret. Insignis, inquam, allucinatio. Ex hoc loco vir ille conjecturam facere potuit, non sub C. Julio Cæsare Octaviano Augusto, verum sub Trajano vixisse, qui annis post natum Christum plus centum imperare cœpit. At Julius Higinus annis jam multis ante Christum natum illustris erat, ut Chronica Eusebii testantur. Hæc SCRIVERIUS. Operis Julii Hygini de Agriculturâ non unus Charisius, sed & Columella Lib. I. cap. I. meminit: de Arte militari Sarisberiensis, sed ex Gellio, ad cujus indicem, si plura desideres, cum Scriverio te remitto. Scripsisse præter illa, quæ à Gellio laudantur, Hyginum de Familiis Trojanis docet nos Servius ad Æn. V. vers. 389. *Sanè*, inquit, *sciendum hunc secundum Iginum, qui de Familiis Trojanis scripsit, unum Trojanorum fuisse, de quo Virgilius notat Historiam. Iginius* scribitur apud eundem ad Æn. VII. vers. 47. *Sed quia temporum ratio non procedit, illud accipiendum est Iginii, qui ait Latinos plures fuisse. Iginus* pro *Hyginus* reperitur quoque apud Phocam in Arte. Sed *Hyginus* rectius putem. Inscriptio urnæ apud Rhodium in Scribonium Largum pag. 76. HYGINO. I. TESTAMENTO FIERI JUSSIT. Incertum ex quo opere depromptum sit, quod in Glossario Philoxeni inveni: *Paleta*, σφενδόνη δακτυλίου, ὡς Γύγης ἐν τῷ. Leg. *Pala*. Cicero III. Offic. *Gyges cum palam ejus annuli ad palmam converterat.* Gregor. Naz.

Θέλεις τὰ Γύγεω σοι
Τῦ Λυδίω γενέσθ,
Καὶ δακτύλῳ τυραννεῖν,

Τῷ σφενδόνῃ ἑλίσσων
Κρύπτουσαν, εἰ κρύπτοιτο &c.

Quod putat Scriverius opus illud de ſignis cœleſtibus in IV. libros diſtinctum aliud eſſe ab Aſtronomico, in eo vereor ne fallatur. Quis enim neſcit in Aſtronomico, quod in quatuor libros antiquiſſimæ editiones tribuunt, ſigna cœleſtia tantum non utramque paginam facere? Innuit idem Hygini ſcriptum etiam Sarisberienſis, cum ſcribit Policrat. Lib. II. cap. 18. *Eorum, qui ſcientiam profitentur aſtrorum, alii opinionis errore prolabuntur ad fabulas, in quo deprehenditur & Hyginus.* Iſidorus vero in libro de Naturâ rerum tota interdum capita ex Hygini Aſtronomico tranſſcribit. Sed de eo dicetur inferius. Cæterum rectè Scriverius cenſet, ſcriptorem illum rei agrariæ alium ab eo eſſe Hygino, cujus Euſebii meminere Chronica: quos itidem, ut Volaterranus, perperam confundit Dial. XVIII. Giraldus. Interim pariter & Giraldus & Scriverius errant, quod hunc Mythographum exiſtimant fuiſſe libertum illum Octaviani Auguſti à Suetonio & Euſebio laudatum: in quo etiam errore cum Scioppius in Diſſertatione de Stylo Hiſtorico, tum Voſſius in libris de Hiſtoricis Latinis verſantur. Errorem voco illam quantumlibet doctorum hominum ſententiam, cum nihil minus, quam Auguſtæum ævum ſapiat ſtylus ejus, qui fabellas iſtas conſarcinavit. Ut donem ei, quod, quaſi ſui oblitus, bis interdum idem narret, & ἀσύνταξα non ſemel loquatur, quanquam homini polito, quem Illuſtribus Grammaticis annumeret Tranquillus, parum conveniat; concoquere tamen

men non possum illam tam apertè solœcam, sive ἀνακόλυθον dicam, orationem: tanquam fab. 174. *Illa timens puerum in terram deponere, apium altissimum erat ad fontem, in quo puerum deposuit.* Fab. 164. *Quam pater gladio feriens, Adonis exinde natus est.* Fab. 45. *Procne cognita sorore, & Terei impium facinus, pari consilio machinari cæperunt regi talem gratiam referre.* Astron. 11. 40. *Demiphonta permotum ferunt misisse ad Oraculum Apollinis, remedium quærens vastitatis.* Nec stribliginis notam effugiunt loca illa, in quibus copula & diversos modos conjungit, ut fab. 27. *Cum productus esset, ut mendacium morte puniretur, & illa aliter esse vidit.* Fab. 165. *Minerva & Venus cum eam irriderent, quod & cæsia erat, & buccam inflaret.* Plura vide annotata à nobis ad fab. 148. Nec sana utique, ubi *qui* pro *is* vel *& is* usurpatur, de quibus egimus ad fab. 4. & 21. ubi habes, *Qui cum casus suos exposuissent Iasoni, se cum ad avum Athamanta festinaret ire, naufragio facto ibi esse ejectos, quos Iason receptos auxilio juvit.* Nihilo meliora hæc talia: Fab. 55. *Exporrectus jacere dicitur, & serpens ei appositus est.* Fab. 84. *Dicitur aquam recedere. Item poma ei super caput pendent.* Fab. 3. *Dicitur venisse jussitque* &c. ad quæ verba pluscula id genus congessi. Jam de illis quid dicemus, ex quibus hæc sunt? Fab. 19. *Ab Jove est excæcatus. & apposuit ei Harpyias.* Sc. Jupiter. Fab. 56. *Apud Busiridem Neptuni filium cum esset sterilitas, ex Græcia augures convocavit.* Sc. Busiris. aliaque complura, quæ ad Fab. 8. constipavi. Certè Augustæi sæculi non est rectam oratio-

nem immiſcere obliquæ, ut fab. 185. *Cui reſpondit ſe in compreſſione nocturna neſcio cui eduxiſſe* &c. Nec *navigium* dicere pro navigatione, ut prolixè oſtendit vir ſummus Joh. Fredericus Gronovius Obſervat. in Eccleſ Script. cap. 25. Facit id tamen Hyginus Aſtron. II. 25. *Neque navigio quenquam uſum eſſe, ſed agris colendis vitam agere conſueviſſe.* Vel *crucifigere* pro agere in crucem, quod invenitur fab. 194. Plura proferre exempla nihil, opinor, attinet. Iſtiuſmodi crebra eſt ſtribligo apud τὰς ὁ, qui ſoloœciſmos non erubeſcunt. 1. Reg. cap. XIX. 19. Καὶ ἀπηγγέλη Σαὺλ, λέγοντες, ἰδοὺ Δαβὶδ ἐν ναναὺθ ἐν ῥαμᾶ. Crederes de rudi & indoctâ plebe aliquem fuiſſe Hyginum. Idiotæ, quorum ſermo ſoloœcus ſæpe & barbarus, in antiquis tumulis: *Se vivus fecit ſibi. Se vivos fecerunt* &c. Inſpice indicem magni operis inſcriptionum Gruteri, & fœcis hujus ingentem ibi invenies modum. Idiota erat Trimalchio, idiotæ etiam ejus ſocienni, quos propterea deridiculi gratiâ barbarè loquentes in feſtivo illo convivio introduxit Petronius, quemadmodum primus rectiſſimè obſervavit incomparabilis ille Nic. Heinſius. Non debebant ergo docti homines mutare illa pag. 36. Edit. Blav. *Quibus præ mala ſua cornua naſcuntur.* pag. 40. *Scimus te præ literas fatuum eſſe* Sed quod ſtudio peccat Petronius, id ignorantiæ vitium eſt in vetere interprete Coſmographiæ à Godofredo edit. pag. 19. *Tamen viros ſapientes præ omnem mundum Ægyptus habundat.* Cl. Scheffe-rus in Hygino, quis ſtylus verè humilis ſit & plebeius, apparere contendit. Qui, quæſo, magis,

quam

quam in Servio, Luctatio ſive Lactantio, Scholiaſte Germanici, & id genus aliis ſcriptoribus? Humilem novi ſtylum Terentii, Nepotis, Phædri; verum quam longè ab Hygino abſunt illi, tam longè Hyginus ab optimo ævo. Tamen ita loquebatur plebs Antoninorum ætate, circa quam vixiſſe Hyginum hunc credit vir clariſſimus. Verum plebs rudis & literarum expers, quæ ita ſoloeciſſabat, non iis de rebus, quæ ad hæc humanitatis pertinent ſtudia, ſcribebat libros. Plebeitatem vocat, quæ mihi ſtribligo eſt. Sed cur plebeitatem illam exemplis illorum, qui circa Antoninorum vixere tempora, non adſerit? Fieri hoc potuiſſe dicet forſan aliquis, ſi aliorum plebeiorum, qui iſto ſcribillabant ævo, opuſcula ad nos perveniſſent. Divinare hoc, non probare eſt. Migratur lex metrica fab. 221.

Mileſiuſque Thales ſponſori damna minatur.
Plures eſſe malos Bias autumat ille Prieneus.

Quemadmodum per συνιζήσεις & συιζολὰς excuſari iſta poſſint non ignoro. Sed an is ſcriptor hic eſt, vel verſificator iſte, unde gnomas illas ἐμμέτρους adducit, qui tam artificioſè peccaſſe videri debeat? Tamen auctores habet poetas vel optimos, vel non contemnendos. Nam, ut de poſteriori aliquid dicam, quoniam in primis τὸ *as* in *Bias* corripi mirum videri poſſit; ita ultimam ſyllabam in *poteſtas* corripuit Prud. Cath. VI. vers. 6. *Vis ac poteſtas una.* Salmaſius, notante Nob. Heinſio Auſonii addiderat locum:

Majeſtas uniuſmodi
Sociata Sancto Spiritu.

At tu *Bias*, ut monosyllabum, legi malis, quemadmodum *frui* in horridâ illâ inscriptione, quam Comi in Insubriâ repertam ajunt:

Cum frui debueram ætate, horrida fata negarunt.

Et in istâ:

Digna quidem frui perpetua de luce benigna.

Suo in hac:

Anchialus dulcis cum suo homine Spurio.

Ita dedit Fabricius. Sed Gruterus, *cum suave homine*. Sic dissyllaba sunt in aliis tumulis *diebus*, *Lælia*, trisyllaba *luctuosus*, *factionis*. Hoc synizeseon genus non animadversum fecit, ut corruptè hodie legatur Catal. Pith. Lib. III. Labbæi Thes. Epitaph. part. I. 168.

Exercere tuo quondam data munera sumptu
Plaudentis populi gaudia per cuneos.

Lege *exercuere* per quatuor syllabas, ut trisyllabum est *connubio* apud Virgil. Æn. I. 77, quanquam Servius ibi annotat: *Nu brevem posuit, cum naturaliter longa sit.* Verum synæresin agnoscit in istâ voce etiam Scholiastes Statii ad illa Theb. II. vers. 340. *Connubiisve super moveor, viduaque juventa.* Prorsus barbara sunt Fab. 14. *Gubernator navis Argo.* Fab. 224. *Arcas Jovis & Calliſto filius.* Nam quod apud Prudent. Lib. I. contr. Symm. vers. 117 legitur, *In transtris jactatæ efferbuit Argo:* id libenter cum Illustri Heinsio mutem in *Argus*. Vide tamen quæ annotavimus ad locum Hygini posteriorem. Sed hæc talia non optimæ notæ facile illis redimi dicas, quæ, ceu gemmulæ quædam, passim huic operi interspersa visuntur. Offendunt tamen valde me ista, & Hebraicum ne-

scio

scio quid, etsi forsan nihil minus, quam Hebraicè, noverit hic scriptor, olere videntur. Fab. 126. *Cui cum ulularet* (ita corrigit Barthius) *Ulysses ei os compressit.* Fab. 152. *Cui cum flagraret, montem Ætnam super eum imposuit.* Sic phrases Hebraicas Græcis verbis suo more exprimunt οἱ ὁ. Ps. 146. vers. 5. Μακάριος ὃν ὁ θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτῷ. Jos. cap. 2. vers. 10. οὓς ἐξωλοθρεύσατε αὐτούς. Quod autem Heraldus ad Arnob. Lib. IV. in quo, *Quod quanam ratione istud dicatur.* Et post paullo, *Quæ tamen hæc ipsa, quæ læva appellamus*; hellenismum resipere hujuscemodi pleonasmos censet, me judice, error est, non judicium. Probatum it sententiam suam ex digesti Lucæ cap. 3. οὐν ὑμεῖς παρεδώκατε ἢ ἠρνήσασθε αὐτόν. Quasi vero quicquid Græcè exararint sacri illi scriptores, hellenismus esset. Sed dabitur de his alibi differendi locus commodior. Interim consule Gatakerum in Diatribe de Stylo novi Instrumenti, & Salmasium in Hellenisticâ; quæque nos ad loca illa, quæ Hebraissare videntur, annotavimus. Ad genuinum ἑλληνιζειν majori jure referas ista Fab. 92. *Ut deducas eas in Ida monte.* Fab. 186. *Cum in venatione exirent.* multaque id genus alia. Homer. A. vers. 593. Κάπτεσον ἐν Λήμνῳ. Ammonius in vitâ Aristotelis pag. 13. Ἐπανέρχεται ἐν Μακεδονίᾳ. Verum, ut verum animi mei sensum tibi fatear, non adeo mihi necesse videtur ad hellenismum heic confugere, cum Latini non minus crebro, quam Græci, hac circa communes præpositiones usi fuerint licentiâ. Vide Serv. ad Virgilii illa Lib. 1. Æn. *Rapuitque in fomite flammam.* Et inter re-

cen-

centiores Heraldum ad Arnob. Lib. 1. qui hoc amplius inferioris illud ævi ſcriptoribus, quam vetuſtioribus, eſſe familiarius obſervat: in quo

Et ſapit, & mecum facit, & Jove judicat æquo.

Nollem tamen, ut nuper factum, tanquam minus Latinum, in Petronio damnatum: *Vetui hodie in hoc diverſorio quenquam mortalium admitti.* Multo minus illud, *Benè mane ſurrexi.* Benè adverbium αὐξητικὸν eſt, ut *pulcrè* & *probè*. Phædrus, *Pulcrè intelligo.* Plautus, *Appotum probè.* Confer Laurenb. Antiquar. in BENE. Loquantur ſanè ita hodie Gallo-Franci. Quid tum poſtea? Aliud ἰδιότης, ut ita loquar, aliud ἰδιωτισμός. Atque hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Nunc ad Hyginum revertamur. Quod *Amazona* pro *Amazon*, *Briſeida* pro *Briſeis*, *Chryſeida* pro *Chryſeis*, *Ortyga*, pro *Ortyx*, *æga* pro ægx vel αἴξ, *Sphinga* pro *Sphinx* uſurpat, forſan non magnam meretur reprehenſionem, cum, ut ad Flor. Lib. IV. cap. 11. annotat Salmaſius, etiam veterum quidam nominandi caſu dixerint *Leucada*, *Elida*, *Chalcida*, *Tritonida*. Referenda huc & illa à me obſervata, tanquam *Salamina* apud Hieron. Epiſt. pag. 475. & 592. ed. Caniſ. & Juſtin. Lib. XLIV. quæ Ptolemæo eſt Σαλαμίς. *Lampada* pro *lampas* apud Fulgent. Lib. 1. Mythol. Et *Gorgona* pro *Gorgon*. *Perſeum*, inquit, *ferunt Meduſæ Gorgonæ interfectorem.* Ita etiam Hyginus Aſtron. 11. *Gorgonam ſomno ſopitam interfecit.* quanquam ortum hoc ex Græco Γοργόνη videri poteſt, quo uſa interdum ſequior ætas. *Hebdomada* eſt apud Cic. Lib. XVI. epiſt. 9. pro *hebdomas*. *Narbona* apud Vibium Sequeſtrum, Eutropium & Ammia-

mianum ex Gr. Καρθων. *Calcedona* pro *Chalcedon* apud Leon. Epist. Decret. XLVII. *Trœzena* pro *Trœzen* apud Lactant. Lib. XV. Argum. Ovid. Met. fab. 14. *Crotona* apud Justin. pro *Croton* XX. 4. Qua analogia tolerari possit *Icona* pro *Icon* in Cæsario Lib. VIII. Mir. cap. 76. quamvis inter barbara numeret Vossius. Sanè *Sphinga* pro *Sphinx* reperitur etiam apud Sidonium Lib. V. epist. 7. August. C. D. XVIII cap. 13. *Striga* pro *Strix* in Capit. Caroli Magni & Gloss. Phil. ubi legas, *Striga*, γυνὴ φαρμακὶς. *Tomica* pro *tomex* & alia nonnulla in veterum scriptis observata apud Rutgers. Var. Lect. Lib. III. cap. 9. *Persida* pro *Persis* apud Isidor. Orig. Lib. XIV. cap. 3. & XVI. 13. Etiam apud Frontin. Lib. II. cap. 3. MSS. 4. Reg. & 3. Hill. habere *Persidam* observavit Clarissimus Tennulius noster à recto *Persida*. quod frustra refugerunt editores. *Thebaida* apud Marcellin. Lib. XXII. *Ptolemaida* apud Vet. Interpret. Actor. XXI. 7. pro *Thebais* & *Ptolemais*. *Chlamyda* pro *Chlamys* est apud Apul. Met. Lib. X. pag. 233. ed. Pric. *Lacedæmona* apud Dictyn Cretens. Lib. I. pag. 6. & 12. *Nereida* pro *Nerei* apud eundem Lib. VI. pag. 147. *Aulida* p. 20. Lib. I. *Syringa* pro *Syrinx* apud Serv. ad Ecl. II. vers. 31. & Lactant. Argum. Lib. I. fab. 12, Metam. ubi plura hoc genus invenies à me annotata. *Sirena* pro *Siren* apud Hieron. epist. pag. 225. ed. Canis. *Eleusina* pro *Eleusin* p. 132. & Dictyn Cretens. Lib. VI. p. 145. *Cratera* apud nostrum Astron. II. 40. & *Tritonida* ejusdem Libri cap. 12. Adde his, quæ congessit Grotius ad Capellam pag. 302. Festus: *Cassilam antiqui pro Cassida ponebant.* Puto legendum

dum *Cassidam*. quo usus Virgil. Æn. xi. 775. Propert. Lib. iii. El. 9. Agnoscit etiam Charis. Lib. i. adducens loca illa Virgilii & Propertii. Erravit ergo Servius, cum accusativum pro nominativo positum censebat. In fragmento Veteris Grammatici, quod publicavit Barth. Adversar. Lib. xxxvii. 13. *Cassidem dicimus nos ab eo, quod est hæc cassis, sed multi cassidam dicunt. Propert. Aurea .... quam nudavit cassida frontem. Et Virgilius: Aurea vati cassida.* Locum Propertii corruptum ita restitue, *Aurea cui postquam* &c. In plerisque Davidis Hymnorum argumentis apud Apollinarium legas Δαβὶδ ἀντὶ τοῦ Δαβίδ. *Danielus* apud Prudent. iv. Hymn. Cathem. vers. 70. *Caninefati* apud Vellej. Lib. ii. cap. 105. Feramus ergo etiam in nostro cap. 150 & 167. *Titani* pro *Titanes*. Sic Scholiast. German. Capricorno: *Ad Titanorum bellum cum Jove esse profectum.* Immo & Plautus eo usus est, ut & Ennius apud Lactant. Firm. Lib. i. cap. 14. At prorsus alienum est ab usu assiduorum & locupletum scriptorum *exulari* pro pelli in exilium cap. 26. licet & Fulgentius ita loquatur Prolog. Lib. i. Myth. *Alexandriæ conciliabula exulata possederam.* Et Dictys Lib. v. pag. 124. *Antimachum ex omni Phrygiâ exulandum. Remediari* pro *sanari* cap. 101. Nec suspicione caret *æstimare* pro *existimare* quod cap. 27. 29. 88. 106. 191. legitur. Victoris epitomatorem cap. 8. scribentem, Æstimantem ex animo eum longâ oratione imperialis molestiæ magnitudinem declinare, nihil moror. Multo minus Alcuinum: Sem, ut æstimant, Asiam, Cham Africam, Japhet Eu-

ro-

ropam sortitus est Vel Valerianum in de Bono Disciplinæ pag. 13. ed. Gold. *Nemo illum homicidii crimen evasisse æstimet* &c. Vel Celsum in Rhetor. *Nos primum æstimamus actorem quasi membra quædam facere debere.* Vel Solinum cap. 28. *Æstimant enim quidam sinus istos à Gaditano freto nasci.* Vel Marcellinum Lib. XVI. *Asylum mundi totius adesse æstimabat.* Lib. XVII. *Accidit autem, ut opiniones æstimant* &c. Vel Ambros. Hexaëm. Lib. III. cap. 7. *Beatus populis æstimatus.* Vel Junil. Comment. in Genes. pag. 42. *Neque huic sententiæ contrarium debet illud æstimari.* Loquitur tamen sic & Phædrus optimæ notæ scriptor Lib. III. cap. 5. *Ridiculè magis hoc dictum, quam verè, æstimo.* Sed dubitat Schefferus, an non scripserit Hyginus *extimo* pro *existimo.* quo usum Bapt. Mantuanum video Ecl. III, *Extimo nil duros hominum curare labores.* Et Capellam Lib. II. pag. 25. ed. Grot. *Prudens Samius extimavit.* Sed membranæ Leid Bibloth. *æstimavit.* quod præferam, cum frequenter admodum *æstimo* pro *existimo* apud eum occurrat. Macrob. Lib I. Sat. 6. *Admoneor non ludicræ (ut extimo) quæstionis.* Cap 7. *Mellis & fructuum repertorem Saturnum extimantes.* Et post paulo, *ut nonnulli extimant.* Cap II. *Illa origo verior extimatur.* Omitto prudens complura alia loca, in quibus vetustissimæ ejus scriptoris editiones, & inter illas etiam illa, quæ MS. instar est, & Venetiis prodiit anno 1482. *extimo* disertim repræsentant At id an rectè mutaverint in *æstimo* editores posteriores ipsi viderint. Ego scire non possum, cum nullum Macrobii codicem MS. inspexerim.

Pos-

Possit per compendium scripturæ corruptum videri ex *existimo*. Simili certè errore depravatum est illud in vet. versione Concilii Ephesini pag. 57. ed. Contii: *Dicentes vero, erat quando non erat, & quia de non extentibus factus est* &c. pro *existentibus*. Hoc scio *æstimo* pro *existimo* usurpatum jam olim ab Attio in Hellenibus apud Festum in PROBRO. *Qui, nisi probrum, alia omnia indelicta æstimant*. Et à Sallust. 1. Histor. *Ne aut ipsi, nefanda quæ æstimatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini*. Nec non à Munatio apud Ascon. in orat. pro Milone: *Apud quæstorem æstimare futurum* &c. Paulus Festi Compilator: Prox bona vox, ut extimo, quasi proba vox. Ita MS. Leid. non *existimo*, ut editum. Gloss. Philox, *Inextimabilis*, ἀτίμητος. Contra *existimo* pro æstimo Livium, Ciceronem, & Trogum usos ostendit Vir Celeberrimus I. F Gronovius ad Liv. Lib. XXXIV. cap. 2. Addas illis licet Terentium Phorm. A. I. sc. 1. vers. 11. *Haud existimans, quanto labore partum*. Ibi Donatus: *Pro æstimans. Sallustius. Si, Quirites, parum existimatis* Salvianus in Præfat. ad Salonium. *Omnia enim admodum dicta tanti existimantur, quantus est ipse, qui dixit*. Cæterum ridiculum illud dictum apud Phædrum, *Quale caput est, talis præstatur sapor*, nondum vidi, qui rectè interpretaretur. Existimo jocantem lanium hoc dicere: *Qualis species est cujusque rei, talis & sapor*. Quali sit forma simius, vides ipse: meliorem esse ejus saporem cave præstaturum me tibi credas. Simile est illud, quod de ipsomet Æsopo dixit quidam è Xanhti convivis: ὅια ἡ μορφὴ, τοίας-

τοιαδε ϰ̀ ἡ ψυχή. Sed nos ad Hyginum revertimur. Non quantivis porro illa pretii? Cap. 125. *Ad priſtinam figuram reſtituere.* Et, *hoſpitio liberè accipere.* Cap. 61. *Quadrigam ſedere.* Cap. 18. *Extra venatum exire.* Cap. 92. *Præſtare præter alios.* 107. *Abjurgata ab Agamemnone* pro *abjudicata.* Sed duo illa poſtrema, licet nullo, quod ſciam, auctore dicta ſint, habent tamen neſcio quid veneris. Nec *venire ad Italiam*, quod cap. 260. legitur, exemplis caret. Ita inter alios etiam Servius ad Æn. 1. 574. In hoc autem monte dicitur etiam Anchiſes ſepultus, licet ſecundum Catonem ad Italiam venerit. Totidem planè verbis Hyginus noſter, ut utervis ex altero ſua deſcripſiſſe non heic tantum, ſed & cap. 164. 177. 258. & 259. videatur. Quod quo minus mirere, confer cap. 130. & 194. cum Scholiaſte Germanici in Cane & Orione, & utramque inde totam tantum non ad verbum mutuatum dicas hunc ſcriptorem, ut & ex parte cap. 197. ex eodem in Piſcibus, niſi potius furti reum Scholiaſten iſtum, vel utrumque ex eodem libro, qui jam interciderit, furatum iviſſe iſta, ſtatuere velis: de quorum quidem alterutro tanto minus tibi repugnavero, quod hominem illum meum ἐπ' αὐτοφόρῳ deprehendi in notis ad cap. 183. At enim Germanici ipſius nomine laudat eum Lactantius. Dederim hoc tibi libentiſſimè; ſed ita, ut viciſſim mihi concedas, ſcriptum aliquod Germanici exſtare potuiſſe, unde verba illa, quæ adducit Lactantius, ſublegerit homo meus manibus ſuis piperatis. Quod ſi tamen Germanici eſſe eam

***

enar-

enarrationem, quam hodie habemus, propter Lactantii auctoritatem pertinaciter defendere quis voluerit, fatendum ei erit, miserabiliter eam esse deformatam, ita ut vix vola vel vestigium eorum, quæ dederat Germanicus, appareat ampl us. Christianum se esse & barbarum ostendit istis verbis, ubi de Lunâ agit: *Jam vero quia de ejus cursu vel ordine sub brevitate diximus, restat, ut quid de eâ gentiles senserint edicamus.* In Eridano: *A quibusdam vero Nilus, qui & Gion, existimatur.* Quod ex Genes. cap. 2. hausisse videtur. Certè barbarum est *sub brevitate* pro *breviter.* Cassianus, Gregorius, Victor, & id genus alii scriptores ita loquuntur, non Latini. Victoris est in de Persecut. Vand. Lib. III. *Sub festinatione viro dimittuntur.* Marcialis epist. ad Burdigal. *Sub omni celeritate tanquam oriens sol* &c. Et post paullo, *Petranſibunt sub omni celeritate.* Gregorii Dial. Lib. I. *Patri Equitio sub celeritate nunciatum est.* Et post paullo: *Ut ipsum ad se sub celeritate perducerent.* Ejusdem est *sub festinatione* pro *festinanter*, *sub asperitate* pro *asperè*, & alia talia non pauca in iisdem dialogis. Germanicum nemo dixerit parum noviſſe Græcè. At hic commentator persæpe παρεμηνεύει, velut in Argo: *In singulis temonibus quinque.* ἐν ἑκάσας πηδαλίοις h.e. *gubernaculis.* In Arctis: *Quam Sidones aspicientes continuo navigant.* Quasi ἐυθὺ, vel ἐυθύνεται Arati idem esset, quod ἐυθύς. Calpurnio ergo Basso, non Germanico, commentarium istum Delrio, Vectio Basso adscribit P. Valerianus. Fulgentio Plancia-

ciadæ Barth. Adverſ. Lib. XLVII. cap. 18. quod & ambitio utriuſque ſcriptoris & ſtylus ſit ſimilis. De ſtylo pernego. Ambitionem fateor parem videri, quod & hic æquè ac Fulgentius tot Græcos ſcriptores Latinè loquentes introducat. Sed hoc inde arbitror ortum, quod iſta enarratio ex Græcis ſcholiis traducta ſit magna ex parte in Latinam linguam. Laudat Iſidorum in Naturalibus fab. Hydræ; quem Hiſpalenſem à primo putabam Iſidorum eſſe, cujus liber exſtat de Naturâ rerum, in quo crebro Hygini Aſtronomicon laudatur, immo compilatur, ut in notis meis ad illud ſcriptum demonſtro; verum, quod inde adducit, apud Hiſpalenſem illum nondum inveni. Caput Mythologiæ 181. quin ex Lactantio Placido, qui Ovidii Metamorphoſeon concinnavit argumenta, depromptum ſit, negari haud poteſt. Certè ex Fulgentio hauſta ſunt, quæ cap. 164. leguntur. Adeo ut non fruſtra Barthius Adverſar. v. 2. & Reineſ. Var. Lect. Lib. III. has fabulas ab aliquo literione non ex uno Hygino, ſed & aliis in unum faſciculum collectas, cenſuerint. Locutio porro iſta *ſimultatem conſtituere* adeo ei placet, ut tantum non in eâ faciat delicias. Vide cap. 22. 84. & 185. Sed qui veterum ita loquatur inveni hactenus neminem. *Nuptiarum conditionem* in re ſimili appellat interpres vitæ Apollon. Tyrii à Marco Velſero editus: *Rex* inquit, *ut audivit, quæ audire nolebat, reſpiciens ad juvenem, ait, noſti nuptiarum conditionem?* Cujus aures non radat illud cap. 257. *Exclamat à longe?* Barbarorum

hæc lingua est. Albricus de imaginibus deorum cap 4. *A longe vero Python serpens maximus.* Vetus interpres Psalm. 137. vers. 7. *Alta à longe cognoscit.* Et 138. vers. 2. *Intellexisti cogitationes meas de longe.* Scio Græcos dicere ἀπὸ μακρόθεν. Latinè ergo dicas *à cœlitus?* Atqui hoc eorum linguâ est ἀπ' ἐρχνόθεν. Apollinarius Metaphrasi Psalm. 148. Μελψαλέ μοι κῦδος ἀπ' ἐρχνόθεν βασιλῆος. Ita Alcimus Avitus Lib. II. *ex tunc* pro *ex illo tempore*, quia Græci ἐκ τότε:

Ex tunc paulatim retro sublapsa referri.

Et Fortunatus:

Sumpsit ab ipso extunc Adam patre terra dolorem.

Eugesippus de distantiis locorum Terræ Sanctæ: *Ex tunc usque ad tempus Theodosii Imperatoris.* Augustin. Soliloq. *Ex tunc confitear tibi in æternum.* Sed ἐκ τότε apud Græcos etiam Attici damnarunt, ut docet Phrynnichus, pro quo ἀπὸ τότε legas apud Matth. cap. XVI. vers. 21. *Ex hoc nunc* interpres vetus Psalm. 112. vers. 2. quod Græcè est ἀπὸ τοῦ νῦν. quod Luc. cap. V. vers. 10. vertitur, *ex hoc jam. De peregrè* Interpres Cosmographiæ à Godofredo editæ pag. 35. quod Græcè est ἀπὸ ξένης. *Amodo* pro ἀπ' ἄρτι, vel ἀπαρτί, de quo Schol. Aristoph. ad Act. 1. sc. 3. Hieron. vitâ Hilarionis: *Amodo videre desiderans, quos horrevat audire.* Cyprian. Sermone de Nativ. Christ. *Ipsi gloria & imperium à modo & usque in sempiternum.* Adde quæ annotavi ad Hygini modo adductum locum, & Fulgent. Lib. III. cap. 6. Mythol.

thol. nec non ad Libellum de Prisco Sermone. Ποιητικώτερα etiam videri possint illa *Euandrus*, *Periandrus*, *Mæandrus*. Charis. Lib. I. Omnia, quæ apud Græcos per γρ, aut per τρ, aut per δρ, aut per κρ efferuntur, hæc omnia, amissâ Græcâ extremitate, & per ER elata, ut secundæ declinationis declinantur, ut ἀγρὸς, ager agri, Ἀντίπατρος, Antipater, tri. Μέναδρος. Menander, dri. Τεῦκρος, Teucer, cri. Quanquam Virgilius extulit Teucrus, Euandrus. Imitatur id Ψευδώνυμος ille Cres Dictys Lib. I. Thessandrus Polynicis. Censorinus in de die Natal. Cassandrus. Schol. German. Leone. Periandrus Rhodius. Immo & Varronis est de R. R. Lib. I. Aristandrus. Justini Lib. VI. Pisandrus. Vellej. Lib. I. Menandrus. Testem laudat Ovidium cap. 184. Et cap. 80. verbis istis, *ideoque dicitur alternâ morte redemptus*, alludit ad versum Virgilii Æn. VI. *Si fratrem Pollux alternâ morte redemit.* Quod quam conveniens sit utriusque æquali, judicent Critici. Ego, si ὁμώνυμον aliquem invenirem, libenter hoc opusculum non Augusti Liberto, sed terrigenæ alicui Aviano, qui tempore propemodum jam emorientis rei Romanæ undique illud ex veteribus utriusque linguæ scholiastis & mythologis consarcinaverit, adscribendum censerem, cum ob dictionem ipsam, quæ non plebeitatem tantum, quâ unâ videri possit assumptum referre patronum Hyginus iste, sed peregrinitatem nonnunquam & barbariem sapit; tum quod clarè in Barthii membranis visatur: *Explicit feliciter Avianus de fabulis poetarum & He-*

siodi. Hæc scripseram, cum illa inveni apud Thomam Gale virum doctissimum Dissertatione de Scriptoribus Mythologicis cap. 5. *Ut autem Apollodorus Anaximenem Lampsacenum habuit, quem sequeretur, ita & Diodorus & Hyginus (cujus Genealogiæ epitomen tantum habemus, quam Grammaticus quidam penes V. D. Isaacum Vossium ait se feciſſe Maximo & Apro Coss.) utrumque videntur expressisse.*

Ut credamus ergo bonam partem harum fabularum ex Hygino esse desumptam, negari tamen haud potest, cum non pauca illis esse alicunde assuta, tum nonnulla ab homine Græcè non valde docto in Latinum sermonem versa, ut liquet ex iis, quæ annotavimus ad Mythol. cap. 3. 14 & 31. & Astron. cap. 2. Lib. II. Et tu jam oscitas forsan, mi lector, & me tædet quoque diutius his immorari. Sustine, oro te, adhuc paulisper: paucis te absolvam. Si librum hunc fabularum & poeticon Astronomicon ejusdem esse volumus parentis fœtum, id quod præter Volaterranum etiam Scaliger, Schefferus, aliique existimarunt, tenemus impostorem, tanquam soricem suo se prodentem indicio. Lib. IV. ubi de planetis agit, hi Prudentii versus ex Lib. I. contra Symmachum leguntur:

Est qui conspicuis superos quæsivit in astris,
Ausus habere deum solem, cui tramite recto
Conditio imposita est vigilem tolerare laborem.

Sequuntur paulo inferius etiam isti ex eodem libro:

Le-

Denique cum Luna est, sublustri splendet amictu:
Cum succincta jacit calamos, Latonia virgo est:
Cum subnixa sedet solio, Plutonia conjux.

Quid dicemus? Alterutrum profecto, aut è margine in textum irrepsisse eos versiculos, aut Prudentii ævo inferiorem esse Hyginum fatearis necesse est.

Sed, ut verum tibi fatear, prius verius esse puto, cum nec in Veneta editione anni 1482. quam principem esse censemus, nec in MSS. 2. Vlitianis compareant. Procul dubio nec in suis eos invenit Morellius, cum & ipse omiserit. Testatur tamen Barthius ad Stat. Tom. 11. pag. 1079. codicem chartaceum sibi esse ante ducentos annos scriptum, in quo utrumque locum tueantur Prudentiani illi versus, quorum postremum ex Manil. Astron. Lib. IV. adducit Vlitius ad Nemes. pag. 342. verum memoriâ lapsus, ut apparet. Etiam in Scholiis in Germanici Aratea, sed perquam appositè, iidem versus adducuntur de Lunâ: *Diana autem Luna dicta est, quasi Duana, eo quod die ac nocte appareat ipsa, & Luna eo quod luceat* &c. Vide ibi reliqua, quæ exscribere operæ non est. Animadverti etiam τὸν πάνυ Gronovium plumbei plura, quam aurei sæculi, vestigia in hoc deprehendisse scripto, cum hæc notaret ad Virgilii vitam: *Facelinam puto reliquisse auctorem, etsi Fascelitis dicatur à Servio in proœmio ad Bucolica, & ad Æn* 11. *ut & Hygino fab.* 116. *quorum utervis, quod ibi habet, ex altero descripsit,*

pſit, & juvari uterque ex altero poteſt. Dubitat, ut vides, utrum Hyginus, an Servius cenſendus ſit antiquior. Quid? quod & Voſſius, re, ut videtur, poſtea accuratius penſitata, mutavit ſententiam illam ſuam, qua Auguſtæo ævo vixiſſe illum prius cenſuerat, ita ſcribens in libro de Scient. Mathem. pag. 170. *Auguſti etiam Libertus fuiſſe creditur C. Julius Hyginus, cujus habemus Aſtronomicum poëticum, ſive hiſtoriam ſiderum: item de ſideribus fabulas. Sed cum meminerit imperatorum, poſſit videri ſub Antoninis vixiſſe; quæ ſuſpicio Barthii eſt Lib.* 11. *Adverſar. cap.* 20. &c. Circa Antoninorum tempora Schefferus quoque vixiſſe eum autumabat. Barthius ſibi non conſtat. Ad Stat. Tom. 111. pag. 1493. Pauſaniâ, qui ſub Antonino vixit, antiquiorem facit. Verum Hyginum iſtum Tertulliani ævo inferiorem fuiſſe liquet ex illis verbis: *Ubi ſacrificii conſuetudo adoleſcentum verberibus ſervabatur, qui vocabantur Bomonicæ, qui aris ſuperpoſiti contendebant, qui plura poſſet verbera ſuſtinere.* Loqui eum vides de illâ flagellatione tanquam re jam deſitâ, quæ tamen Tertulliani ævo adhuc in uſu erat. Audi eum Lib. ad Martyr. cap. 4. *Nam quæ hodie apud Lacedæmonios ſolennitas maxima eſt διαμαστίγωσις, id eſt, flagellatio, non latet.* At ſi conſideres, quæ habet cap. 71 & 68. non tantum parentationem ad buſta Eteoclis & Polynicis etiamnum fieri ſolitam, ſed & oleam illam à Minervâ olim Athenis ſatam, ſtetiſſe adhuc creden-

den-

dendum videtur. Sed isti sequioris ævi scriptores integras periodos sæpe ex aliis ita suis inferciunt narrationibus, ut non tam ipsi loquantur, quam illi, unde sua sublegerunt. Vossius certè in Comment. de vit. Sermon. Lib. III. cap. 12. in Barthii sententiam, quod epitome sit ab Aviano vel Ammiano ex Hygini opere confecta, discedit. Cæterum incomparabilis ille Nicolaus Heinsius de Hygino quid ei videretur, à me consultus, ea respondit, quibus, quod sententiam meam mirificè adstruant, concludere non malè posse videor hanc dissertatiunculam. *Apud Hyginum*, inquit, *offerri non pauca parum Latina & fæces sequioris ævi redolentia satis est manifestum : tum frequenter illum in narratione fabularum dissentire à semetipso, ac variare. Unde convinci possit interpolatus non ab una manu, Scholiastas poetarum ac Mythologos præsertim Græcos compilante.* Sic in pervetustis Puteaneæ bibliothecæ membranis cum Arateorum Germanici Scholiasten invenissem Latinum, ab edito satis diversum, jamque describendum hunc mihi proposuissem, deprehendi paullo post esse Græcum Arati Scholiasten Latinitate donatum. Certè si ita scripsit ut nunc circumfertur nobis, Hyginus ille, quicunque is tandem est, vix ad Theodosii junioris tempora assurgit. Sed cum & Servius & reliqui poetarum Latinorum commentatores adeo mutili ac interpolati ad nos pervenerint, ut vix umbram suimet ipsorum circumferant,

po-

potuit id ipsum fati Hyginus quoque subiisse. Hactenus Heinsius: cujus nos sententiæ lubentes meritoque subscribimus. Atque hæc exercitii caussa dicta sunto. Tu interim, lector benevole, contentus isto hoc Catone. Plura his & meliora tibi dabit, qui ab ingenio & doctrinâ, quibus nos æstivè nimis viaticati sumus, copiosius instructus est. Cæterum loca illa, quæ hic obiter tetigimus, accuratius à nobis in ipsis animadversionibus ad Hyginum examinabuntur.

INDEX SCRIPTORUM

Veterum, non prorsus omnium, qui passim à nobis laudantur, sed eorum duntaxat, quos vel emendare, vel explicare in commentariis Hyginianis conamur.

Numerus paginas designat. Verum paginâ eadem sæpe idem scriptor bis terve emaculatur.

ÆLiani interpres reprehensus pag. 78. 162.
Æschyli Scholiastes emendatus p. 7.
Ampelius emendatus p. 168. 236. 277. 290. 292.
---- Reprehens. 335.
Anthologia Græc. Epigr. emendata p. 113.
Antoninus Liberalis emendatus p. 38. 222.
Apitius emend. p. 192.
Apollodorus emend. p. 2. 3. 30. 33. 41. 42. 51. 69. 72. 105. 109. 128. 154. 178. 228. 231.
---- Ejus lectio vetus defensa 125. 233.
--- Interpres reprehens. 121.
Apollonii Scholiastes emendatus p. 32. 38. 129. 231. 233.
Arati Scholiastes emend. p. 129. 271. 275. 362. 367. 371. 375. 407. 408. 438.
---- Reprehens. 74.
Aristoteles emend. p. 86.
Arnobius tentatus p. 3.
Auctor Orig. Gent. Rom. emendatus p. 51.
Auctor Eleg. de Obit. Mæc. explicatus p. 94.
Avienus emendatus p. 58. 106. 289.
Ausonius emend. 289. 303.
Callimachi Scholiastes emend. p. 207. 208. 265.
---- Ejus interpres reprehens. p. 114. 406.
Capella emend. p. 19. 62. 71. 92. 230. 292.
---- Reprehens. 475. ut & Ejus Gloss. 412.
Catalect. Vett. poët. emend. p. 10. 162. 181. 380.
--- Illustrata 132.
--- Eorum lectio defensa 28.
Charisius emend. p. 17. Reprehens. 292.
Corippus emend. p. 112.
Conon emend. p. 227. 318. Ejus interpres reprehens. 250.

Cy-

Cyprianus emend. p. 37. 51. 112. 127. 330.
Dares emend. p. 153.
Demetrius emend. p. 95.
Demophili interpres repreh. p. 1.
Diaconus emend. p. 8. Repreh. p. 64.
Dictys Cretenſ. emend. p. 170.
Diodorus emend. p. 78. 121. 227. Tentat. p. 225.
Diomedes emend. p. 244.
Eratoſthenes emend. p. 229. 372. 386. 401. 421. 459.
Etymologici magni auctor emend. p. 4. 73. 195. 236. 255. 268.
Euphorbus emend. 289.
Euripidis Scholiaſtes emend. p. 119. 184. 213. 240. 335.
Euſtathii interpres repreh. p. 235.
Feſtus Paulli emend. p. 21. 57. 89. 91. 108. 137. 150. 161. 199. 257. 284. 286.
Germanici Scholiaſtes emend. p. 7. 11. 18. 49. 97. 129. 198. 224. 228. 249. 254. 264. 273. 275. 277. 292. 318. 356. 358. 362. 379. 394. 398. 399. 400. 401. 402. 404. 406. 407. 409. 415. 420. 425. 435. 449. 452. 458. Defenſus p. 200.
--- Reprehenſ. p. 361.
Gloſſ. Philox. emend. p. 9. 18. 54. 61. 63. 73. 95. 104. 114. 157. 205. 241. 255. 272. 279. 325. 326. 419. Ejus lectio defenſa p. 57. 263.
Gloſſarium Iſidor. emend. p. 63. 94. 119. 131. 149. 258. 272. 328.
Gloſſar. Barthii emend. p. 288. 291.
Gloſſæ Nomicæ emend. p. 169.
Gloſſ. Vett. in Virgil. emend. p. 197. 198. 219. 280. Reprehenſ. p. 325.
Heraclitus emend. pag. 12. 221.
Heraclides emend. p. 73.
Herodotus tentatus p. 20.
Heſiodi Scholiaſtes emend. p. 207. 240.
Heſychius emend. pag. 113. 114.
Hieronymus emend. p. 112.
Homeri Scholiaſtes emend. p. 55. 78. 102. 111. 113. 119. 128. 135. 153. 157. 167. 186. 194. 195. 208. 209. 223. 247. 251. 271. 279. 281. 325. 327. 359. Ejus interpres reprehenſ. p. 244.
Horatius illuſtratus p. 94. Ejus Scholiaſtes emend. 23. 180. 227. 240. 245.

Re-

Reprehenſ. p. 296. 330.
Interpres vetus Bibliorum defenſus p. 292.
Iſidorus emendatus p. 18. 72. 223. 268. 289. 291. 350. 353. 407. 484. Reprehenſ. p. 37. 199. 335.
---- Ejus lectio vetus defenſa p. 73. 119.
Juſtinus emend. p. 61. 67. 75. 286. Illuſtratus p. 233.
---- Ejus lectio vulg. defenſa p. 158. 171. 301. 308. Reprehenſ. 143.
Juvenalis Scholiaſtes emend. p. 48. 87. 119. 268. Repreh. 290. 294.
Lactant. Firm. emendat. p. 203. Tentat. 205.
Lactant. Placid. emend. pag. 268.
Lucianus emend. p. 83. Ejus interpres reprehenſ. p. 97.
Macarii interpres reprehenſ. p. 49.
Moſchi interpres reprehenſ. p. 76.
Nemeſianus tentatus p. 104.
Nepos tentat. p. 21.
Nicandri Scholiaſtes emend. p. 47. 407. 408.
Notæ Tyronis emend. pag. 119. 192. 289.
Obſequens emend. p. 301. Ejus lectio Vulg. defenſa p. 51.
Oroſius reprehenſ. p. 335.
Parthenius emend. p. 52. 84. 408. Ejus interpres reprehenſ. p. 68. 320.
Petronius emend. pag. 127. 192. 194. 286. Ejus lectio Vulg. aſſerta p. 91.
Philargyrius emend. p. 45. 304. 322.
Pindari Scholiaſtes emend. p. 79. 109. 126. 129. 139. 296. 333.
Plinius emend. p. 97. 358.
Plutarchus emend. p. 305.
Pollux emend. p. 268.
Priapeia emend. p. 114.
Priſcianus emend. p. 45.
Proclus emend. pag. 38. 64. 273. 406.
Propertius illuſtratus p. 85.
Publius Syrus emend. p. 351.
Quintilianus emend. p. 83. 139. 163. 220. 263. 276. 286. 293. 298. 348.
Sammonicus emend. p. 163.
Sarisberienſis emend. p. 114.
Sedulius emend. p. 289.
Seneca emend. p. 190.
Septuaginta Interpretum verſio defenſ. p. 266.
Servius emendatus p. 8. 9. 17. 27. 32. 45. 55. 57. 58. 68. 71. 82. 91. 100. 101. 103. 104. 111. 144. 164. 171. 172. 174. 180. 186. 193. 195. 202. 204. 207. 217. 218. 219. 245. 254. 270.

270. 271. 272. 273. 274. 275. 279. 283. 292. 294. 301. 306. 324. 330. 331. 336. Repreh. p. 376.
Sidonius emend. p. 289.
Statii Scholiastes emend. p. 16. 18. 24. 27. 29. 30. 43. 68. 77. 78. 82. 86. 96. 102. 103. 105. 110. 115. 116. 121. 125. 126. 127. 135. 159. 167. 169. 188. 195. 211. 217. 218. 219. 221. 230. 232. 239. 242. 245. 248. 259. 275. 279. 282. 283. 298. 313. 318. 330. Reprehens. p. 159. 325.
Stephanus emend. p. 333.
Sulpitiæ Satyra explicata p. 191.
Tatianus emend. p. 184.
Theocriti Scholiastes emend. p. 41. 105. 113. 196. 229. 235.
Theophilus emendatus pag. 261.
Tzetzes emend. p. 13. 14. 30. 36. 37. 39. 44. 64. 67. 75. 81. 105. 113. 128. 131. 138. 146. 153. 163. 177. 182. 186. 194. 214. 217. 222. 229. 230. 231. 248. 279. 293. 304. 315. 323. 331. 333. 367 411.
Valerius Max. tentatus pag. 317.
Varro emend. p. 209.
Vellei lectio vulg. defensa p. 124. 435.
Vibius sequester emend. p. 32. 252.
Victorinus emend. p. 335.
Virgilius illustratus pag. 1. 131. Emend. p. 260.

FABULARUM HYGINI per CAPITA INDEX.

1 Themisto.
2 Ino.
3 Phryxus.
4 Ino alia Euripidis.
5 Athamas.
6 Cadmus.
7 Antiope.
8 Eadem Euripidis.
9 Niobe.
10 Chloris.
11 Niobidæ.
12 Pelias.
13 Juno.
14 Argonautæ convocati.
15 Lemniades.
16 Cyzicus.
17 Amycus.
18 Lycus.
19 Phineus.
20 Stymphalides.
21 Phryxi filii.
22 Æeta.
23 Absyrtus.
24 Iason Peliades.
25 Medea.
26 Medea exul.
27 Medus.
28 Otus & Ephialtes.
29 Alcumena.
30 Hercules athla XII. ab Eurystheo imperata.
31 Parerga ejusdem.
32 Megara.
33 Centauri.
34 Nessus.
35 Iole.
36 Deianira.
37 Æthra.
38 Thesei labores.
39 Dædalus.
40 Pasiphae.
41 Minos.
42 Theseus apud Minotaurum.
43 Ariadne.
44 Cocalus.
45 Philomela.
46 Erichtheus.
47 Hippolytus.
48 Reges Athenienses.
49 Æsculapius.
50 Admetus.
51 Alcestis.
52 Ægina, Mirmidones.
53 Asteria.
54 Thetis.
55 Tityus.
56 Busiris.

57 Sthe-

57 Sthenobæa, Bellerophon.
58 Smyrna.
59 Phyllis.
60 Sisyphus & Salmoneus.
61 Salmoneus.
62 Ixion.
63 Danae.
64 Andromeda.
65 Alcyone.
66 Laius.
67 Oedipus.
68 Polynices.
69 Adrastus.
70 Reges septem Thebas profecti.
71 Epigoni.
72 Antigona.
73 Amphiaraus, Eriphyle, & Alcmæon.
74 Hypsipyle.
75 Tiresias.
76 Reges Thebani.
77 Leda.
78 Tyndareus.
79 Helena.
80 Castor.
81 Helenæ proci.
82 Tantalus.
83 Pelops.
84 Oenomaus.
85 Chrysippus.
86 Pelopidæ.
87 Ægisthus.
88 Atreus.
89 Laomedon.
90 Priami filii & filiæ, numero 54.
91 Alexander Paris.
92 Judicium Paridis.
93 Cassandra.
94 Anchises.
95 Ulysses.
96 Achilles.
97 Qui ad Trojam expugnatum ierunt, & quot naves.
98 Iphigenia.
99 Auge.
100 Teuthras.
101 Telephus.
102 Philoctetes.
103 Protesilaus.
104 Laodamia.
105 Palamedes.
106 Hectoris lytra.
107 Armorum judicium.
108 Equus Trojanus.
109 Iliona.
110 Polyxena.
111 Hecuba.
112 Provocantes inter se, qui cum quo dimicarunt.
113 Nobilem quem quis occidit.
114 Achivi qui quot occiderunt.
115 Trojani qui quot occiderunt.
116 Nauplius.
117 Clytæmnestra.
118 Proteus.
119 Orestes.
120 Iphigenia Taurica.
121 Chry-

121 *Chryſes.*
122 *Aletes.*
123 *Neoptolemus.*
124 *Reges Achivorum.*
125 *Odyſſea.*
126 *Ulyſſis agnitio.*
127 *Telegonus.*
128 *Augures.*
129 *Oeneus.*
130 *Icarus, Erigone, & Canis.*
131 *Nyſus.*
132 *Lycurgus.*
133 *Hammon.*
134 *Tyrrheni.*
135 *Laocoon.*
136 *Polyidus.*
137 *Merope.*
138 *Philyra, quæ in tiliam verſa eſt.*
139 *Curetes.*
140 *Python.*
141 *Sirenes.*
142 *Pandora.*
143 *Phoroneus.*
144 *Prometheus.*
145 *Niobe, ſive Io.*
146 *Proſerpina.*
147 *Currus Triptolemi.*
148 *Vulcanus, Harmonia.*
149 *Epaphus.*
150 *Titanomachia.*
151 *Ex Typhone & Echidna geniti.*
152 *Typhon.*
153 *Deucalion & Pyrrha.*
154 *Phaeton Heſiodi.*
155 *Jovis filii.*
156 *Solis filii.*
157 *Neptuni filii.*
158 *Vulcani filii.*
159 *Martis filii.*
160 *Mercurii filii.*
161 *Apollinis filii.*
162 *Herculis filii.*
163 *Amazones.*
164 *Athenæ.*
165 *Marſyas.*
166 *Erichthonius.*
167 *Liber.*
168 *Danaus.*
169 *Amymone.*
170 *Filiæ Danai, quæ quos occiderint.*
171 *Althæa.*
172 *Oeneus.*
173 *Qui ad aprum Calydonium ierunt.*
174 *Meleager.*
175 *Agrius.*
176 *Lycaon.*
177 *Calliſto.*
178 *Europa.*
179 *Semele.*
180 *Actæon.*
181 *Diana, & Canum nomina.*
182 *Oceani filiæ.*
183 *Equorum Solis & Horarum nomina.*
184 *Pentheus & Agave.*
185 *Atalanta.*
186 *Melampe.*
187 *Alope.*

188 Theophane.
189 Procris.
190 Theonoe.
191 Rex Midas.
192 Hyas.
193 Harpalycus.
194 Arion.
195 Orion.
196 Pan.
197 Venus.
198 Niſus.
199 Scylla altera.
200 Chione.
201 Autolycus.
202 Coronis.
203 Daphne.
204 Nyctimene.
205 Arge.
206 Harpalyce.
207 Macareus.
208 Rhodos.
209 Cyrene.
210 Hecatea.
211 Herſe.
212 Endymion.
213 Atys.
214 Narciſſus.
215 Hermaphroditus.
216 Eurydice.
217 Maleas.
218 Hyacinthus.
219 Archelaus.
220 Cura.
221 Septem Sapientes.
222 Septem Lyrici.
223 Septem opera mirabilia.
224 Qui facti ſunt ex mortalibus immortales.
225 Qui primi templa deorum conſtituerint.
226 Quæ mortales cum Jove concubuerint.
227 Quæ cum Apolline.
228 Quæ cum Neptuno.
229 Quæ cum Mercurio.
230 Quæ cum Libero.
231 Quæ cum Marte.
232 Quæ cum Aquilone.
233 Quæ immortales cum immortalibus concubuerint.
234 Qui patres ſuos occiderunt.
235 Qui matres ſuas occiderunt.
236 Qui fratres ſuos occiderunt.
237 Patres qui filios ſuos occiderunt.
238 Qui filias ſuas occiderunt.
239 Matres quæ filios interfecerunt.
240 Quæ conjuges ſuos occiderunt.
241 Qui conjuges ſuas occiderunt.
242 Qui ſe ipſi interfecerunt.
243 Quæ ſe ipſæ interfecerunt.
244 Qui cognatos ſuos occiderunt.

245 *Qui ſoceros & generos occiderunt.*
246 *Qui filios in epulis conſumpſerunt.*
247 *Qui à canibus conſumpti ſunt.*
248 *Qui ab apro percuſſi, interierunt.*
249 *Faces ſceleratæ.*
250 *Quadrigæ quæ rectores ſuos perdiderunt.*
251 *Qui licentia Parcarum ab inferis redierunt.*
252 *Qui lacte ferino nutriti ſunt.*
253 *Quæ contra fas concubuerunt.*
254 *Quæ piiſſimæ fuerunt, vel qui piiſſimi.*
255 *Quæ impiæ fuerunt.*
256 *Quæ caſtiſſimæ fuerunt.*
257 *Qui inter ſe amici & conjunctiſſimi fuerunt.*
258 *Atreus & Thyeſtes.*
259 *Lynceus.*
260 *Eryx.*
261 *Agamemnon, qui Dianæ cervam ignarus occidit.*
262 *Noctua.*
263 *Ceres.*
264 *Qui fulmine icti ſunt.*
265 *Qui à Neptuno perierunt, vel à Mercurio, vel à Minerva.*
266 *Qui ab Apolline perierunt.*
267 *Quæ bellicoſiſſimæ fuerunt.*
268 *Qui fortiſſimi Heroes fuerunt.*
269 *Qui ampliſſimi fuerunt.*
270 *Qui formoſiſſimi fuerunt.*
271 *Qui ephebi formoſiſſimi fuerunt.*
272 *Judicia parricidarum, qui in Areopago cauſam dixerunt.*
273 *Qui primi ludos fecerunt, uſque ad Æneam quintum decimum.*
274 *Quis quid invenerit.*
275 *Oppida qui quæ condiderunt.*
276 *Inſulæ maximæ.*
277 *Rerum inventores primi.*

Omissa & Commissa.

Numeri Romani paginas, barbari versus, literæ a b columnas designant.

I. A. 10. Ἀχλὺν Hesiodus. *add.* Non ignoro tamen, ἀχλὺν apud Hesiodum non *Caliginem* esse, sed *Dolorem*, rectè esse jam pridem in notis ad Longinum observatum à Cl. Tanaq. Fabro.

Ead. pag. b. 9. Ed. Morell. *add.* Verum turbat τὸ *Discordia*, quod mox sequitur.

II. b. vers. ult. Thebaid. Lib. II. vers. 4. *add.* Cæterum *Argus* perperam dicitur Cyclops ille apud Athenagoram, qui *Arges* Hesiodo est. Verum *Gyges* apud eundem, non *Gyes* celebratur: quo magis adhuc de mendâ suspecta mihi Apollodori lectio.

V. b. 11. ἑρμοσαμένῳ πολλαῖν. *add.* Doctè, ut omnia, vir ille incomparabilis. Sed apud Plutarchum in libello de Fluviis p. 76. ed. Mauss. inveni Axenum dictum fuisse olim Acheloum. Ἔφιππον εἶναι, inquit, εἰς πόλεμον Ἄξενον, ὃν ἀπ' αὐτοῦ μεταονομάσθη. Περσεπόλιδη ὁ Ἀχελῶος ὑπὸ πειρατῶν αἰτίας &c. Hinc suspicio mihi incidit, vel τὸ *Acheloum* a glossâ esse forte, vel hunc scriptorem putasse Axenum & Acheloum diversos esse fluvios, cum unus idemque fluvius & Axeni & Achelai vocabulo fuerit appellatus.

XIV. a. 6. Nota præterea &c. *Dele ista, & repone*, Nota præterea Learchum aliter Clearchum dictum.

XVIII. a. 38. Capta manu. *add.* Pertinent huc & illa interpretis Abdiæ Babylonis Lib. III. p. 23. ed. Laz. *Ingressusque Hellespontum fretum navigabat.* Nec non ista in Vitâ Clementis p. 135. *Aut trans Pontum mare in heremo, quod adjacet civitati Cersonæ, subire exilium.*

XXVIII. a. 16. amaram aquam. *add.* Ambros. Hexaem. Lib. I. cap. 3. *Petra aquas fluxit.* Festus v. MANALEM. *Eumque, quod aquas manaret, manalem lapidem dixere.* Junii. Præfat. Comment. in Genes. *Quorum primus libris novem; secundus, vestigia ejus sequens, libris sex; tertius libris* XII. *& rursum aliis duobus specialiter adversum Manichæos descriptis, prolixa legentibus doctrinæ salutaris fluenta manarunt.* Petron. Frag. Tragur. p. 55. *Amphoras copiosas gypsatas, ne effluant vinum.* Quem locum frustra tentarunt homines docti.

XXXII. a. 3. hac de re notamus. *add.* Corruptus procul dubio Homeri Scholiastes ad Odyss. M. vers. 70. Ἄτιτος ὁ ἐκ Πολυμήλας γίνεται Γίγαντι. Corrig. Πολυμήδης.

LIII. b. 23. mutaverat in *cæstum.* Scribe *cæstu*, & *add.* Non malè. Seneca Epist. LXXXVIII. *Quid prodest multos vincere luctatione, vel cæstu, & ab iracundiâ vinci?*

LXXXIII. a. vers. ult. porrexit induendam. *add.* Nisi *vestire vestem* dixit, ut *calceare caligas* Vet. Interpr. Act. cap. XII. vers. 8. *Calcea te*, inquit, *caligas tuas.* Atque ita legitur etiam apud Cassian. in de Habit. Monach. Lib. I. cap. 3.

LXXXVII. a. 10. Cromyona colonus. *add.* Verumtamen an mutari quicquam debeat, facit ut dubitem Stephanus. Κρεμμύων, inquit, κώμη κορινθία &c.

CXLVII. b. 23. *Hercius.* quod idem est. *add.* Perperam Ἔρκιος editum est apud Aristoph. Scholiast. in Act. v. sc. 3. Pluti, Μαζύθρομος ὁ Ζεὺς Ἑρκίᾳ χώρᾳ.

CLXXXIX. b. 12. Κρήδεμνον ἀυλῆς. *add.* Hinc λιπαροκρήδεμνος apud Hom. Schol. ad Iliad. Σ. 382. Alluxit ad fabulam Max. Tyrius Dissert. I. Ἐς αὐ ἀυλὴ φιλοσοφία ὑποδέξατο ὑποκαθῶσα τὰς ἀυλῆς λεγομένας, ὥσπερ τὸ κρήδεμνον Ὀδυσσεῖ ἡ Λευκοθέα. Gloss. Labb. κεφαλοδέσμιον, *reticulum.* leg. *reticulum.* Κεφαλόδεσμος, *frontale, capitale.* Κεφαλοδέσμιον, *capitulare.*

CCV. b. 14. *Lanæ, cereæ* &c. *add.* De cedriâ notabilis est locus apud Scholiasten Horat. in Artem Poët. p. 634. Ed. Raphel. Cedrus est arboris species, cujus resina nigri coloris est, quâ

quâ quicquid fuerit oblitum nunquam putrescit: unde nobilium poëtarum chartæ hac oblinebantur, ne corrumperentur à tineis. Hac etiam vidimus particulas sanctæ crucis oblitas, quarum color velut Indicus apparebat. Cupressus autem est cedri species, unde confici solent capsulæ, in quibus reponebantur scripta poëtarum contra tineas. Ut hoc loco, ita & pag. 633. ostendit se Christianum fuisse: *Divus*, inquit, *Augustinus in libro de doctrinâ Christianâ dicit hic in primis legendum esse hunc poëtam.*

CCXIII. a. 7. leg. *retrimentum add.* Invenitur tamen *recrementum* apud Prudentium pro purgamento p. 213.

CCXX. a. 27. *sines territabat. add.* Phædrus Lib. IV. cap. 25. *Quum jam desierit esse beneficium utile, Et mors vicina flagitabit debitum.* Terent. Andr. IV. 1. *Ah nescis quantis in malis verser miser, Quantasque hic suis consiliis mihi confecit solicitudines Mens carnifex.* Cic. Lib. II. Fin. *Num P. Decius, cum se devoveret, & equo in in mediam aciem Latinorum irrueret, de voluptatibus cogitabat?* Adde his, quæ præterea notavi ad Fulgent. Lib. II. cap. 9.

CCLIII. a. 27. Pausan. Lib. VI. *add.* Firmat emendationem meam Pollux Lib. V. cap. 5. Τὰ μὲν δὴ τῆ Ἀ'λκιόνη καὶ τῶν ἑτέρων ἐπίκλησιν καὶ τῶν τῆ Ἀ'γάλλι δόξαι κάρηξ, Ἄ'ρπυια, Χάρων, Λυκωτίς.

CCLIV. b. 21. *à Nysa nutrice dicto. add.* Nisi τὸ *dicto* intelligendum potius existimas. Lactant. Argum. Ovid. Met. Lib. XIV. fab. 16. *Aventinus, à quo mons, urbis Albæ accepit imperium.*

CCLVIII. b. 35. *se vindicavit. add.* Interpres Vet. I. Reg. XXIV. 3. *Ut ulciscatur me dominus ex te.* Luc. XVIII. 3. *Vindica me de adversario meo.* Interpres Abdiæ p. 32. Ed. Laz. *Ulciscemur nos in te.*

CCLXXVI. a. 36. *te jussi. add.* Cicero apud Lactant. Lib. VI. Div. Instit. cap. 8. *Quæ* (lex) *tamen neque probos frustra jubet aut vetat* &c.

Quod Commentarii in Hygini fabulas manu non valdè peritâ ex adversariis nostris descripti essent, & absente nobis typis excusi, tametsi præter votum quidem, non præter exspectationem tamen accidit, ut sphalmata nonnulla in eos irrepserint. Illa ut ante corrigas, quam ad Hygini lectionem accedas, etiam te atque etiam, mi lector, rogo. Pag. 11. b. 5. inversa C. *scrib.* Ↄ. XVI. a. 3. Inoni heic. *leg.* Inoni heic Hyginus. XXVII. b. 14. Ovid. II. Met. *leg.* XI. Met. XXXI. a. 14. Juvenal. Schol. 130. *leg.* Schol. Vet. XXXIII. b. 21. *Caledonio. leg. Calcedonio.* Ead. Col. vers. 12. Schol. A. leg. Odyss. A. XXXVIII. b. 29. pro *Amymones. leg. Amymones.* XXXIX. b. 21. Perizonius quod. *Scrib.* Perizonius. Quod &c. XLII. a. 19. *Varius acer.* Scrib. *Varius.* XLVII. a. 24. Scholiasta. *leg. Scholiaste.* LI. a. 38. p. Ed. Cont. 160. *leg.* p. 160. Ed. Cont. LIII. b. 23. In *cæsum. leg. cæstu.* LXIII. b. 35. Steph. p. 35. *leg.* p. eadem. LXV. a. 19. Videndus Sotionis. *leg.* videnda &c. C. a. 30. ejus Eurymedonis. *leg.* Myrmidonis. CXIX. b. 25. *aprugnum. leg. aprugnum.* CLXXI. a. 3. ventricosum. *leg.* ventrosum. CLXXXIX. b. 12. & pag. 232. *leg.* 132. Κρώδμεν. leg. Κνώδιμον. CCLXXIV. b. 20. In in Bœotiâ. Dele alterum *in.* CC LXXIX. a. 32. Lib. VI. fab. 20. *leg.* Lib. VII. CCLXXXVIII. a. 26. Variorum. *leg.* Variarum. CCCI. a. 25. Δοντὶφ τῷ ἱερεῖ. *leg.* Α'ντὶφ. CCCXVII. b. 21. captam fuisse. *leg.* captum. CCCXVIII. a. 3. *tunc Endymion. leg. tunus Endymion.* CCCXXV. b. 7. apud alii Syros. *leg.* alii apud Syros. CCCLXXX. b. 6. mecum *cursus.* leg. vocum *cursus* &c. In dedicat. Astron. præfixâ leg. *Callipiden* pro *Callipedem*, & *occepi* pro *occæpi.*

Unable to display this page

Barthius lib. V. Adversar. c. 2.

Est similis sibi hic scriptor, licet minime unius auctoris liber sit, sed Epitoma ex Hygino & aliis contracta.

Idem lib. VI. c. 22.

In uno tamen eorum (codicum) Hygini fabularum partem inveni, ut captum videas, Aviani aut Avieni nomine præscripto.

Idem lib. VIII. c. 6.

Quæ phrasis stylique facies in Hygini fabulis, & multa in ea notanda sunt ab usu Latinitatis hodiernæ remota, quæ tamen Barbariæ damnare non possis, multa ob elegantiam commendanda.

Et lib. X. c. 12.

Hygini nomine prostantem librum ego Rhapsodiam ex omnibus hinc inde Mythologorum libris concinnatam esse arbitrer. Nam apud Fulgentium integræ periodi sunt, quæ hic extant. Nisi tamen ille Hyginum potius exscripsit.

Ejusdem libri c. 20.

In fine pervetèrum membranarum, quæ in nostram potestatem pervenerunt, ita scriptum calamo: *Explicit feliciter Avianus de Fabulis Poëtarum & Hesiodi.* Cum vero & in aliis docti Hygini titulum invenerint, quis non dabit suspicioni locum, ex Hygino & aliis Avianum hæc excerpta constipasse?

Et lib. XXIII. cap. 11.

Non inelegans scriptor est Lactantius ille, sive Lutacius, qui argumentis Ovidianos Metamorphoseon libros enarravit. Stilus vero simillimus earum fabularum, quæ vulgo Hygino adscribuntur; sed utique in compendium à nescio quo redactæ sunt, & fortassis ab eodem hoc scriptore, qui Epitomas concinnare consueverat.

Reinesius lib. III. variar. Lect. p. 372.

Sunt in isto fasciculo (Hygini) nonnulla, quæ vix infima Latinitate subsistant. *Et paulo post:* Sunt in istum fabularem librum veterum dramatum argumenta, quæ interpretes Poëtarum Grammatici tradiderant, constipata, eo plane modo, quo periochas in Homeri Iliada & Odysseam dedit Ausonius, fabularum Menandri Hypotheses Homerus Gellius Grammaticus, & Metamorpheseos Ovidianæ epitomen Lactantius Placidus. Id vero in Pseudo-Hygino ostendemus.

Idem

Idem lib. III. c. 8.

Judicium in Grammatico, qui fabularum librum capitum ducentorum septuaginta septem constipavit, & præfixo Hygini nomine ætatem mentitus est & auctoritatem, merito requiramus multis de causis.

DE POETICO ASTRON.

Antonius Riccobonus in Fragmentis Historicorum.

Julius Hyginus scripsit ad M. Fabium Quintilianum, cui familiarissimus fuit, de mundi & sphæræ ratione utile sane Astronomicum. Præterea de signis cœlestibus opus, in quatuor libros distinctum.

Modius epist. 9. Novantiquarum Lect.

Nota magis nulli domus est sua, quam Hygino cœlum.

Scaliger ad Manilium, p. 34.

Ita omnes veteres, præter Hyginum, qui τὸν ἰχθὺν & πλοῦν Canopum vocatum scribit. Et idem scribit Capella ab Hygino mutuatus. *Idem p. 372.* Hyginus enim, qui ex Eratosthene & antiquioribus Astronomicon suum concinnavit, vocat eam Sagittarii coronam.

Idem in Notis ad Eusebium num. CCCXL.

At Hyginus in asterismo Ophiuchi eum Triopæ filium facit, cujus verba huic historiæ illustrandæ perneccessaria apponam.

Scioppius in Infamia Famiani p. 17.

Hygini est in Astronomico, Herculem inopia armorum defessum se ingeniculasse, multis jam vulneribus acceptis. Id autem, ut alia Hygini multa, plebejum sapit. *Idem ibidem p. 49.* Hyginus quoque plebejus bonæ ætatis scriptor, observantia pro custodia dixit.

Barthius lib. XXII. Adversc. 22.

Hyginus, seu ejus potius Epitoma lib. II. Astronomici, c. 43.

Palmerius in Exercitationibus ad Laert.

Nec in eo fidem adhibeo Hygino, qui Astronomicorum II. c. 3. hæc ait: &c. & *post:* quot verba, tot errores, &c.

C. Ju-

C. JULII HYGINI, AUGUSTI LIBERTI, FABULARUM LIBER.

EX CALIGINE, CHAOS.

[a] Ex Chao & Caligine, Nox, Dies, Erebus, Æther.

Ex Nocte & Erebo [b] Fatum, Senectus, Mors, [c] Lethum, [d] Continentia, Somnus, Somnia, [e] id est, Lysimeles, Epiphron, Dumiles, Porphyrion, Epaphus, Discordia,

a *Ex Chao & Caligine*] Aliter χαοσαλογῆ Hesiod. Θ. 124. cui ex Chao Erebus & Nox: ex Nocte autem Æther & Dies nascuntur. Aliter etiam Varro, secundum quem Nox non soror, sed filia est Erebi. Quâ de re videndus Victorius Var. Lect. lib. III. cap. 4. Festus in *Erebum*. Caliginem εἰδωλοποιεῖ heic Hyginus, ut in Aspide Ἀ'χλυϊ Hesiodus. Heraclid. Alleg. Hom. p. 143. ed Gesn. Περὶ Ἀχελῴων τὸ νῦν βλεπόμενα, νὺξ δὲ τὸ σύμπαν, ὃ δὴ καὶ ποιηταὶ ὀνομάζουσι παῖδες.

b *Fatum*] Cum & hoc, & quæ deinde subjunguntur, earum sint rerum vocabula, quæ inter εἴδωλα reposuerunt olim οἱ ἔξωθεν, majusculis à capite literis pingenda omnia cum Cl. Scheffero duxi.

c *Lethum*] Hinc lucem verbis illis Virgilii Æn. VI. vers. 278. *Tum consanguineus Lethi Sopor*, fœnerat Turneb. Adv. lib. XXVIII. 43. Celeberrimus Scheffer mallet, *Lethe*, propter illud præcedens *Mors*. Et sanè non de nihilo dubitat. Videntur tamen mihi, dum intentius cogito, Hyginiana ista, *Fatum, Mors, Lethum*, exprimere velle illa Hesiodea, Μόρον, Κῆρας, Θάνατον. Mythol. illam, quâ somnus lethi frater dicitur, eleganter allusit Demophilus in Sent. Pyth. Ἄχρηστον ἴσα κεῖ νῶν. συγχρὴς γὰρ τῷ ἀληθινῷ θανάτῳ ὁ ὕπνος τοῦτον ὕπνος. Interpres, *morti affinis est*. verte, *mortis consanguineus*.

d *Continentia*] Puto legendum, *Contentio*. Ista παρ' ἐμοῖγε κελεῖ est Ἔρις Hesiodi, vel Νεῖκος Empedoclis, de quo præter alios Clemens Paræn. pag. 42. Ed. Morell.

e *Id est, Lysimeles* &c.] Cl. Scheffer emendat, *item Lysimeles*. Sive glossatoris hæc, sive Hygini sint, mihi docere nos velle videtur, quæ somniorum sint vocabula. Ita mox habes: *Parcæ tres, id est, Clotho, Lachesis, Atropos*. Et paulo inferius: *Furiæ tres, id est, Alecto, Megæra, Tisiphone*. Cap. 24. *Peliades, id est, Alcestis, Pelopia*, &c. 178. *Quinque superfuerunt, id est, Chthonius, Udæus*, &c. 276. *Insulæ sunt novem, id est, Andros, Micos*, &c. Protenus istas voculas, *id est*, expellerem, nisi illis ad eundem modum etiam usum Fulgentium animadvertissem. velut lib. I. *Equis condigna sic posuerunt nomina, id est, Erythreus, Æthæon, Lampos, Philogeus*, lib. II. *Filiæ solis amore succendit, id est, Pasiphaen, Medeam*, &c. Servius eo sensu τὸ ut usurpat ad Ecl. VI. 52. *Sobolem ejus inhonestis amoribus subjecit, ut Circen, Medeam, Pasiphaen* Nasoni lib. XI. Met. Fab. 10. Somnia dicuntur *Icelos, Phobetor, Morpheus, Phantasos*. Pro *Dumiles*, quod mihi valde suspectum,

dia, Miseria, Petulantia, Nemesis, Euphrosyne, Amicitia, Misericordia, Styx, Parcæ tres, id est, [f] Clotho, Lachesis, Atropos: Hesperides, Ægle, Hesperie, [g] Ærica.

Ex Æthere & Die, Terra, Cœlum, Mare.

Ex Æthere & Terra, Dolor, Dolus, Ira, Luctus, Mendacium, Jusjurandum, Ultio, Intemperantia, Altercatio, Oblivio, Socordia, Timor, Superbia, [h] Ingestum, Pugna, Oceanus, Themis, Tartarus, Pontus, & Titanes, Briareus, [i] Gyges, Steropes, [k] Atlas, Hyperion, & [l] Pto-

vide an restitui Hygino possit, *Bumeles* vel *Epimeles*.

f *Clotho*] Non insulsa est horum nominum ἐτυμολογία, quam ad Eurip. Orest. vers. 130. dat Scholiastes, sed haustam, ut postea deprehendi, ex auctore libri de Mundo. Invenies eandem apud Diacon. in Hesiod. Aspidem pag. 208. Edit. Heinsianæ, & anonym. in Θεογ. pag. 249. Adde Phornutum c. 13. Tzetz. in Lycophr. pag. 29.

g *Ærica*] Ut nihil certius, quam corruptum hoc esse vocabulum, ita, quemadmodum restitui debeat, incertum. Vide tamen, an fuerit *Erythia* vel *Hestia*: nisi mavis, *Vesta*, ut digammos sit adjecta, quemadmodum Servius loquitur ad Æn. I. 296. Apollodorus l. II. Ἑσπερίδες Αἴγλη, Ἐρυθία, Ἑστία, Ἀρεθοῦσα. Apollonio l. IV. vers 1427. sunt Αἴγλη, Ἑσπέρη, Ἐρυθίς. Lactant. ad 11. Stat. Theb. vers. 285. *Ægle, Hesperie, Arethusa*, Fulgentio Virgil. Continentiâ, *Ægle, Hesperie, Meduſa, Arethusa*. Sequitur Hesiodum heic Hyginus Θ. vers. 215. Alii Hesperi vel Atlantis filias faciunt Hesperidas. vide Serv. ad Æn. IV. 484.

h *Ingestum*] Nobilissimus Heinsius legit, *Incestum*. Cl. Schefferus, *Vis, Bellum*. Heinsianam conjecturam præfero; quam & margini libri olim sui, quem nunc possidet vir Amplissimus Wil. Goesius, illeverat Jos. Scaliger. Ortum arbitror vitium ex corruptâ pronuntiatione, quâ seducti librarii veterum scriptorum loca non pauca corruperunt. Servius ad Georg. l. I. v. 194. *Amurca per C scribitur, & per G pronuntiatur, C. Gajus, Cn. Gneus.* Quint. l. I. 7. *Quid quæ scribuntur aliter, quam enuntiantur? Nam & Gajus C litterâ notatur, quæ inversa C mulierem declarat.* Hinc est ergo, quod *Lygurgus* in vetustis Petronii & Macrobii editionibus; *Pyragmon* apud Servium, *Pregne* apud nostrum Hyginum; *Curgulio* legitur apud veterem Horat. Commentatorem. Talia sunt, *Satirigon* pag. 171. *Verruga* 80. *Carruga* 181. not. Tyr. & Senecæ. *Tegmessa* pro *Tecmessa*. Dict. lib. 11. Lexicon Cyrill. Ἐλαία τρυγία, *amurga*. Adde not. ad Cap. 45.

i *Gyges*] Ita Hesiodus Θ. 149. Palæphatus cap. 20. Schol. Apollon. ad lib. I. Argon. Æschyli ad Prometh. vers. 351. Servius ad Æn. x. v. 565. Etymol. magni Auctor in Γύης. Schol. Nicandri pag. 42. Sen. Herc. Oet. 177. Apollodoro autem lib. I. est Γύης. fors fuat an librarii vitio, quanquam Horatianam lectionem, lib. II. Od 17. *Centimanus Gyas*, illo Apollodori loco defensum eat Muret. Var. lect. VI. 12. Confer omnino, quæ ad lib. II. Amor. El. I. & lib. IV. Trist. El. 7. notavit nobilissimus Heinsius.

k *Atlas*] Atqui Atlas inferius ex Japeto & Clymene dicitur natus. An *Arges* fuit? Cyclops enim ille & Steropis socius. Non dixerim. Nam Atlantem Titanorum ducem facit c. 150. ut & Lactantius ad Stat. Thebaid. lib. II. v. 4.

l *Ptolus*]

& [l] Ptolus, Saturnus, Ops, [m] Moneta, Dione, [n] Furiæ tres, id est, Alecto, Megæra, Tisiphone.

Ex Terra & Tartaro, [o] Gigantes, Enceladus, [p] Coemse, [q] Lentesmophius, Astræus, Pelorus, [r] Pallas, Emphitus,

l *Ptolus*] Etsi idem videtur, non est tamen, qui mox, ut & cap. 140. *Polus* audit. Hesiodi Theogoniam si sequare, *Cœus* rescribendum dicas. Sed ille inferius ponitur inter Gigantes. At etiam apud Apollodorum lib. 1. inter natos ex Cœlo & Tellure bis comparet. Verum priore loco, ubi Centimanos recenset, pro Κοῖον censeo reponas Κόττον ex Hesiod. Θ. Κόττῳ τε Βριάρεώς τε Γύγης θ' ὑπερφίαλα τέκνα. *Ptolus*, qui propius ad Hygini scripturam accedit, Centauris accensetur à Mythologis. Ne alios nunc memorem, nostrum vide Astron. II. 38. Superest ergo, ut *Cottus* & heic scribatur.

m *Moneta*] Illa est *Mnemosyne* Hesiodo & Apollodoro. Vidit id Turnebus, cum scriberet Adversl. l. XXVIII. 3. *Moneta Hygino est, quæ Mnemosyne à Græcis vocatur.* Confirmant id Glossaria Steph. *Moneta*, Μνημοσύνη. *Moneta*, μνημοσύνη. Μνήμη appellatur Anthol. lib. 1. sect. VIII. 1. *Memoria* Arnob. lib. III. Alia *Dea Moneta* est, cujus meminit Schol. Juvenal. ad Sat. XI. v. III. Arnobii, quem adduxi locum ex lib. III. pag. 121. Ed. Leid. *Jovis cæteri prædicant ex Memoriâ uxore vel mente.* corruptum esse censet nobiliss. Heins. legitque, *vel Mneme.* Vide quæ idem huc facientia notavit ad lib. V. Met. v. 268. Isidor. lib. 1. Orig. c. 14. *Inde à Poëtis Jovis & Minervæ esse eas filias constitutum est.* Nimirum Minervam quidam memoriam esse dixerunt. Arnob. pag. 118. lib. III. *Unde ipsum nomen Minervæ, quasi quædam Meminerva formatum est. Quod si ita est, nulla est ergo Mentis filia, nulla Victoriæ, nulla Jovis enata de cerebro.* An & heic reponendum *Mnemes filia?* Sane Minervæ puerorum memoriam forte hac de causa attribuerunt. vide August. C. D. c. 3. lib. VII. Sed verius puto *Metis filia*, de qua paulo inferius.

n *Furiæ*] Secundum Æschylum Nox est Furiarum mater, ut ad Æn. III. 212. notavit Serv. Ab Æschylo rursus abeunt Epimenides & Ister apud Sophocl. Schol. Oedip. Colon. v. 41. Tzetzes ad Lycophron. pag. 72. Καὶ μὴν Ἡσίοδον, ἐκ λοιπὸς ἐκ τῆ σαγήνης τῆ αἵματος τῆ αἰδοίου τῆ Κρόνου ἐγέννησε vide Hesiod. Θεογ. vers. 183. Erravit ergo Crispinus, sive alius est, qui Theogoniam in tabulas redegit, quando inter natos ex Cœlo & Terrâ Furias, Gigantas & Melias ponit; quos omnes Terra ex guttis sanguinis genitalium Cœli produxit καὶ τὴν Ἡσίοδον.

o *Gigantes*] Hi alii sunt à Titanibus. Nam Terra irata, quod in Tartarum conjecissent Titanas Jupiter, Gigantes produxit. Ita docet Scholiast. Apollon. ad lib. II. 40. Hinc ergo Γηγενεῖς Græcis, & *Terrigenæ* Latinis. Gloss. Isid. *Terrigenæ, Gigantes.* Servius ad Æn. VI. 580. *Titanas contra Saturnum genuit: Gigantes postea contra Jovem.* Isacius in Lycophron. à Terra productos ait Titanibus iratâ. vide pag. 16. Sed monstra illa ut συγχυθῆ sunt, ita confundi sæpe animadvertas. Procopius Gazæus ad lib. II. Reg. cap. 5. τοὺς γίγαντας ἐκ τιτῆνας ὀνομάζουσι ῥαφαεὶν Ἑλληνικοί φασιν. Isidor. lib. XV. cap. 1. *Hanc construxisse perhibentur Titanes, id est, gigantes.* Justin. XLIV. 4. *In quibus Titanas bellum adversus Deos gessisse proditur.* Imo Hesiodus ipse Θεογ. v. 207. Gigantas cognomento Titanas vocatos à Cœlo ait.

p *Coemse*] Micyllus, *Cœus.* Et ita legendum esse velle videtur Virgil. Æn. IV. v. 179. *Extremam, ut perhibent, Cœo Enceladoque sororem Progenuit.*

q *Lentesmophius*] Cl. Scheffer. conjicit: *Helenius, Ophius.* Nisi *Ophius* idem est qui *Ophion*, malim *Ophion.* Apud Apoll. enim lib. I. v. 503. Titanum quidam *Ophion* celebratur, cujus & Homeri Scholiastes meminit ad Iliad. Θ. 479. & Claud. R. P. III. 348.

r *Pallas*] Agnoscit illum inter gigan-

phitus, [s] Phorcus, [t] Jenios, Agrus, [u] Alemone, Ephialtes, [x] Eurytus, Effra, Corydon, Pheomis, Theodamas, [y] Otus, Typhon, [z] Poliboetes, Menephiaraus, Abſeus, [a] Colophomus, Japetus.

Ex Ponto & Mari piſcium genera, Oceanitides, [b] Heſtyæa, [c] Melie, Janthe, [d] Admeto, Siluo, [e] Paſithoe, [f] Polyxo, Eurynome, [g] Euagoreis, Rhodope, [h] Lyriſcitia. [i] Teſchi-

tes. Claud. Gigant. v. 95. Etymol. auctor in Παλλάς. *Emphytum*, qui mox ſequitur, non invenio apud alios. *Hippolytus* eſt apud Apollodorum.

s *Phorcus*] Hic Ponti & Terræ eſt filius aliis. Forte *Phrutus* reponendum, quem inter gigantes numerat Heſiod. Schol. ad Θεογ. pag. 248. ed. Heinſ.

t *Jenios agrius*] Repono, donec alter melius divinet, *Clytius*, *Agrius*. hi enim apud Apollodor. inter Gigantes recenſentur. Tum *Agrius* ſane perquam aptum viro feroci nomen. Cap. 175. *Agrius Parthaonis filius*. Nec aliam ob cauſam, quam ob ferocitatem, cani datur. 181.

u *Alemone*] Volui antehac *Alemon*, delero τὸ *E*. quod ex ſequenti voce adhæſiſſe mihi videbatur. Sed cum inter Gigantum vocabula necdum illud nomen repererim, adſentior non invitus Cl. Scheffero reponenti, *Alcyoneus*; niſi mavis, *Alcon*. Uterque enim Gigas fuit.

x *Erytus*, *Effra*, *Coryden*] Lego, *Eurytus* ex Apollodoro, & mox *Echion* pro *Effra*. De *Corydone* dubito. Γοργύων eſt Apollodoro. ſed & ille mihi ſuſpectus.

y *Othus*] Scribe ſine aſpiratione, *Otus*. Cap. 28. Oton & Ephialten Aloei & Iphimedes facit filios. Sequitur heic Eratoſthenem, qui & ipſe inter Terrigenas memoravit olim Oton & Ephialten. Quod autem ab Aloei uxore eſſent educati, inde fictum Aloei eſſe liberos. vide Schol. in Apollon. lib. 1. v. 482.

z *Poliboetes*] Lego *Polybotes* ex Apollod. *Menephiarus*, *Aſius*, pro *Menephiarus*, *Abſeus*.

a *Colophomus*] Mallem, *Polyphemus*, vel *Colephemus*. Alia gigantum nomina, ſi deſideres, invenies apud Heſiod. Schol. in Theog. pag. 248. Edit. Heinſianæ. & Claud. in Gigantom.

b *Heſtyæa*] Corruptum hoc vocabulum arbitror. *Petræa* ex Heſiod. Θ. v. 157. vel *Idothea* ex cap. 182. libenter reſcripſerim.

c *Meliæ*] Meliæ arborum Nymphæ ſunt, de quibus Tzetzes ad Heſiod. p. 48. & Call. interpretes ad Hymn. 1. & 4. Scribas heic *Melie*. Nomen id muliebre, quod occurrit etiam infra c. 17. Nec movet me, quod *Melie* Apollodoro Nereiſin accenſetur. Hæc enim cognatorum numinum vocabula confundit non ſemel in his Indiculis Noſter. Auctor Etymol. in Ἀπία. Τὸ γὰρ παλαιὸν ἐκαλεῖτο Αἰγιάλεια ἀπὸ Αἰγιαλέως, ἢ ἀπὸ Ἰάχου ἢ ἐν Ἄργει πόλεως, ἣ Μελείης τῆς ὠκεανοῦ. lego Μελίης. Μελία vocatur à Tzetze & Scholiaſt. Euripidis.

d *Admeto*] Gr. Ἀδμήτη. An ergo *Admete* ſcribendum? dubito. Inferius *Xantho* habes ex Græco Ξάνθη.

e *Paſiphe*] *Paſiphae* eſt in Oceanitidum Catalogo apud Heſiodum. atque ita heic reſcripſerim.

f *Polyxo*] Malis forte *Pluto* vel *Calypſo* ex Heſiod. Θ. 359. Cave tamen quicquam temere mutes. Vide noſtrum cap. 182.

g *Euagoreis*] Scribo ex Heſiodo & Apollodoro *Euagore*, quanquam inter Nereidas eam, ut & *Menippen*, uterque numerat.

h *Lyriſcitia*] Cl. Scheffer us, *Lyſianaſſa*. Non improbo. invenitur enim inter Nereidas apud Heſiodum & Apollodorum. Suſpicatus tamen ſum aliquando *Liriopen* & *Criſien* in unam iſtam vocem coaluiſſe.

i *Teſchi-*

[i] Teschinoeno, Clitemneste, [k] Piecus, Menippe, Argia. Ejusdem seminis flumina, Strymon, Nilus, Euphrates, Tanais, Indus, Cephisus, [l] Ismarus, [m] Axenus, Achelous, Simois, Inachus, Alpheus, Thermodoon, Scamandrus, Tigris, [n] Mæandrus, Orontes.

Ex Ponto & Terra [o] Thaumas, [p] Tusciversus, Cepheus.

Ex Nereo & Doride Nereides quinquaginta, Glauce, [q] Thalia, [r] Cymodoce, [s] Nesæa, Spio, Thoe, [t] Cymothoe, [u] Actæa,

i *Teschinoeno*] Lego *Tyche*, *Phœno*. Et mox pro *Clitemneste*, *Clytie*, *Mnestho*. ex Græc. Κλυτίη, Μνεσθώ. utraque est apud Hesiodum.

k *Piecus*] Suspicor ab Hygini manu esse, *Perseis*, ex Hesiod. Θ. ubi Περσηΐς.

l *Ismarus*] Merito probat Micylli conjecturam, *Ismenus*, Cl. Schefferus, non enim Ismarus fluvius, sed mons, urbs, & palus eo nomine.

m *Axenus*] Cl. Schefferus, *Axius*, quod amplector. Facit ejus mentionem Anton. Liberalis c. 8. Eustath. p. 272. Homerus Iliad. Φ. 141 & 157. ubi Schol. Ποταμὸς Παιονίας. Sed cum heic nonnisi nobilissimi fluvii recensentur, Axius autem ignobilis sit, Pontum Euxinum denotari censet Nob. Heinsius. Rationem reddit in suis ad me literis, ex quibus, quæ huc faciunt, excerpta tecum, lector, communicabo. Sic ergo ille: Hygini cum non longè ab initio operis *Axenum* recenseat inter fluvios, locum vacare mendâ alias, puto, subindicavi: designari enim hoc nomine pontum Euxinum, qui Ἄξενος, & licentia Poëtica Ἄξεινος olim perhibebatur, uti testantur cum alii ex antiquis, tum Naso in Ponticis. *Frigida me cohibent Euxini littora ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.* Uti inde liqueat Hyginum hoc, ut multa alia, hausisse è Græcorum Commentariis. Hyginum dico, vel quicunque sub hoc nomine auctor Mythologiæ delituerit. At quis locus, inquis, Euxino inter tot flumina? Fluvii nomen cum sese latius extendat apud Poëtas Græcos, quam Latinos, eorum auctoritati id datum ab Hygino crediderim: præsertim cum Euxini aquam marinâ dulciorem esse, ac proinde gelu facilem in modum concrescere veteres observent, compluribus septentrionis fluviis in eum sese exonerantibus. Magis mirum utique, quod Hesiodus in Θεογονίᾳ dixit ἀχειμάντου ποταμοῦ, & de Ægæo mari Apollonius l. iv. Αἰγαίου ἰδυίμασιν ἐφεστὼς πόντου ποταμοῖο.

n *Meandrus*] *Mæandrus* scribendum. Servat suo more Græcam terminationem. Μαίανδρος enim Græce dicitur.

o *Thoumas*] Lege *Thaumas* ex Hesiod. & Apollodoro.

p *Tusciversus*] *Cepheus*. Ex conjecturâ emendare ista, quæ aliena partim, partim monstrosa sunt, si liceat, legerim, *Ceto*, *Nereus*, *Phorcus*. Alius est Phorcus, cujus inter Gigantes est facta mentio. Ita, ut emendavi, tantum non scribendum clamant Hesiod. Θ. 233. & seqq. Apollod. lib. 1. pag. 5. Edit. Commel. Schol. Æschyli ad Prometh. v. 792. Tres enim illos, quos restituï Hygino, præter Thaumantem, ex Ponto & Terrâ genitos tradunt.

q *Thalia*] *Halia* est Apollod. p. 5. Nihil tamen mutaverim. Tzetzes ad Heliod. de Θυλείᾳ p. 39. Αὕτη ἡ ἰνωχία ἡ χάρις ἡ Νηρηΐς.

r *Cymodoce*] Homero est Κυμοδόκη, nec quicquam mutandum.

s *Nesæa*] Maro Georg. iv. 338. & Æn. v. 826. *Nesæe*, *Spioque*, *Thaliaque*, *Cymodoceque*.

t *Cymotheca*] Lego, *Cymothöe* ex Græ-

[u] Actæa, Limnoria, [x] Melite, Jæra, Amphithoe, Agave, [y] Doto, [z] Proto, Pherusa, [a] Dynamene, Dexamene, Amphinome, [b] Callianassa, Doris, [c] Panope, Galatea, [d] Nimertis, Apseudes, [e] Clymene, [f] Janira, [g] Panopea, [h] Janassa, [i] Mæra, Orithya, [k] Amathea, [l] Drymo, Xantho, Ligea, Phyllodoce, [m] Cydippe, Lycorias, [n] Cleio,

co Κυμοθόη. Virg. Æn. 1. v. 148. *Cymothoë simul & Triton.* Claud. Epith. Honor. v. 166. *Cingula Cymothoës*, &c. Propert. II. 20. *Candida Neseæ, cærula Cymothoë.* Non ignoro tamen, quomodo vulgatum defendi possit. Didici enim de Servio Latinos in Græcis, quæ in ᾱ desinunt, illud ᾱ plerunque vertere in IA, addere debuisset, vel EA. Talia sunt *Hippodamia* pro *Hippodame*, & *Penelopea* pro *Penelope*. Unde hoc autem? nempe inde, quod Græci id genus vocabula sine discrimine in ᾱ vel εια terminent, ut Περσεφόνη, Περσεφόνεια· Πηνελόπη, Πηνελόπεια· Εὐρώπη, Εὐρώπεια apud Mosch. Eid. II. Sed enim cum in cæteris nominibus id non frequentetur Hygino, quamobrem hic admitti debeat, non video. Adde notas ad cap. 28. Observo præterea, cum quinquaginta ex Nereo & Doride natas dicat, hoc indiculo quadraginta novem tantum recenseri. Quamobrem suspicor, quod eadem essent proxime præcedentis vocis syllabæ, *Thoen* omisisse librarium. Repono ergo, *Cymothoë, Thoë.* Numeratur utraque inter Nereïdas ab Homero. Ιλιαδ. Σ. In numero Nereïdum designando forte sequitur Euripidem in Iphig. cui itidem sunt πεντήκοντα κοῦραι Νηρῆος. Propertio lib. III. El. 6. & aliis non nullis sunt centum.

u *Actæa, Lymnorea*] Scrib. *Actæa, Limnorea* ex Græc. Ἀκταίη, Λιμνωρείη. Apud Apollodor. hæc, illa apud Hesiodum est.

x *Melite, Jæra, Amphithoë*] Homero Μελίτη, Ἰάιρα, Ἀμφίθοη sunt Il. Σ. Ergo nihil mutandum. *Melites* meminit quoque Virgil. Æn. v. 825.

y *Doto*] Virg. IX. 102. *Nereia Doto.* Ubi male quidam *Clotho.* Claud. Epithal. Honor. 169. *Vellitque Coralia Doto.* Δωτὼ est Hesiodo, Homero, & Apollodoro.

z *Protho*] Lege *Proto* sine aspiratione ex Græc. Πρωτὼ, Homeri, Hesiodi, Apollodori. Pariter peccatum in *Galathea* & aliis.

a *Dynomene*] Lege *Dynamene* ex Homer. Hesiod. & Apollodoro.

b *Callianassa*] Nihil muta. Καλλιάνασσα est Homero Ιλιαδ. Σ.

c *Pecnope*] Resingas, *Panope*; ex Homero, Hesiodo, Apollodoro & Val. Flacco.

d *Nimertis*] Ita scribit more sui sæculi, pro *Nemertes* ex Gr. Νημερτής. Solebant ᾱ Græcum exprimere in multis per *i* Latinum. Vide notas ad cap. 31.

e *Clymene*] Celebertimus Grævius rectè, *Eulimene.* Sequitur enim inferius *Clymene.*

f *Janira*] Ἰάνειρα inter Oceaninas est Hesiodo Θ. Homerus autem Iliad. Σ. cum nostro Nereïsin eam annumerat.

g *Panopea*] Cl. Schefferus, *Panope.* Sed Panopea eadem, quæ Panope, ut Penelopea, quæ Penelope. Panope autem cum jam præcesserit, quærendum aliud. Puto cum Cl. Grævio scripsisse, *Ponteporia.* Nereis enim illa in Apollodori indiculo.

h *Janassa*] Ἰάνασσα Homero est. nihil ergo mutandum.

i *Mæra, Orithya*] Scribe *Mæra, Orithyia.* Μαίρη & Ὠρείθυια Homero sunt.

k *Amathea*] Scribe *Amathea.* Ἀμάθεια enim Homero est.

l *Drimo, Xantho, Phyllodoce*] Virg. Georg. 4. 336. *Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque.*

m *Cydippe, Lycorias*] Virg. *Cydippe & flava Lycorias.*

n *Cleio,*

[n] Cleio, Beroe, Ephyre, Opis, [p] Asia, Deiopea, Arethusa, Clymene, Crenis, [q] Eurydice, Leucothoe.

[r] Ex Phorco & Ceto, Phorcides, [s] Pamphede, Enyo, Chersis. Pro hac ultima [t] Dino alii ponunt.

Ex Gorgone & Ceto, [u] Stheno, Euryale, Medusa.

[x] Ex Polo & Phœbe: Latona, Asterie, Aphirape, Perses, Pallas.

[y] Ex

n *Cleio, Beröe*] Virgilius Oceanitidas facit. *Clioque & Beröe soror Oceanitides ambæ.*

p *Asia, Deiopea*] Vide Turneb. Adv. lib. 28. cap. 143.

q *Eurydice*] Doctissimus Grævius emendat, *Eunice*. Et sane ea est Nereis, non Eurydice, Hesiodo & Apollodoro.

r *Ex Phorco & Tetoâ*] Mycillus: *Ceto fortasse. Sic enim Hesiodus habet.* Atque ita res est. Vide Θ. v. 270. Ex Phorco & Ceto cum Φορκυάδας illas Γοργίας, tum Gorgonas natas vult non ille tantum, sed & Apollodorus lib. II. ἐπὶ Φόρκυ γένη θυγατέρας, Ἐνυὼ καὶ Πεμφρηδὼ καὶ Δεινώ. ἦσαν δὲ αὗται Κήτους καὶ Φόρκυ Γοργόνων ἀδελφαὶ γραῖαι ἐκ γενετῆς. Leg. Φορκίδες δὲ] cum Fabro.

s *Pamphede, Enyo*] *Pephredo* & *Enyo* eas appellat Hesiodus. Atque ita referiberem apud Apollodorum, nisi Ἐνυὼ & Πεμφρηδὼ eas quoque Apolloniano Scholiastæ ad lib. IV. 1515. appellari observassem. Zenobio sunt Ἐννὼ, Μεμφέδη, καὶ Δεινώ. Unde *Memphede* scripsisse Hyginum suspicor.

t *Dino alii ponunt*] Zenobius & Apollodorus, ut jam vidimus. Quibus adde Æschyl. Schol. ad Prometh. 792. Καὶ αἱ μὲν Φορκίδες ἦσαν τρεῖς, ἡ Ἐνυὼ, ἡ Πεφρηδὼ, (scrib. Πεφρηδὼ) ἡ δὲ Δεινώ. Totus hic locus, ut ei cum Hesiodi Θεογονίᾳ conveniret, posset ita constitui: *Ex Phorco & Ceto Memphede, Enyo, Grææ: & Gorgones Stheno, Euryale, Medusa.* Pro *Chersis* reposui *Græa*. Duas enim Græas tantum narrat Hesiodus Πεφρηδὼ & Ἐνυώ. Deinde pro *ex Gorgone* legi, *& Gorgones*. Illa vero *& Ceto* male ex præcedentibus huc translata videri possunt à librario. Denique ista *pro hac ultimâ*, &c. pro glossemate habet Schefferus. Sed nihil est mutandum. Gorgonem enim Medusæ patrem etiam Cap. 151. facere hunc scriptorem videas.

u *Stheno*] Corruptius German. Scholiast. Perseo. *Stenio. Stheno* scribe ex Hesiodo, Apollodoro, Palæphato, Fulgent. lib. 1. 26. Servio ad Æn. VI. 289. Schol. Pindari ad Pyth. Od. 12. qui & Σθενῶσαν appellatam eandem ibidem tradit. Σθενὼ est Zenobio Cent. 1. 41. Ἀσθενὼ Schol. Æschyl. ad Prometh. v. 792. Apud Tzetzen præterea Chil. v. 22. Μορμολύκεια & Μορμόνας dictas istas Gorgonas invenies. Etymol. Magn. Sylb. Γοργεία, τὰ τερατώδη πρόσωπεῖα. ἔνιοι μορμολύκεια.

x *Ex Polo & Phœbe*] *Polum* appellat, qui Cœus est Apollodoro, Hesiodo, Diodoro, Scholiastæ Homerico, Etymologicographo, aliisque. Unde & Κοιογενὴς audit Latona Callimacho Hymn. IV. 150. Sed Κοιὴς rectius scribas cum viris doctis. Schol. Κοίῳ γὰρ καὶ Φοίβῃ γεγάτην Λητώ. Vix ergo me sustineo, quin etiam Hygino reddam, *Ex Cœo & Phœbe.* Apollodorum audiamus Lib. 1. *Ex Cœo & Phœbe Asterie & Latona: ex Crio & Eurybiâ Ponti filiâ nati sunt Astræus, Pallas, Perses.* Eadem Hesiodus habet Θ. 239. nisi quod pro Εὐρυβίη nobis Εὐρυβίην exhibet. Videtur ergo non tan-

[y] Ex Japeto & Clymene, Atlas, Epimetheus, Prometheus.

[z] Ex Hyperione & Æthra, Sol, Luna, Aurora.

Ex Saturno & Ope, Vesta, Ceres, Juno, Jupiter, Pluto, Neptunus.

Ex Saturno & Philyra, Chiron, Dolops.

[a] Ex Astræo & Aurora, Zephyrus, Boreas, Notus, Favonius.

Ex Atlante & Pleione, Maja, [b] Calypso, Alcyone, Merope, Electra, Celæno.

[c] Ex Pallante gigante & Styge, Scylla, Vis, Invidia, Potestas, [d] Victoria, Fontes, Lacus.

Ex

tum vitiosus. sed etiam mancus heic Hyginus, & ita supplendus ac corrigendus: *Ex Cœo & Phœbe Latona, Asterie: ex Crio & Eurybie Astræus, Persis, Pallas.* Atqui Astræus jam inter Gigantes fuit. Quid tum postea? Etiam *Pallas.* quod tamen vocabulum heic iterum vides poni. *Atlas* est inter Titanes & natos ex Japeto & Clymene. Corruptus Diaconus in hac fabula in Hesiodi Θεογ. pag. 266. Edit. Heins. ἡ Φοίβη τῷ Βίῳ συνελθοῦσα τῷ Λητὼ τίκτει. Lege τῷ Κοίῳ. Hypoth. Pyth. Pind. Λητὼ ἡ Κοίου Τ Οὐρανῦ, Ε Γῆς, Ε Φοίβης δ Κρίνε.

y *Ex Japeto & Clymene*] Proclus in Hesiod. p. 23. ὁ Ζ Προμηθεὺς ἐκ τοῦ Ἰαπετοῦ Ε Ἀσίας, ἢ Κλυμένης, ἢ Θέμιδος. Vide ibi plura. Secundum Tzetzen in Lycophr. p. 189. Ex Japeto & Asiâ. quod & alii voluere.

z *Ex Hyperione & Æthrâ*] Hesiod. Θ. 371. Schol. Hom. ad Iliad. Θ. 480. Schol. Pind. ad Isth. Od. v. pag. 352. Apollodorus. Lib. 1. *Ex Hyperione & Theâ.* Atque ita forte heic scribendum. Confirmatur ea conjectura ab Etymol. magni Auctore: Θεῖα, inquit, σημαίνει τὴν μητέρα Σελήνης καὶ Ἡλίου. Vocabulum illud nonnulli λάπο τ θέειν, alii λάπο Τ θεῖν derivant, ut annotat Pindaricus interpres.

a *Ex Astræo & Aurorâ*] Apollod. lib. 1. Ἕως Ζ καὶ Ἀστραίου ἄνεμοι Ε ἄστρα. Etiam virgo *Astræa*, teste Arato Phænomenis. Servius ad 1. Æn. 136. *Aserœus* (Leg. *Astræus*) *unus de Titanibus, qui contra Deos arma sumpserunt, cum Aurorâ concubuit: unde nati sunt venti secundum Hesiodum.*

b *Calypso*] Hæc inter Pleiades non comparet apud Diodor. lib. III. nec apud nostrum cap. 192. Sed ejus loco *Taygeten* & *Steropen* habes. Erat tamen Atlantis filia. Vide Tib. Panegyr. Messall. nostrum cap. 125. & 243. Inter Oceaninas eam numerat Hesiodus Θ. 359. Apollodorus lib. 1. aliique.

c *Ex Pallante & Styge*] Notat ad hunc locum Micyllus: *In vetusto exemplari legebatur: ex Pallante Gigante, Scylla, Stygia vis. quæ verba nos ex Hesiodo transposuimus.* Hæc ille. Scripserat nimirum auctor: *Ex Pallante & Stygâ Vis, Invidia, Potestas, &c.* Talia sunt *Syringa, Sirena, Striga*, & alia, de quibus in dissertatione nostra egimus. Deinde *Scyllam* ut non ex Pallante, sed librariorum supinitate natam, expellendam hinc censeo. Auctor ipse ex Typhone & Echidnâ natam eam dicit; ne dicam jam nec ab Hesiodo, nec ab Apollodoro inter γνησίους Pallantis agnosci. *Potestas* est Hygino, quæ illis Κράτος. *Robur* eorum interpretes reddunt. minus rectè, ut arbitror.

d *Victoria*] Vid. Serv. ad Æn. VI. pag. 423. Edit. Genev.

c *Amphi-*

Ex Neptuno & [e] Amphitrione, Triton.
Ex Dione & Jove, Venus.
[f] Ex Jove & Junone, Mars.
[g] Ex Jovis capite, Minerva.
Ex Junone [h] sine patre, Vulcanus.
[i] Ex Jove & Eurynome, Gratiæ.

Ex

e *Amphitrione*] Repono cum Micyllo, *Amphitrite*, donec me aliquis *Amphitriten* etiam *Amphitrionen* dici doceat. Tzetzes in Lycophron. pag. 144. Τέϊπων κυείως ὑὸς Ποσειδῶνος ἐ Ἀμφιτρίτης ϗ Κόλαξον. Soror ea Tethyos fuit, vel Tethys ipsa, ut alii volunt. Aceſander Neptuni & Celænus eum facit filium apud Tzetzen. Serv. ad Æn. I. 148. *Triton similis Deus Marinus, Neptuni & Salatiæ* (ſcrib. *Salaciæ*) *filius Deæ marinæ ab aquâ ſalſâ dictæ.* De Tritone præterea conſulendus Phornutus cap. 22. Gloſſ. Philox. *Salmacia*, ἀμφιτρίτη. Leg. *Salacia* Varro IV. L. L. *Salacia Neptuni ab ſalo.* Corrupta & illa in eodem Gloſſario: *Salmacidum.* ἀλμυρόν. Leg. *Salinacidum.* quod dictum ut *Dulcacidum. Dulcacidum*, ὀξύγλυκον. Leg. ὀξύγλυκυ cum Vulcanio. Sammonicus: *Dulcacidum laticemque cumini ſemine junges.* Γλυκύπικρον transfertur in Cyrilli lexico. Corrigenda ergo & illa: *Salmacia aqua* ἁλμυρὸν ὕδωρ. Lege, *Salinacida.* Neque enim amplius ſe mihi probat, quod antehac conjeceram, *Salinacea*; quamvis ſciam, ut à vinum, vinaceus, à ſalum ſalacius, à roſa roſaceus, ita à ſalina ſalinaceus, vel ſalinacius poſſe deduci. Nam in his talibus licentia derivationis eſt, ut loquitur Servius ad Æn. I. 181. Notavit idem Grammaticus ad Georg. I. 31. quam Tethyn vocent alii, à Cicerone in Timæo appellari Salaciam. Ni fallor, hæc verba reſpexit: *Oceanum Salaciamque cœli terræque conceptu genitos editoſque memorant.* Adhæc ad v. 724. Æn. I. *Venerem meretricum Salaciam dictam veteribus.* Gloſſ. Iſid. *Ventilia, unda quæ ad littus venit. Salacia, quæ ad mare redit.* Quæ ex Varrone habet, cujus verba laudat Auguſtinus C. D. VII. 22. Conſer Feſtum in *Salacia*, qui à ſalo ciendo dictam eam divam autumat.

f *Ex Jove & Junone Mars*] Quidam matrem ejus *Enyo* faciunt. Vide Phornutum cap. 21. Schol. Hom. Iliad. E.

g *Ex Jovis capite*] Hinc cognominata *Coryſaſia* Minerva, teſte Arnobio lib. IV. Vide Phornut. cap. 20. Niſi potius à matre *Coryphe* illud cognomentum traxiſſe dicendum eſt, de quâ Cicero III. Nat. Deor. & Clemens Protrept. Quare ex Jovis capite orta fingatur, non male explicat Euſtath. ad Hom. Iliad. pag. 93. Alii ex *Metide* & Jove natam volebant, qua de re idem pag. 63. Edit. Baſ. Apud Euſeb. Præp. Ev. lib. II. pag. 38. ex Jove & Themide naſcitur. Ipſum adi. Vide & præter Heſiodum Scholiaſt. Hom. ad Il. A, v. 195.

h *Sine Patre*] Ita Heſiod. Lucianus περὶ Θυσ. Περὶ τ Ἥρας ἄδικον ἄνδρ τῆς πρὸς τ ἄνδρα ὁμιλίας ἀπρεπέμιον αὐτῷ παῖδα γενέσθαι τ Ἥφαιστον. Alii ex Jove & Junone editum eum tradidere, ut Phornut. cap. 19. Homerus: Ἥρη δ' Ἥφαιστον Κλυτὸν ἐν φιλότητι μιγεῖσα γείνατο.

i *Ex Jove & Eurynome*] Ita Apollodorus quoque lib. I. & Heſiod. Theog. Sed alii Veneris & Liberi eſſe filias, alii ex Jove quidem natas, ſed matrem earum *Eurydemenen* vel *Eurymeduſam* tradunt, ut Phornutus cap. XV. περὶ χαρίτων. Nec deſunt, qui Jovis & *Eunomiæ* filias faciant, ut Orpheus in Hymnis. Caralectorum, quæ Pithæus edidit lib. 4. Legitur vulgo epigrammate de Charitibus: *Jupiter eſt genitor: peperit de ſemine Cœli Hemonia, & Veneris turba miniſtra fuit.* Corrigo,

Ex Jove rursus & Junone, [k] Juventus, Libertas.
Ex Jove & Themide, Horæ.
Ex Jove & Cerere, Proserpina.
[l] Ex Jove & Moneta, Musæ.
Ex Jove & Luna, Pandion.
Ex Venere & Marte, Harmonia & [m] Formido.
Ex Acheloo & Melpomene, Sirenes, Telxiepia, [n] Molpe, Pisinoe.
Ex Jove & Clymene, Mnemosyne.
Ex Jove & Maja, Mercurius.
Ex Jove & Latona, Apollo & Diana.

[o] Ex

Eunomia; nisi mavis *Harmonia*. Lactantius ad 1. Stat. Theb. v. 286. *Nomina Gratiarum sunt tria, Pasithea, Aglaie, Euphrosyne, Jovis & Harmiones filiæ. Cœnidem* earum matrem appellat Nonnus Dionys. lib. VIII. Pro *Pasithea Pithonem* exhibet Proclus ad Hesiod. pag. 30. Alii *Thaliam*.

k *Juventus*] Privigna Jovis est apud Ovid. IX. Met. vers. 417. Vide Natal. lib. II. 5. Volui antehac *Juventas*. Augustinus C. D. lib. IV. 11. *Dea Juventas, quæ post prætextam excipiat Juvenibus ætatis cœrdia*. Et lib. VI. cap. 1. *Et multi colentes Juventatem Deam minime in illâ ætate vigerunt*. Agrætius in Glossis: *Juventus ipsa hominis ætas. Juventas Dea* Ἥβη. Adde, quæ ad Flor. lib. I. cap. 7. notavit Freinshemius. Nunc nihil necesse puto. Vide quæ ad Antonin. Liberalem. cap. 41. scripsimus. Servius ad Æn. I. v. 594. *Juventus est multitudo Juvenum: Juventas Dea, sicut Libertas: Juventa vero ætas. Sed hæc à Poëtis confunduntur plerumque*. Præferunt eam confusionem etiam vett. Glossæ, in quibus legas: Νεότης, *Adolescentia, Juventas, Juventus*. Γῆρας, *Senecta, Senectus, Senectas, Senium*. Et Servius ipse ad Æn. v. 134. *Hebe Græce est Juventus, filia Junonis*. Festus: *Juventutis sacra pro Juvenibus sunt instituta*. Plinius lib. XXXV. cap. 10. *Supra ædiculam Juventutis*. Quanquam *Juventatis* ibi Plinio restituit Gronovius. Ejus soror Ἐλείθυια, de quâ Pind. Nem. Od. 7. Sed cum Diana confundunt eam nonnulli. Vide Horat. Carm. Sæc. & ibi Schol. Lactant. Argum. lib. IX. Met. Ovid. Euseb. Præp. Euangel. pag. 52. Edit. Steph.

l *Ex Jove & Moneta*] De duplici Musarum genesi consulendus Apollon. Schol. ad v. 1. lib. I. Phornut. cap. 14. Diodorus initio lib. IV. Livius Odyss. *Nam diva Monetas filia docuit*, h. e. Musa. Vide Scal. ad Fest. in *Cornificarum*. Euseb. Præp. lib. II. pag. 35.

m *Formido*] Schol. Æschyl. ad Ἑπτ. v. 46. Φόβος ὁ Δείμος ἡφαίστου καὶ Ἀρῆς. Adde Hesiod. Aspid. v. 188. Θ. 934. Est nempe *Formido* Hygino, quod Δεῖμος Hesiodo, & Schol. Homer. ad Ἰλιαδ. Δ. 440.

n *Molphetes, Tiene*] Repono, *Molpe, Pisione*. Et pro *Teles, Raidne, Telxiepia*; nisi mavis *Telxiope*, quod Cl. Scheffero venit in mentem. Controversa Sirenum origo, controversa etiam nomina. Servius ad Æn. v. vers. 864. & Lactantius in argumentis lib. V. Metam. Ovidianarum Calliopes Musæ & Acheloi fuisse filias scribunt. Apollodorus autem lib. I. pag. 8. cum nostro Acheloi & Melpomenes; at pag. 25. quosdam ex Sterope eas natas velle. Schol. Hom. ad Odyss. M. 39. Καθὰ μὲν τὰς πολλὰς Ἀχελῶος ὁ Σπερχὼς τῇ παρθένου αἱ Σειρῆνες, κατ' ἐνίους δὲ (Apollonium certè libr. IV. 895.) Ἀχελῶος ὁ Τερψιχόρης μιᾶς τῶν

Mu-

[o]Ex [*Demogorgone*] & terra, Python, [p]draco divinus.

[q]Ex Thaumante & [*Electra*] Iris, Harpyiæ, Celæno, Ocypete, [r]Podarge.

Ex Sole & [s]Perſa, Circe, Paſiphae, Æeta, Perſes.

Ex Æeta [t]& Clytia, Medea.

Ex Sole & Clymene, Phaethon & [u]Phaetontides, Merope, Helie, Ætherie, Dioxippe.

Ex

Μικτῶν. Ὀνόματα αὐτῶν Ἀγλαοφήμη, Θελξιέπεια, Πεισινόη, καὶ Λίγεια. Alia nomina ex aliis tibi dabit Natalis lib. VII. Myth. cap. 1. Tzetzæ Chil. I. 14. & VI. 15. Iſacio ad Lycophr. pag. 116. Scholiaſtæ Apolloniano ſunt, Θελξιόπη ἢ Θελξιέη, Μολπὴ, Ἀγλαόφωνος.

o *Ex Demogorgone & Terrâ*] Quis eſſet Demogorgon ille, quem heic, ubi aſteriſcum poſuerat Micyllus, Commeliniana & quæ eam ſecutæ ſunt editiones, repræſentant, diu quæſiveram, cum tandem hæc mihi ſuggeſſit Statii Scholiaſtes ad IV. Theb. v. 516. *Dicit Deum Demogorgona ſummum, cujus nomen ſcire non licet.* Sed quis præter Hyginum ex ſummo illo Deo ortum Pythona dixit? Terræ filium dicit cap. 140. Pythonem, nec patrem nominat. Etiam Ovidio ex ſolâ terrâ naſcitur I. Met. Quocirca Cl. Scheffero τὸ & videtur delendum. Ego ἐπέχω. Heraclides Alleg. Hom. pag. 75. *Draco tellus eſt, utpote indigena & è terrâ natus.*

p *Draco divinus*] H. e. Μαντικός. Heſych. Πύθων, θεσπέσιον Μαντικόν. Gloſſ. Philox. *Divinum*, θεῖον, καὶ μάντιν.

q *Ex Thaumante & Electrâ*] Ita ex conjectura Micylli ſuppleverunt. Convenit hoc cum illis, quæ Heſiodus habet Θ. 265. & Apollod. lib. I. Alii Ponti & Terræ fuiſſe filias volunt. Vide Servium ad Æn. III. 241. Jovis canes cur ab Apollonio dicantur, egregiè explicat Heinſius ad Heſiod. interpretes pag. 89.

r *Podarce*] Repone *Podarge*. vide quæ notamus ad cap. 14.

ſ *Perſa*] *Perſeis* eſt Heſiodo. Ciceron. III. Nat. Deor. & noſtro cap. 156. ad quod diximus, cur tamen nihil ſit heic mutandum. Sed in Schol. recent. ad Olymp. Od. 13. *Antiope* appellatur Æetæ mater. Quod habet ex Chio Eumeli. Vide Schol. Lycophr. pag. 35. Edit. Steph.

t *Et Clytiâ*] Reſcribas *Idyia* ex Heſiod. Θ. 960. Cicer. III. Nat. Deor. Atque ita ab Hygino ipſo appellatur c. 25. ut jam Cl. Schefferus obſervavit, & nobiliſſ. Heinſius Not. in Ovid. Epiſt. Heroid. XVII. 232.

u *Phaetontides*] An *Phaethontiades*, ut aliis appellantur? Non opus videtur. Sic Φορκίδες ſunt Heraclito & Eratoſtheni, quæ Heſiodo Φορκυάδες; *Thaumantis* Statio II. Achill. v. 23. quæ aliis *Thaumantias*; *Heliconides* Feſto, quæ Græcis *Heliconiades*. *Atlantis Calypſo* Tibullo, quæ non paucis *Atlantias*, ut notavi nuper ad Anton. Liberal. pag. 336. Adjungamus his *Phaſis* & *Phaſias* pariter indifferenter poëtis uſurpata. Tzetzæ quinque ſunt *Phaëthontides*, *Ægle*, *Lampetie*, *Phaëthuſa*, *Hemithea*, *Dioxippe*. Ovid. lib. II. Met. tres tantum. Noſter cap. 154. ſeptem numerat; Scholiaſtes German. Eridano octo. Verba ejus adſcribam: *Sorores quoque Phaëtontis in arbores populos verſæ ſunt, lacrymæque earum in electrum durare* (lege *durari*) *dicuntur, Heliadeſque appellatæ, ipſas autem nomina habuiſſe. Merope, Helie, Ægle, Ægiale, Petre, Phœbe, Chærie, Dioſippe.* Lege, *Dioxippe*, quomodo recte exhibet Sanctandr. Editio. In Hygino hoc loco *Merope* pro *Merore*, *Ætherie* pro *Etherie* reponendum ex cap. 154. Nam quod ibi legitur, *Phoebea*, *Etherie*, peccatum eſt librariorum:

Ex Typhone & [x] Echidna, Gorgon, Cerberus, [y] Draco, qui pellem auream arietis Colchis servabat: Scylla, quæ superiorem partem fœminæ, inferiorem canis habuit, quam Hercules interemit: Chimæra, [z] Sphinx, quæ fuit in Bœotia: Hydra serpens, quæ novem capita habuit, quam Hercules interemit: & [a] draco Hesperidum.

Ex Neptuno & Medusa, Chrysaor, & equus Pegasus.

Ex Chrysaore & Callirhoe, [b] Geryon trimembris.

FA-

rum: tu scribe *Phœbe*, *ex Ætherie*. Corruptum prius vocabulum etiam Heracl. ὡδὲ Ἀπίστων cap. 36. Φόβη, Λαμπτὼ, Ἀίγλη. Scribe Φοίβη, ut rectè noster habet cap. 156. Lactantius Arg. lib. 11. Met. Ovid. *Sorores Phaëtontis, Phaëthusa, Lampetie, & Phœbe, quam quidam Lampetusam appellant.* Cæterum Λαμπτὼ eadem est, quæ Λαμπετίη, quam cum Phaëthusâ ex Neærâ suscepisse Solem canit Homer. Odyss. M. Meminit quoque ejus Hesychius: Λαμπετίη, Ἡλίου Κόρη. Adde quæ ad Fulg. lib. 1. c. 15. notavi.

x *Echidna*] Filia hæc Phorcynis erat, ut vult Pherecydes ad Apollon. lib. 11. 1752. quod firmatur ab Hesiodo Θ. 295.

y *Draco, qui pellem*, &c.] Eum natum Typhonis ex sanie esse, quæ de vulnere ejus, cum à Jove esset fulminatus, manarit, Apollonianus Scholiastes tradit ad lib. 11. 1214. Nicandri Glossographus hoc amplius omnia δράκοντα ex Typhonis sanguine orta tradit. *Dracones dicti sunt* ἀπὸ Τοῦ δρακεῖν, *quod est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem. Quâ ex causâ eos thesauris incubantes custodiæ causâ finxerunt antiqui.* Festus. Adde Macrob. Sat. 1. cap. 20.

a *Draco Hesperidum*] De eo Ovid. consulendus lib. IV. Met. 646. Probus ad Virgil. 1. Georg. 205. *Ladonem* eum nominat Apollonius lib. IV. vers. 1396. Ad quem versum non perdideris operam, si inspexeris, quæ Scholiastes annotavit. Hesiod. Θεογ. 333. ex Phorco & Ceto natum hunc vult.

z *Sphinx*] Alii ex Chimærâ & Typhone natam eam tradidere, ut Diaconus in Hesiod. pag. 261. Edit. Heins. Hesiodus ipse v. 326. Θ. ex Ortho & Chimæra ortam refert. De Chimærâ vide nostrum cap. 57.

b *Geryon trimembris*] H. e. tricorpor. Loquitur sic etiam cap. 30. Et Serv. Æn. VII. 631. *Geryones Rex fuit Hispaniæ, qui ideo trimembris fingitur*, &c. Gloss. Philox. *Bimembres*, δίμελοι, δίμορφοι, δίσωμοι. *Triformis* est Senec. Agam. 841. Τελεσφόρους alii, ut Hesiod. Θεογ. 287. Alii *tergeminum* appellant, Lucret. lib. 5. *Quid re tripectora tergemini vis Geryonai.* Symm. lib. 1. Epist. 1. *Erutæ Geryonis de Lare tergemini.* Hesiod. Θ. 287. Χρυσάωρ δ' ἔτεκε Τερυγρίονα. Justinus lib. 44. cap. 4. *Geryonem non triplicis naturæ*, &c. Aliâ notione *bimembris Peliacus* dicitur Chiron Sidonio Carm. 23. quod semifer scilicet esset, ut *bimembres* pro centauris apud Ovid. XV. Met. fab. 9. Et *nubigenæ bimembres* apud Claudian. 1. Ruf. 331. quemadmodum ex Mss. restituit Nobiliss. Heinsius. Fabulam suo more explicat Apostolius verbis Palæphati. Cent. XIX. 64. Hesiod. Theog. eandem Geneal. tradit. Quid ergo sibi vult Diaconus in suis allegoriis? Ἡ Καλλιρόη ἡ Γ' Ὠκεανοῦ θυγάτηρ χρυσόρρου Πηγάσου μιγεῖσα Τηρυόνῃ ᾠοτόκῳ. Chrysaor idem est qui Pegasus? Nec prætereundum, quod *Geryon* Latine dicatur, qui Græcis est Γηρυόνης. Seneca Hercule Furent. v. 487. *Nec nunc Geryon villus vnquam.* Quem locum opportune nobis subjecit Nobilissimus Heinsius.

Sic

FABULA PRIMA,

Themisto.

ATHAMAS Aeoli filius, habuit ex [a] Nebula uxore filium Phrixum, & filiam Hellen: & [b] ex Themisto Hypsei filia, filios duos, [c] Sphincium & Orchomenum. Et ex Ino Cadmi filia, filios duos, Learchum [d] & Melicer-

Sic *Bellerophon* cap. 57. & apud Fulgent. lib. III. cap. 1. qui Græcis est Βελλεροφόντης. Quanquam Βελλεροφῶν τετραγώνιος agnoscit etiam Eustath. ad Iliad. π. 488. Edit. Bas. & Γηρύων Schol. Hesiod. pag. 310. Imo & Eustath. in Dionys. pag. 81. Λέγεται ὃ, inquit, ὁ Γηρυὼν, καὶ Γηρυόνης, καὶ Γηρυονεύς. De Callirhöe fabulam non protritam habes apud Servium ad Æn. IV. vers. 250. Albricus quoque cum Hygino: *de quo scribitur, quod ipse Geryon habebat*, &c. Et Festus Avienus Orâ maritimâ pag. 436. Ed. Pith. *Geryona quondam nuncupatum accepimus.* Atque hæc dicta mihi sunto ad Hygini Genealogiam, sive potius Epitomen ejus. Nam, referente Thomâ Gale viro doctissimo Dissertat. de Scriptoribus Mythologicis cap. v. Epitomen istam à se factam, ait Grammaticus quidam in Isacii Vossii Bibliothecâ Maximo & Apro Coss. nisi potius totum ille hoc mythicum opusculum eo vocabulo designavit: id quod verius puto.

Ad CAP. I.

a *Nebula*] Νεφέλη nomen est proprium, quod minus rectè *Nebula* Latine efferrevidentur Hyginus & Germanici Scholiastes. Quod notatum quoque Barthio video ad Stat. pag. 1607. Tom. III. Secutus illos Lactantius ad Stat. I. Achill. v. 65. Cui illa *Nephele Nubes* est. Ut & nostro Astron. II. 21. Est tamen non indoctus auctor, Arnobium dico, quo tueri se possint. *Mnemosynen* enim ille Musarum matrem *Memoriam* lib. II. appellat. Cui accedit Augustin. de Ordin. cap. 14. & Capella, cui Eris *Discordia* est lib. I. Nupt. Philol. Imo nec illis tantum, sed & aliis hæc talia frequentantur. Hinc ergo Phryxus *Nubigena* Columell. lib. X.

b *Ex Themisto filios duos*] Herodorus autem apud Scholiastem Apollonii ad lib. II. vers. 1147. ait ἐξ Ἀθάμαντος καὶ Θεμιστοῦς υἱοὺς παῖδας Σχοινέα, Ἐρύθριον, Λάδικαν, Ποῖον. νεωτάτους δὲ, Φείξον καὶ Ἔλλην. Apollodor. lib. I. καὶ γήμας Θεμιστὼ τὴν Ὑψέως, ἐγέννησε Λάδικαν, Ἐρυθρόν, Σχοινέα, Πόον. Nisi tu nevis, Lector, corrigam ex Herodoro Apollodorum, & rescribam apud eum, Ἐρύθριον & Ποῖον. Sed retrahit nos Pausanias in Bœoticis: Εἶναι δὲ Ἀθάμαντος καὶ Θεμιστοῦς παῖδα τὸν Πτῶον. Quam putem omnium certissimam esse scripturam. vel certe πόιον ex Nonni Dionysiac. extremo lib. IX. Ubi dicuntur Σχοινεὺς, Λάδικος, Πορφυρίων, Πόϊος. Τίτωνον eum appellat Tzetzes in Lycophronem pag. 7. Verba ejus adscribam: Ἔκει δὲ γήμας Θεμιστὼ τὴν Ὑψέως, γυνᾷ Λάδικαν, Ἔρυθρον, Σχοινέα, Τίτωνον. Lege Σχοινία pro Σχοινέα. & Ἐρύθριον, pro Ἔρυθρον.

c *Sphincium*] Infra. cap. 239. *Plinthium* appellat. Utrum rectius sit, nondum habeo dicere. Et forte neutrum rectum, & *Schœneus* in locum *Sphincii* substituendus.

d *Et Melicertem*] Etiam filiam Euricliam, ut vult Zenobius Cent. IV. 38. qui Themistonem ignorat, ut Nephelen Herodorus. Quam mirè in hac fabula varient veteres, discere potes

ex

certem. Themisto, quod se Ino conjugio privasset, filios ejus interficere voluit. Itaque in regia latuit clam, & [c] occasione nacta, cum putaret se inimicæ natos interfecisse, suos imprudens occidit, à nutrice decepta, quod eis vestem perperam injecerat. Themisto cognita re, ipsa se interfecit.

II. *Ino.*

INO Cadmi & Harmoniæ filia, cum Phrixum & Hellen ex Nebula natos interficere voluisset, iniit consilium cum totius generis matronis, & conjuravit, [a] ut fruges in sementem quas darent, torrerent, ne nascerentur: ita ut, cum sterilitas & penuria frugum esset, civitas tota partim fame, partim morbo interiret. De ea re Delphos mittit Athamas satellitem: cui Ino præcepit, ut falsum responsum [b] ita referret: Si Phrixum immolasset Jovi, pestilentiæ fore finem. Quod cum Athamas se facturum abnuisset, Phrixus ultro ac libens pollicetur se unum civitatem ærumna liberaturum. Itaque cum ad aram cum insulis esset adductus, & pater Jovem comprecari vellet, satelles misericordia adolescentis, [c] Inus Athamanti consilium patefecit. Rex facinore cognito, uxorem suam Ino,

ex Scholiaste Pindari ad Pyth. Od. IV. Ταύτην ὁ μὲν Πίνδαρος Δημοκλῆ φησιν, Γοργόπην δὲ Ἱππίας. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀθάμαντι, νεφέλην, Φερεκύδης δὲ Θεμιστώ. Nota præterea, Learchum & Melicerten eundem esse quibusdam. Tzetzes in Lycophr. Εἶτα γήμας Ἰνὼ, γυναῖκα Κλεάρχου, τὸν καὶ Λέαρχον, καὶ Παλαίμονα, τὸν καὶ Μελικέρτην. Pro Λέαρχον malim Λέαρχον, quemadmodum aliis appellatur.

c *Occasione nacta*] Ita etiam cap. 8. 28. 120. & 140. loquitur, ut nihil opus sit *inventâ* Micylli.

Ad CAP. II.

a *Ut fruges torrerent*] Ita etiam narrat Tzetzes ad Lycophr. pag. 7. Schol. Stat. 1. Achill. 65. Apollod. lib. 1. Zenobius loco cap. 1. adducto. Scholiastes Homeri ad Iliad. H. v. 86. Aliter Apostolius ex Sophocle Cent. XIII. 46.

b *Ita referret*] H. e. iis verbis, quæ mox subjiciuntur. Sic habes cap. 69. *Atque ita interrogavit.* 171. *Cui fata ita cecinerunt.* 125. *Quos illâ conditione ita differt.* Albricus cap. 20. *Cui sic respondet, nil in hoc ei posse præstare.* Schol. Stat. Thebaid. 1. v. 1. *Cui ita locuta est.* Adde notas ad cap. 69.

c *Inus consilium patefecit*] Eustath. ad Iliad. pag. 242. narrat, ancillam Ἄλλον μυσάσαι τὸν Ἰνὼ φύγειν τε καὶ ἁρμάξαι, hoc est, prodidisse. Mentio hujus fabulæ, quod fugit hactenus viros doctissimos, fit quoque Astron. II. 20. Ubi de Ariete ait: *Habere tempus anni, quo frumentum seritur. Ideo quod ortum severit ante, quæ maximè fugæ fuit causa.* Sanctandr.

quæ

Ino, & filium ejus Melicerten Phrixo [d] dedidit necandos. Quos cum ad supplicium duceret, Liber pater [e] ei caliginem injecit, & Ino suam nutricem eripuit. Athamas postea ab Jove insania objecta, Learchum filium interfecit. At Ino cum Melicerte filio suo in mare se præcipitavit. Quam Liber [f] Leucotheam voluit appellari: nos matrem Matutam dicimus: Melicerten autem Deum Palæmo-

quod hortum severit. At legendum. *Quod id Ino testum severit.* Duxit me ad eam conjecturam, cum ipsa fabula, tum editio Veneta anni 1485. & *hortum quod severit.*

c *Inus*] Infr. cap. 186. *Perfidia Theanus.* Gloss. Steph. *Gorgus*, Γοργύθ. Virgil. Æn. x. 199. *Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis.* Ad quem versum Servius Danielis: *Mantus vero Græcè declinavit; nam si Latine vellet*, Mantonis *diceret, ut ait Plautus* Jonis. Charisius lib. 1. *Quæ ideo quidam Græcè declinare maluerunt, hujus Didus, Sapphus, Inus. Sed melius esset secundum Latinam consuetudinem hujus Sapphonis & Didonis dicere. Nam & Pacuvius sic declinat:* Filios sibi procreasse per eandem Calypsonem autumant. Capella lib III. pag. 72. *Ea vero, quæ primam sui positionem integram servant, ut Io, Ino, Græco more declinantur, ut faciant in genitivo*, Ius, Inus. Priap. Carm. LXVII. *Penelopes primam Didus fac prima sequatur.* ita legit Nobilissimus Heinsius, non, *Didonis prima sequatur.*

d *Dedidit necandos*] Donatus ad Terent. Andr. 1. 2. Dare *est quod repetas:* dedere *est ad perpetuum.* Damus *amicis:* dedimus *tantum hostibus.* Horat. III. od. 27. *Si quis infamem mihi nunc juvencum dedat iratæ.* Hyginus tamen infr. cap. 8. *Dircæ uxori Lyci data erat in cruciatum.* Sallust. in Cat. 45. *velut hostibus se præteribus dedit.*

e *Ei caliginem injecit*] Caligo est ἀορασία. Moschopulus in Hesiod. Ἔργ. A. Ἐνδυκαμίνη ἀορασίαν, *tecta caligine.* Poeta dixerat, Ἧεν ἐσσαμένη. minus expresse interpretes, *aëre induta.* Οἱ ὁ Gen. XIX. 11. Τὰς ἄνδρας ἐπάταξαν ἐν ἀορασίᾳ ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Ἀποτύφλωσις dicitur Zachar. XII. 4. Gloss. vett. *Caligo*, σύγχυσις ὁράσεως. Noster c. 24. *Caliginem eis objecit, & ex venenis multa miracula fecit.* 98. *Diana virginem miserata est, & caliginem eis objecit.*

f *Leucotheam*] Male infr. cap. 125. & 224. *Leucothoam* eam fecerunt librarii, ut demonstravimus ad Anton. cap. 15. Idem vitium occupavit Servium ad 1. Georg. 437. *Ino & Melicerta filius, postquam sunt in numina commutati, Græce Palæmon & Leucothöe sunt appellati: Latine Portunus & Mater Matuta.* Et Lactantium quoque lib. 1. cap. 21. *Ino, postquam se præcipitavit, Leucothoa, Materque Matuta, & Melicertes filius ejus Palæmon, atque Portunus.* Ovid. VI. Fast. 545. *Leucothee Grajis, Matuta vocabere nostris.* Nec aliter Cicero 1. Tusc. & III. Nat. Deor. Consentiunt vett. Gloss. Steph. sive Philoxeni: *Mater Matuta*, Λευκοθέα. *Portunus*, Δαίμων θαλάσσιος. Nempe qui portubus præest, ut ait Serv. ad Æn. V. 241. Quo loco recte non *Leucothoam*, sed *Leucotheam* ejus matrem appellat, ut & Cyprianus Tract. IV. Stat. IX. Theb. 402. Augustin. C. D. lib. XVIII. 14. Dictam illam divam etiam *Albuncam* docent me laudatæ modo Glossæ. *Albunea*, Λευκοθέα. Glossarium Cyrilli: Λευκοθέα, *Albunca, Mater Matuta.* Gloss. Isid. *Albuna, Mater Matuta.* Malim *Albunca.* Βούη est Græcis. Vide Schol. Lycophr. pag. 23. Adde, quæ habet Festus in *Mane & Matrem Matutam.* Festa ejus Deæ dicta Matralia, ut docet Lactant. lib. 1. cap. 6. qui & Tiburtem Sibyllam Albuneam dictam autumat. Nonnulli Leucotheæ nomine

au-

læmonem, [g] quem nos Portunum dicimus. Huic quinto quoque anno [h] ludi gymnici fiunt, qui appellantur ἴσθμια.

III. *Phrixus.*

PHRIXUS & Helle, [a] insania à Libero objecta, cum in sylva errarent, Nebula mater eo dicitur venisse, & arietem inauratum adduxisse Neptuni & Theophanes filium, eumque natos suos ascendere [b] jussit, & Colchos ad regem Æetam Solis filium transire, ibique arietem Marti immolare. [c] Ita dicitur esse factum. [d] Quo

auroram appellant. Capella lib. 11. *An Leucothea succenderet facem lumenque purpureum.* Cæterum quod Inoni heic, id Thaliæ tribuit Diodorus lib. v. Unde dicta sit Leucothea, invenies apud Hom. Schol. Odyss. E. 334. Nonn. Dionys. lib. x.

g *Quem nos Portunum*, &c.] Portuni nomen non Palæmoni tantum, sed & Neptuno esse tributum ad Capell. lib. 1. observat Grotius. Cæterum hunc Melicertem à matre etiam *Inoum* fuisse dictum notat Horat. vetus Scholiastes, in Art. Poet. In quo tamen falli eum libens credo Illustri Heinsio. Virg. 1. Georg. 437. *Inoo Melicertæ.* Servius recte: *Inoo Patronymicum est à matre Ino: Melicerta proprium numinis.* De eo numine in Gloss. MSS. 1. Georg. *Unam clavem tenens pingi solet.* Notandum heic, quod observat Lactant. lib. 1. cap. 21. *Solent mortuis consecratis nomina immutari.* vide ibi seqq.

h *Ludi Gymnici*] Vide infr. cap. 273.

Ad CAP. III.

a *Insania objecta*] Sic infr. cap. 166. *Illæ à Minervâ insaniâ objectâ in mare se præcipitarunt.* 184. *Per insaniam à Libero objectam.* Astron. 11. 13. *Insaniâ à Minervâ injectâ.* Hoc est, quod Ovidius dicit. 1. Met. 725. *Oculis Erinnyn objectare.*

b *Jussit*] Schefferus, vir celeberrimi nominis, emendat *Jussisse.* Et sane ita postularet politior Syntaxis. Est tamen, cur dubitare possis, an non & hoc cæteris, quæ, ut lenissimè dicam, ἀτακτόλεξα sunt apud hunc scriptorem, sit annumerandum. Cap. 55. *Exporrectus jacere dicitur. Et Serpens ei appositus est*, &c. 84. *Dicitur aquam recedere. Item poma ei super caput pendent.* 14. *Lynceus sub terrâ latentia quæque vidisse dicitur, neque ullâ caligine inhibebatur.* Imo Lactantius ad Stat. 11. Theb. 281. qui hanc fabulam ex Hygino transcripsit, tantum non vetat quicquam mutari: *Phrixus & Helles* (scrib. Helle) *insaniâ à Libero objectâ, cum in sylvâ errarent, Nebula mater eorum venisse dicitur, & arietem aureo vellere insignitum exhibuisse, in quo prædictos filios ascendere jussit.*

c *Ita dicitur esse factum*] Non sine causa videntur mihi hic asteriscum posuisse, non quod aliquid deesse, sed quod locum non omni ex parte sincerum esse putem. Quem enim sensum, quem usum hoc loco habent frigida & insulsa illa: *Ita dicitur esse factum.* Quid liberis præceperit mater, utique in proxime superioribus abunde exponitur. Quam studiose vero illi ejus auctoritati obtemperaverint, in sequentibus declaratur. Conjunctis igitur omnibus, & unâ tantum additâ litterulâ, sensum iis restituo, ni valde fallor, commodissimum: *Ita dicitur esse factum, quod, cum ascendissent & ar. e. i. p. d. Helle de ariete decidit:* Sensus est. Ea re, hac de causa, hoc pacto dicitur esse factum, quod Helle decidit de ariete, cum in eum ascendissent ipsa & Phrixus ex præcepto matris. Dixissent forsan alii, *ut decideret*; sed alterum æque probum est, licet minus fre-

[d] Quo cum ascendissent, & aries eos [e] in pelagus detulisset, Helle de ariete decidit, ex quo [f] Hellespontum pelagus est appellatum. Phrixum autem Colchos detulit. Ibi

frequentatum, & utrumque nominativi loco ponitur. Sic fere Virgil. XI. Æn. v. 177. *Quod vitam moror invisam Pallante perempto, Dextera caussa tua est.* hoc est, per dexteram tuam fit, quod vitam moror, seu ut vitam morer. Terent. Hecyra, v. 1. 1. *Non hoc de nihilo est, quod Lachet nunc me conventam esse expetit.* Phorm. v. 8. 9. *Non pol temere est, quod tu tam times.* Plaut. Mercat. III. 5. 10. *Id illi vitium maximum est, quod nimis tardus est. Ita* vero tam frequenter caussam notat, ut inde *itaque* pro conjunctione caussali habeatur Liv. I. c. 22. *Satis sciebat Albanum negaturum. Ita pie bellum indici posse.* Cap. 26. *Provoco, inquit. Ita dein provocatione certatum est.* Phædr. fab. 30. *Ita pertinet furor illorum ad nos.* Jacobus Perizonius. Mihi hæc verba glossam resipere, & è margine in textum irrepsisse videbantur. Innuere voluit glossator ille, ita factum esse etiam ab aliis dici.

d *Quo cum ascendissent*] H. e. in quem arietem. Astron. II. 40. *mare, quo ille projectus est.* Et post paulo: *delium esse, quo Mars ab Oto & Ephialte sit conjectus.* Non agnosco heic ellipsin; certè necesse haud arbitror ad eam confugere. Adverbia locorum pro relativis pronominibus ponere solemne est optimis scriptoribus. Virg. Ecl. I. 21. *Quo sæpe solemus Pastores ovium teneros depellere fœtus* Ad quem locum Servius: *Quo, id est, ad quam; nam adverbium posuit pro nomine, ut,* Genus unde Latinum, *id est à quo.* Sic apud nostrum cap. 53. *Hæc mobilis fuit, quo postea Latona ab aquilone vento delata est.* cap. 112. *Hectori donavit baltheum, unde est tractus.* Vide ibi notata à nobis. Nec aliter *inde* usurpatum Curtio VIII. 9. *Terra lini ferax, inde plerisque sunt vestes.* Plaut. Amphitr. I. 273. *Cadus erat vini, inde implevi hirneam. Ubi* pro *in quo* apud Servium ad Georg. I. 166. *Nonnulli Libernm patrem, apud Græcos* λικμητὴν *dici asserunt; vollus autem apud eos* λικμὸς *dicitur, ubi de more positus esse dicitur.* Hunc locum eo libentius adduxi, quam ullum alium, quo eum maculis aliquot in transitu purgarem. Repono ergo *vannus* pro *vallus*, λίκνον pro λικμὸς, & pro λικμητὴς denique λικνίτης. Consule Hesychium in Λικνίτης. & Schol. Callim. ad Hymn. Jov. 48. λίκνῳ ἐνὶ χρυσείῳ. ad cujus lucem facit illud Charisii apud Scott. Obs. I. cap. 14. *Cunæ*, λύκνον. Leg. λίκνον. Schol. Arat. pag. 37. Ed. Lond. Λίκνον δὲ τὸ κυνίον φησί. Nisi jam dudum clamas, *ohe jam satis est*; adde & ista cap. 199. *Quo Scylla cum descendisset*, h. e. in quam aquam. cap. 219. *Foream jussit fieri, & multos carbones eo ingeri.* Ovid. VII. Met. 781. *Toller eo* h. e. in eum collis apicem. Gloss. Philox. *Extar, olla, ubi exta coquuntur.* Schol. Juvenal. ad Sat. VIII. 84. *Habeas licet tripodas æneos, ubi Heroes lavabantur.* Lactantius in hac fabulâ habet: *Qui cum ex præcepto matris ascendissent.* Ut non male forte reponas: *Qui cum*, &c.

e *In Pelagus*] Tzetzes in Lycophr. pag. 7. per aërem ab eo vectos memorat. Et Augustinus C. D. XVIII. 13. Quod vecti ariete volaverint.

f *Hellespontum Pelagus est appellatum*] Apollod. Lib. I. Ὠνομάσθη εἰς βυθὸν ἡ Ἕλλη. Κάκεῖ θανούσης αὐτῆς, ἀπ' ἐκείνης Ἑλλήσποντος ὠνομάσθη. Scholiast. German. Ariete: *Quod Pelagus ab Helles nomine Hellespontus vocatur.* Eadem habes apud Æschyl. Schol. ad Pers. v. 70. Quis non inde *Hellespontus* scribendum, esse censeret? Vel *Hellesponticum*, ut est apud Solinum cap. 36. vel *Hellespontium*, ut apud Tzetzen in Lycophronem. Sed locum illum cap. 3. *In Hellespontum mare se præcipitavit*: illum locum, inquam, dum considero, incipio dubitare, an non *Hellespontum mare*, ut *mare Euxinum* cap. 21. dixerit; idque

Ibi matris præceptis [g] arietem [h] immolavit, [i] pellemque ejus inauratam [k] in templo Martis [l] posuit. Quam servante dracone Jason Æsonis & Alcimedes filius dicitur petisse. Phrixum autem Æeta libens recepit; filiamque [m] Chal-

eo magis, quod & Servium ita loqui observaverim ad Georg. III. 152. *Transit*, inquit, *per mare angustum, quod Bosphorum appellatum est, nunc Hellespontum appellatur.* Et Lactant. ad I. Stat. Achill. 28. *Unde mare Hellespontum nominatum est.* Nec dissimile illud Catulli carm. 114. *Usque ad Hyperboreos, & mare ad Oceanum.* vel Ampelii cap. I. *Aqua ex quâ mare Oceanum.* cap. 7. *Mare, quo cingimur, universum vocatur Oceanum.* Schol. Juv. ad Sat. I. 160. *Insula Britanniæ in Oceano mari.* Nimirum alterum substantivum adjectivi naturam induit: quâ de re egit Vossius in de Construct. cap. 2. Et nobiliss. Heins. ad Epithal. Honor. vers. 88. ubi *littus Oceanum, Oceanum pelagus, Oceanus fluctus, Oceanæ aquæ*, & alia id genus dixisse veteres nos docet. Stant præter Servium & Lactantium ab Hygino etiam Gloss. MSS. in Lib. I. Georg. Virgil. *Helle in fretum decidit, quod Hellespontum dicitur.* Si diversa esse contendas *mare Oceanum* & *mare Euxinum*, dicam substantivè sumptum & neutraliter prolatum τὸ *Hellespontum*, ut *Peloponnesum* cap. 84. *Cataclysinum* cap. 153. *Macaronesum* apud Isidor. Orig. XIV. 6. *Lecythum* apud eundem Lib. XX. cap. 7. Ita enim ibi legendum, non *Lichitum*. *Pentateuchum* Lib. VI. cap. I. *Thesaurum* in Fragmento Petron. *Baptisinum* apud Cyprianum & Ruffinum. *Calathum* apud Festum in MS. Leid. in *Talassionem*. *Bosporum* apud Propertium III. 9. *Et modo Pompei Bospora capta manu.*

g *Arietem*] Chrysomallum nempe, qui corruptè *Chrysovellus* dicitur à Germanici Scholiaste. *Genitum autem*, inquit, *hunc arietem dicunt ex Neptuno & Theophane Altidis* (Hyg. cap. 188. *Bisaltidis*) *filiâ: quam cum adamasset, in insulam Chrinissam traduxit, inque Jovem* (leg. ovem) *convertit, cum quâ in arietem mutatus concubuit: ex quâ aries Chrysovellus natus.* Nisi satis placet *Chrysomallus* Junii Animad. Lib. V. 12. legerim *Chrysovillus*. Villos enim pro lanitio & velleribus rectè ponas Virgilio auctore Georg. III. 383. Ovid. Epist. Medeæ: *Aureus ille aries villo spectabilis aureo.* Gloss. Philoxeni, *Bibilles*, δίμαλλοι. leg. *bivilles* cum Vulcanio. Corruptum etiam, quod subjungit Glossographus: *Bicerres*, δίμαλλοι, δίκερατοι. Explicat Vulcanius, *qui sectos villos habent.* quod minus capio, quid sibi velit. Puto legendum, *Bicirres. Cirrus* enim κέρατον notat. Confer annotat. ad cap. 188.

h *Immolavit*] Cui autem? Τῷ Ἄρει, ἢ τῇ Ἑρμῇ, ait Apostolius Cent. XIII. 46. Tzetz. in Lycophr. & Apollod. Lib. I. Διὶ φυξίῳ. Lact. ad Stat. Achill. I. 65. *Phrixum ad Colchos delatus, arietem, quo vectus erat, mactavit. Et ejus vellus Marti consecrant* (leg. *consecravit*) *quod draco custodiebat insomnis.* Leg. *insomnis.* Confer. Schol. Arati. pag. 112. Ed. Valderii.

i *Pellem inauratam*] Euripides Med. vers. 5. παῖ χρυσοῦν δέρας appellat. Vide ibi Scholia.

k *In templo Martis*] Tzetzes & Apollon. II. 406. in luco Martis. Consule ad eum locum Scholiast. & ad Pyth. Pind. Od. IV. Tzetzæ verba sunt in Lycophr. pag. 36. Ἐν Ἄρεος ἄλσει τοῦτο ἀπεκρέμασεν.

l *Posuit*] H. e. ἀνέθηκε, ἀνέθηκε. Ovid. Heroid. Ep. I. *Ponitur ad patrios barbara præda Deos.* Sulpitius Severus Histor. Sacr. Lib. I. *Gladium postea in templum posuit.* Nepos Pausan. cap. I. *Quod ex prædâ tripodem aureum Delphis posuisset.* Schol. Horat. Lib. II. Sat. 5. *Veteribus ista consuetudo fuit, ut rerum primitiæ Diis Laribus ponerentur.* Frequens vox est in vett. Inscript. Catal. Pithoei Lib. IV. *Accipe, quæ pietas ponit tibi dona merenti.* Item: *Hæc tibi.*

dona

[m] Chalciopen dedit ei uxorem. Quæ postea liberos ex eo [n] procreavit. Sed veritus est Æeta, ne se regno ejicerent, quod ei responsum fuit ex prodigiis, [o] Ab advena Æoli filio mortem caveret. Itaque Phrixum interfecit. At filii ejus

diva Venus, deponit munera Sulla. Noster Astron. II. 20. *Arietis interfecti pellem in templo fixisse.* Diodorus Lib. IV. pag. 250. Ἀναθεῖναι τὸ δέρας εἰς τὸ τοῦ Ἄρεως ἱερόν. Quod Sulpicius dicit, ita expressit Josephus: Τὸ δὲ ῥομφαῖαν ἀτίθημι τῷ θεῷ. Imo & simplex τίθημι ita usurpabant Græci. Euripides Phoeniss. vers. 579. Θήβας πυρώσας, πόσδε Πολυνείκης θεοῖς Ἀστίδας ἔθηκε.

m *Chalciopen*] Ita reposui ex cap. 14. & 21. Apollon. Lib. II. & Tzetze.

n *Procreavit*] Sic infra. cap. 25. *Medea cum ex Jasone filios procreasset.* 109. *Quem ex Polymneste procreaverat.* 186. *A conjuge Thcano petebat, ut sibi liberos procrearet.* Astron. II. 8. *Ovum procreavit.* Virg. Æn. X. 705. *Cisseis regina Parin creat.* XII. 271. *Quos fida creavat* &c. Capella Lib. I. *Ut neque de nullâ commixtione progenita, neque ipsa procreare quicquam, Arithmeticâ teste, monstretur.* Ita habet MS. Biblioth. Leid. quo ad tempus usus sum, non *procreari.* Ad eundem modum de sexu sequiore *generare* usurparunt. Festus: *Prægnans quasi occupata in generando.* Servius Æn. VIII. 51. *Alii de eâ sue dicunt, habuisse eam Trojanos, & ubi primum generasset, ibi certam spem sedis concepisse.* Et suum γένναν Græci. Judic. cap. XI. vers. 1. Ἐγέννησε τὴν Γαλαὰδ ἡ Ἰεφθαέ. Imo & πτεροπιεῖν. Gen. XI. Καὶ ἐν Σάρᾳ σοῦ, καὶ σὸν ἐπτεροπίει.

o *Ab advena Æoli filio mortem caveret*] Acriter me primo aspectu torsit hic locus. Perspicuum erat, simul & de Phryxo capi posse oraculum, & tamen eo significari Jasonem, cum is fab. 245. memoretur inter illos, qui soceros suos occiderint (licet Justinus aliique & ipse Hyginus aliter tradant) & Æetæ fab. 22. *responsum fuisse* dicatur, *tamdiu eum regnum habiturum, quamdiu ea pellis, quam Phryxus consecraverat, in fano Martis esset.* Quæ & Servius tradit ad II. Georg. v. 140. Sed tamen non Æoli erat filius Jason, verum Æsonis, quod nomen propter Phryxum, ut ad quem nihil pertinet, substituere non licebat. Expediit tandem me Tzetz. ad Lycophr. pag. 35. ubi simile responsum Peliæ datum refert, ᾧ (Peliæ) χρησμὸς ἦν ὑπὸ πιθέσθαι ἐξ Αἰόλου φανέντι, ὃν εἷς ἀφ' ἑνὸς ἕξει πόδα. Et, ὡς γὰρ πάντες ἀνῃρέτησαν οἱ Αἰολίδαι ὁ Πελίας, ἔμελλε ὑπὸ τοῦ ἑνὸς τὸν ἕνα ἀφ' Αἰολίδου ἀναιρεῖν. Hinc deprehendisse me puto & Hygini errorem, & unde in hanc fabulam venerit *Æoli filius.* Scilicet ex Græco hæc in Latinum vertit, & cum illic similiter inveniisset Αἰολίδου, vel ὑπὸ τοῦ ἐξ Αἰόλου, male, & parum considerate transtulit advenam *Æoli filium*, cum debuisset advenam ex Æoli posteris, vel progenie, ut fab. 27. *Persi responsum fuit ab Æetæ progenie mortem cavere*, ubi intelligitur Æetæ ex filia nepos. Ita nec Phryxus, nec Jason Æoli erat filius, sed uterque tamen Αἰολίδης. Ille Athamantis filius, Æoli nepos, hic vero Æsonis filius Crethei nepos, Æoli pronepos. Nec est, ut quis dicat Hyginum volentem & scientem filium posuisse pro nepote vel pronepote. Quam enim inepta & incerta hæc foret scribendi ratio? Quis non nostrum tantum, sed & ipsius æqualium, nisi ex aliis auctoribus rem planius cognitam haberet, ex illis verbis non certo existimaret, & Phryxum, & eum ipsum, qui oraculo designabatur, vere esse Æoli filium? Nec ullum veterum ita locutum esse credo, ut unum hominem dixerit filium illius, cujus erat nepos vel pronepos. Aliud longè est, quando aliquid legatur alicui & *filiis ejus*; qua

ejus, Argus, Phrontis, Melas, [p] Cylindrus, in ratem conscenderunt, ut ad avum Athamantem transirent. Hos Jason, cum pellem peteret, naufragos [q] ex insula Dia sustulit, & ad Chalciopen matrem reportavit: cujus beneficio [r] ad sororem Medeam est commendatus.

IV. *Ino Euripidis.*

ATHAMAS in Thessalia rex cum Inonem uxorem, [a] ex qua duos filios, * perisse putaret, duxit [b] Nymphæ filiam Themistonem uxorem: [c] ex ea geminos filios procrea-

locutione Ictus & *nepotes accipi, & omnes, qui ex nobis descendunt contineri* vult Dig. de verb. Sign. L. 220. §. 1. & 3. licet ipse Justinianus Instit. qui test. tut. dari possunt: §. 5. aperte doceat. *Cæterum si filios dixerit, non continebuntur nepotes: aliter enim filii, aliter nepotes appellantur.* Negligentiam quoque suam, ne de ea dubitemus, Hyginus certissimo argumento in eo prodit, quod fab. 273. ait Cloanthum accepisse præmium talentum argenti, & auratam chlamydem, cum tamen ex Virg. lib. V. ex quo solo hæc habere potuit, talentum argenti datum esse classicis militibus, qui certamen navale certaverant, clarissime pateat. Alia vero dona dedit Æneas ipsis ductoribus, & Cloantho chlamydem auratam. Tum Eurytionem galeam muneri accepisse dicit, cum tamen Virgilius munus non expresserit, sed è galea sortes duxisse eos scribat, quam Hyginus malè ad munus transtulit. Perizonius. Cautius ergo Schol. Stat. Lib. II. Theb. 281. *Ut ab advenâ Æoli progenie mortem caveret Phryxum interfecit. At filii ejus ratem ascenderunt, ut ad avum Athamantem transirent: quos naufragos Æson excepit.* leg. *Jason.*

p *Cylindrus*] Sic quoque cap. 14. & 21. eum appellat. Vide an reponi debeat *Cytorus* ex Apollodor. Lib. I. & Strabon. Lib. XII. vel certè *Cytisorus.* Nam *Cytisorus* idem est, qui *Cytorus*, Apollon. Lib. II. & Melæ Lib. I. cap. 19. *A Cytisoro Phryxi filio positus Cytorus.* quam lectionem frustra olim sollicitabam. Majori forte jure Κυτίσωρος Herodoti Lib. VII. in Κυτίσωρον, quomodo scriptum in vitâ Apollonii, transformes. Tzetzes in Lycophr. p. 7. Chalciopes filios nominat Ἄργον, Μηλᾶν, Κάπυν, Φρόντιν, Σᾶσον, καὶ Ἔρμιλον.

q *Ex insulâ Diâ*] Sic infr. quoque habes cap. 14. 20. 21. Apollon. II. 1033. Ἀρητιάδα νῆσον. Scholiastes Ἄρεος νῆσον vocitat ad vers. 1092.

r *Ad sororem Medeam commendatus est*] H. e. sorori Medeæ, apud sororem. Vide Cl. Schefferum Indice Hyginiano, & Celeberrimum Gronovium, Lib. III. Observ. cap. 23. Ubi multa hoc genus locutionum exempla invenies. Usus eâ loquendi formulâ etiam Servius ad Æn. II. 477. Scyria pubes.) *à Scyro insulâ unâ de Cycladibus, in quâ fuit Lycomedes pater Deidamiæ, quam Achilles, commendatus ibi à matre Thetide vitiavit, unde Pyrrhus natus est.* Noster cap. 45. *Philomelam mandat ad Lynceum Regem.* Vide Nobiliss. Heins. ad Raptum Proserpinæ Claud. Lib. III. 214. qui *mandare* pro *amandare*, Ciceronem quoque usum observat. Adde quæ notamus ad cap. 72.

Ad CAP. IV.

a *Ex quâ duos filios*] Supple *susceperat*, vel simile quid.

b *Nymphæ filiam*] An scribendum? *Hypsei filiam.* Ita sane Hyginus ipse vult cap. 157. 239. & Apollod. Lib. I. pag. 33. aliique.

c *Ex eâ*] An *& ex eâ?* Non putem, cum

creavit. Postea resciit Inonem in Parnaso esse, * [d] quæ bacchationis causa eo perveniisse. Misit qui eam adducerent. Quam adductam celavit. Resciit Themisto eam inventam esse, sed quæ esset nesciebat. [d] Cœpit velle filios ejus necare. Rei conscium, quam captivam esse credebat, ipsam Inonem sumpsit & ei dixit, ut filios suos candidis vestimentis operiret, Inonis filios nigris. Ino suos

cum solemne sit huic scriptori omittere copulativam particulam. Inspice, ut hoc credas, cap. 24. 27. 29. 30. 35. 38. 61. 66. 92. 103. 127. 130. 148. 176. 178. 197 &c. Nec Scheffero id non visum, ut liquet ex ejus notis ad cap. 92.

d *Quæ bacchationis*] Cl. Schefferus trajectè: *bacchationisque*. Micyllus: *atque bacchationis*. Forte verius est, *Quam bacchationis*; ut illud *quam* posuerit pro *eamque*. Geminum prorsus & germanum est illud II. Astron. cap. 1. *Quam Dianæ venanti, ut eam interficeret, demonstrasse*. Item: *Ad Dianam se applicuisse, à qua non mediocriter esse dilectam*. Apud Festum *in Roma*: *Eumque habuisse conjugem Romam, à quo, ut Italiâ sit potitus, urbem condiderit, quam Romam appellavisse*. Pro *à quo* puto legendum *à qua* h. e. ex cujus nomine. Anton. Liberal. cap. 8. Ἐπὶ τούτῳ τῆς χώρας Λοκροὶ πόλιν τὴν Ἰταλίαν Σύβαριν ἔκτισαν. Just. Lib. xxx. cap. ult. *Ex nomine ducis gentes Rhæterum condiderunt*. Scholiastes German. Fabulâ Arctorum: *Cynosuram dicit Jovis fuisse nutricem unam ex Idæis Nymphis, à qua in Cretæ oppido Hisioe Nicostratus constituit portus*, &c. At Hyginus in eadem narratione Lib. II. Astron. cap. 2. *Ex cujus nomine*. Vetus interpres Cosmographiæ à Godofredo editæ p. 35. *Opus qualecunque in nomine suo facit*. In Græco est, Ἔργον ἐποίουν τὸ ὀνόματι ἑαυτῶν ἐργάζεσθαι. Justinus modo laudatus Lib. XXIII. cap. 1. *Urbem ex nomine uxoris Laviniâ condidit*. Festus Paulli in *Indiges*: *In cujus nomine etiam templum construxit*. Et apud Servium ad Ecl. VI. 42. *Ignem de cœlo subripuisse ferunt, & ideo à Jove religatum ad Caucasum, & volucribus objectum; quem postea ab Jove ipso resolutum, quod eum monuisset Themide abstinere*. Nec non Fulg. lib. 1. cap. 4. *Filium genuisse, quem velut enervis substantiæ successorem ineffabili, ultra quam paternitas exigebat, affectu erga filium deditum*. Sic *quæ* habes pro *eaque* cap. 28. *Hi cum Dianam comprimere voluissent, quæ cum non potuisset viribus eorum resistere, Apollo inter eos cervum misit*. Cap. 29. *Sensit Amphitryon numen aliquod pro se fuisse, ex quâ die cum eâ non concubuit*. Cap. 91. *In quiete vidit, se facem ardentem parere, ex quâ serpentes plurimos exisse*. Nepos Themist. cap. 7. *Nam illorum urbem, ut propugnaculum, oppositum esse barbaris, apud quam jam bis classem regiam fecisse naufragium*. Leid. Ed. *Classis regia fecisset*, temere, ut puto. Sed pro *oppositum* legendum *oppositam*, & locum, ut à me tactum, interpungendum censeo. Adde notas ad Cap. 21. Nec contemnenda Barthii conjectura est: *Quæ Bacchationis causa eo perveniisset*. Sic sane Astron. II. 24. *Septem stellas ostendit, quas esse crinem fingeret*. Imo hanc genuinam esse lectionem persuasissimum habeo. Nec aliter emendaverat in orâ codicis sui Nob. Heinsius.

d *Cœpit velle*] H. e. voluit. Infr. cap. 122. *Regnum Mycenis obtinere cœpit*. pro quo dicit cap. 67. *Regnum occupavit*. Hellenismum resipit, quo præter alios perquam crebro utuntur Petronius & noster Hyginus. Lucas Act. 1. vers. 1. Περὶ πάντων, ὧν ἤρξατο Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν: *de omnibus, quæ Jesus fecit & docuit*. Vide Gatakerum Cinn. Lib. 1. cap. 3. qui originem ejus locutionis ex Hebraismo arcessit. Genes. 1. vers. 3. Ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιῆσαι.

ſuos candidis, Themiſtonis [e] pullis [f] oppoſuit. Tunc Themiſto decepta, ſuos filios occidit. Id ubi reſciit, ipſa ſe necavit. Athamas autem in venatione per inſaniam Learchum majorem filium ſuum interfecit. At Ino cum minore filio Melicerte in mare ſe dejecit, & dea eſt facta.

V. *Athamas.*

SEMELE, quod cum Jove concubuerat, ob id Juno [a] toto generi ejus fuit infeſta. Itaque Athamas, Æoli filius, per inſaniam in venatione filium ſuum interfecit ſagittis.

VI. *Cadmus.*

CADMUS Agenoris & [a] Argiopes filius, ira Martis, quod

e *Pullis*] Quis ſit *pullus color* non malè explicat Aſciatus Parergon Lib. II. cap. 1.

f *Oppoſuit*] Scio quomodo hoc verbum explicet Cl. Schefferus. Malebam tamen, *operuit*, vel *cooperuit*, ἐπέθαλε, quod & in margine libri ſui notaverat Tollius. Sed retrahit me Horatii Scholiaſtes in Art. Poët p. 626 ed. Cruq. *Eique nubes in ſpeciem Junonis oppoſita eſt.* Cæterum filii illi, quos imprudens occidit, Πορφυρίων & Πλίσ suiſſe dicuntur Nonno IX. Dion. Addo, ὡς ἐν παρόδῳ *oppoſuit* reſtituendum eſſe Feſto in *Plutei* pro *appoſuit*, ex MS. Leid. Bibl.

Ad CAP. V.

a *Toto generi*] Archaiſmus eſt, de quo Giphanius indice Lucretiano, & Scioppius Suſp. Lect. I. epiſt. I. Meurſius ad Catonem R. R. Pœne putidos eſſe videas in id genus archaiſmis affectandis quoſdam ſequioris ævi ſcriptores. Fulgentius Virgil Continentiâ: *Eſto Euryſthens alio fortiori.* Item: *Nullo omnia vera noſſe contingit.* Titinnius Barbato: *Namque uni collegii ſumus.* Plura congeſſimus ad Fulgentium in Contin. Virgil.

Ad CAP. VI.

a *Argiopes*] Micyllus in margine ſuæ editionis curavit appingi, *Argyopes. Ita à Pherecyde appellatur.* Hoc debet Natali Lib. VIII. Myth. cap. 23. *Cadmum Pherecydes* Lib. IV. *Hiſtor. ex Agenore & Argyope Nili fluvio natum eſſe tradidit.* Noſter cap. 178. & 179. *Agriopen* appellat. Ubi vitioſè *Argyrope* margo habet. Nempe Pherecydes Ἀργιόπη ſcripſerat, non Ἀργυόπη. Repone ergo Ἀργιόπη cum Cl. Scheffero, niſi mavis *Antiope* ex Scholiaſte Euripidis ad Phoeniſſ. vers. 5. Λιβύης τε Ἐπάφου καὶ Ποσειδῶνος Ἀγήνωρ καὶ Βῆλος. Ἀγήνορος καὶ Ἀντιόπης τε Βήλου Κάδμος. Sed *Argiope* rectum eſt. Habet hoc Natalis ex Schol. Apollon. ad Lib. III. 1185. Φερεκύδης δὲ ἐν οἷς ἔτω φησίν. Ἀγήνωρ δὲ ὁ Ποσειδῶνος γαμεῖ Δαμνὼ τὴν Βήλου. τὸν δὲ γίνονται Φοῖνιξ καὶ Γ'σσίη, ἣν ἔχει Αἴγυπτος. καὶ Μιλία, ἣν ἔχει Δαναός. ἔπειτα σὺν ἅρμα Ἀγήνωρ Ἀργιόπην τὴν Νείλου τοῦ ποταμοῦ. τοὺς δὲ γίνεται Κάδμος. *Agriopen* tamen, ut noſter bis, Lactantius quoque appellat ad II. Thebaid. 289. ut nec illud *Agriope* temerè forſan ſit damnandum; quo nomine & Orphei uxorem Mimnermus vocat.

b *Dra-*

quod [b] draconem fontis Caſtalii cuſtodem occiderat, [c] ſuorum prole interempta, cum [d] Harmonia Veneris & Martis filia uxore ſua [e] in Illyriæ regionibus, in dracones [f] ſunt converſi.

VII. *Antiopa.*

ANTIOPA [a] Nyctei filia, ab [b] Epapho per dolum eſt ſtuprata. Itaque à Lyco viro ſuo ejecta eſt. Hanc viduam Jupiter compreſſit. At Lycus Dircen in matrimonium duxit, cui ſuſpicio incidit, virum ſuum clam cum Antiopa concubuiſſe. Itaque imperavit famulis, ut eam in tenebris vinctam clauderent. Cui poſtquam partus inſtabat, effugit ex vinculis Jovis voluntate in montem Citheronem. Cumque partus premeret, & quæreret ubi pareret, dolor eam in ipſo bivio coegit partum edere. Quos

b *Draconem*] De illo vide, ſi tanti putes, quæ ad Anton. Liber. cap. 2. notavi. Martis & Furiæ Tilphoſæ eum facit filium Schol. Sophocl. ad Antig. vers. 130.

c *Suorum prole*] H. e. τῶν οἰκείων, vel *eorum* δρακαινῶν. de quo vide Meurs. Crit. 1. 4. Douſ. Plautin. Explic. pag. 72. Lactant. Arg. IV. Met. 15. *Eveniſſentque multa filiabus ac nepotibus infortunia.* Si quid mutari velis, non male reſcripſeris, *ſuâ omni prole.*

d *Harmoniâ Veneris*] Schol. Euripid. ad Phoeniſſ. 7. Ἔνιοι δὲ αὐτὴ Ἁρμονίας Ἠλέκτρας γῆμαι αὐτὸν φασί. Schol. Apollon. ad Lib. I. 916. Harmoniam Electræ filiam facit, eamque duxiſſe Cadmum ait, & à matre ejus Thebanam portam Electridem denominatam. Sed præter Heſiodum Θ. 975. Lactantium Lib. I. 17. etiam noſter Geneal. Harmoniam Venere editam tradit. Scholiaſt. Horatii in Art. Poet. *Cadmus & Hermione* (Scrib. *Harmonie*) *in angues converſi ſunt. Nam Hermione filia Martis & Veneris dicitur fuiſſe. Dicuntur autem in angues converſi propter occiſum draconem, qui erat Marti conſecratus.* Hephæſtion tamen in leones transformatos eos narrat Lib. I. Vid. Phot. pag. 473.

e *In Illyriæ regionibus*] Earum enim Rex fuit. Vide Apollod. Lib. III.

f *Converſi ſunt*] Poeticam magis, quam pedeſtrem orationem ſapit. cap. 79. *Theſeus cum Pirithoo rapuerunt.* & cap. 127. *Quem poſtquam cognovit, qui eſſet, juſſu Minervæ cum Telemacho & Penelope in patriam redierunt.* Lactantius ad Stat. Thebaid. III. 290. *Cadmus fugiens infortunia Thebarum, exiſtimans ſe cum loco etiam fortunam mutave, cum Harmonie conjuge converſi ſunt in dracones.* Capella. Lib. I. *Cum virtute Mercurius conſtiterunt.* Et Lib. III. *Cum ſponſo Delius annuebant.* Salluſt. Jug. 100. *Bacchus cum peditibus poſtremam Romanorum aciem invadunt.*

Ad CAP. VII.

a *Nyctei filia*] Sic & Apollodorus Lib. III. pag. 144. & Propert. Lib. III. eleg. 13. *Aſopi* filiam facit Apollon. Lib. I. 735. Ubi Scholiaſtes: Δύω Ἀντιόπαι ἐγένοντο. ἡ μὲν Νυκτέως, ἡ δὲ Ἀσωποῦ, ἧς καὶ Διὸς Ἀμφίων καὶ Ζῆθος, οἱ καὶ Θήβας ἔκτισαν. Apollon. ſequutus eſt Tzetzes in Lycophr. pag. 77. Ita famam non ſemper veri nunciam tuliſſe, notavit quoque in Corinthiacis Pauſanias.

b *Epapho*] *Epopeo* ex Pauſaniâ Micyllus. Nec aliter eum appellat Apollodorus Lib. III. vel Schol. Apollon.

Quos pastores pro suis educarunt, & appellarunt [c] Zeton, ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον. Alterum autem Amphionem, ὅτι ἐν ὁδῷ ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν, id est, quoniam in bivio eum edidit. Qui postquam matrem agnoverunt, [d] Dircen ad taurum indomitum deligatam vita privarunt. Ex cujus corpore in monte Citherone fons est natus, [e] qui Dircæus est appellatus, beneficio Liberi, quod ejus baccha fuerat.

VIII. [a] *Eadem Euripidis, quam scribit Ennius.*

NYCTEI regis in Bœotia fuit filia Antiopa. Ejus [b] formæ bonitate Jupiter adductus, gravidam fecit. Quam pater cum punire vellet, propter stuprum [c] minitans, periculum, Antiopa effugit. Casu in eodem loco, quo illa per-

ad Lib. IV. 1090. Non nuperum hoc esse vitium patet ex Lactantio in Stat. IV. Theb. vers. 570. qui, ut alias multas, ita etiam hanc fabulam ex Hygino transscripsit. *Antiopa*, inquit, *Nyctei* (scrib. Nyctei) *regis filia ab Epapho per dolum stuprata est*, &c. Ἐπωπεύς Σικυῶνος est Hephæst. Lib. I.

c *Zeton* ἀπὸ τοῦ ζητεῖν] Interpretationes has ab intempestivo aliquo interprete adjectas censet Cl. Schefferus; Certè hæc absurda mihi videtur. Neque enim Ζῆτος Græcè, sed Ζῆθος scribitur, unde *Zethus* apud Horat. Lib. I. epist. 18. vers. 42. Male *Zetus* scribitur apud Servium ad eclog. II. 24. Ita ludit more suo Fulgentius Lib. II. Mythol. *Teresiam in modum temporis posuerunt, quasi θέρους εἰῶν, id est, æstiva perennitas.* Placuit tamen ista allusio veteribus. Vide Etymol. Magnum in Ζῆθος.

d *Dirce ad taurum*] Vide Schol. Euripidis ad Phoeniss. pag. 280. Edit. Steph. & Apollon. loco modo adducto.

e *Qui Dirceus*] Scribe, *Dircæus*, ut apud Horat. est & Virgil. ex Græc. Διρκαῖος. Schol. Euripid. ad Phoeniss. 102. Καὶ ὁ τόπος, ἵνα ἐσύρη, Δίρκη καλεῖται, ὁ ποταμός. & ad vers. 650. Δίρκη δὲ ποταμὸς Θήβης, ὁμώνυμος τῇ πηγῇ.

Ad CAP. VIII.

a *Eadem Euripidis*] Laudat eam in Ἐνυδρίμοντι Hesychius.

b *Formæ bonitate*] H. e. præstantia. Phædrus Lib. IV. 8. *Tanta bonitas est aquæ. Dignitatem* noster appellat cap. 106. & 78.

c *Minitans*] Barthius *vitans* conjecit. Tollius, *instans*. Ego antehac *imminens*. Nunc verum mihi videtur, quod divinat Cl. Schefferus, post *tò minitans*, ponendum esse incisum. Scribe ergo, & distingue etiam post *tò vellet*: *Cum pater punire vellet, propter stuprum minitans, periculum effugit.* cap. 10. *In aquilam commutatus mortem effugit.* Apollodorus certe, quod vir clarissimus vidit, id firmat, ita scribens: ἡ δὲ ὡς ἔγκυος ἐγένετο, καὶ παῖδος ἀπειλοῦντος, εἰς Σικυῶνα ἀποδιδράσκει. Sed illustri Heinsio *minitans periculum* videtur dictum ut *minitantia fata* apud Silium. Et sic nihil medicinæ flagitat hic locus, nisi ut incisum post *tò periculum* tollatur.

d *Sta-*

pervenerat, Epaphus Sicyonius [d] ſtabat. Is mulierem [e] advectam domo matrimonio ſuo junxit. Id Nycteus ægre ferens, cum moreretur, Lyco fratri ſuo per obteſtationem mandat, cui tum regnum relinquebat, ne impune Antiopa ferret. Hujus poſt mortem Lycus Sicyonem venit. [f] Interfecto Epapho, Antiopam vinctam [g] adduxit in [h] Citheronem: [i] parit geminos, [k] & reli-

d *Stabat*] H. e. commorabatur, diverſabatur, manebat dum domo aberat. Hinc *ſtabulum & Statio* pro taberna & diverſorio apud Veteres. Et *ſtabularius* παυδοχεύς ſive caupo apud Junilium & Cyprianum Lib. III. epiſt. 13. *Stabulariæ mulieres* apud Auguſt. C. D. XVIII. 18. copæ. Præivit nobis ad hanc explicationem Barthius. Ita σταθμὸς accipitur interdum Græcis. Vide Jerem. cap. x. 5. Heſych. Σταθμοὶ, ἱπποῦλεις. Gloſſ. vett. *Stabulum*, παυδοχεῖον, Cyrill. Στάσις, καταμονὴ, *Statio*. Tertull. Sodom. *Hoſpitioque vocat longè ſtabulare parantes*. Confer quæ ad Suet. Neron. cap. 37. notavit Torrentius.

e *Advectam domo*] H. e. domum. *Domo* dixiſſe dandi caſu Catonem & Horatium notavit Voſſius, quem figuratè nonnunquam poni pro accuſativo volunt. Infr. cap. 14. *Delatum fluctibus Lilybæo ſervavit*. niſi placet ablativum eſſe per defectum præpoſitionis ſubaudiendæ in iſtiuſmodi locis poſitum. Vide notata ad cap. XV. quo multa id genus congeſſimus. Cl. Scheſſerus emendat, *domum*. δόχαϊνδε.

f *Interfecto Epapho*] Ante hæc verba ponendam curavi πλείαν σπυρὴν, poſtulante omnino id ſententia.

g *Adduxit*] *Adducere* pro *abducere* habes etiam cap. 64. 84. 121. 122. 173. & apud Ovid. I. Met. 677. in quibuſdam editt. Juſtin. Libr. XVIII. 1. Utrumque certo reſpectu tolerari poſſe exiſtimat Berneccerus. Sed ille, ut video, ſolus relinquitur. Corrige ergo cum Cl. Scheffero, *abduxit*.

h *Citheronem*] Putet aliquis ſcribendum eſſe *Citharonem* & heic & in præcedentibus; Sed *Citheron* pro *Citharon* effert etiam Auſonius Grypho Ternario, quaſi in Græco eſſet κιθρὼν non κιθαιρὼν: quod & Lactantius ſibi permiſit. Lib. I. 22. *Qui* (mons) *cum citharæ cantu perſonaret, Citheron appellatus eſt*. Servius ad Æn. IV. 469. *Comperit eum in Citherone monte eſſe*. Obſervavit Feſtus ruſticorum eſſe non pronuntiare diphthongos.

i *Parit geminos*] Cl. Scheſſerus ita diſtinguit: *vinctam abduxit. In Citherone ea parit geminos*. Fateor minimam iſtam mutationem multum lucis attuliſſe. Poteſt tamen conciſa oratio videri, qua τὸ *Antiopa* ex præcedentibus ſubaudiendum relinquatur. Similiter ex præcedentibus ſubaudiendum relinquitur cap. 53. JUPITER. *A quo* (Jove) *in avem ortygiam commutata eſt, quam nos Coturnicem dicimus, eamque in mare abjecit*. cap. 19. *Ab Jove eſt excæcatus, & appoſuit ei Harpyias*. cap. 56. BUSIRIS. *Apud Buſiridem Neptuni filium cum eſſet ſterilitas, ex Græciâ augures convocavit*. cap. 72. FILIUS. *Quæ cum filium procreaſſet, & ad puberem ætatem perveniſſet*. cap. 77. LEDA. *Jupiter Ledam compreſſit, & ex eo peperit Pollucem & Helenam*. cap. 105. PRIAMUS, *In quâ ſcriptum fuit; Palamedi à Priamo miſſa; tantumque ei auri pollicetur*, &c. cap. 106. AGAMEMNON. *Achilles cum Agamemnone redit in gratiam Briſeidamque ei reddidit*. cap. 126. MNESTERES. *Quem cum Eumæus ad Mneſteras perduxiſſet, & cum ancillis diſcumberent, ait ad illos*. cap. 178. CADMUS. *A Cadmo lapide eſt interfectus; denteſque ejus, Minervâ monſtrante, ſparſit & aravit*. cap. 198. PATER. *Illa ſe in mare præcipitavit, ne perſequeretur*. cap. 30. IS. *Veſtigia ejus aſſlabat, & malorum cruciatu moriebatur*. Tale eſt

[k] & reliquit. Quos pastor educavit, Zetum & Amphionem nominavit. Antiopa Dircæ uxori Lyci data erat in cruciatum. Ea occasione nacta, fugæ se mandavit. Devenit ad filios suos. Ex quibus Zetus existimans fugitivam, non [c] recepit. In eundem locum Dirce per bacchationem Liberi [m] illuc delata est. Ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat. Sed ab educatore pastore adolescentes certiores facti, eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem, eripuerunt. Dircen ad taurum crinibus religatam necant. Lycum cum occidere vellent, vetuit eos Mercurius, & simul jussit Lycum concedere regnum Amphioni.

IX. *Niobe.*

AMPHION & Zetus Jovis & Antiopes Nyctei filii, jussu Apollinis Thebas muro circumcinxerunt usque ad [a] Semelæ bustum, Lajumque Labdaci regis filium in exilium ejecerunt. [b] Ipsi ibi regnum obtinere cœperunt. Amphion in conjugium Niobam Tantali & [c] Dionis filiam

& illud Scholiastæ German. Orione: *Cum putarent Arionem obiisse, & de monumento prodiisset.* sc. Arion. Neque non istud Lactant. ad 11. Stat. Thebaid. vers. 4. *Quos Juno causâ Epaphi ex Jove nati contra Jovem excitavit arma sustollere. Unde illi pœnas dederunt adjuvantibus Diis, & Atlanti cœli onus imposuit.* scil. *Jupiter.* Fulgent. Lib. 11. cap. 15. *Jupiter cum Semele concubuit, de qua natus est Liber pater, ad quam cum fulmine veniens, crepuit.* scil. *Semele.* Et Lib. 1. cap. 27. *Admetus Apollinem atque Herculem petiit, & ei ad currum leonem & aprum junxerunt.* Ita habet MS. Leid. & Basil. Edit. vetus, non *qui ei.* Loqui sic nonnunquam etiam Græcos animadverti. Parthen. Erot. cap. 15. Διὶ δὲ αἰτίαν μεγάλα καθήμενοι τῷ Ἀρτέμιδι, καὶ αὐτὴν ἔσχε βάλλειν ἐπιὼν. nempe Ἄρτεμις. Hæc statim sub initium heic constipare volui, ut, cum toties ista orationis forma in hoc scripto deprehendatur, examinet lector, librariisne ea, an auctori ipsi sit tribuenda. Confer notas ad cap. 54.

k *Et reliquit*] Malim, *relinquit*, propter τὸ *parit*, quod præcessit.

l *Recepit*] Vetus *recipit*, inquit vir doctus, *quod magis probo.* Atqui Micylli editio, quæ prima est, *recepit* exhibet: nec, cur valde improbem, video.

m *Illuc*] Quia præcessit, *in eundem locum*, deletam vellem hanc voculam.

Ad CAP. IX.

a *Semeæ stum*] Turnebus, *Semelæ bustum*, Adversar. Lib. 28. 43. Quod & Barthio ac Cl. Cupero Observ. Lib. 111. cap. 17. venit in mentem. Atque ita emendaverat quoque olim in Libro suo Salmasius.

b *Ipsi ibi regnum*] Tò *ibi* non agnoscere vetustiores ait vir Cl. Sed vetustissima Micylli omnino agnoscit. Nec causam video, cur aliæ expulerint.

c *Dionei*] Scribe *Dionis*. Vide infr. cap.

liam accepit. Ex qua procreavit [d] liberos septem totidemque filias. Quem partum Niobe Latonæ antepositi, superbiusque locuta est in Apollinem & Dianam: quod illa [e] cincta viri cultu esset, & [f] Apollo vestem * deorsum, atque crinitus; [g] & se numero filiorum Latonam superare. Ob id Apollo filios ejus in sylva venantes, sagittis interfecit in monte Sipylo. Et Diana filias in regia sagittis interemit, præter Chloridem. At genetrix liberis orba, flendo lapidea facta esse dicitur [h] in monte Sipylo. [i] Ejusque hodie lachrymæ [k] manare dicuntur. Amphion

cap. 82. & 83. Longe aliter de Niobe fabulatur Parthenius Erot. cap. 33. Dionis vocabulum restituendum etiam Lactantio in Stat. Theb. Lib. IV. vers. 576. *Niobe*, inquit, *filia Tantali & Peniopes*. Lege, *Dionis*.

d *Liberos septem*] H. e. septem filios. Veteres τὸ *liber* singulari numero pro filio posuisse probat aliquot exemplis Vossius Analog. Lib. I. cap. 42. & Schottus ad Victoris Cæsar. cap. 26. quibus nos præter hoc Hygini illud quoque Solini addimus cap. 8. *Tres liberos in Italia procreavit, Tiburtum, Coram, Catillum*. Plinius Lib. I. ep. 10. *Liberi tres, duo mares, quos diligentissime instituit*. Si enim singulari numero careret hoc nomen, non *tres*, sed *ternos* vel *trinos* dixissent. Vide Varron. L. L. IX. pag. 136. Quintil. decl. 11. *Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus*, &c.

e *Cincta viri cultu*] H. e. Altè cincta, ut viri solent. Petit à Jove & impetrat apud Callim. Hym. III. ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα ζώνυσθ' ἁγνόν. Ovid. X. Met. *Nuda genu vestem ritu succincta Dianæ*. Ad illum virilem cultum respexit Petronius: *Et præcincti certè altius eramus*. Minutius Felix: *Diana interim est altè cincta venatrix*. Imo & *bis cincta*. Auson. epigr. 38. Claud. P. R. II. vers. 33. *Crispatur gemino vestis Gortynia cinctu, Poplite fusa tenus. Succincta* est Ovid. III. Art. A. 143. & Amor. II. El. 2. *Incincta* Heroid. IV. 87. Alte cincti imprimis venatores, alte etiam viatores. Horat. Lib. I. Sat. V. 5. *Hoc iter ignavi divisimus, altius, ac nos, Præcinctis unum est*. Corrige ex hoc loco Servium ad Æn. I. 214. *Accinctos autem industrios dicimus, ut Horatius*: Altius ac nos præcincti sumus. Lege, inquam, *Præcinctis unum est*.

f *Apollo vestem deorsum*. Supplet Micyllus, *haberet*. Sed tu repete potius cum Scheffero τὸ *cinctus* ex præcedentibus. id quod jam antea Barthius quoque monuerat. Pingit habitum Citharœdicum. Tib. III. 4. *Ima videbatur talis illudere palla*. Pariter de eodem Apolline Ovid. II. Met. 166. *Verrit humum Tyrio saturatâ murice pallâ*.

g *Et se*] Cl. Schefferus, *at se*, quod hoc sit efficacius. Sed & pro *at* ita sæpe in hoc scripto positum deprehendo, ut vix quicquam mutare audeam. Inspice cap. 21. 26. 31. 67. 82. 122. 125. 154. &c. Etiam Græci ἀλλὰ pro ἔτι non raro ponunt, ut observat Pfochen. Diatrib. de styl. nov. Instrum. Tm. 58. Ne dicam jam τὸ & non incommodè explicari heic posse per *etiam* vel *insuper*.

h *In monte Sipylo*. Propert. Lib. II. 16. *Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba Sollicito lacrymas depluit à Sipylo*.

i *Ejusque hodie*] Mallem, si addicerent MSS. *Ejus hodieque*. Ovid. VI. Met. 310. *Liquitur, & lacrymas etiam nunc marmora manant*.

k *Manere*] Præferam *manare*. quod Cl. Tollio esse visum ex Cl. Schefferi notis didici. Sen. Agam. 378. *& adhuc lacrymas Mœsta æternum marmora manant*. Etiam *fluere* active comperi usurpatum. Isidor. Orig. XVII. 8.

Cujus

phion autem cum templum Apollinis expugnare vellet, ab Apolline sagittis est interfectus.

X. *Chloris.*

[a] CHLORIS Niobes & Amphionis filia, quæ ex septem superaverat. Hanc habuit in conjugem [b] Neleus Hippocoontis filius. [c] Ex qua procreavit liberos masculos duodecim. Hercules cum Pylum expugnaret, Neleum interfecit, & filios ejus decem. undecimus autem [d] Periclymenus, beneficio [e] Neptuni avi in aquilæ effigiem com-

Cujus virgulæ inter caniculæ ortum catervatim lacrymas fluunt. Catal. Pith. Lib. 1. *Effluas dulcem saporem comparandum nectari.* Quem versiculum frustra emendare nituntur. *Effluere* est producere heic & gignere, ut *emanare.* Incertus auctor de orthograph. in Corpore vett. Grammat. *Emanat fons sive terra aquam*, id est, gignit ac producit. Contrarium est *influere.* Cyprian. Lib. 11. ep. 2. *Quod in mentes nostras indulgentiæ cœlestis allapsu clementer dominus influxit.* Minucius Felix Octavio: *Mare influxerit liquor.* Leo papa de conflictu Vit. & Virt. *Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?* Apollod. Lib. III. Καὶ χεῖτιν δάκρυα νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἡ λίθος. Adde quæ annotat Schol. Homeri ad Iliad. Ω. 602. Perquam elegantes sunt hi versiculi Callimachi Hymno Apollinis: Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ὠκεάνισεν ἄλγια πηγὸς Οἷς ἐπὶ φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐφέλκεται, Μάρμαρον ὑπὸ γυναικὸς οἰζυρόφιλε χαυάσης. Haud absimile est, quod de Columnâ salis, in quam Lothi uxor conversa est, memorat Tertullianus: *Dicitur & vivens alio jam corpore sexus Munificos solito dispungere tempore menses.* Unde orta sit fabula, indagat Eustath. ad Dionys. pag. 18.

Ad CAP. X.

a *Chloris in urbe Sethi*, &c.] Barthius ad Statium, *in urbe Zethi, hoc est, Thebis.* Salmasius in margine libri olim sui, quem pro benignitate suâ utendum nobis dedit Cl. Blancardus, appinxerat, *Niobes & Amphionis.* quod omnino probandum. &, ut video, probat mecum Schefferus, idem conjiciens. Sed Schol. Homeri ad Odyss. Λ. vers. 280. longe aliter Χλωριδαμείᾳ, matremque Chloridis Περιφόνῳ appellat. ipsum adi. Nihil tamen movere debet hoc lectorem. Corrigi ita vult Hyginus ipse cap. 14. *Periclymenus Nelei & Chloridis Amphionis & Niobes Amphionis filiæ filius.*

b *Neleus Hippocoontis*] Scholiastæ Homer. loco modo laudato cum aliis non paucis est Ποσειδῶνος καὶ Τυροῦς παῖς.

c *Ex quâ*, &c.] Idem Scholiastes ex Chloride tres tantum procreasse eum tradit, reliquos vero ex diversis matrimoniis. Calculum illi dat Apollonianus Scholiastes ad Lib. 1. 156. Νηλεὺς ἔσχε παῖδας ἐκ μὲν Χλωρίδος Νέστορα, Περικλύμενον, Χρόμιον. Ἐκ δὲ ἑτέρων γυναικῶν Τρασίμηδον, Ἀστέριον, &c. Habes ibi & cæterorum nomina.

d *Periclymenes*] Micyll. Editio exhibet, *Periclymenis.* scribe, *Periclymenus*, Apollon. 1. 156. Περικλύμενος Νηλῆος. Interfectum eum ad illum locum narrat Scholiastes, ut & Apollodorus Lib. 1. pag. 36. ac Tzetzes Chil. 1. 45. Nonnus Dionys. μγ. Ovid. XII. Met. fab. 6.

e *Neptuni avi*] Atqui modo Hippocoon-

commutatus, mortem effugit. Nam duodecimus Nestor [f] in Ilio erat, qui tria secula vixisse dicitur beneficio Apollinis. Nam quos annos [g] [h] Chloris & fratrum, Apollo eripuerat, Nestori concessit.

XI. [a] *Niobidæ.*

[b] THERA, Tantalus, Ismenus, [c] Eupinytus, Phædimus,

coontis esse filium Neleum dixit. In tam brevi narratione diversas miscere opiniones, vix veniam mereri videtur. Cæterum σωιμφόχων πρὸς Νηλεῖ τρεῖς θεοὶ, Ποσειδῶν, Ἥρα, Ἀϊδωνεύς. Vide Schol. Hom. Iliad. A. 689.

f *In Ilio erat*] Barthius commentario ad Stat. emendat, *in exilio erat*. Convenire hoc aliquatenus videtur cum verbis Apollodori: Ἐπειδὴ ἀδικεῖται Γερηνίοις ἐπέθετο. & Scholiast. Homeri. ad Iliad A. 691. Τὸν Νέστορά φησι τελευτῆσαι τῶν Νηλέως παίδων. ἤτοι νέον ὑπάρχειν ἔξω ἐπέθετο δηλονότι τοῖς Γερηνίοις, &c. Si hoc tamen minus placeret forte, examinandum offert lectori, *Gerenii*. Sed me judice, durum alterum, alterum nimis à vulgatâ scripturâ remotum. Scribo: *In Pylo non erat*. Ita infr. habes cap. 254. *Anchises item in Ilio*, &c. 273. *fecit in Ilio*. Confer notata ad cap. 243. Interpres Concil. Ephesin. pag. 76. Edit. Contii: *Synodus congregata in Epheso*. Nec aliter Plaut. Bacch. Act. II. sc. 3. Adde, quæ Vossius habet construct. pag. 167.

g *Chloris*] Scribo *Chloridis*. Nihil mutarem, nisi haberetur infr. cap. 14. *Ampyci & Chloridis filius*. Legimus enim in vett. inscript. *Isis* pro *Isidis*, *Isi* pro *Isidi*. In Veneris Pervig. *Facta Cypris de cruore deque Ameris osculis*. Sic & *Adone* pro *Adonide* dixit Lactant. Lib. I. 17. & Arnobius Lib. IV. *Arsisse Proserpinam in Adonem*. nisi ista sunt à recto *Adon*, quo utitur Capella. Lib. II. Sidonius carm. 2. *Quicquid laudatum est Scythicis Anacharsis in oris*, ἀντὶ τοῦ Anacharsidis. Talia sunt ista apud nostrum cap. 97. *Alcestis Peliæ filiæ filius*. 157. *Busiris filia*. 189. *Munera Procridat*. Charisius Lib. I. *Non est necesse consuetudinem rationi reformare, præsertim cum adsit auctoritas. Nam & Varro de vitâ suâ, non tantum hujus Serapis declinavit, sed & Isis, quod paulo est durius*, &c. Quamobrem nollem hanc declinandi rationem tantopere improbasset πολυίστωρ ille Vossius.

h *Chloris & fratrum*] Utique nullos Chloridi eripuerat annos Apollo, qui filios Niobes occidit, non filias, quas Diana interemit, & has quidem *præter Chloridem*, fab. 9. *Quæ sola ex septem superavit* hac ead. fab. Delenda omnino copula, legendumque *Chloridis fratrum*. Cæterum Nestorem Gerenii fuisse, capta Pylo, docet & Pausan. Lacon. extr. ἐν ταύτῃ τῇ πόλει (γερηνίᾳ) Νέστορα οἱ μὲν τραφῆναι λέγουσιν, οἱ δὲ ἐς τοῦτο ἐλθεῖν φεύγοντα τὸ ἐωυτοῦ, ἡνίκα πύλον ἠλίσκετο ὑπὸ Ἡρακλέους. Similiter Scholiast. Homeri. Il. B. v. 33. E. v. 392. & A. v. 691. Unde & ab Homero sæpissime vocatur γερηνίου ἱππότα Νέστορος. Jac. Perizonius.

Ad CAP. XI.

a *Niobidæ*] Diversas auctorum opiniones de numero liberorum Niobes congessere Bernartius ad Stat. Theb. III. 198. Clarissimus Cuperus observat. Lib. III. 17. Natalis Lib. VI. 13. & jam olim Scholiastes Euripidis ad Phœniss. vers. 162. Ælian. var. Hist. XII. cap. 36. Eustath. ad Il. 52. pag. 1506. Ed. Bas. Cum Hygino facit Schol. Juv. ad Sat. VI. vers. 174. & Lasus apud Ælianum.

b *Lerta*] Scribo *Thera* ex Apollodor. Lib. III. pag. 145. & ipsomet Hygino, qui non *Lertam*, sed *Theram* agnoscit cap. 69. Sed Stat. Schol. ad Lib. III. Theb. 191. *Necram* appellat. unde *Neæra* faciendum. Νέαιρα enim est in MSS. 2. Apollod.

c *Eupinus*] Apollodoro est *Minytus*.

Ma-

dimus, Sipulus, [d] Chiade, Chloris, [e] Aſtycratia, [f] Siboe, [g] Sictothius, [h] Cleodoxa, [i] Archenor, [k] Ogygia. Hi ſunt filii & filiæ Niobæ uxoris Amphionis.

XII. *Pelias.*

PELIÆ [a] Crethei & Tyrus filio [b] reſponſum erat, ut Neptuno ſacrum faceret. Et ſi quis [c] monocrepis, id eſt, uno pede calceatus ſupervenisſet, tum mortem ejus appropinquare. Is cum annua ſacra faceret Neptuno, Jaſon Æſonis filius, fratris Peliæ, cupidus ſacra facien-

Malim utrobique ſcribi, *Eupinytus* ex Tzetze. quod & Lactantius ad Stat. III. Theb. 191. ſuadet, apud quem minus corrupte *Epinites* appellatur.

d *Chiade*] Κιόνη eſt Hellanico apud Euripid. Scholiaſten ad Phoeniſſ. vers. 162. *Aſtyoche* Apollodoro & Tzetzæ. ſed heic *Chias* videtur reſcribendum ex cap. 69.

e *Aſtygratia*] *Aſtycratia* ſcribe ex Apollodoro. quod jam præter Scheſſerum etiam doctiſſimo Cupero veniſſe in mentem video. Addo Hellanicum quoque, & ipſum Hyginum ita velle cap. 69. Nec non Lactantium ad Statium, qui *Aſticratiam* vocat.

f *Siboe*] *Phthiam* pro hac exhibet Apollodorus. Hyg. cap. 69. *Aſtynomen.* Lactantius, *Phegam.*

g *Sictothius*] *Damaſichthon* emendat Celeberrimus Scheſſerus. Et ſane hic apud Ovidium, Apollodorum, & Tzetzen eſt, nullus *Sictothius*. *Xenarchus* eſt Lactantio.

h *Endoxa*] *Cleodoxa* eſt Apollodoro, Tzetzæ & Hygino cap. 69. *Cleodoxe* Lactantio. quod idem eſt. Non dubitabo ergo & heic reponere *Cleodoxa*.

i *Archenor*] *Alphenor* eſt Ovidio. Cl. Scheſſerus corrigit ex Apollodoro *Agenor*. Ego nihil mutaverim. nam *Archenorem* inter Niobes filios numerat etiam Hellanicus. *Archemorus* eſt Lactantio.

k *Ogygia*] *Egyge* eſt Tzetzæ. Ὠγύγα Hellanico, Ὠγύγα Apollodoro. Malim Ὠγύγεια, & Ὠγύγη in Tzetze, heic *Ogygia*, præſertim cum cap. 69. *Oggygia* dicatur. Pœne innumeris locis y & i confundi, & negligi aſpirationes diphthongoſque notavi. Corruptus heic quoque Lactantius, qui *Ogimen* nominat.

Ad CAP. XII.

a *Cretei*] Scribendum *Crethei*. Græce Κρηθεύς dicitur. Κρηθεύς autem Minois filius natu maximus fuit, & regni ſucceſſor, de quo Mercerus ad Dict. Cretenſ. Lib. I. Noſter cap. 157. Crethea facit Neptuni filium. Scilicet Neleum & Pelian à Neptuno virginem compreſſam enixam Tyronem, quæ poſtea nupſerit Cretheo. Vide Diodor. Lib. IV. Genealogiam accurate tradit Pindari Schol. ad Pyth. Od. IV. pag. 204. Edit. Francof. Perperam Κρήτης dicitur in Schol. Lycophr. p. 35.

b *Reſponſum erat, ut Neptuno ſacrum faceret. Et ſi quis*, &c. Ex ſequentibus apparet non extraordinaria eum juſſu oraculi feciſſe Neptuno ſacra, ſed *annua*. Unde puto conjunctè legendum, licet de eo cum quoquam nolim contendere: *Reſp. erat, ubi Neptuno ſacrum faceret, ſi quis*, &c. Hoc ſenſu: mortem ejus appropinquare, ſi quis uno pede calceatus interveniſſet, cum primum ipſe Neptuno ſacra faceret. Perizonius. Probam hanc ejus eſſe emendationem videre licet ex Lact. ad III. Theb. Stat. vers. 516.

c *Monocrepis, id eſt uno pede calciatus*] Mihi videntur iſtæ Græcanicarum vel alias non ſic ſatis uſitatarum vocum explicationes multis in locis

faciendi, dum [d] flumen Euhenum transiret, calceamentum reliquit: quod, ut celeriter ad sacra veniret, neglexit. Id Pelias inspiciens, memor sortium præcepti, jussit eum pellem arietis, quam Phryxus Marti sacraverat, inauratam, Colchis ab rege Æeta hoste petere. Qui convocatis Græciæ ducibus, Colchos est profectus.

XIII. *Juno.*

JUNO cum ad flumen Euhenum in anum se convertisset, [a] & staret, ad hominum mentes tentandas, ut se flumen

cis à glossâ esse. Vide not. ad cap. 92. Fabula hæc est apud Apollodor. Lib. 1. pag. 41. Apollon. initio Lib. 1. Zenob. IV. 92. aliosque. Scholiastes Pind. ad Od. IV. Pyth. pag. 198. Τὸν μονοχρήπιδα. Τὸν μονοσάνδαλον. Κρηπὶς γὰρ τὸ βῆμα, καὶ εἴρηται ἀπὸ τοῦ βάσιν. Parthen. cap. 8. ἐν ταῖς κρηπῖσι τῶν παίδων. *in calceis servorum.* Μονοπέδιλος est Isacio. Cæterum *calciatus* & *calciamentum* deterius ævum arguunt, ut *calcius* & *calciamentum*, in notis Tyronis pag. 161. calciarii apud Juvenal. Schol. 130. ad Sat. V. vers. 20. Quibus adde Festum Pauli *in Balatrones.*

d *Flumen Euhenum*] Ita fluvium quoque illum appellat Hygini compilator Lactantius ad V. Theb. Stat. vers. 345. ubi tamen MS. habere *Anaurum* testatur Tiliobroga, ut fortasse ita quoque apud Hyginum sit scribendum. Certe Zenobio, Pherecydi, Apollodoro, Apollonio I. 9. est *Anaurus.* Annotat. Scholiastes: Ἄναυρον λέγει τὸν χείμαρρον, οἱ γὰρ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενοι ποταμοὶ ὅτι καλοῦνται. Cujus sententiam amplectitur Hœlzlinus, ut & Lampertus ad Valer. Flacci Lib. 1. vers. 84. ubi *Enipeus* appellatur; non etiam Bisetus, quem manu suâ ad hunc Apollonii locum notasse deprehendo, quæ tecum communicabo. *Malim*, inquit, *hoc loco* Ἄναυρον *pro nomine proprio accipi. Est enim in Thessaliâ fluvius, sic dictus, quod neque auram neque nebulam emittat. Philostratus, de eadem re loquens:* λίμνη γάρ, inquit, ὡς τὸ Ἄναυρον ἀφανίσαντος αὐτὰ τοῦ ποταμοῦ, ἐνεχύθη κρημνὸς τῷ ῥεύματι. *Hujus fluvii meminit Hesiodus sub finem Clypei his verbis:* Τῷ δὲ πίσυρα καὶ σὺν αἴθρης πίνουσιν Ἄναυρον Οἰμέρῳ χειμερίῳ πλήθοντα. Et Lucanus Lib. VI. *Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem Æra, nec tenues ventos aspirat Anaurus.* Hæc Bisetus. Ad Hesiodi locum annotat Tzetzes: Ἄναυρος ποταμὸς Θεσσαλίας. Καλοῦσι δὲ καὶ ἀναύρους τοὺς χειμάρρους. Ποταμὸν quoque appellat Isacius ad Lycophr. pag. 35. Scholiastes ad Callim. Hymn. Dian. vers. 101. Vibius Sequester: *Anaurus Thessaliæ ita denominatus, quia ex se neque auram neque nebulas emittat.* Adde quæ Palmer. Exercitat. pag. 815. observat. Initio *Lycormas* dictus est ille Fluvius, ut Lactant. Argum. fab. 11. Lib. IX. Met. Ovid. observat, & Schol. Homeri ad Iliad. 1. vers. 553. Cæterum *Euhenus* scribit pro *Euenus*, ut *Phrahates* Tacitus Lib. 11. Annal. cap. 1. & Just. Lib. XLI. qui Græcis Φραάτης. Agnoscis Æolicum digamma ut in *perihodes* apud Festum.

Ad CAP. XIII.

a *Et staret*] Cl. Schefferus, *& oraret.* Quod non parum firmant illa cap. 22. *Anum se simulavit, & rogavit, ut se*

men Euhenum transferrent, & id nemo vellet, Jason Æsonis & [b] Alcimedes filius eam transtulit. Ea autem irata Peliæ, quod sibi sacrum intermiserat facere, effecit ut Jason unam crepidam in limo relinqueret.

XIV. *Argonautæ convocati.*

Jason Æsonis filius & Alcimedes Clymeni filiæ, & Thessalorum dux. Orpheus [a] Oeagri & Calliopes Musæ filius, Thrax, [b] urbe Flevia, quæ est in Olympo monte, ad flumen Enipeum, [c] Martis citharista. Asterion

se transferret. Servius hac de re ad Ecl. IV. 34. *Pelias cum accepisset responsum ab Apolline, fore, ut ab eo regno privaretur & vitâ, qui altero pede nudo ei occurrisset, forte vidit Jasonem nudo pede venisse, qui dum Junonem transformatam in anus speciem, credens mortalem, per vadum fluminis transferret, alteram ex caligis in limo amiserat. Igitur Pelias, metuens ex responsis fata* (lege *fata*) *jussit eum Colchos proficisci*, &c. Nobil. Heinsius minori mutatione: *& instaret.* Corippus Lib. I. *Duram rem petitis frustraque instatis amici.*

b *Alcimedes*] Ita etiam cum Apollon. Ovid. Epist. VI. Heroid. 105. Diodoro Lib. IV. *Amphinome est.* Tzetzes ad Lycophr. pag. 142. Edit. Steph. ὃν εἰς Ἰάσονα ἐκ Αἴσονος ὑπάρχων, καὶ Πολυμήδης ἡ Ἀνθλύκου, ἢ κατά τινας Ἄρνης, ἢ Σκάρφης: Polymeden matrem etiam appellat Apollodorus Lib. I. Forte ergo corruptus Apollonii Scholiastes ad Lib. I. vers. 45. Ἱστόν ἦ ὁπ Φερεκύδης μὲν συμφωνεῖ Ἀπολλωνίῳ λέγοντι Ἀλκιμέδην μητέρα εἶναι Ἰάσονος, τὴν Φυλάκης θυγατέρα. Ἡρόδωρος ἢ πολυφήμην φησὶν εἶναι τὴν Ἰάσονος μητέρα, θυγατέρα ἢ Ἀνθλύκου. Vide ibi plura, & quæ infra hac de re notamus.

Ad CAP. XIV.

a *Oeagri & Calliopes*] Sequitur Apollon. Lib. I. 23. & Conon. cap. 45. & Prop. Lib. II. el. 23. Herodorus, ut notat ibi Scholiastes, Apollinis & Calliopes. alii Oeagri & Polymniæ faciunt filium. Fuerunt etiam, qui matrem ejus Menippen appellarent. Vide Tzetzen. Chil. I. 12. Oeagrius citharista est Capellæ Lib. I. Οἰαγρίδης Nicandro θηρ.

b *Urbe Flevia*] Micyllus, *Pimplea fortassis.* Sic enim Apollon. Nempe Lib. I. 25. natum eum dicit prope speculam Pimplæ. Intellexit ergo montem. Strabo Lib. VII. vicum facit. Ἔχει ἡ πόλις, inquit, τὸ Δῖον Κώμην πλησίον Πίμπλειαν, ἔνθα ὁ Ὀρφεὺς διέτριβεν. Tzetz. ad Lycophr. pag. 53. est πόλις Κρωμὴ, κατ' ὄρος Μακεδονίας. Cl. Scheffer. mallet *Pieriâ.* Id firmat Apollonius ejusdem libri V. 34. ubi de Orpheo dicit. Δέξατο Πιερίη Βιστονίδι κοιρανέοντι. Tertullian. Apolog. *Orpheus Pieriæ, Musæus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Bœotiæ initiationibus homines obligaverunt.* In Pieriâ collocat eum etiam Conon narrat. I. Capell. Lib. 6. In *Spartio* Promontorio Thraciæ vixisse eum tradit. *Sperchium* appellat Solinus cap. XV. Maxim. Tyrius Dissert. XXI. Ἐγένετο δὲ ἐν Θρᾴκῃ ἐν τῷ πυχαίῳ ὄρει. Παγχαῖον τὸ θρέπτον appellat Ælian. Anim. III. 21. De loco Solini consule Salmas. pag. 159.

c *Martis citharista*] Cl. Scheffer. emendat, *arte citharista*, malim, *acris* vel *magnus citharista.* Prius præfero. Illud

rion [d] Pyremi filius, matre Antigona Pheretis filia, ex [e] urbe Peline. Alii ajunt Priſci filium, urbe Pireſia, quæ eſt in radicibus [f] Phyllei montis, qui eſt in Theſſalia. [g] Quo loco duo flumina, Apidanus & Enipeus, ſeparatim projecta, in unum conveniunt. Polyphemus, Elati filius, matre Hippea Antippi filia, Theſſalus, ex urbe Lariſſa, [h] pedibus tardus. Iphiclus [i] Phylaci filius, [k] matre Periclymene Minyæ filia, ex Theſſalia, avunculus Jaſonis. Admetus Pheretis filius, matre Periclymene, [l] Minois filia, ex Theſſalia, monte [m] Chalcodonio, unde oppidum & flumen nomen traxit. Hujus Apollinem pecus paviſſe ferunt. [n] Eurytus & Echion, Mercurii & [o] Antreatæ Mereti [p] filiæ filius, ex urbe Alope, quæ

Illud *in* ex voce proximâ adhæſit. Nob. Heinſio rectius videtur, *artis citharisticæ*.

d *Pyremi filius*] Apollonio, Valerio Flacco, & Apollodoro eſt *Cometæ* filius.

e *Urbe Peline*] Scribo, *Pellene*. Confundit duos *Aſterienes*. Cometæ filius erat ex urbe Pireſia, teſte Apollon. 1. 37. Alter Hyperaſii, quem corrupte *Priſcum* appellare Hyginum exiſtimo, ex urbe Pellene, quemadmodum nos docet idem Apollon. 1. 178.

f *Phyllæi montis*] Scribo *Phyllei*. Non enim Φυλλαῖον Græcè, ſed Φυλλεῖον dicitur. Schol. Apollon. 1. 37. Τὸ δὲ Φυλλεῖον, ὄρος Μακεδονίας. ἡ δὲ Πιρεσία χώρα ἢ πόλις, ἧς ἐστὶν ὁ Φυλλεῖος.

g *Quo loco duo flumina*, &c.] Hoc ſic expreſſit Apollonius: Ἔνθα μὲν Ἀπιδανὸς τε μέγας ῥέει ἠδὲ Ἐνιπεὺς Ἄμφω συμφορέοντε, δαΐσατο δῆσιν εἰς ἓν ἰόντε. Valerius Lib. 1. 357. *Segnior Apidani vires ubi ſentit Enipeus.*

h *Pedibus tardus*] Quia jam ſenior erat ſcilicet. Apollon. Τὸν αὖ βαρύθυμόν οἱ ἦδη Γῆρας.

i *Phylaci*] Corruptum hoc nomen apud Apollodor. Lib. 1. pag. 37. ubi Φλάκου δόμου legas pro Φυλάκου. Φυλάκου eſſe ſcribendum cum Palatinus codex monet, tum jubent illa, quæ inferius paulo ibi ſequuntur pag. 38. Θεσσαλὸς δὲ Φύλακος. Vide Tzetz. Chil. 1. 42. Schol. Theocrit. ad Eid. 11. 43. Hinc *Phylaceia conjux* Laodamia Ovid. v. Triſt. 14.

k *Matre Periclymene*] Micyllus ex conjectura, non ex vetuſto exemplari, *Clymene*. Δύσχωρος. Schol. Apollon. ad 1. 45. Γ' Φιλλου υἱὸς ἐὼν Φυλάκου ἐξ Κλυμήνης τῆς Μινύου. nec aliter Hom. Schol. A. 325. In errorem induxiſſe videtur librarium illud *Periclymene*, quod mox ſequitur; quanquam nec illud eſt ſine mendæ ſuſpicione. Nam Scholiaſtes Euripidis ad Alceſt. vers. 17. *Clymenen* etiam illam appellat, non *Periclymenen*.

l *Minois*] Suſpicatus Micyllus ſubditicium eſſe pro *Minyæ*. nec de nihilo.

m *Caledonio*] Scribe *Chalcodonio*, ex Schol. Apollon. 1. 50. Τὸ χαλκωδέσιον ὄρος ὑπερκεῖται Φ ρῶν.

n *Eurytus*] Ita & infr. cap. 160. ſed corruptè *Echo* pro *Echion*. *Enrytum* appellat quoque Pindarus Pyth. od. IV. *Erytus* eſt Apollon. Lib. 1. 52.

o *Antreatæ Mereti*] Optime ex Apollon. 1. 56. reſtituit Cl. Scheſſerus, *Antianiræ Meneti*.

p *Filiæ filius*] Vel ſcribe, *filiæ filii*; Ἐρμείαο enim υἱέος Apollonio ſunt; vel δὲ ῥητὸν repete illud *filius*.

Unable to display this page

lem speciem conversus, nullo ictu interfici posset. [z] quod est nunquam factum nec fieri potest, ut quisquam mortalis non posset ferro necari, aut ex muliere in virum converti. Mopsus Ampyci & Chloridis filius. Hic augurio doctus ab Apolline, ex Oechalia, vel ut quidam putant, [a] Titarensis. Eurydamas Iri & Demonassæ filius. [b] Alii ajunt Ctimeni filium, [c] qui juxta lacum Xynium [d] Dolopeidem urbem inhabitabat. [e] Theseus Ægei & Æthræ Pitthei filiæ filius, à Trœzene: alii ajunt ab Athenis. Pirithous Ixionis filius, frater Centaurorum, Thessalus. Menœtius Actoris filius. [f] Amponitus. [g] Eribotes Teleontis filius. [h] Ameleon. Eurytion, Iri & Demonassæ filius. [i] Ixition ab oppido Cerintho. [k] Oileus Leodaci & Agrianomes Perseonis filiæ filius, ex urbe Na-

rat. Τοῦτο γὰρ ἦπται, καὶ ἀτρωσίαν. ita Schol. Apollonii, unde hæc translata sunt. Adde Phleg. Trallianum cap. 5. Servium ad Æn. VI. 448. Cap. 47. *Optavit à Neptuno patre filio suo exitum.*

z *Quod est nunquam factum*] Glossemata, mihi crede. Singulis ferme paginis, si Palæphati more istiusmodi uti animadversionibus voluisset, ad eum modum censorem egisset.

a *Lyparensis*] Imo *Titarensis*, Hygine: Τιτάρησιος est Apollonio. quod observatum video etiam Micyllo. Addo idem firmari ab Hesiodo Aspidis vers. 181. Confer Tzetzen ad Lycophr. pag. 143. Edit. Steph.

b *Alii ajunt*] Inter illos est Apollon. Lib. I. 67.

c *Quia*] Rectè *qui* Cl. Schefferus.

d *Dolopeidem urbem*] Ctimenen videlicet. Κλεμένη Δολοπηΐδα appellat Apollonius. Scholiastes annotat: Κλεμένη πόλις Θεσσαλίας. Δολοπηΐδα δὲ τὴν Θεσσαλίαν εἶπε.

e *Theseus*] Thesea & Pirithoum non fuisse expeditionis hujus socios vult Apollon. Lib. I. 101. Vide ibi Scholiasten.

f *Amponitus*] Scribe, ut corrigit Schefferus: *Menoetius Actoris filius, Opontius.* Schol. Pindari ad Olymp. IX. Ἀμφιτίων δὲ μετὰ τὸ πεκεῖν τὴν Αἰακὸν, ἦλθεν εἰς Θεσσαλίαν, καὶ ἐγαμήθη Ἀντιόπῃ. ἐξ ἧς ἔσχε Μενοίτιον, ὃς ἐπώκησε τὴν Ὀποῦντα ἀναστὰς ἀπὸ Θεσσαλίας. Schol. Hom. ad Iliad. Π. 14. Μενοίτιος ἀπικόμενος εἰς Ὀποῦντα, Πάτροκλον ἐτέκνωσε. Fuit autem *Opus* urbs Locridis. Confer, quæ ad Iliad. Σ. 10. idem notavit.

g *Eribotes*] Sub finem ejus capitis *Euribatem* appellat. *Eribotes* est etiam Apollonio. Sed Herodorus, ut notat Scholiastes, in Argonauticis *Euribaten* nominat, & facit eum Teleontis filium.

h *Ameleon*] Quid hoc vocis sit ignoro, nisi corruptum esse certum habeo. Cl. Schefferus tentat, *Amilius.*

i *Ixition*] Hunc nemo, quod sciam, inter Argonautas numeravit. Canthus erat ex hoc oppido oriundus, ut jam Cl. Schefferus & Micyllus notarunt. An scripsit igitur? *Canthus Cerintis filius, ab oppido Cerintho.* Sanè *Cerintis* filium dicit inferius Canthum. Sed Apollon. I. 77. *Canethi* est filius.

k *Oileus Leodaci*] Editor nuperrimus Fragm. Stephani ex Eustathio emendat, *Odoedoci.* Vide ejus notas pag. 60.

Naricea. Alii ajunt ex Eubœa. Clytius, & Iphitus, Euryti & [l] Antiopes Pylonis [m] filiæ filius, [n] reges Oechaliæ. [o] Hic conceſſa ab Apolline ſagittarum ſcientia, cum autore muneris contendiſſe dicitur. Hujus filius Clytius ab Æeta interfectus eſt. Peleus & Telamon Æaci & [p] Endeidos Chironis filiæ filii, ab Ægina inſula. Qui [q] ob cædem Phoci fratris, relictis ſedibus ſuis, diverſas petierunt domos: Peleus Phthiam, Telamon Salaminam, quam Apollonius Rhodius [r] Atthida vocat. Butes Teleontis & Zeuxippes Eridani fluminis filiæ filius, ab Athenis. Phaleros [s] Alconis filius, ab Athenis. Tiphys [t] Phorbantis & Hymanes filius, Bœotius. is fuit gubernator navis Argo. Argus [u] Polybi & Argiæ filius: alii

l *Antiopes Pylonis*] *Pylaonis* mallet Cl. Scheſſerus. Hæreo. Scio quidem Euryti uxorem *Antiopen* etiam Apolloniano Scholiaſtæ dici: ſed Heſiodo eſt *Antioche* filia *Aubolidæ*. Ἀντιόχῃ κρείουσα παλαιὸν γένος Αὐξολίδαο. Ita habet Aſcræi ſenis fragmentum, quod apud Sophocl. Schol. ad. Trachin. vers. 269. invenio. Alii inter Heſiodea λείψανα ex Æſchyli interprete adducunt.

m *Filiæ filius*] *Filiæ filii* ſcriberent potius alii. Erant enim Clytius & Iphitus ambo Euryti filii. Notavi jam ſuperius. Et invenies mox denuo: *Caſtor & Pollux Jovis & Ledæ Theſtii filiæ filius.*

n *Reges Oechaliæ*] Οἰχαλίης ἐπίαρχοι. Poſt hæc verba inſerenda illa alieno loco poſita clauſula, quæ modo præceſſit. *alii ajunt ex Eubœa.* Videtur enim reſpexiſſe Apollonii, quem in hoc indiculo frequenter ſequitur, Scholiaſten: Οἰχαλίαν δὲ μὴν νεώτερόν φησι Εὐρυτίου εἶναι πόλιν.

o *Hic conceſſa* &c.] Quis ergo? nempe Eurytus Clytii & Iphiti pater. E hæc lacinia aſſuta Hygino ex Apollon. Lib. I. 88. ut & altera illa, *hujus filius*, &c.

p *Peneidos Ceptionis*] Scribe *Endeidos Chironis* ex Apollodor. Lib. III. pag. 185. Pind. Nem. od. V. Schol. Homeri ad Iliad. O. Venit idem in mentem Micyllo & Scheſſero. Corrigendus ergo Tzetzes ad Lycophr. Αἰακῷ γὰρ ἐξ Ἐνδηΐδος παῖδες Τελαμὼν καὶ Πηλεύς, ἐξ Φώκης ἐκ Ψαμάθης μιᾶς τῶν Νηρηΐδων. Ipſum vide pag. 15. edit. Steph. Adde Anton. Liberal. cap. 38.

q *Ob cædem Phoci*] Vide præter Apollonium Anton. Liber. cap. 38. Apollod. Lib. III.

r *Atthida vocat*] Ἀτθίδα νῆσον appellat Lib. I. 93.

s *Alconis*] Scribe *Alconis*. Ἄλκων, ωνος, inflectit Schol. Apollon. ad vers. 97. Lib. I.

t *Phorbantis*] *Agnii* filius eſt Apollodoro & Apollonio.

u *Polybi filius*] Phrixi filius eſt Apollod. Lib. I. pag. 42. *Danai* noſtro ſub finem hujus capitis. *Areſtoris* Apollon. I. 112. Schol. ejus ad vers. 4. Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος καλεῖ μὲν τὸν Ἀργὼ δὶς Ἄργον, ἓν καταπλάττων. Φερεκύδης δὲ δὶς Ἄργον ἓν φέρει. Ταύτην δέ φασι πρώτην ναῦν γενέσθαι μακρᾶν. Ἄλλοι δὲ λέγουσι Δαναὸν, διωκόμενον ὑπὸ Αἰγύπτου, πρῶτον καταπλάσαι, ὅθεν

alii ajunt Danai filium: hic fuit Argivus [x] pelle taurina lanu-

ὄθεν καὶ Δαναὸς ἐκλήθη. Adde Probum ad Ecl. v. Virg. vers. 34. Tzetzes in Lycophr. pag. 143. Ἀργὸν ἐκλήθη ἡ Ἰάσονος νεῦς. ἢ ὅτι καὶ Ἀπολλώνιον αὐτὸν ἐναυπήγησεν ὁ Ἕσπερος ἢ Ἀλέκτορος υἱός. ἢ ὅτι ἐν Ἄργει ἐναυπηγήθη, ὡς φησιν Ἡγήσανδρος ὁ Σαλαμίνιος. Illud Ἕσπερος vel Ἀλέκτορος corcuptum. pro alterutro reponendum, Ἄρεστορος. Ἀρεσταρίδης enim est Apollonio. Pherecydes autem apud Apollodor. Lib. II. quem alii Aresloris, Inachi facit filium. Forte ergo scripsit pro *Danai*, *Inachi filius* Hyginus.

x *Pelle taurinâ lanugine*] Etiam hoc translatum ex Apollon. Lib. I. 324. Δέρμα δ' ὁ μὲν ταύρειο πεδηνεκὲς ἀμπίχεται ὤμοις Ἄρης Ἀρεσταρίδης λάχνῃ μέλαν. Hæc verba si consideres attente, legendum dicas: *pelle tauri nigra lanugine.* atque ita omnia clara sunt & aperta. Vult pelle taurina, quæ nigram lanuginem haberet, coopertum fuisse Argum. Matth. de Joanne Baptistâ cap. 3. Εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, hoc est, *pelle cameli pilis hirsutâ*; cujusmodi gestamen erat prophetarum. Nam quod annotat Theophylactus: εἰς μεταφορὰν περικειμένης ἀπὸ τριχῶν καμήλου. πεπιθανὸν δὲ καὶ κατὰ τὸν χαλκόν. id neutiquam probem. Allusit ad historiam Euangelicam Nazianzenus sic: Τὸ δ' ἔνδος ἦν καμήλου Τρίχες, νόμῳ δικαίων. Ἢ καὶ δέρος παλαιοῦ Γυμνώσεως κάλυμμα. Sed distinguit, ut vides, pellem à veste è pilis camelinis ruditer textâ. Vestis tamen Eliæ, qui typum Baptistæ gessit, μηλωτὴ, h. e. ovilla vel caprina pellis, appellatur Βασ. Δ. cap. II. 8. & ipse ἀνὴρ δασὺς ejusdem libri cap. I. 8. Sic Zachar. cap. XIII. 4. δέρρις τριχίνη prophetarum est vestis. Δέρρις autem, docente Hesychio, inter alia significat παχὺ ὕφασμα, ᾧ εἰς ἀσπίδα χρῶνται. Istiusmodi παχὺ ὕφασμα videtur innuere Nazianzenus ille. Sed non valde necessaria erat ista distinctio. Setas pro ipsa pelle potuit posuisse Euangelista. Virg. Georg. III. 383. *Et pecudum fulvis velantur corpora setis.* Sidonius de Eliâ c. XVI. *Thesbiten cum forte senem jam flammeus axis Tolleret, & scissam linqueus pro munere pellem* &c. *Pelliceum ependyten* appellat Hieronymus in vitâ Hilarionis; *pellem caprinam* Cassianus in de Hab. Monach. cap. 8. *melotem* Gregor. dialog. Lib. II. 6. Quamobrem assentior viro reverendo, & amico nostro Petro Texelio, qui verba illa Matth. VII. 15. Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, de vestitu prophetico accipienda existimat. Nec absurdè idem Epist. ad Hebr. cap. XI. vers. 37. per μηλωτὰς & αἰγείοις δέρμασι non miseriam fidelium denotari suspicatur, sed professionem muneris eorum prophetici, & infidelium malignitatem. Tollit ergo incisum ante τὸ ὑστερούμενοι, & vertendum censet cum vulgatâ: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis destituti* &c. Dum hæc scribo, venit in mentem, quod legi nuper in cœnæ illâ dispositione, quæ Cypriano falso adscribitur, Joanni datam vestem *triclinam.* Quod nihili est verbum: corrige, *trichinam*, τριχινὴν. *Rhenones* appellabant Latini veteres vestes istiusmodi pelliceas. Sallustius: *Vestes de pellibus Rhenones appellantur.* Isidorus Lib. 19. cap. 24. *Melotes, quæ etiam pera vocatur, pellis est caprina, à collo pendens, præcincta usque ad lumbos. Fiebat autem prius, ut quidam existimant, de pelliculis melonum, unde & melotes vocatæ sunt.* Misereor boni patris. Admodum familiaris mos ille tegendi corpora pellibus antiquis fuit. Hinc λεοντῆ Herculis, αἰγὶς Jovis:

lanugine adopertus. is fuit fabricator navis Argo. [y] Phliasus Liberi patris, & Ariadnes Minois filiæ filius, [z] ex urbe Phliunte, quæ est in Peloponneso. alii ajunt Thebanum. Hercules Jovis & Alcmenæ Electryonis filiæ filius, Thebanus. Hylas [a] Theodomantis & [b] Menodices nymphæ, Orionis filiæ filius, ephebus, ex Oechalia: alii ajunt [c] ex Argis comitem Herculis. Nauplius Neptuni & [d] Amymomes Danai filiæ filius, Argivus. Idmon Apollinis & [e] Cyrenes nymphæ filius: quidam Abantis di-

hinc *scutum* à σεύτος, quod ex corio, *galea* ex γαλῆ, quod ex pelle mustelæ antiquitus fieret. Tegmen lupæ Romulo Virgil. Æn. 1. 270. Homerus Agamemnoni leonis tribuit Iliad. K. 23. Pardi Menelao ejusdem libri vers 29. Paridi Iliad. Γ. 17. Nimirum heroum, pastorum, & venatorum erat gestamen pellis. Vide Virg. Æn. 1. 327. v. 37. VII. 66. Immo mortalium primi & antiquissimi omnes solebant δερματοφορεῖν. Qua de re vide egregie differentem virum Illustr. Ezech. Spanhem. in de Numm. pag. 345. Festus: *In pelle lanata nova nupta considere solet, vel propter morem vetustum, quia antiquitus homines pelle erant induti* &c. Idem alibi. *Pellem habere Hercules fingitur, ut hominet cultus antiqui admoneantur.* Sanè ἔνδυμα ex pelle capræ Jovi ipsi dat ad Autolycum Lib. 1. p. 75. Theophilus.

y *Phliasus*] Ab Apollonio *Phlias* appellatur.

z *Ex Phliunte*] Schol. Apollon. 1. 115. *Phliusam* istam urbem vocat, & dictam ita ait à Phliunte Bacchi & Chthonophyles filio. Non facit Chthonophylen Phliantis, ut putavit Micyllus, sed Phliuntis matrem. Certum interim habeamus non unam urbem fuisse in Peloponneso Φλιοῦντα. Forte illam intellexit Hyginus de quâ Schol. Pind. ad Nem. od. VI. Παραγκεὶ) ἡ δὲ πόλις ὁμώνυμος, ἡ πρότερον Ἀραιθυρέα καλουμένη.

a *Theodomantis*] Ita & infr. Hyginus cap. 271. & alii, quos recensui ad cap. 26. Anton. Liberalis. qui Ceycis eum fuisse filium narrat ex Nicandri ἑτερομόρφων δ', ut hactenus editum. perperam omnino. Scribendum β. auctore Scholiaste Apollonii ad Lib. 1. 1236. Καὶ Νίκανδρος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἑτερομόρφων (leg. ἑτερομόρφων) ὑπὸ πασῶν φησιν αὐτὸν ἀρπαγῆναι τῶν νυμφῶν. Cum Hygino facit quoque Probus ad Virg. Georg. III. 6. *Hylas*, inquit, *Theiodamantis filius Dryopum regis.* lege, *Dryopum* ex Apollon. 1. 1218.

b *Menodices Nymphæ, Orionis filiæ*] Puto scribendum ex Tzetz. Chiliad. 1. 43. *Mecionices Nymphæ, Orionis* &c. Cæterum Thiodamantem Hellanicus Thiomeneten appellat apud Scholiast. Apollon. 1. 131. Ὕλας Θεοκλίνης ἱρώμβρος, ὡς Θειοδάμαντος Τ Τρύοπες. ὅπου Μυασίας. Ἑλλάνικος ᾧ Θειομήνῃ ἀντὶ Θειοδάμαντος καλεῖ. pro Τρύοπες puto legendum Δρύοπες. Vide eundem Schol. ad vers. 1218.

c *Ex Argis*] Sanè Ἀργεῖον παῖδα nominat eum Theocritus Eidyll. XIII. 49.

d *Amymones*] Ita rescripsi pro *Amymones* ex cap. 169. Schol. Apollon. ad vers. 133. Lib. 1. Ἀπόλλων δ' Ποσειδῶνος ἢ καὶ Ἀμυμώνης τῆς Δαναΐδος.

e *Cyrenes Nymphæ*] *Asteriam* appellat Pherecydes apud Apollon. Schol. ad vers. 139. Lib. 1.

f *Quam-*

dicunt; Argivus. Hic augurio prudens, [f] quamvis prædicentibus avibus, mortem sibi denunciari intellexit, fatali tamen militiæ non defuit. Castor & Pollux Jovis & Ledæ Thestii filiæ filius Lacedæmonii: [g] alii Spartanos dicunt; uterque imberbis. His eodem quoque tempore stellæ in capitibus ut viderentur, accidisse scribitur. [h] Lynceus & Idas Apharei & Arenæ [i] Bibali filiæ filii, [k] Messenii ex Peloponneso. Ex his Lynceus sub terra quæque latentia vidisse dicitur, neque ulla caligine inhibebatur.

f *Quamvis prædicentibus avibus*] Valerius Flaccus de Idâ istâ memorat Lib. 1. vers. 360. *Hinc quoque missus adest, quamvis arcentibus Idas Alitibus.*

g *Alii Spartanos dicunt*] Infr. cap. 139. *Qui Græcè Curetes sunt, alii Corybantes dicuntur.* lege, *dicunt.* Sed ut illud tolerabile; ita hoc nimis putidum glossema videtur. Iidem enim Lacedæmonii, qui Spartani.

h *Lynceus & Idas Apharei & Arenæ Bibali filiæ filii*] Lege, *Oebali.* Nam is Arenes pater fuit, ut & Tyndarei, idem vitricus Apharei, & maritus Gorgophones. Pausan. Messen. non longe ab initio. Ἀφαρεὺς πόλιν ἔκτισεν Ἀρήνῃ ἀπὸ τῆ Οἰβάλε θυγατρὸς, αὐτὸς δὲ γυναικὸς, τῆ αὐτῆς &c. Tzetzes ad Lycophr. v. 512. pag. 89. Ἀφαρέως καὶ Ἀρήνης τῆ Οἰβάλε, ἢ Ἄρνης τῆ Αἰόλε λυγκεὺς ἦν Γ' ἔδας. Hic tamen in eo errat, quod Tyndareum non Oebali sed Perieris filium ibidem facit. Rectius Hyginus fab. 78. *Tyndareus Oebali filius*, & Pausanias Lacon. init. Hinc Castor & Pollux Oebalidæ vocantur Ovid. Fastor. 6. vers. 705. ab avo haud dubie, licet Servius ad Virg. 4. Georg. vers. 125. *Oebalidas fratres* dici illos à patriâ Laconiâ, quæ & Oebalia, censeat. Majori jure, & verius forsan id statui posset de Hyacintho Amyclæ F. quem Ovid. 10. Metam. in eadem fabula modo *Amyclidem* v. 163. à patre, modo *Oebalidem* v. 197. à patriâ, ut equidem arbitror, appellat. Nam Pausan. Lacon. initio, ubi majores Hyacinthi recenset, nullum Oebalum inter eos nominat. Et forte idem passus est Hyginus, quod supr. ad fab. 3. de *Æoli filio* observavimus cum hunc Hyacinthum fab. 271. *Oebali filium* dicit, ut, quod de patriâ intelligendum erat, de patre ejus acceperit, *Oebalidæ* nomen. Quod tamen ut non sine magnâ dubitatione ponam, facit Servius, qui ad Virg. xi. Æn. v. 69. ait: *Sane Hyacinthus, puer fuit Eurotæ, vel, ut quidam volunt, Hybabili filius.* Manifestè hic quidem hallucinatur, nisi plúscula desint, doctissimus Grammaticus. Nam secundum Pausan. d. l. Eurotas pater fuit Spartes, quæ Hyacinthi avia. sed tamen pro *Hybabili* ex Hygino videtur leg. *Oebali.* Atque ita habebimus locum, ubi Hyacinthus hic idem Oebali filius dicatur, nisi si statuere audeamus ejusdem negligentiæ adfinem hoc in loco esse Servium. Hæc Perizonius quod Perieris faciat filium Tyndareum Tzetzes, in eo ὁμόψηφον habet Apollod. Lib. 1. p. 34. ed. Comm. Discrepantia scriptorum inde orta, quod Gorgophone, Periere mortuo, nupserit Oebalo.

i *Bibali*] De illo Bibalo nihil hactenus comperi. Lego *Oebali* ex Pausan. Lib. iv. Tzetzes in Lycophr. pag. 89. Ἀφαρέως καὶ Ἀρήνης τῆ Οἰβάλε, καὶ Ἄρνης τῆ Αἰόλε Λυγκεὺς καὶ Ἴδας. lege Λυγκεύς.

k *Messenii*] An ex Apollonio scribendum *Arenii?* nihil est necesse. Messenia enim regio Peloponnesi. Schol. Hom. ad Iliad. Α. 722. πόλις τῆ Πύλε est Ἀρήνη.

tur. alii ajunt Lynceum [l] noctu nullum vidisse. Idem sub terra solitus cernere dictus est ideo, [m] quod aurifodinas norat. Is cum descendebat, & aurum subito ostendebat, ita rumor sublatus, eum sub terra solitum videre. [n] Item Idas acer, ferox. Periclymenus [o] Nelei & Chloridis Amphionis & Niobes filiæ filius: hic fuit Pylius. [p] Amphidamas & Cepheus [q] Alei & Cleobules filii de Arcadia. Ancæus Lycurgi filius: alii nepotem dicunt; Tegeates. [r] Augeas Solis & Naupidames Amphidamantis filiæ filius. hic fuit [s] Eleus. Asterion & Amphion [t] Hyperasii filii, alii ajunt Hippasi, ex Pellene. [u] Euphemus Neptuni & Europes Tityi filiæ filius, Tænarius. [x] Hic super aquas sicco pede cucurrisse dicitur. Ancæus alter Neptuni filius, matre [y] Alta Cathesti filia, ab Imbraso insula,

l *Noctu nullum vidisse*] Barthius conjicit, *nocte illuni*, vel *novilunio*, vel, si forte cætera non satisfacerent, *nocte multum vidisse*. quod præfero. Invenies sub finem hujus capitis: *Lynceus Aphareï filius, qui multum videbat.*

m *Quod aurifodinas norat*] Vide Palæph. cap. 10. unde hæc videntur hausta: quæ pro glossematis ne habeam, nemo, opinor, intercedet. Tzetzes in Lycophr. pag. 95. Τοῦτο δὲ φησὶ καὶ Αἰχύλος παιδὸς ἕνεκεν εἶναι Λυγκέως, ὅτι ἠδύ τι κάτω γῆν ἔβλεπε, διὰ τὸ ἐφορᾶν πολλὰ τῶν μετάλλων.

n *Item Idas, acer, ferox*] Merito de glossâ hæc habet suspecta Scheffer. Ut multa alia hoc capite, ita & hæc ex Apollonio huic catalogo nimis impudenter adsuta. *Acer* est ὀφοδρὸς, δριμὺς, ut exponunt Vett. Glossæ. Convenit huic loco posterior explicatio. Servius ad Æn. VIII. 614. *Proprie apud nos acer est, qui apud Græcos δεινὸς dicitur. nam fortem & vehementem δεινὸς, & asperum & amarum potest significare.*

o *Nelei*] Ita scripsi pro *Nilei*. Apollon. Περιμήδου Νηλέως. Corruptius infr. *Mileus* pro *Neleus*. Passim η Græcorum per i Latinum expressum hoc scripto animadvertas, ut jam superius monui, & pluribus ostendam ad cap. 31.

p *Amphidamus*] Lege, *Amphidamas* ex Apollonio.

q *Egei*] Lege, *Alei*, Apollon. 1. 163. υἱὲ δύω Ἀλέος.

r *Augeas*] Hic fuit ille, cujus bovilia purgavit Hercules, ut observat Apollonii Scholiastes.

s *Electus*] Micyllus. *Elem. matrem alii Hyrminen vocant.* Nil pote melius. Vide Apollon. 1. 173. & ibid. Scholia.

t *Tpetacli*] Scribe, *Hyperasii* ex Apollon. 1. 176. deinde pro *Hipasi* scripserim *Hippasi*. Cæterum Asterion Apollonio est *Asterius*. Nihil tamen hoic esse mutandum discres ex Scholiis.

u *Euphemus*] Micyllus: Apollonius autem *Polyphemum* vocat. videlicet Lib. 1. 179. Sed vide quid ad eum locum observet Hoelzlinus. Pindarus cum Hygino facit Pyth. od IV. Εὔφαμος ἐλάτᾶν, υἱὸς Ἰασπείρχα Ποσειδάονος ἄνακτος, Τὸν ποτ' Εὐρώπα Τιτυοῦ θυγάτηρ Τέκε κυδρᾶ παρ' ὄχθαις.

x *Hic super aquas* &c.] Ex Apollon. Lib. 1. 182. Idem tradit apud Pindari Scholiasten Aselepiades pag. 194. Tzetzes 1. 43. Isacius ad Lycophr. pag. 128. Edit. Bas.

y *Alta Cathesti filia*] Astypalæa Phœnicis

la, quæ Parthenia appellata est, [z] nunc autem Samos dicitur. Erginus Neptuni filius, [a] à Mileto: [b] quidam Periclymeni dicunt; Orchomenius. Meleager Oenei & Althææ Thestii filiæ filius: quidam Martis putant; Calydonius. Laocoon [c] Parthaonis filius, Oenei frater, Calydonius. Iphiclus alter Thestii filius, matre Leucippe, Althææ frater [d] ex eadem matre, Lacedæmonius. Hic fuit

nicis filia erat, si credimus Apollonio Scholiastæ ad Lib. 1. 868. Nobil. Heins. in ora codicis sui, *Althæa Thestii.*

z *Nunc autem Samos dicitur*] Vide Scholiast. Apollon. ad Lib. 1. vers. 186. Lactant. Lib. 1. cap. 17. Ortel. Thesaur. in *Samos*. Etiam fluvius in Samo erat Imbrasus, & Parthenius. Schol. Hesiod. in Theog. pag. 261. Ὁ δὲ ἐν Σάμῳ Παρθένιος καὶ Γιγαντος καλεῖται.

a *A Mileto*] Dicta ita ista *urbs* à Mileto Apollinis filio, de quo inter alia & hæc tradit Scholiastes Apollonii ad Lib. 1. 186. Τοῦτον ἀνδρωθέντα καὶ φθονήσαντα τοῦ Μίνω ἀναχωρῆσαι εἰς τὴν Σάμον, ἀφ' ἧς ἐτύπω ἐκ Μιλήτου. καὶ λάβὼν τὴν Σάμιν μεταβαὰς εἰς τὴν Καρίαν, ἔκτισε πόλιν, ἀφ' ἑαυτοῦ καλέσας. In Cariâ Miletum conditam etiam præter Ptolemæum Apollodorus tradit Lib. III. ad quem Faber: *Miletum Cariæ urbem facit, quæ Jonica fuit: neque tamen peccat: nam quæ scribit multo ante migrationem Jonicam evenerunt.* Ante puta quam Jones migrarent in Cariam, profecti Athenis. Nimirum duæ fuerunt Cariæ, ut opportune me monuit clarissimus Ryckius, vir bonus & fidelis amicus. Altera earum, sed quæ heic non intelligitur, inter Joniam & Lyciam se extendit: altera Joniæ est, & circa Miletum, quam Cares quondam incoluerunt. Stephanus: Μίλητος πόλις ἐπιφανὴς ἐν Καρίᾳ τῇ Ἰώνων. Strabo Lib. XIV. Τοιοῦτος δέ φησι Φερεκύδης Μίλητον μὲν, καὶ Ποσειδᾶ, καὶ τὸ περὶ Μυκάλην ἔφεσον Κᾶρες ἔχειν, πρότερον Anton. Liberal. qui & ipse in Cariâ Miletum cap. 30. collocat, ita conciliari poterit cum aliorum sententiis, qui in Joniâ eam urbem collocant. Conon apud Photium cap. 2. Ὠίκουν δὲ Μίλητον τὴν Ἀσίας, ὃν ὕστερον μὲν Γαῖες οἱ ἀπ' Ἀθηνῶν καὶ Νηλέως ἐρημίαν ὤκησαν. τότε δὲ ἐνέμοντο Κᾶρες, ἔθνος μέγα καὶ πολὺ οἰκοῦντες. Schol. Homer. ad Iliad. B. sub finem: τὴν Καρίας περὶ Μίλητον, &c. ῥέων ἀπὸ Καρίας εἰς θάλασσαν πλησίον Μιλήτου. Mileti mater, ut ἐν πρώτῳ hoc addam, *Acacallis* dicitur Pausan. & Anton. Liberali. *Acallis* perperam in scholiis editur Theocrit. ad Eid. VII. vers. 11. & *Hecale* apud Apollod. Lib. III. Cæterum Erginum hunc inter Argonautas agnoscunt Pind. Schol. ad Olymp. IV. Apollon. Lib. 1. vers. 185. ut & Apollodorus Lib. 1. quem frustra corrigere intendit vir doctissimus, qui historiæ poeticæ scriptores edidit nuperrimè.

b *Quidam Periclymeni*] An fuit, *Quidam vero Clymeni?* Ita sane vult Schol. Apollon. Lib. 1. 185. & Pindari ad Olymp. IV. uterque enim patrem eius Κλύμενον appellat. Sed potuit noster alios sequutus fuisse auctores. Putarem intelligi illum Periclymenum, qui fuit Neptuni filius ex Chloride Tiresiæ filiâ. De quo Schol. Pind. ad Nem. od. IX. pag. 315. Edit. Franc. Sed tempora non congruunt.

c *Porthaonis*] Cap. 129. 175. 239. *Parthaon* dicitur. *Porthens* est Anton. Liberal. cap. 2. & Homero.

d *Ex eadem matre*] Schol. Apollon. ad Lib. 1. 201. Ἀλφεία καὶ Γορ-

fuit [e] Arcas cursor, jaculator. [f] Iphitus Nauboli filius, Phocensis: alii Hippasi filium ex Peloponneso fuisse dicunt. [g] Zetes & Calais Aquilonis venti & Orithyiæ [h] Erechthei filiæ filii. Hi [i] capita pedesque pennatos habuisse feruntur, crinesque cæruleos, qui pervio aëre usi sunt. Hi aves Harpyias, tres Thaumantis & [k] Ozomenes filias, [l] Aëllopum, Acholoen, Ocypeten, fugaverunt à Phineo Agenoris filio, eodem tempore, quo Jasoni comites ad Colchos proficiscebantur. Quæ inhabitabant insulas Strophadas in Ægæo mari, quæ Plotæ appel-

καὶ ἀδελφοὶ ἐκ Δηϊδαμείας τῆς Πειρίθου. Sustuli inciſum ante iſta verba. *Frater ex eadem matre* eſt ἀδελφὸς ὁμομήτριος.

e *Arcas*] Si Lacedæmonius, quomodo *Arcas*? Lego, *acris*, id eſt, velox, ὀξύς, Gloſſ. Philox. *Acre*, ὀξὺ, ὁρμύ. Ὀξὺς ὁ ταχὺς, ὀξύτης ὠκύτης. Græcis interdum. *Acupedium*, teſte Feſto, dicitur, cui præcipuum in currendo acumen pedum. Virg. Georg. III. *Calidumque animis & curſibus acrem.* Serv. ad illa Virgilii. Æn. I. 224. Acris Oronti: *Fortis, alias velocis. Quidam acrem in unamquamque rem vegetum & nimium tradunt.* Nimirum *acer* eſt, qui Græcis δεινὸς dicitur, ut ad Lib. VIII. idem Grammaticus obſervat. Ita *varius acer* à vetuſto commentatore *vehemens* exponitur Lib. I. Sat. 10. Horat. Micyllus conjicit *artificioſus.* Clariſſim. Schefferus, *arte curſor.* Fulgent. Lib. III. Myth. c. 6. *Magnificus jaculator.* Atque ille idem eſt, qui *acris jaculator.*

f *Iphitus Nauboli*] Apollod. Lib. I. 43. Γέλων Ναυβόλου. Sed hoc vitioſum ſine dubio. Lege, Γέφυρα. Vide Apollon. I. 207.

g *Zetes*] *Zetus* eſt Fulgentio. Lib. III. *Zethus* Servio ad Æn. III. 209. Sidonio. Carm. 5. & Philargyrio in IV. Georg. Virg. 463. Sequuti forte Palæphatum ſunt, qui & ipſe hunc *Zethum* appellat cap. 23. Non probo tamen, cum paret confuſionem. Alius enim *Zetes*, alius *Zethus.*

h *Erichthei*] Scribe, *Erechthei.* Ἐρεχθέως. Ita Apollonius, Simonides, Ovidius. Scholiaſt. autem Apollonii ex Cecrope natam eam tradit. Aliquoties in ſeqq. vitioſe ſcriptum hoc nomen deprehendes, quod ortum exiſtimo ex vocalium I & E cognatione. Donatus ad Phorm. I. I. *Propter cognationem E & I literarum non dubitaverunt antiqui* HERE & HERI *dicere, &* MANE & MANI & VESPERE & VESPERI. Adde Fabium Lib. I. cap. 4.

i *Capita pedesque pennatos*] Pedes pennatos illis tantum tribuit Apollon. I. 219. Unde hæc partim deſumpta videntur. Pindarus dorſo eorum alas affingit; humeris Lactantius Argum. Ovid. Lib. VI. Met. fab. 8.

k *Ozomenes*] *Electram* earum matrem alii faciunt. Vide not. ad Geneal. *Ozomenen* hanc nuſquam hactenus inveni. Placet divinatio Doctiſſ. Jacobi Perizonii, *Oceanines.* Electra enim Oceani filia. Ὠκεανίνας Oceani filiæ Homero & Heſiodo, ut *Nerinæ* Nerei. Virgil. Eccl. VII. 37. *Nerine Galatea.* Vide ib. Servium.

l *Aëllopum*] *Aëllopum* hanc appellat Apollodorus pag. 47. Edit. Commel. Atque ita hoc putem ſcribendum. Schol. Hom. ad Iliad. II. 150. Ἅρπυιαι δαίμονες ἀερσιπετεῖς, αἳ τὰ ὀνόματα Ἀελλὼ, Ὠκυπέτη, Πόδαργη. Servius ad Æn. III. 209. *Aëllo, Ocypeten, & Celaeno* appellat.

m *Ha*

pellantur. [m] Hæ fuisse dicuntur capitibus gallinaceis, pennatæ, alasque & brachia humana, unguibus magnis, pedibusque gallinaceis, pectus album, feminaque humana. Hi autem Zetes & Calais ab Hercule telis occisi sunt: quorum in tumulis superpositi lapides flatibus paternis moventur. Hi autem ex Thracia esse dicuntur. Focus & Priasus Cænei filii ex Magnesia. Eumedon Liberi patris & Ariadnes Minois filiæ filius, à Phliunte. Palæmonius Lerni filius, [n] Calydonius. Actor Hippasi filius ex Peloponneso. [o] Therſanon Solis & Leucothoes filius ex Andro. [p] Hippalcimos Pelopis & Hippodamiæ Oenomai filiæ filius, ex Peloponneso à Pisis. Asclepius Apollinis & Coronidis filius. [q] * Atriacha Thestii filia, Argivus.

m *Hæ fuisse dicuntur*] Cl. Schefferus locum hunc ita constituit; *Hæ fuisse dicuntur pennatæ, aliisque & unguibus magnis, pedibusque gallinaceis: brachia humana, pectus album, feminaque humana habuisse.* Ego sine MS. affirmamare nihil ausim.

n *Calydonius*] Videtur ex Apollon. Lib. 1. vers. 202. rescribendum *Olenius. Palæmon* hic est Apollodoro Lib 1. pag. 43. Sed *Palæmonius* cum Hyg. Apollonio.

o *Therſanon*] *Philammona* cap. 161. hunc dici, & matrem *Leuconoen* observat Cl. Shefferus. Sed ibi pro *Leuconoe* ex hoc loco, & Ovid. IV. Met. 208. reposuerim, *Leucothoe.*

p *Hippalcimos*] Cap. 84. & 97. *Hippalcus* dicitur. *Hippalmus* est Apollodoro & Zenobio Cent. XVIII. 7. *Hippalcimus* Scholiastæ Pindari ad Olymp. 1. pag. 15. Edit. Francof. Omnium optimum censeo *Hippalcimos*, vel *Hippalcimus.* Vide not. ad cap. 97.

q * *Atriacha Thestii filia*] Asteriscō notavi locum. Abesse observat Cl. Schefferus filii & patris nomen. Verum est desiderari ea in sequentibus. Sed τὸ *Atriacha* corruptum, pertinetque ad præcedentia. Scribe, *Coronidis filius, à Tricâ.* Vide quæ notamus inferius ad illa cap. XCVII. *Machaon Æsculapii & Coronidis filius à Tricâ.* Cum aspiratione primitus *à Tricha* scriptum fuit. Inde *Atriacha* conflatum, & locus vitiatus. In sequentibus lacunam optimè supplet doctissimus Perizonius hunc in modum: *Amphiaraus Oiclei filius matre Hypermestra* (vel *ex Hypermestra*) *Argivus.* Merentur adscribi verba ejus, quibus rationem hujus supplementi reddit. Fuisse, inquit, Amphiaraum inter Argonautas non modo ex Apollodoro Lib. 1. discimus, sed & ex Statio Lib. 3. Ubi Amphiaraus ipse vers. 518. *Primâ cum pube virentem Semideos inter pinus me Thessala reges Duceret*, &c. Jam vero mater ejus Hypermestra *Thestii filia* fuit. Interpres Statii ad 1. Theb. vers. 42. *Laurigeri*) *hoc est Amphiarai Lynceï & Hypermestræ filium dicit.* Nisi leg. *Oiclei* vel *Cynthii* h. e. Apollinis ex Hyg. fab. 70. erravit Scholiastes. Lynceï enim Ægypti filii non hæc, sed Hypermestra Danai filia fuit uxor. Apollod. Lib. 1. pag. 24. Θεσίῳ δὲ ἐγέννησε θυγατέρας μὲν Ἀλθαίαν, Ὑπερμνήστραν. Diodorus Siculus Lib. 4. Ὠϊκλέως δὲ καὶ Ὑπερμνήστρας τῆς Θεσπίου (lege Θεστίου) Ἀμφιάραος ἐγένετο καὶ Πολύβοια καὶ Ἀμφιάρεω δὲ ἐγένοντο. Ex eodem loco, qui longus est, patet Amphiaraum hunc fuisse Argivum. quod & cæteri tradunt, ut mirer ab Hygino fab. 70. eum Pylium vocari, cum tamen fab. 72. filium ejus Alcmæonem *Argivum* quoque dicat. Apollod. Lib. 1. pag. 27. Ἀμφιάρεω δὲ Ὠϊ-

vus. [r] Neleus Hippocoontis filius, Pylius. Jolaus Iphicli filius, Argivus. Deucalion Minois & Pasiphaes Solis filiæ filius, ex Creta. Philoctetes Pœantis filius, à Melibœa. [s] Ceneus alter Coronis filius, [t] Coryna. Acastus Peliæ & [u] Anaxibiæ Biantis filiæ filius, ex Jolco, duplici pallio coopertus. Hic voluntarius Argonautis accessit, sponte sua comes Jasonis. Hi autem omnes [x] Minyæ sunt appellati, vel quod plurimos eorum filiæ Minyæ peperunt,

Οἰκλέης ἐξ Ἄργους. Similiter Lib. 3. pag. 152. Servius ad Æn. vi. *Eriphylen*) *Hæc Amphiarai Anguris Argivi uxor fuit.* Horat. 3. Od. 16. *Concidit Anguris Argivi domus.* Cum igitur Argivus fuerit, matrem habuerit Thestii filiam, & ab aliis inter Argonautas numeretur, adeoque omnes hujus descriptionis reliquiæ in eum conveniant, ne dubitemus eum hoc loco ab Hygino memoratum esse.

r *Neleus Hippocoontis*] Ita rescripsi pro *Mileus* ex cap. 10.

s *Ceneus alter Coronis filius*] An hoc ergo est, quod dicit Apollodorus Lib. 1. pag. 43. Καινέως Κόρωνος? Interpres transtulit, non *Cæneus Coronis*, sed *Cænei Coronus*. Quod sane convenit cum Homeri Catal. vers. 253. ubi Κόρωνος est Καινείδης, hoc est, Καινέως παῖς, ut & apud Apollon. Lib. 1. 57. An vero scribendum? *Atracis filius*. Duplex fuisse Cæneus videtur, *Elati* alter, alter *Atracis* filius; duplex etiam fama de sexus ejus mutatione. Quam Elatidæ alii, Atracidæ tribuit Liberalis cap. 17. Sententiam utramque videri possit miscere Ovidius. Lib. XII. Met. 189. *Elatcia proles* audit. at vers. 209. *Atracides*. vel simpliciter, quod verius putem, dicendum controversum esse Cænei patris vocabulum. Sed hæc acutiores, quam ego sum, excutiant accuratius alii. Scio quid ad Ovidium scribant commentatores; sed non placet. Quod si mihi jus censendi dederis, dixerim Hyginum vel vitiosè scriptum inveniisse apud Græculum aliquem Καινεὺς Κόρωνος, vel malè vertisse illa, Καινέως Κόρωνος. Non esse sanè ἀναμφίρητον hunc scriptorem liquido comperisse videor. Vide annotata superius ad cap. 3. & infr. ad cap. 31. nec non Astron. II. cap. 2.

t *Coryna*] *Coryna* est urbs Joniæ Pomponio Lib. 1. cap. 7. Sed non videtur heic locum habere posse. *Gyrtone* conjicit Scheffierus. Sanè inde oriundus erat apud Apollon. 1. 57. *Coronus Cæneï filius*. Dedit forte: *Cæneus alter Coroni filius, Gyrtone.* quanquam fic abit à cæteris mythologis, qui scripsissent *Coronus Cænei filius, Gyrtone.* Atque ita scribere quoque Hyginus debuit, quem Græca verba Καινεὺς Κόρωνος male vertisse censeo, atque inde finxisse nobis alterum *Cæneum*, quem nemo veterum novit.

u *Anaxibiæ Dymantis*] Recte ex Apollodoro Cl. Scheffierus: *Anaxibiæ Biantis.* Atque ita scribendum esse docuit me etiam Tzetzes Ch. II. 53. Tollenda eadem macula infr. cap. 51.

x *Minyæ sunt appellati*] Vide quæ commentati sumus hac de re ad Anton. Liberal. cap. 26. Schol. Pind. ad Pyth. od. IV. Μινυᾶν δὲ τὴν Ἀργοναυτῶν φησιν, ὅτι οἱ πλεῖστοι αὐτῶν ἐκ Μινύου τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Τελεγόνης τῆς Αἰόλου τὸ γένος ἀνῆγον. Confer quæ Aristodemus apud eundem tradit ad Isth. od. 1. Tzetzes ad Lycophr. Μινυᾶν, τὴν Ἀργοναυτῶν, ὅτι οἱ πλεῖστοι αὐτῶν, ἐξ Ὀρχομενοῦ τοῦ Μινυείου ἦσαν. δύο δὲ Ὀρχομενοί, ὅ, τε ἐν Βοιωτίᾳ (leg. Βοιωτίᾳ) κτὶς ὁ Μινύειος, καὶ ὁ πολύμηλος, ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ. Lactant. ad Lib. v. Thebaid. Stat. vers. 347. *Minyæ. Thessali, à Minyâ rege Thessalorum, à cujus no-*

mine

runt, vel quod Jasonis mater [y] Clymeni & Minyæ filia erat. Sed neque Colchos omnes pervenerunt, neque in patriam regressum habuerunt. Hylas enim [z] in Mœsia, à nymphis [a] juxta Cion flumenque Ascanium raptus est; quem dum Hercules & Polyphemus requirunt, vento rapta navi [b] deserti sunt. Polyphemus ab Hercule quo-

mine omnes Argonautæ Minyæ appellati sunt.

y *Clymeni & Minyæ filia erat*] Scribo: *Clymenes Minyæ filiæ filia erat.* Ita sane diserte tradit Apollon. Schol. Lib. I. 230. Jason enim filius fuit Alcimedes, quæ filia Clymenes Minyæ filiæ erat. Confirmat me in hac conjectura Cl. Schefferus, cui, ut non paucis aliis in locis, ita & heic idem venit in mentem. Non male etiam scripseris, *Clymenes Minyæ filia erat*, subaudito Græco more τῆ *filiæ*. ut cap. IX. *Amphion & Zetus Jovis & Antiopes Nycteï filii.* Vide notas ad cap. 81. Immo hanc verissimam dixeris conjecturam; adeo ut initio hujus capitis forte etiam sit scribendum, *Alcimedes Clymenes Minyæ filiæ.* Nam ut varient multum veteres, nemo tamen Alcimedæ Clymenum patrem dedit. Confer Nob. Heins. ad Heroid. Ovid. VI. 105. Vindicavimus eundem hellenismum non uno loco Lactantio in Argumentis Fabb. Met. Nas. quo scriptore neminem reperias Hygino similiorem. Vid. not. ad Lib. VI. fab. 3.

z *In Mœsiâ*] Cl. Schefferus emendat, *in Mysiâ.* Recte quidem, si respicias Apollon. Schol. I. 117. Propert. Lib. I. el. 20. sed non admodum necessario. Confundunt enim utrumque nomen posterioris ævi tam Græci, quam Latini scriptores, ut ad Dict. Cretens. Lib. II. observavit pridem Josias Mercerus. Eandem confusionem notavimus etiam nos quoque cap. 99. Videtur vicinitas soni τῆ υ & ω eam peperisse. Scribit enim alicubi Victorinus Afer, si υ in Latium non fuisset receptum, pro *Hylas* dicendum fuisse *Hwlas.* Benè Servius ad Georg. I. 102. Mœsiam à Mysia distinguit: *Mœsia provincia est Thraciarum vicina Scythiæ: Mysia vero civitas Phrygiæ, haud longè à Trojâ.* Idem tamen ad Ecl. VI. *Juxta Mœsiam* raptum hunc contigisse memorat. Atqui *Ascanius Mysiæ fluvius est*, ut recte Vibius Sequester. Melius Philargyrius ad Georg. III. 270. *Ascanius amnis est Mysiæ, sed quia in Asia est.* Legendum putem, *sed quæ in Asia est.* Innuit scilicet etiam Mysiam esse in Europâ. quod & Eustathius in Dionysium docet pag. 46. & quos ibidem laudat auctores. Confer Breulium ad Orig. Isidor. Lib. XIV. cap. 4. Facit huc inprimis quod idem Isidorus habet XVII. 9. *Venit sæpe probabilior ex Mysiâ Asiæ.*

a *Juxta Cion Ascaniumque amnem*] Vide commentatores ad illud Propert. Lib. I. 20. *Crudelis Minyis dixerit Ascanius.* Corruptus in hac fabula Servius ad Ecl. VI. Virg. *Apud fontem Calciamnis, cum aquatum isset, à Nymphis raptus est.* Lego *Ascanii amnis.* Duæ in unam voces coaluerunt, sicut factum etiam existimo ad illa Virg. Æn. VI. 67. *Animamque sepulcro condimus. Rite ergo*, inquit, *redditâ legitimâ sepulturâ, redit anima ad quietem sepulchri, quam Stoici herciscundi, id est, medium secuti, tamdiu durare dicunt, quamdiu durat & corpus.* Quid est, *herciscundi?* Lego, *Quam Stoicè sepulcris condi, id est, medium secuti, tamdiu* &c. De sententiâ Stoicorum consulendus Gatakerus ad Antoninum Philosoph. pag. 139. de Cio Schol. Theocriti ad Eidyll. XIII. 30. Κιανοὶ οἱ τὴν Κίον οἰκοῦντες, ἥτις νῦν καλεῖται Πρῦσα, ἀπὸ Φρυγῶν βασιλέως Πρυσίου. Κίος δὲ ἀπὸ Κίου τοῦ Ὀλύμπου, ἀφ' οὗ τὸ ὄρος ὁ Ὄλυμπος. Malè *Chius* appellatur in Priscian. Periegesi: *Qua Chius egregia decurrens murmurat unda.* Fuit enim & fluvius eodem nomine.

b *Deserti sunt*] Varias variorum hac de re sententias corrasit Apollon. Schol. ad Lib. I. 1290.

c *Con-*

quoque relictus, [c] condita in Mœsia civitate, perit apud Chalybas. Tiphys autem morbo absumptus est, [d] in Mariandynis in Propontide, apud Lycum regem; pro quo navem rexit Colchos Ancæus Neptuni filius. Idmon autem Apollinis filius ibi apud Lycum cum [e] stramentatum exisset, ab apro percussus [f] decidit. Ultor Idmonis fuit Idas Apharei filius, qui aprum occidit. Butes Teleontis filius quamvis cantibus & [g] cithara Orpheia vocabatur, victus tamen est dulcedine Sirenum, & natuturus ad eas in mare se præcipitavit. Eum Venus delatum fluctibus [h] Lilybæo servavit. Hi sunt qui non pervenerunt Colchos. [i] In reversione autem perierunt. Euribates Teleontis filius, & [k] Cantus Ceriontis filius interfecti sunt in Libya, à pastore Cephalione Nasamonis fratre, filio Tritonidis nymphæ & Amphitemidis, [l] cujus fuste pecus depopulabantur. Mopsus autem [m] Ampyci filius ab

c *Conditâ civitate*] Schol. Apollon. ad Lib. IV. 1470. Ἔστιν πόλις Κίος, τῇ ὕστερον ὀνομασθεῖσαν ἀπὸ Προυσίου τοῦ Προυσέως.

d *In Mariandinis*] Schol. Apollonianus: Ἀναιρεῖται δὲ Ἴδμων ἐν Μαριανδυνίᾳ ὑπὸ κάπρου. Scribendum ergo esset, *Mariandynis*. Sed solenne est huic scriptori vel librariis I cum Y permutare.

e *Stramentatum*] Cap. 18. habes, *Extra venatum*. cap. 248. *Extra metam*. Rectius putabam antehac ubique scribi, *Extra venatum*: quod vidi postea etiam placuisse Cl. Scheffero. *Exire* ergo posuit pro *ire*, ut cap. 120. *Nequis extra urbem exiret*. Nunc præferam *stramentatum*, ut innuat eum iviisse collectum stramenta, in quibus cubare soliti veterum heröes. Vide Schol. Hom. Iliad. Δ. 383. Theocrit. Eidyll. XIII. vers. 34. Gloss. vett. *stramentum*, χορτόγραμμα, στιβάδες. *stramenta*, χορτόστρωτοι στιβάδες. Certè de venatione apud Lycum instituta nihil hactenus comperi. Sequutus heic est Hyginus Apollon. Lib. II. 817. qui itidem ab apro in Mysiâ occisum eum memorat. Flaccus Lib. V. pestiferâ lue extinctum refert.

f *Decidit*] H. e. *cecidit*. Claudianus præfat. in Ruff. *Phœbo domitus Python cum decidit arcu*. Vetus interpres Psalm. VII. 4. *Decidam merito ab inimicis meis*.

g *Citharâ Orpheiâ vocabatur*] Cl. Schefferus emendat, *Orphei avocabatur*, quod probo.

h *Lilybæo*] H. e. *ad Lilybæum*. Virg. Æn. V. 451. *It clamor cœlo*.

i *In reversione autem perierunt*] Schefferus mallet *hi perierunt*. ponenda præterea erat post hæc verba πλεῖα γυνὴ, ut fieri curavi.

k *Cantus Ceriontis*] Apollon. Lib. I. 78. est *Canthus Canethi filius*.

l *Cujus fuste pecus depopulabantur*] Ego antehac conjectavi, *cujus furtis pecus* &c. Flor. Lib. IV. cap. 4. *Lacerare furtis hæreditatem*. Cl. Schefferus trajecta censet verba, legitque; *fuste cujus pecus* &c. Sed Apollon. Lib. IV. 1489. lapidis jactu interfectum Canthum tradit. Nobiliss. Heins. pro *fuste* rescripserat *forte* in libro suo. Tollius, *fuse*.

m *Ampyci*] Rectè *Ampyci*. Cl. Schefferus. Ita enim est in præcedentibus, & cap. 128. Μόψος Ἀμπυκίδης

He-

ab ſerpentis morſu in Africa obiit. Is autem in itinere acceſſerat comes Argonautis, Ampyco patre occiſo. Item acceſſerunt ex inſula Dia Phrixi & Chalciopes [n] Medæ ſororis filii, Argus, Melas, [o] Phrontides, Cylindrus. [p] ut alii ajunt vocitatos, [q] Phronius, Demoleon, Autolycus, Phlogius. Quos Hercules cum eduxiſſet habiturus comites, dum [r] Amazonum balteum petit, reliquit terrore perculſos [s] à Daſcylo qui regis Manſuaden * filia. Hi autem, cum exirent ad Colchos, Herculem ducem facere voluerunt. Ille abnuit, [t] ſed potius Jaſonem fieri oportere, cujus opera exirent omnes. Dux ergo Jaſon

Heſiodo Aſp. vers. 181. ubi Schol. οἷα Ἄμπυκος υἱός. Eſt ergo rectus caſus *Ampyx*, qui & apud Pauſaniam occurrit. Sed in recto Ἄμπυκης legitur etiam apud Schol. Lycophr. pag. 127. quod videtur Joniſmum reſipere. Schol. Apollon. ad Lib. 1. 132. Ἰωνικῶς ὁ φύλακης, ἀπὸ δὲ φύλαξ, ὥσπερ καὶ τὸ μάκτυρος.

n *Medeæ*] Ita reſcripſi pro *Medæ*. Vide cap. 21.

o *Phrontides*] Malim *Phrontis*, ut habetur cap. 3. & apud Apollod. Lib. 1. pag. 32. Sed cap. 21. rurſus *Phrontides* audit. Vide notas ad cap. 3.

p *Ut alii*] Cl. Schefferus, *at alii*.

q *Phronius*] Hic non comparet apud Apollon. Lib. 11. 958. Sed tres tantum, *Autolycus*, *Phlogius*, *Deileon*. de quibus poſtremus forte in locum Demoleontis ſubſtituendus.

r *Amazonum balteum*] Malim *Amazoninm* vel *Amazonis*. Deſumpta hæc ex Scholiaſtâ Apollonii: Οὗτοι κελεσφήνπες ὑπὸ Ἡρακλέους ἐπὶ τὴν Ἀμαζόνος ζωστῆρος κεχωρηκότος.

s *A Daſcylo qui regis Manſuaden * filiâ*] Micyllus: *à Daſcylo regis Mariandyni filio*. Ego hoc amplius cenſeo, *à Daſcylo Lyci regis Marriandyni filio*. Daſcyli erat filius is Lycus, & filium itidem Daſcylum habebat. Vide Apollon. Lib. 11. 805. & Schol. ad vers. 754. Πελόλαον Lyci filium habes apud Nicandri Schol. pag. 65. Ὁ δὲ Πελόλαος, inquit, υἱὸς Λύκου Βασιλέως Μαριανδυνῶν (leg. Μαριανδυνῶν) ὃς ἀπέθανεν ὑπὸ Ἡρακλέους τῆς Ποντικῆς.

t *Sed potius Jaſonem fieri oportere*] Vir doctus ſupplet, *oportere dixit*. Ego ſubaudire malim. Novimus iſta ſcriptorum etiam politiſſimorum τὸν ἀνεπιτήδευτα compendia. Plinius Panegyrico. *Cum abactus hoſtium exercerevet, omniaque dextra lævaque attrita.* H. e. attrita jacerent vel eſſent. Cic. ad Att. Lib. x. ep. 4. *Horum ego ſummorum imperatorum non modo res geſtas non antepono meis; ſed ne fortunam quidem ipſam, quâ illi florentiſſima, nos, duriore conflictari videmur.* Subaudiendum extrinſecus. *uſi ſunt*, quaſi ſcriptum eſſet, *quâ illi florentiſſimâ uſi ſunt*. Ut heic Hyginus, ita eodem prorſus modo Juſtinus Lib. xxxi. cap. 1. *Negantes eum æquo animo ſub legibus vivere aſſuetum imperio, & immoderatâ licentiâ militari; ſemperque tædio quietis urbanæ, novas belli cauſas circumſpicere.* Subaudi *dicentes*. Phædrus Lib. 4. 17. *Non veto dimitti, ſed cruciari fame.* ſc. *jubeo*. Vide ibi Fabrum. Cæterum fuiſſe tamen qui Herculem Argonautarum ducem fecerint, diſces ex Apollod. Lib. 1. Diod. Lib. IV. Anton. Lib. cap. 26.

u *Ar-*

Jason regnavit. Faber [u] Argus Danai filius, [x] cujus post mortem rexit navem Ancæus Neptuni [y] filius. Proreta navigavit Lynceus Apharei filius, qui multum videbat. [z] Tutarchi autem fuerunt Zetes & Calais Aquilonis filii, qui pennas & in capite & in pedibus habuerunt. Ad proram & remos sederunt Peleus & Telamon. [a] Ad pitulum sederunt, Hercules & Idas. Cæteri ordinem servaverunt. [b] Celeuma dixit Orpheus, [c] Oea-

u *Argus Danai*] Vide supr. *Argus Polybi.*

x *Cujus post mortem*] Ante hæc verba deesse quædam docent tum illa, quæ præcesserunt, tum quæ habentur cap. 18. Puto scripsisse Hyginum: *Gubernator fuit Tiphys, cujus post &c.* Tzetzes ad Lycophr. pag. 143. Μετὰ δὲ θάνατον αὐτῦ ἐκυβέρνα Ἄγκαιος ὁ Ἀρέως.

y *Filius. Proreta navigavit*] Ita ex sententiâ Cl. Schefferi distinxi hæc verba. Nam Lynceum, quod visu acerrimo esset præditus, verisimile est Proretæ obiisse munus. Apud Pindarum tamen Pyth. od. IV. πρωρεὺς est Euphemus.

z *Tutarchi*] Refingendum *Tœcharchi.* Τοίχαρχος, qui præest remigibus, qui sunt in lateribus navis. Ita correxeram, sed jam occupatus à magno Turnebo, cum vidi Cl. Schefferum eruditi operis de Mil. navali Lib. IV. cap. 7. legere *Tucarchi.* Adi ipsum. Vetustissimorum scriptorum fuit sane sine adspiratione scribere *Caron* pro *Charon*, & similia. Imitata est id non raro inferior ætas. Fulgent. præfat. Lib. I. *Quo ferant Caronem citius sopiturum.* Schol. Juvenalis ad Sat. III. vers. 266. PORTHMEA. *Carinam.* lege, *Caronem* h. e. Charontem.

a *Ad Pitylum*] Quid *Pitylus* significet, explicat Turnebus Adverss. Lib. 28. cap. 43. Petavius ad Synesium pag. 32. Schol. Æschyl. ἱκτ. vers. 862. Κώπας interpretatur. Cl. Schefferi curas secundas de Mil. navali, in quibus istam se lectionem explicare ait, nondum vidi. Barth. suspicatur, *ad placitum.* Doctiss. Pittenius emendat, *tutelam*, locumque hunc Hygini ita constituit, ut ad Antonin. Liberal. monet Cl. Berkelius: *Ad proram sederunt Peleus & Telamon, ad tutelam Hercules & Idas. post relicto eo ab Hercule, loco ejus sedit Peleus Æaci filius. Cæteri ad remos ordinem servaverunt.* Transpositionem probo. Ab emendatione ejus parum abit conjectura Cl. Toilii, *ad puppim.* Ego aliquando conjeceram *portisculum*, quod sequeretur, *relicto eo.* & intelligerem, *portisculo.* Sed nunc minus placet. Schefferus: *relicto Ida.* Sed nullus dubito, quin verissima sit conjectura doctiss. Jacobi Perizonii, *relicto ab eis Hercule.* Schol. ad Stat. Theb. v. 453. *Quem dum Hercules quærit, relictus ab Argonautis in Mysiâ est.*

b *Celeuma*] Grotius ad Capell. Lib. I. & Savaro ad Sidonium adducunt *celeusma.* Sed *celeuma* bene habet. Rutilius Lib. I. *Dum resonat variis vile celeuma modis.* Apollin. Sidonius Lib. II. epist. 10. *Amnicum celeuma.* Atque ita habent quoque antiquæ editiones Martial. Lib. III. 67. Nempe κέλευμα pro κέλευσμα dicunt etiam Græci. Magno clamore id dicebatur. Unde Macarius eos, qui magno clamore inter precandum utuntur, comparat Celeustis Hom. VI. Οἱ δὲ, inquit, κραυγαῖς κεχρημένοι κελεύσταις ἔοικασι. Interpres imperitè: *Proretis similes sunt.* Alius *Proreta*, alius *Celeustes.* Huc faciunt illa in Actis S. Genovefæ virginis cap. 7. *Pariterque omnes cum eo in modum celeumæ concinentes magnificaverunt Deum, in cœlum clamore sublato.* Ascon. in Divin. *Cani remigibus celeusma per symphoniacos solebat, & per assam vocem, id est, ore prolatam, &, ut in Argo navi, per citharam.*

c Oea-

[c] Oeagri filius. Post, relicto eo ab Hercule, loco ejus sedit Peleus Æaci filius. Hæc est navis Argo, quam Minerva in sideralem circulum retulit, ob hoc, [d] quod ab se esset ædificata. ac primum in pelagus deducta est hæc navis, in astris apparens à gubernaculo [e] ad velum. Cujus speciem ac formam Cic. in Phænomenis exponit his versibus:

At canis ad caudam serpens [f] *prælabitur Argo,*
[g] *Conversam præ se portans cum lumine puppim.*
Non aliæ naves ut in alto ponere proras
Ante solent, rostris Neptunia prata secantes.
[h] *Sicut cum cœptant tutos* [i] *contingere portus,*
Obvertunt navem magno cum pondere nautæ,
[k] *Aversamque trahunt optata ad littora puppim:*
Sic conversa vetus super æthera labitur Argo.

[l] *Inde*

c *Oeagri filius*] Vide Philargyrium & Servium ad Virg. Georg. IV. 524. & quæ notavi superius.

d *Quod ab se esset* &c.] Non malè corrigit distinctionem Cl. Schefferus: *Quod ab se esset ædificata, ac primum in pelagus deducta. Est hæc navis* &c. Cæterum pro *primum* mallem *prima*. Manil. Lib. I. *In cœlum subducta mari, quod prima cucurrit.* Ovid. VIII. Met. 302. *Primæque ratis moliter Jason.* Astron. II. 37. *Hanc autem primam in mari fuisse complures dixerunt.* Schol. German. *Quæque prima ab eâ fabricata est* &c. Eratosthenes κατάστερ. cap. 35. Πρώτη τὸ πέλαγος διέπλευσε ἅπαντον ὄν. Catull. Carm. 65. *Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.* Schol. Arat. ed. Lond. Ὅτι πρώτη ναῦς ἐδείχθη παρ' αὐτῆς. Adde Phædrum libr. IV. c. 6. Ovid. II. Amor. el. XI. vers. 1. Verius tamen est, quod apud Plin. VII. cap. 56. tradit Philostephanus, *longâ nave Jasonem primum navigasse.* Pro vulgata lectione adducere possis illud Sulpicii Hist. Sacræ Lib. I. cap. 2. *A quo primum civitas condita est.*

e *Ad velum*] Eratosthenes: Οἱ δὲ ὀπίσω εἰσὶ ἕως τῶν ἱστῶν σὺν τῇ πηδαλίῳ. Etsi parum refert, præferam tamen *ad malum*. Noster Astron. II. 37. *Divisa est à puppi usque ad malum.* Schol. German. *Quam notatam in cœlo figuravit, sed à gubernaculis usque ad malum.* Pro *notatam* Boschartus *mutatam* reponit Hieroz. Part. II. Ego legerim, *non totam*. Forte est, ut ita habeat Sanctandreana editio, quæ paucis hebdomadis possessa in piperatam manum incidit. Sed nihil mutare heic eam mihi affirmant, à quibus est inspecta. Hyginus Astron. II. 37. *Hujus non tota effigies inter astra videtur.* Scripseram hæc, cum inveni cap. 12. Lib. IV. *Navis Argo sine totinavali.* Nihil ergo mutandum.

f *Prælabitur*] Quædam Ciceronis editiones habent, *prolabitur*.

g *Conversam præ se*] Consule summi viri Gron. Observ. Lib. IV. cap. 26.

h *Sicut cum* &c.] Ante hunc versum inferendus est ille ex Cicerone: *Sed conversa retro cœli se per loca portat.*

i *Contingere portus*] Recte *contingere* Hyginus, non *constingere*, ut apud Ciceronem diu lectum fuit. Germanicus: *Optatam cupiens contingere terram.*

k *Aversamque*] Rectè emendat

[l] *Inde gubernaclum* [m] *tendens à puppe volante*
Clari posteriora canis vestigia [n] *tangit.*

Hæc navis habet stellas in puppe quatuor, [o] in gubernaculo dextro quinque, in sinistro quatuor, consimiles inter se omnino tredecim.

XV. [a] *Lemniadæ.*

[b] IN insula Lemno mulieres Veneri sacra aliquot annos non fecerant, cujus ira viri earum [c] Thressas uxores duxerunt, & priores spreverunt. At Lemniades ejusdem Veneris impulsu conjuratæ, genus virorum omne, quod ibi erat, interfecerunt, præter Hypsipylen, quæ patrem suum Thoantem clam in navem imposuit, quem tempestas in [d] insulam Tauricam detulit. Interim Argonautæ præ-

aversamque Grotius. Germanicus: *Aversamque ratem votis damnatus ad eram Præligat.* Theon in Aratum pag. 143. Ὅπισθεν φέρε] ἡ Ἀρχὼ περὶ πρύμνας ὁμοίως τοῖς κεκαρμέναις νεῶν.

l *Inde gubernaclum*] Ante hunc versum omissi rursus duo illi, *Atque usque à prorâ ad celsum sine lumine malum. A malo ad puppim cum lumine clara videtur.*

m *Tendens à puppe volante*] In Cicerone est: *Dispersо lumine fulgens.*

n *Tangit*] In Cicerone est *condit.* Sed Hyginianam lectionem merito cum Grotio & Scheffero præferas.

o *In gubernaculo dextro*] Habuit igitur in puppi duo gubernacula. Petronius: *Nunc per puppim, per ipsa gubernacula dilabendum est.* Consule Schefferum, Milit. Nav. Lib. II. cap. 5. Scalig. ad Manilium pag. 368. Boschartum Hieroz. Part. II. Lib. IV. c. 2. ubi Pœnorum naves duplici instructas fuisse gubernaculo ostendit. Hygin. Astron. Lib. III. *Hæc habet in puppi ad singula gubernacula, ad primum stellas quinque, ad alterum quatuor: circum carinam quinque, & sub rejectum quinque, ad malum quatuor.* Si idem est Hyginus, sequutus heic est, ut sæpe solet, diversos auctores.

Ad CAP. XV.

a *Lemniadæ*] An *Lemniades*? non dixerim. Vide notata à nobis ad Fulgent. prol. Lib. I. cap. 2. Lib. III. & quæ in dissertatione diximus, nec non infr. ad cap. 155.

b *In insulâ Lemno*] Narrarunt præter Hyginum hanc fabulam Schol. Apollon. ad Lib. I. 209. Homeri ad Iliad. H. 467. Euripidis ad Hecub. vers. 887. Statii ad v. Theb. 29. Antigon. Histor. Mir. 130. Apollod. Lib. I. Apostolius Cent. XI. 96. Valer. Flaccus Lib. II. 113. Verba Statiani interpretis ad Lib. v. Th. vers. 59. exscribi merentur: *Quia*, inquit, *adulterium Veneris in honorem Vulcani damnaverant, inde nulla Veneris sedes in Lemno est. Unde iratum numen odorem fœminis hircinum immisit, ob quam causam horruisse viri dicuntur uxores.*

c *Thessas uxores*] Ancillas αἰχμαλώτους è Thraciâ avectas. Horat. III. 9. *Me nunc Thressa regit Chloe.* Valerius: *Has agimus longi famulas tibi præmia belli.*

d *Insulam Tauricam*] *Oenoam* appellat Apollon. I. 623. Addit etiam *Sicinum* postea appellatam. Eustathius in Dionysium: *Tauri populi à tauro animali vocantur, eo quòd Osiris ibi juncto bove*

prænavigantes, [e] Lemno acceſſerunt. Quos ut vidit Iphinoe, [f] cuſtos portæ, nunciavit Hypſipylæ reginæ; cui [g] Polyxo ætate conſtituta dedit conſilium ut [h] eos laribus hoſpitalibus obligaret, [i] hoſpitioque invitaret. Hypſipyle ex Jaſone procreavit filios [k] Euneum & [l] Deiphilum. Ibi

bove terram araverit, apud quos eſt inſula Taurica, quæ & Mœotica, magna & celebris. De iſta inſula loquitur heic Hyginus.

e *Lemno acceſſerunt*] Figuratè, ajunt Technici, dativus pro accuſativo. Infr. cap. 108. *Tranſtulerunt Tenedo.* Sulpic. Severus Lib. 1. *Rubo acceſſit.* &, *Ægypto advenerat.* Vict. Illuſtr. 77. *Truncus jactus Nilo.* Imo & Græcè Muſæus, ἔῤῥιψε θαλάσσῃ. Virg. Æn. 1. 293. *Accipies cœlo.* XII. 256. *Projecit ſinu.* 380. *Effudit ſolo.* Ecl. 2. 30. *Compellere hibiſco.* ubi Servius: *Sic dixit hibiſto, ad hibiſcum, ut, it clamor cœlo, pro ad cœlum.* Horat. 1. 24. *Nigro compulerit gregi.* Phædr. Lib. IV. *Cœlo receptus propter virtutem Hercules.* Auctor Orig. gentis Rom. *Creditum cum vivum abſumptum cœlo.* Lego, *adſumptum.* Contrarium vitium occupavit Cyprianum Tract. de Eleem. cap. 6. *Feciſſet ſubcinericium panem, quo adſumpto morituræ cum liberis eſſet.* Lege, *abſumpto.* Sulpicius in hac hiſtoriâ Lib. 1. *Quo abſumpto una cum filiis mortem exſpectaret.* Peccatum pariter à librariis Aſtron. II. cap. 16. *Vivam arreptam ad inferos eſſe.* lege *abreptam.* Silius Lib. XV. *Ire ſoveri*, pro ad ſororem. Terent. And. 1. 1. ſi Nonio fides habenda, *Commigravit huic vicinia.* Obſequens prodig. cap. 43. *Ne unquam Romæ reverteretur.* niſi *Romam* ibi reponendum cum Scheffero. Pſeudo-Cyprianus in Revelatione capitis J. Baptiſtæ: *Quemadmodum Hieroſolymis iverit orationis gratiâ.* Et interpres Concilii Epheſini p. Ed. cont. 160. *In jugo exilium Petræ deduci jubeat.* Sic *ubi* pro *quo* in modo laudato Tractatu Cyprianus: *Pergent illico, ubi juſſus fuerat.* Haimo Homil. pag. 37. *Cum ibi Jacob veniſſet.* Gajus Digeſt. Lib. 1. Tit. II. parag. 1. *Cum ibi venerimus.* Gregor. dial. Lib. 1. *Ubi vis ire?* Adde not. ad Lact. Argum. Lib. XIV. fab. 1. Sed in multis ablativum per ſubauditam præpoſitionem, quam ſæpe addi ad cap. 92. oſtendo, pro dativo perperam acceptum credo. Hyginus cap. 9. *Regiâ recepit.* 125. *Caſâ recepit.* Hieron. ad Furiam: *In ſinu Abrahæ recipitur.* Fulg. 1. 2. *In mari projecta ſunt.* Quod tamen apud Dictyn legitur Lib. V. *Reliquias aureæ urnæ conditas*, vitioſum non puto, cum apud Prudentium ſimiliter dictum reperiatur Pſych. vers. 105. *Condere vaginæ gladium.* Et apud Florum Lib. 1. c. 13. *Partim in doliis defoſſa terræ recondunt.* Auſon. epigr. 94. *Zonæ textum elegeion erat.* Lactant. Argum. Lib. IV. 5. *Quam ille cum terræ defodiſſet.* Apulej. III. Met. *Tonſtrinæ reſidentem conſpexit.* Feſtus: *Stipes fuſtis terræ defixus.* Vide quæ præterea notamus ad cap. 108.

f *Cuſtos portæ*] Urbis videlicet Myrinæ. Apollon. 1. 634.

g *Polyxo ætate conſtituta*] Anus Hypſipyles nutrix. Apollon. 1. 664.

h *Eos*] Ita repoſui pro *eat*, poſtulante id ſententiâ.

i *Hoſpitio invitaret*] H. e. in hoſpitium. Gregor. Dial. 1. *Requirens hunc invitavit hoſpitio.* Dictys Lib. III. *Qui cum eo venerant, cibo invitantur.* Noſter cap. 18. *Recepit hoſpitio.* 186. *Duxit conjugio.*

k *Euneum*] Scribe, *Eunæum.* Εὔνηος eſt Homer. Iliad. H. 469. Εὔηνος Straboni Lib. 1. Εὔνηος Apollod. Lib. 1. & Apoſtolio Cent. XI. 98. Sed nullus dubito, quin corrigendus ſit uterque, & legendum. Εὔωνος vel Εὐνεὼς, quod idem eſt. Vide Etym. Magnum in Εὐωνεύς. Non malè Lactantius ad VI. Theb. 342. ita dictum cenſet *boni ominis cauſâ à patre navigaturo.*

l *Deiphilum*] Rectius ſcripſeris, *Deipylum*, pro quo *Nebrophonon* Apollodorus, Statius *Thoantem* habet VI. Theb. 342. *Nomen avo gentile Thoas, atque omine dictus Euntes Argoo.*

Ibi cum plures dies retenti essent, ab Hercule objurgati discesserunt. Lemniades autem postquam scierunt Hypsipylen patrem suum servasse, conatæ sunt eam interficere. illa fugæ se mandavit. Hanc prædones exceptam Thebas deportarunt, & [m] regi Lyco in servitium vendiderunt. Lemniades autem quæcunque ex Argonautis conceperunt, eorum nomina filiis suis imposuerunt.

XVI. *Cyzicus.*

CYZICUS [a] Eusori filius rex [b] in insula Propontidis, Argonautas hospitio liberali excepit. Qui cum ab eo discessissent, totumque diem navigassent, nocte tempestate orta, ad eandem insulam ignari delati sunt. Quos Cyzicus [c] hostes Pelasgicos arbitrans esse, cum eis noctu in littore arma contulit, & ab Jasone est interfectus. [d] Quod postero die cum prope littus appropinquasset, & vidisset se regem interfeciisse, sepulturæ eum tradidit, atque filiis regnum tradidit.

XVII. *Amy-*

m *Regi Lyco*] Ita hunc Regem appellat quoque cap. 74. & 273. Apollodoro Lib. III. pag. 152. est *Lycurgus*. Vide notas ad cap. 74.

Ad CAP. XVI.

a *Eusori*] *Ensori* ex filiâ nepotem fuisse refert Apollon. 1. 948. Parthenius Cyzicum facit υἱὸν Αἰνέα cap. 28. corruptè. Lege, Αἰνέος ex Scholiis Apollon. ubi Αἰνεὺς audit; unde Κύζικος Αἰνείδης nescio cui poëtæ. Apollinis filius est Cononi cap. 41. apud Photium. Apollon. Scholiastæ Æneus Apollinis & Stilbes filius.

b *In insula Propontidis*] Cyzico nempe, quæ olim *Dolionis* dicta, & incolæ ejus *Doliones*. Unde *Dolionum rex* dicitur Cyzicus Apollod. Lib. 1. pag. 44. Etiam urbs Cyzicus dicta est, teste Apollon. II. 767. Tὸ *in* videtur ex seq. syllabâ natum. malim, *insulæ Propontidis*, ut habet cap. 18.

c *Hostes Pelasgicos*] Macrones, qui Eubœorum, qui quondam Pelasgi dicti, erant coloni. Apollon. Lib. 1. vers. 1024. Aliter hæc narrat Conon.

d *Quod postero die cum*] Trajectio est, ὅτι ἅμα, *Quod cum postero die*. Sic cap. 79. *Quod servos eos cum vidisset*. Censui antehac illam particulam *quod* eleganter πλεονάζειν, & ad fulciendam periodum adsumptam. Atque ita visum quoque video Scioppio Verisim. Lib. 1. cap. 3. quo multa id genus congessit. quibus nos non pauca addere possemus. Horat. 1. od. 1. *Quod si me Lyricis vatibus inseres*. Epod. x. *Optima quod si præda cavo littore Porrecta mergos juverit*. Martial. Lib. VIII. 30. *Quod nisi rapta foret nolenti pœna*. Nepos Hannib. 1. *Quod nisi domi debilitatus esset*. Cicer. XIV. ep. 4. *Quod utinam minus vitæ cupidus fuissem*. Vell. 1. 3. *Quod si quis a Thessalo Herculis eos appellatos Thessalos dicet*. Sallust. Jug. 14. *Quod utinam illum eadem simulantem videam*. Liv. XLI. 10. *Quod cum milites consulis imperio dicto audientes sese futuros dicerent*. Fulg. Lib. 1. *Quod itaque si velut Deus Jupiter judicasset*. Curt. Lib. IX. 3.

Unable to display this page

cerant, [c] quod eum sæpe inficiaretur. Argonautæ dum apud Lycum morantur, & extra venatum exissent, Idmon ab apro percussus interiit. In cujus dum diutius sepultura morantur, [d] Tiphys Phorbantis filius moritur. Tunc Argonautæ [e] Ancæo Neptuni filio navem Argo gubernandam dederunt.

XIX. *Phineus.*

PHINEUS Agenoris filius, Thrax, ex [a] Cleopatra habuit [b] filios duos. Hi à patre [c] novercæ [d] crimine excæcati

quis existimet legendum, *hospitii in honorem.* quod rectius est. Recipere enim in hospitium & in honorem idem significant, ut observat Tomasinus in de Tess. Hosp. cap. 5.

c *Quod eum sæpe inficiaretur*] Ita princeps editio habet, non *per eum.* Barthius notat in libris nescio quibus vetustis legi, *infectaretur.* Fecerim inde *infestaretur.* quod idem est, quod *infestaret.* Cap. 37. *Itineri infestabantur*, lege, *itinera.* Non insolens nostro istiusmodi enallage. Cap. 273. *Certati sunt cursu.* 274. *Gladio belligeratus est. Infestare* est lædere, vexare, populari. Gloss. Steph. *Endofestabat.* ἔσυε. Vulcan. ἔσυε, vel ἔσυεν. Prius probo. Inde σύτης, *fur*, *latro.* Eædem Gloss. *Infestantes*, συεντες, δῄωντες. Lego, σίοντες. Etiam apud Græcos passivæ formæ quæ sunt, activè sumuntur Atticè, ut notat Hom. Scholiastes ad Iliad. β. vers. 99.

d *Tiphys*] Ita rescripsi pro *Iphis* ex cap. 14. Apollod. Lib. 1. *Hic Idmon natus ab apro percussus interiit. Tiphys hic etiam moritur.* Adde Apollon. II. 856. Tzetzen in Lycophr. pag. 128.

e *Ancæo*] Ita etiam Apollon. II. 896. Herodorus autem Ergino id tribuit in Scholiis. Quis sit ille Ἀνζωρέων, quem κυβερνήτην τῆ Ἀργοῦς facit Hesychius, nondum comperi.

Ad CAP. XIX.

a *Cleopatra*] Ita eam quoque appellat Schol. Apollon. ad I. 211. & II. 238. Hom. Odyss. M. 70. Diodorus Lib. IV. pag. 247. Schol. Sophoclis ad Antigon. vers. 1095. Servius autem ad Æn. III. 209. *Cleobulam.* quod mihi suspectum est.

b *Filios duos*] *Orythum & Crambin* vocat Schol. Apollon. ad vers. 178. Lib. II. ex Sophocle. ad versum autem 140. *Parthenium & Crambin.* Sophoclis Schol. eo, quem laudavi modo, loco *Plexippum & Pandionem*; additque à quibusdam *Gerymbam* & *Asponden* eos nominari.

c *Novercæ*] *Idæam* vocant Diodorus Lib. IV. Sophoclis Scholiastes, nec non Apollonianus ad II. 140. Sed hic variat, & ad ejusdem libri vers. 178. *Diam* eam appellat. Schol. Homeri ad Odyss. M. 70. *Eurytiam.* Servius ad Æn. VIII. 344. *Danaen.* Sunt etiam, qui *Idotheam* eam Cadmi sororem fuisse velint, ut Sophoclis annotat Scholiastes. Usque adeo nihil certi est in fabulis.

d *Crimine*] H. e. criminatione. Criminata est autem se de stupro à privignis fuisse appellatam. Horat. Lib. II. ep. 18. *Ut penitus notum, si tentent crimina, ferres.* Pub. Syrus: *Difficilem oportet aurem habere ad crimina.* Gloss. vett. *Crimen*, ἔγκλημα, διαβολή. Cyrill. Διαβολή, *obtrectatio, criminatio, crimen.* Adde quæ Goldastus ad Dositheum notavit pag. 38. Arnob. initio Lib. III. *Jam dudum quidem criminibus his omnibus responsum est.* h. e. accusationibus. Nepos Epam. cap. 7. *Criminibus adversariorum.*

cati sunt. Huic etiam Phineo Apollo augurium dicitur dedisse. Hic deorum consilia cum enunciaret, [e] ab Jove est excæcatus: [f] & appositi ei Harpyias, quæ [g] Jovis canes esse dicuntur, quæ escam ab ore ejus auferrent. Huc cum Argonautæ devenissent, & cum iter ut demonstraret rogarent, dixit se demonstraturum, si cum pœna liberarent. Tunc Zetes & Calais, [h] Aquilonis venti & Orithyiæ filii, qui pennas in capite & in pedibus habuisse dicuntur, Harpyias fugaverunt in insulas [i] Strophadas, & Phineum pœna liberarunt. Quibus monstravit quomodo Symplegadas transirent, ut columbam mitterent: [k] quæ pe-

e *Ab Jove* &c.] Conveniunt cum Hyginianis, quæ Apollonius tradit Lib. II. 3, 3. Serv. ad Æn. III. 209. Aliam causam affert apud Apollon. Scholiasten Hesiodus ad Lib. II. vers. 181. A quo rursus abit Ister apud eundem ad Lib. ejusdem vers. 207. Adde Apollod. Lib. I. pag. 46.

f *Et appositi ei Harpyias*] Sequi debuisset, *& appositæ ei Harpyiæ*. vel, *qui appositi* &c. Sed vide quæ notavimus ad cap. 8.

g *Jovis canes*] Serv. ad Æn. III. 209. *Ut autem canes Jovis dicerentur, hæc ratio est, quia ipsæ furiæ esse dicuntur.* Tzetzes ad Lycophr. p. 34. Ἐμυθεύσαντο δὲ παῖδες Φινέως ἁρπυίας Ἐρέσσειαν καὶ Ἀρπύρειαν ὄρνεα εἶναι, ἁρπάζοντα τὴν τροφὴν ἀπὸ τόμων καὶ χόρτων.

h *Aquilonis venti*] Delectatur noster istiusmodi appositionibus. Vide notas ad cap. 140. Serv. in hac fabula ad Æn. III. 209. *Quare irati Dii, vel ut quidam volunt, Aquilo veneno, propter nepotum injuriam, eum excæcavit.* Puto scribendum, *Aquilo ventus.* Fulgent. Myth. Lib. III. *Aquilonis venti filii.* Noster cap. 140. *Ventus aquilo.* Lemma est cap. 61. Lib. XII. variæ Histor. Ælian. Περὶ βορέᾳ ἀνέμῳ τιμῆς.

i *Strophadas*] Virg. Æn. III. 210. *Strophadas Graio stant nomine dictæ.* Prius *Plotæ* dicebantur. Vide Apollon. II. 297. & ibi Scholia. Servius: *Quorum conversio, strophe, nomen insulis dedit.*

k *Quæ petræ cum concurrissent*] Cl. Schefferus locum hunc ita constituit: *transirent, & columbam mitterent, quo, petræ cum concurrissent, in recessu illi retro ne fugerent.* Meo judicio, qui stylo, quam Hyginus, paulo puriore uteretur, ita scripsisset: *quomodo Symplegadas transirent: ut columbam mitterent, ea petræ cum concurrissent, & in recessu earum illico trasngerent.* Atque ita suadet partim Homer. Schol. ad Odyss. M. 70. ubi corrupte Φινεὺς dicitur hic Phineus. Ἐκέλευσεν ἀφεῖναι πρότερον καὶ συμβολὴ τῶν πετρῶν. Κἂν μὲν μεταλάβῃ, μὴ πλεῖν. ἐὰν δὲ σωθῇ, τότε περαίνειν τὸν πλοῦν. οἱ δὲ ἀκούσαντες ποιοῦσι. καλαχθείσης δὲ πρότερας ἀπὸ τῆς ἀρᾶς, προσέκλεισι τῷ Ἀργοῖ διὸ καὶ πληγάδες πέτραι συνελθοῦσαι τὴν νεὼς συμμύουσιν, αὐτοὶ δὲ σώζονται. Corrupta & transposita hic quædam, quæ ita restituo: προσβάλλουσι τῷ Ἀργοῖ πληγάδες πέτραι, καὶ συνελθοῦσαι τὸ πτερὸν τῆς νεὼς συμμύουσιν. Gloss. Steph. *Aplustra*, πτερὸν πλοίου. & alio loco, *Aplustra*, ἄσφαλτον, ἢ τὸ ἄκρον τῆς πρώρας. Lege ἄφλαστον cum Vulcanio. Sed falsum est fuisse ἄφλαστον ἄκρον πρώρας. Schol. Apollon. ad Lib. I. 1089. Ἔστιν οὖν τὸ ἄφλαστον

petræ cum concurriſſent, in receſſu earum, [1] illi retro refugerent. Argonautæ beneficio Phinei Symplegadas tranſierunt.

XX. *Stymphalides.*

ARGONAUTÆ cum ad inſulam [a] Diam veniſſent, & aves [b] ex pennis ſuis eos conficerent pro ſagittis, cum multitudini avium reſiſtere non poſſent, ex Phinei monitu clypeos & haſtas ſumpſerunt, exque more Curetum ſonitu eas fugarunt.

XXI. *Phrixi*

σανίδιον ἐξ ὅλου πρύμνου. Tzetzes in Lycophr. pag. 57. Τὰ μὲν ἄφλαστα πρυμνήσια, τὰ δὲ κόρυμβα πρῳρήσια. Schol. Juvenal. ad Sat. x. 136. *Aplustra tabulatum ad decorandum navis ſuperficiem adpoſitum, alii dicunt roſtra, navis ornamentum puppis*, ἄφλαστα. Conſer Apollod. Lib. I. Ut probare ſe iſta aliquatenus poſſint, dictionem tamen Hygini ſi attendas, malis ſorte: *quomodo Symplegadas tranſirent, & columbam mitterent. Quæ petræ* &c. Atque ita, *quæ* valebit idem quod *eæ*, ut *quos* pro *eos* habes cap. 21. Vide ibi notas.

1 *Illi retro fugerent*] Barthius ex ſcedis MSS. *illico trafugerent*. quod probandum exiſtimo. *Fugere* eſt celeriter navigare. Serv. ad Georg. I. 286. *Fugam de profectione & curſu legimus, ut: ſimul arva fugâ, ſimul æquora verrunt. Unde velocem equum fugacem dicimus.* Horat. III. od. 2. *Spernit humum fugiente pennâ.* Vide præterea Virg. Georg. IV. 19. Æn. V. 151. & 243. Nobil. Heinſium ad Ovid. Heroid ep. 4. *Illico trafugere* eſt παραφεύγειν τὸν πλοῦν. Gloſſ. Cyrilli, Διαδίδωμι, Διαπέμπω, *tramitto, tranſmitto. Trafugio* dictum, ut *tralucco* apud Fulgent. Lib. I. cap. 15.

Ad CAP. XX.

a *Diam*] Mirificus eſt in hac narratione de Stymphali avibus Hyginus. Inſula, in quâ degebant, non *Dia*, ſed *Aretias* vocabatur, ſi credimus Apollonio & ejus Scholiaſtæ ad vers. 384. & 1092. Lib. II. Inferius cap. 30. in Inſula Martis ab Hercule ſagittis interfectas memorat. Apollonii Scholiaſtes, quem alias ſequi non raro ſolet, longe aliter; non interfectas eſſe, ſed crotalorum ſonitu ex Stymphalo lacu in eam inſulam fugatas. quicum facit Etym. magni auctor in voce Στυμφαλίδες. Apollodorus autem fugatas partim, partim interfectas refert Lib. II. p. 94. *Inſula Martis* eſt *Aretias*, Ἄρεος νῆσος Scholiaſtæ Apolloniano. Verum ibi non Hercules, ſed Argonautæ congreſſi fuerunt cum his monſtris. Plura de Stymphalidibus ſi deſideres, adi Schol. Apollon. ad II. Lib. vers. 1055.

b *Ex pennis conficerent*] Lege *confige-rent* cum Nobil. Heinſio, hoc eſt, *vulnerarent*. Nepos Datam. cap. 9. *Confixi ceciderunt*. Curt. VII. 5. *Sagittis configerent barbari*. Noſter cap. 24. *Ex veneno multa miracula fecit*. 30. *Ex felle ejus ſagittas tinxit*. 88. *Veſtem ex cruore pecudum inquinavit*. In tumulo militis Batavi Lib. III. Cat. Pith. *Dum pendet in aere telum Et redit, ex aliâ fixi fregique ſagitta*. Schol. German. *Aquilâ. Dicitur ſagitta Apollinis fuiſſe, cum quâ Cyclopas interfecit*. Arnob. Lib. I. *Sequentium ſe millia quinque ſaturavit è panibus*. Dictys Lib. I. *Aliquid ex oratione profuturus*. In Teſtam. Porcell. *Volo mihi fieri monumentum ex literis aureis ſcriptum*. Auctor Tract. de Sinâ & Sion: *De arundine caput ei quaſſabant*. Apulej. de Herbis cap. 18. *Circumſcribes eam cum annulo aureo*. Tertull. de Cor. Mil. cap. 12. *Ex myrto ait milites redimi ſolere*. Arnob. Lib. I. *In incudibus Deos*

XXI. *Phrixi filii.*

ARGONAUTÆ cum per [a] Cyaneas cautes, quæ dicuntur [a] Petræ [b] Symplegades, intrassent mare, quod dicitur Euxinum, & errarent, voluntate Junonis delati sunt ad insulam Diam. Ibi invenerunt naufragos nudos atque inopes Phrixi & Chalciopes filios, Argum, [c] Phrontiden, Melam, Cylindrum. Qui cum casus suos exposuissent Jasoni, se, cum ad avum festinarent Athamanta ire, naufragio facto ibi esse ejectos, [d] quos Jason receptos

Deos & ex malleis fabricare. Ad quem locum consule Heraldum & Salmasium ad Pallium Tertulliani pag. 115. Ad eundem modum σὺν instrumentis addunt nonnunquam Græci. Theognis vers. 41. Καὶ σὺ σὺν αὐλίσκοισι λιγυφθόγγοις νέοι ἄνδρες ἄεισον. Vel σύ. Diaconus ad Hesiodum: Ἐκαθήμενον ὁ Ἀπόλλων σὺν χρυσῇ λύρᾳ. Ex idiotismo sequioris ævi id esse observat magnus Heinsius in notis ad Hesiodeos interpretes pag. 119. Nonnum tamen & Antoninum Liberalem ita loqui non dubitasse notavi ad hujus caput 13. Quibus addo Lucianum Protesilao: Καθικόμην σὺ τῇ ῥάδῳ. Bianorem Anthol. I. Sect. 33. num. 15. Ἐν ποσὶ λαὸς πυκίονται. Hesych. in Κνῆσις. quem vide. Gloss. Steph. *Ακκυγια*, λίπος, σὺν ᾧ τοὺς ἄξονας χρίουσι. Delet, me invito, τὸ σὺν Vulcanius. Immo Atticismum respere illam λέξιν idem ille modo laudatus Heinsius postea, & rectius censuit not. ad Poët. Aristotel. p. 325. Imitatus est Græcos vulgatus interpres Gen. XLVIII. 22. *Quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* Exod. IV. 17. *Virgam quoque hanc sume in manu tua, in quâ facturus es signa.* Si membranis vett. bibliothecæ Leidensis accedimus, etiam Paulus in excerptis Festi: *Cæstus vocantur, & in quibus pugiles dimicant, & genus quoddam muliebris ornatus.* Sed de eo ut nonnihil, ita quin in voce *Caudicaria* ei fuit sæculi vocabulum restitui debeat, nullus dubito: *Caudicariæ naves, ex tabulis grossioribus factæ.* Ita Cod. Leid. Adde not. ad Astron. II. 4.

Ad CAP. XXI.

a *Petras Cyaneas*] Πέτρας Κυανέας. Apollon. Lib. II. 317. Schol. Κυάνεαι συμπλῆγδες λίθοι τὸ χρῶμα. Ovid. I. Trist. IX. 34. *Transeat in stabiles strenua Cyaneas.* Juvenal. Sat. XV. 19. *Concurrentia saxa Cyanes* ab insulâ Cyane appellat. Schol. Theocrit. ad Eidyll. XIII. 22. Τιμοθέους δέ φησιν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ εἶναι τρίοδον, εἶναι νησίδιον σκοπελώδες. καλεῖσθαι δὲ τὰς τότε ἄκρας Κυανέας. Confer quæ congessit ad Ovid. Met. Lib. VII. v. 62. Nob. Heins.

b *Symplegades*] Συμπληγάδες vel πλησγάδες dictæ sunt ἀπὸ τὸ συμπλήσσεσθαι. Corruptè *Sympligiades* appellat Serv. ad Æn. III. 109. Schol. Euripidis ad Med. vers. 2. Ὁ Σιμωνίδης συνορμάδας φησίν. Εὐφορίων δὲ καὶ Φερεκύδης δὲ καὶ Ἑκαταῖος φησὶ τὴν πλῆν τρὸν εἶναι ἓν σκολιὸν, δι' οὗ φασὶ τοὺς πλέοντας τὴν ἀπόκλεισιν ἔχειν πετρῶν. Confer Tzetzen in Lycophr. pag. 190.

c *Phrontiden*] *Phrontides* & supr. c. 14. appellatus est. Rectius *Phrontis* appellatur cap. 3. quod Apollodorus & Apollonius comprobant.

d *Quos*] Sequi omnino debuisset, eos,

ptos auxilio juvit: qui Jasonem Colchos perduxerunt per flumen Thermodoontem. Et cum jam non longe essent à Colchis, jusserunt navem in occulto collocari, & venerunt ad matrem [c] Chalciopen Medeæ sororem, indicantque Jasonis beneficia, & cur venisset. Tunc Chalciope [f] de Medea indicat, perducitque eam cum filiis suis ad Jasonem. Quæ cum eum vidisset agnovit, quem in somnis adamaverat, Junonis impulsu, omniaque ei pollicetur, [g] & perducunt eum ad templum.

XXII. *Æeta.*

[a] ÆETÆ Solis filio [b] erat responsum, tam diu eum regnum habiturum, quandiu ea pellis, quam Phrixus consecraverat, in fano Martis esset. Itaque Æeta Jasoni hanc [c] si-

est, ut emendatum it Cl. Schefferus. Verum si heic quicquam mutes, necessario omnibus locis, ubi *qui* pro *is* ponitur, eadem adhibenda esset medicina; non enim heic tantum, sed etiam cap. 19. 28. 34. 79. 80. 91. 185. & Astron. II. 1. aliisque locis illa permutatio facta est. Quid quod vir Clarissimus ipse ad cap. 34. plebejum id esse annotavit? Quamobrem parum abest, quin eam loquendi rationem non à librario, sed ab ipso esse Hygino persuasum habeam. Utitur eâ etiam auctor Glossarum MSS. in Virg. I. Georg. *Et postmodum cum filia ejus Erigone mortem quæreret, quæ cum reperisset corpus ejus*, pro *& ea*. Adde not. ad cap. 4. ubi satis multa id genus reperies.

c *Chalciopen*] Ita reposui pro *Chalciopem*. Vide notas ad cap. 137.

f *De Medeâ indicat*] Cl. Schefferus, *idem Medea indicet*. quod probarem protinus, nisi magis arrideret Heinsianum, *rem Medeæ indicat*.

g *Et perducunt*] *Ipsa* puta & *soror Chalciope*. nisi *perducit* præferas, quod Cl. Schefero visum. Infr. cap. 127. *Quem cum cognovit qui esset, jussu Minervæ cum Telemacho & Penelope in patriam redierunt*. Diximus de istâ syllepsi jam ad cap. 6.

Ad CAP. XXII.

a *Æeta Solis filio*] Ex *Perse* secundum nostrum. *Perseidem* appellat Hesiodus. *Æetam* autem hunc regem vocavit Servius cum Philargyrio ad Georg. II. 140. & 142. Item ad illa Æn. II. 490. *Amplexæque tenent postes atque oscula figunt. Apollonii*, inquit, *locus, in quo inducitur Medea patrio* * *Æeta relinquens domum, ita facere*. Lege, *patris Æeæ*, & tolle asteriscum. Locus ille, quem tangit, legitur Lib. IV. 26. Rutil. Lib. I. *Crebra relinquendis infigimus oscula portis*. Cæterum τῷ *Æeta*, quod mirabar antehac, video etiam usum Ovid. VII. Met. 170. ut quidem vulgatæ editiones repræsentant, *Dissimilemque animum subiit pater Æeta relictus*. Et Solinum cap. VIII. ubi *Oeta* multæ editiones perperam habent. Sed ut Solino, Servio, & Philargyrio id donetur, in Ovidio tamen non ferendum censet Nob. Heinsius. Delet ergo auctoribus MSS. libris τὸ *pater*. Consule eum ad Heroid. epist. VI. Cæterum quod *Æta* pro *Æeta* dicerent posteriores ævi scriptores, ansam præbuit librariis corrumpendi Avienum Perieges. pag. 424. ed. Pith. *Has post in terras pius subivit Etine, Inseditque locos*. Lege, *subiit Æetine*, vel, *subit Æetine*. h. e. Medea.

b *Erat responsum*] Ab Apolline nempe. Servium vide ad Georg. II. 140.

c *Si-*

[c]simultatem constituit, si vellet pellem auratam auferre, tauros [d]æripedes qui flammas naribus spirabant, jungeret [e]adamanteo jugo, & araret, [f]denteſque draconis ex galea sereret: ex quibus gens armatorum statim [g]enasceretur, & se mutuo interficeret. Juno autem Jasonem ob id semper voluit servatum, quod, cum [h]ad flumen ve-

c *Simultatem constituit*] *Simultas* jurgium & contentio est Donato ad Phorm. act. II. sc. 1. Sed id minus heic quadrat. Exprimere Hyginum voluisse puto, quod in hac narratione dixit Apollon. Schol. ad I. III. Ἄεθλος αὐτῷ προστέθη μεγάλος. Utitur hac phrasi etiam noster cap. 50. 67. 84. 185. Scioppius ad Sanct. Minervam Lib. IV. *Videtur*, inquit, *antiquitus significasse pactum, sive quod inter duos simul convenisset, quasi simulitas.* Cl. Schefferus interpretatur *legem sive conditionem ex simultate profectam.* In Gloss. MSS. Fausti, *Dolus* exponitur, ut observat Barthius. Sed nec id heic quadrat. In Glossis Cyrilli invenio, Δασμός, *simultas.* Δασμὸν scimus inter alia designare *stipendium & tributum.* Innuere ergo videtur sive Cyrillus, sive alius glossographus est, per simultatem laborem aliquem sive athlum, qualia duodecim Herculis stipendia sunt, quo quis peracto, ferret propositum præmium. Vide quæ præterea notamus ad cap. 84.

d *Æripedes*] Melius foret, *Ænipedes.* Vide Heins. ad modo laudatæ epistolæ versum 32. Sed *æripes cervus* legas etiam apud Auson. Eid. XIX. Virgil. Æn. VI. 802. Verum eum per episynalœphen ita dictum pro *aëripedem* volunt Servius ad eum versum & Diomedes Lib. II.

e *Adamanteo jugo*] Ita *tunica adamantina* apud Horat. I. od. 6. pro durissima & imperforabili. Adamantina sunt chalybea, & quæ ex ferro durissimo conficiuntur. *Adamas* enim chalybs sive ferrum durissimum, ut notarunt Apollonii & Hesiodi Scholiastes non unus. Quibus & Theocriteus accedit ad Eid. B. 34. Hesych. Ἀδάμας, σίδηρος. Unde *textus adamas* pro catenâ è solido ferro Senec. Herc. Fur. 808. Nam de adamantis lapidis duritie quod scripsit Plinius jam pridem explosit doctissimus Faber. Nugatur ergo etiam Servius ad illa Virg. Æn. VI. 552. *Solidoque adamante columnæ.* Schol. Æschyl. ad Prom. vers. 9. Fulgent. Virg. Continentiâ, Tzetzes ad Hesiodum, & Isidorus Orig. XVI. 14. Priscianus sub finem Periegesi. Schol. Horat. I. od. 6. Confer celeberrimi Grævii Lectiones Hesiodeas pag. 95. Pari modo *æhenum* vocitabant quicquid firmissimum esset. Vide Horat. Lib. I. Epist. I. vers. 60. & Lib. III. od. 3. 65. Conjunxit utrumque Tertull. de Resurr. Carn. cap. 44. *Adamantinas mortis & æneas feras inferorum.* Ovidius in hac fabulâ Met. VII. *Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.* Propert. Lib. III. el. 9. *Colchis flagrantes adamantina sub juga tauros Egit* &c. Adde Alardi Epiphyll. Philol. cap. 3.

f *Draconis dentes*] Tzetz. in Lycophr. pag. 36. Σπείρει τοὺς δράκοντος ὀδόντας, ὡς εἶχεν αὐτὸς ὁ Αἰήτης, τῇ Ἀθηνᾷ δύσας αὐτῷ μέρος ἐκ τῆς ἐν Θήβαις σπαρέντων τῷ Κάδμῳ.

g *Enasceretur*] Aut *enasceretur* heic legendum, aut mox *interficerent*, ut sit dictum, quemadmodum illud Apuleji: *Ingens hominum frequentia convenere.* Frequens hæc figura Græcis. Iudic. cap. II. 4. Ἔπιεν ὁ λαὸς τὴν φωνὴν αὐτῶν. Cap. V. 10. Καὶ πεισει ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἀποθανεῖν ἀπὸς τὰς πατέρας αὐτῶν. I. Reg. XXV. 1. Συνεθρόζοντ πᾶς Ἰσραήλ. Matth. XXI. 8. Οἱ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν.

h *Ad flumen venisset*] Lege cum Nob. Heinsio, *ad flumen Evenum venisset.*

veniſſet, volens hominum mentes tentare, [i] anum ſe ſimulavit, & rogavit ut ſe [k] transferrent; cum cæteri, qui tranſierant, deſpexiſſent, ille tranſtulit eam. Itaque cum ſciret Jaſonem ſine Medeæ conſilio imperata perficere non poſſe, petit à Venere ut Medeæ amorem injiceret. Jaſon à Medea Veneris impulſu amatus eſt. [l] Ejus opera ab omni periculo liberatus eſt. Nam cum tauris araſſet, & armati eſſent enati, Medeæ monitu lapidem inter eos abjecit: illi inter ſe pugnantes, alius alium interfecerunt. Dracone autem venenis ſopito, pellem de fano ſuſtulit, in patriamque cum Medea eſt profectus.

XXIII. *Abſyrtus.*

ÆETA ut reſciit Medeam cum Jaſone profugiſſe, nave comparata, miſit Abſyrtum filium cum ſatellitibus armatis ad eam perſequendam. Qui cum in Adriatico mari in Hiſtria eam [a] perſecutus eſſet ad Alcinoum regem, & vellet armis contendere, Alcinous ſe inter eos interpoſuit, ne bellarent: quem judicem ſumpſerunt, qui eos in poſterum diſtulit. Qui cum triſtior eſſet, & interrogatus eſſet à conjuge Arete, quæ cauſa eſſet triſtitiæ, dixit, ſe judicem ſumptum à duabus diverſis civitatibus, inter Colchos & Argivos. Quem cum interrogaret Arete, quid nam eſſet judicaturus, [b] reſpondit Alcinous, Si virgo fuerit Medea, parenti redditurum: ſin au-

i *Anum ſe ſimulavit*] Non neceſſe eſt quidem, poterat namen abeſſe τὸ *ſe*, & quidem eleganter. Ovid. VI. Met. 26. *Pallas anum ſimulat.* Flor. I. 7. *Ut ſimulanti transfugam hinc fides eſſet.*

k *Transferret*] Mallem ex cap. 13. *transferrent*, ſcil. *homines*. Curt. VII. 2. *Parmenioni Polydamanta veniſſe nunciaverunt.* Vide Voſſium in de Conſtruct. cap. 19. Præterea ſublatâ τελείᾳ σιγμῇ, ſcribo: *transferrent: cum cæteri* &c.

l *Ejus opera*] Melius foret, *ejuſque opera*. Sed vide not. ad cap. 4.

Ad CAP. XXIII.

a *Perſecutus eſſet ad Alcinoum Regem*] Inciſum poſt τὸ *eſſet*, quod non de nihilo Cl. Scheffero offendebat, ſuſtuli.

b *Reſpondit parenti redditurum*] Ellipſis eſt accuſativi reciproci, uſitata etiam politiſſimis. Curt. VII. 5. *Operam navaturos pollicentur.* VIII. 11. *Conſtituit daturum.* Ter. Eunuch. I. 2. *Venturum ad me conſtituit.* Andr. II. 3. *Pollicitus ſum ſuſcepturum.* Tibull. I. 7. *Et ſimulat tranſire domum.* Apulejus: *Quam ego pollicitus ſum curaturum.*

c *Mu-*

autem [c] mulier, conjugi. Hoc cum audivit Arete à conjuge, mittit nuntium ad Jasonem; & is Medeam noctu in antro [d] devirginavit. Postero autem die cum ad judicium venissent, & Medea mulier esset inventa, conjugi est tradita. Nihilominus, cum profecti essent, [e] Absyrtus timens patris præcepta, persecutus est eos in insulam Minervæ. Ibi cum sacrificaret Minervæ Jason, & Absyrtus interveniisset, ab Jasone est interfectus. Cujus corpus Medea sepulturæ dedit, atque inde profecti sunt. Colchi, qui cum Absyrto venerant, timentes Æetam, illic remanserunt, oppidumque condiderunt, quod ab Absyrti nomine [f] Absorin appellarunt. Hæc autem insula

c *Mulier*] Opponitur virgini. Apollodorus: Ἐπὶ μὲν ἤδη σωτηλικίᾳ Γύναιόν ἐστιν. Notum illud Ciceronis: *Cras mulier erit.* Et *mulierem fieri* pro *virum pati* apud Ulpianum. Arnobius Lib. v. *Cum in Siciliæ prætulis purpureos legeret nondum mulier flores, & adhuc virgo Proserpina.* Unde *de virgine exire* dicitur apud Tertull. quæ mulier fit. Vide Salmas. ad Pall. 169. Sic γυνὴ παρθένῳ opponitur apud Græcos, vel κόρῃ. Vid. Laert. in Democrit. p. 656. ed. Steph. Schol. Apollon. ad Lib. IV. vers. 1. unde hæc Hyginiana sumpta videntur: Ὁ δ' (Ἀλκίνοος) ὑπερθέμενος τὸν λέχεσιν εἰς τὸν ὦον, ἵνα παρθένον μὲν ἔσαν τὴν παῖδα ἀπαγάγεσθαι δεῖν. εἰ δὲ γυνὴ εἴη, ἀμιλλᾶσθαι τῷ ἀνδρί. Antiphanes Anthol. Lib. I. Sect. XXIII. 7. Ἢν δὲ γυναῖκα Ἐλπὶς ἰδεῖν, αὖφις ἔχομεν ἤδη νέκυν. Confer Theophyl. in Matth. cap. XI. Nimis argutatur Philargyr. ad Ecl. III. *Ad secundum partum virgo dicitur, postmodum mulier.*

d *Devirginavit*] Cap. 33. *Cum Deaniram devirginasset.* Petron. *Devirginetur Pannychis nostra.* Vetus interpres Siracid. XX. 3. *Concupiscentia spadonis devirginabit juvenculam.* Gloss. Cyrilli: Διαπαρθενευτὴς, *devirginator.* Διαπαρθενεύω, *devirgino. Decalantico* diceret Lucillius. Haimo Homil. p. 80. *Qui devirginati erant non viderunt.* Gloss. Isidori: *Devirginat, corrumpit.* Adde, quæ in Lexico Scriboniano annotavit Rhodius. Malè *divirginat* editum in Philoxeni Glossario. Ad eundem modum *devirare* dixit Auctor Ovidii Vetulæ, *evirare* Schol. Horat. ad Epod. XII.

e *Absyrtus*] Hic Justino Lib. XLII. 3. est *Ægialim.* ubi tamen scribere malim, *Ægialeum.* Αἰγιαλεύς enim appellatur à Diodoro Lib. IV. pag. 248. Cicero III. nat. *Quid hujus Absyrto fratri, qui est apud Pacuvium Ægialeus?*

f *Absorin*] *Absyrtin* malim ex Strabonis Lib. VII. p. 367. Apollod. Lib. I. pag. 53. Eustath. in Dionys. pag. 69. & Apollod. l. I. pag. 53. quia addit de Absyrti nomine oppidum illud appellatum. Id si probes, scribendum etiam cap. 26. *Absyrtidem* pro *Absoridem*, & pro *Absoritani* cap. 26. *Absyrtitani.* Vide & Etym. mag. in Ἄψυρτοι. Priscian. Periegesi: *Absyrtidas æquor ad ortus Circuit.* Etiam fluvius Colchorum Absyrtus fuit. Vide Sequestr.

la posita est [g] in Histria [h] contra Polam, [i] juncta insulæ Cantæ.

XXIV. *Jason Peliades.*

JASON cum Peliæ patrui sui jussu tot pericula adisset, cogitare cœpit, quomodo eum sine suspicione interficeret. Hoc Medea se facturam pollicetur. Itaque cum [a] jam non longe ab Jolco essent, navem jussit in occulto collocari, [b] & ipsa ad Peliæ filias pro sacerdote Dianæ venit: eis pollicetur se patrem earum Pelian ex sene juvenem facturam. [c] Idque Alcestis [d] major filia negavit fieri posse. Medea quo facilius eam perduceret ad suam voluntatem, caliginem &c.

g *In Histriâ*] Histri suboles Colchorum sunt. Vide Justin. Lib. XXXII. cap. 3.

h *Contra Pola*] Græcis est ἡ Πόλα. *Polam* ergo scribendum ex Strabonis Lib. V. Mela lib. II. 3. *Pola, quondam à Colchis, ut ferunt, habitata (in quantum res transeunt!) nunc Romana colonia.* Lycophroni ea urbs est Πόλεις. Annotat Tzetzes: Κολχίδι φωνῇ Πόλας καλεῖται. Τὸ δὲ Πόλεις Κολχικῶς φυγάδας σημαίνει.

i *Juncta insulæ Cantæ*] *Curictæ* reponere Cluverium Lib. I. c. 21. Ital. Antiq. didici de Cl. Cupero. Illustris Heinsius sublato τῷ *insulæ*, legit, *Juncta continenti*. ponte videlicet. Cantæ enim nomen nusquam apud antiquos comparet.

Ad CAP. XXIV.

a *Jam longe à Colchis essent*] Lege, *cum jam non longè ab Iolco essent*. Verba illa cap. 21 *cum jam non longe à Colchis essent*, ansam præbuerunt huic loco corrumpendo. Ovid. VII. Met. 58. *Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus.* Diodorus Lib. IV. pag. 253. *Noctu portum quendam non longè ab urbe ingressus.*

b *Et ipsa*] Cl. Schefferus, *at ipsa*. Non valde necesse esse puto. Vide notas ad cap. 8.

c *Idque Alcestis*] Cl. Schefferus, ut nexus orationis sit aptior, mallet, *id quia*. Mutanda est ergo distinctio, & scribendum: *Id quia Alcestis major filia negavit posse fieri, Medea, quo facilius eam perduceret ad suam voluntatem, caliginem* &c.

d *Major*] Comparativum pro superlativo posuit, ut Dares: *Quæ in Græcia formosior videretur*. h.e. *formosissima*. Capella Lib. I. *Quippe Pronoe major est filiarum*, lege, *Pronœæ* ex MS. Leid. Grotius ex suo libro restitui volebat, *Pronœa*. perperam. *Pronœæ* inde faciendum erat. Idem Capella Lib. 4. *Bromius, qui facetior est Deorum*. Lib. VIII. *Virgo siderea pulchriorque totalium*. Chrysol. Serm. XII. *Hoc Ioannem in natis mulierum fecit esse majorem*. Vet. interpres Siracid 1. vers. 4. *Prior omnium*. Fulgentius lib. 1. c. 26. *Tres filias locupletes dereliquit, quarum major Medusa*. Apulej. in de Dogm. Plat. *Omnium gignentium esse seniorem*. Isidorus Lib. XVIII. *Resina terebinthina omnium præstantior*. Prudent. Hym. Cathem. XII. 185. *Prior Indicum*. ad quem locum consule Nobil. Heinsii notas. Græcis id usitatius est, quam Latinis. Apollod. Lib. II. pag. 62. Ὑπερμήστρα μὲν οὖν πρεσβυτέραν ἐξεῖλε Λυγκεύς. Gen. 43. v. 3. Ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν ὁ νεώτερος. Jobi cap. 1. 13. Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν τοῦ πρεσβυτέρου. Scholiast. Hom. ad Iliad. E. 392. Δίκα τοῦ πρεσβυτέρου Νέ-

luntatem, caliginem eis objecit, & [e] ex venenis multa miracula fecit, quæ verisimilia esse viderentur, arietemque vetulum [f] in aënum conjecit, unde agnus pulcherrimus prosiluisse visus est: eodemque modo [g] inde Peliades, id est, Alcestis, Pelopia, Meduſa, [h] Isidoce, Hippothoe, Medeæ impulsu patrem suum occisum in [i] aëno coxerunt. Cum se deceptas esse viderent, à patria profugerunt. At Jason signo à Medea accepto, regia est potitus, Aca-

Νέστορος. Confer Tzetz. ad Hesiod. p. 49. Edit. Heins. Voss. in de constructi. pag. xv. Nec contemnendum, quod notat Eurip. Schol. ad Phœn. 1578. Ἐνθ' ὅτε τὶ συγκέλλοιμι ἐξ ἀνομοίων γένει, ὡς τὸ πρεσβυτέρα παίδων. οὐχ ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων παλαιῶν ὄντων.

e *Ex venenis*] H. e. Διὰ φαρμάκων, arte magicâ. Præter carmina venenis fuisse usas istas fagas quis ignorat? *Pharmacus* & *veneficus* est magus, & φαρμακεία, *magia* Paulo ad Galat. cap. v. 20. φαρμακοὶ *præstigiatores* Malach. cap. III. 5. φαρμακύεσθαι, *incantare*. Ps. 58. vers 5. φαρμακὶς & φαρμακύτρια *saga*. φάρμακα *præstigia* Mich. cap. v. 12. Immo voces istas φαρμακεία, φάρμακον, φάρμακος, nusquam in vet. vel novo instrumento aliter, quam magiæ significatu reperias. Quamobrem miror, quid interpretes Belgas moverit, ut in epist. ad Galat. & Apocalyps. IX. 21. φαρμακείων verterint, *venijngevinge*. Unus est locus, quo forte tueri eos velis, quemque opportune nobis subjecit venerandus amicus noster Petrus Texelius. II. Maccab. x. 13. Πολιμοῦ Μάκρων τὸν ἀνομίας φαρμακύτας ἑαυτῶν, ἐξέλιπε τὸν βίον. Sed enim is, ut maximè eorum versioni favere videatur, defendere eam tamen neutiquam potest.

f *In ænum*] An *aënum*? Equidem puto rectius: Ovid. in hac fabula VII. Met. 263. *Interea validum positum medicamen aëno Fervet & exultat.* Noster cap. 125. *Cum coquerent in aheno.* Gloss. Philoxeni: *Aëna*, λέβης. leg. *aënum*. Χάλκειον Græcis est. I. Esdr. I. 12. Ἐν χαλκείοις ἢ λέβησι. Servius ad Æn. I. vers. 217. *Sane* aëna *absolutè dixit, sicut Græcè* χάλκεια. *ut*, Costis undantis aëni, &, aëna undantia flammis. Idem tamen, pro dissyllabo habet, & per dissolutionem fieri trisyllabum putat ad Æn. I. 361. SUADET. *Secundum naturam*, inquit, *duæ sunt syllabæ, sed multi trisyllabum putant: quod etiamsi inveniatur, dissolutio dicenda est. quemodo dicimus* æna & ahena. Pro dissyllabo habuisse etiam Isidorum patet ex ejus Glossis. *Ennulum, caldarium.* Lego, *ænulum*. Sic in Fragm. Tragur. *Mei coci etiam vitules æno coctos facere solent.* Rectius inferius in eodem Fragm. *Trimalchio jussit, ut aëno coctus fieret.* Apicius Lib. v. cap. I. *Caponis æno cocti jure condito.* & VIII. *Porcellum æno coctum sic præpares.* Sanè *ænum* legas quoque in not. Tyronis p. 164.

g *Inde Peliades*] Recepi in textum Barthii conjecturam. Male ediderunt hactenus, *unde*.

h *Isidoce*] *Pisidice* esse scribendum bene monet ad Palæph. p. 244. Tollius. Πεισιδίκη enim Græcis est. Vide Schol. Lycophr. pag. 35. Edit. Bas. Steph. pag. 35.

i *Aëno*] Ita rescripsi pro *æneo*. Nescio tamen an debuerim. Certè *æneum* pro caldario occurrit quoque cum apud Gregor. Turon. tum legis Salicæ Tit. LV.

Ad

Acaſtoque Peliæ filio fratri Peliadum, quod ſecum Colchos ierat, regnum paternum tradidit: ipſe cum Medea Corinthum profectus eſt.

XXV. *Medea.*

MEDEA Æetæ & [a] Idyiæ filia cum ex Jaſone jam filios [b] Mermerum & Feretum procreaſſet, ſummaque concordia viverent, objiciebatur ei, hominem [c] tam fortem, ac formoſum, nobilem, uxorem advenam, atque veneficam habere. Huic Creon [d] Menœcei filius rex Corinthius filiam ſuam minorem [e] Glaucen dedit uxorem. Me-

Ad CAP. XXV.

a *Idyæ*] In Græco eſt diphthongus. Scribendum ergo, ut rectè edi curavit in Cicerone ſuo Lib. III. de nat. deor. Gruterus, *Idyiæ*. Stulcè ex Idyia l'δίαν facit Diaconus in Theog. p. 308. Ed. Heinſ. Apollod. Θυγάτης Αἰήτου καὶ Ἰδυίας. Pariter vitioſè ſcriptum apud Probum. ad IV. Georg. 463. *Orithya*, & ſimilia alia non uno loco apud Servium. Cæterum, quam non de Medeæ matre convenerint veteres, diſces ex Scholiaſt. Apollon. ad Lib. III. vers. 242.

b *Marcerum & Feretum*] Cap. 239. *Macarenm & Pheretum filios ex Iaſone.* Scribere malim, *Mermerum* & *Pheretem* vel *Feretem*. F & PH confundi notius eſt, quam ut admoneri debeat. Apollod. Lib. I. Τὰς τε παῖδας, ὃς εἶχεν ἐξ Ἰάσονος Μέρμερον καὶ Φέρητα ἀπέκτεινε. Et ſic etiam Pauſanias, ut advertit jam Micyllus. Ferri tamen etiam *Feretum* poteſt. Schol. Eurip. ad Med. vers. 117. Λέγει δὲ παῖδας Μέρμερον καὶ Φέρητα. Scholiaſt. Horatii ad ep. III. & Art. Poet. *Medum* & *Mermerum* eos vocitat. Diodorus Lib. IV. pag. 257. *Theſſalum, Alcimenem* & *Tiſandrum.* Tzetzes ad Lycoph. Μόρμορον & Φέρητα. Scrib. Μέρμερον. Corruptius idem pag. 167. Μέρμωνα & Φέρητα.

c *Tam fortem ac formoſum, nobilem*] Trajectas eſſe voces cenſet Cl. Scheffe-rus, & ſcribendum: *Tam fortem, formoſum, ac nobilem.* Mihi aliquando viſum fuit τὸ *nobilem* à gloſſâ eſſe, & primitus fuiſſe ſcriptum, *tam fortem ac famoſum. Famoſus* eſt nobilis, celebris. Corruptum idem vocabulum etiam cap. 92. ubi editum, *formoſiſſimum inter mortales futurum*, pro, *famoſiſſimum* Cl. tamen Schefferi conjecturam non parum juvat, quod inter formoſos Jaſon quoque celebratus fuit olim. Schol. Pind. ad Pyth. od. V. ὅτι δὲ εὐπρεπὴς ἦν ὁ Ἰάσων, δῆλον ἐκ τοῦ τὸν Ἥραν πεῖσαι αὐτῷ ἐπιμεληθῆναι. Hinc ergo *candidum ducem* eum appellat Horatius Epod. 3. hoc eſt, pulchrum, ut exponit Scholiaſtes. Adde Ovid. VII. Met. vers. 27.

d *Menœci*] *Menœcei* ſcribendum. Vide notas ad cap. 76.

e *Glaucem*] Scribendum *Glaucen*. Præter Nemeſ. Cyneg. Auſon. Epigr. 130. Schol. Horat. ad epod. 5. Lucian. Τῶν ὀρχηστῶν. Tzetzen in Lycophr. Eurip. Schol. Hypoth. Med. ita eam etiam appellat Apollodorus Lib. I. Alii *Creuſam* faciunt. Schol. modo laudatus ad Med. vers. 19. Περὶ δὲ τῆ Κρέοντος θυγατρὸς οὐκ ὁμοφρονοῦσι πάντες Εὐριπίδη οἱ συγγραφεῖς. Κλειτόδημος μὲν γὰρ Κρέουσαν φησὶ καλεῖσθαι, γήμασθαι δὲ Ξάνθῳ, Ἀναξικράτης δὲ Γλαύκῃ. Facile ex iſta diſcrepantiâ

Medea cum vidit se erga Iasonem benemerentem tanta contumelia esse affectam, [f] coronam [g] ex venenis fecit auream, eamque muneri jussit filios suos novercæ dare. Creusa munere accepto, cum Iasone & Creonte conflagravit. Medea ubi regiam ardere vidit, natos suos ex Iasone Mermerum & Feretum [h] interfecit, & profugit Corintho.

XXVI. *Medea exul.*

MEDEA [a] Corintho exul, Athenas ad Ægeum Pandionis filium devenit in hospitium, eique nupsit. Ex eo natus est Medus. Postea sacerdos Dianæ Medeam exagitare cœpit, regique negabat sacra caste facere posse, eo quod in ea civitate esset mulier venefica & scelerata. Tunc

tiâ te expedies, si legas, quæ eruditè Exercitat. p. 370. scripsit Palmerius.

f *Coronam*] Ovid. Ib. 606. *Ut nova Phasiacâ comprensa est nupta coronâ.* Pallam fuisse Horatius vult Epod. 5. Schol. *Sunt qui Medeam, non pallam, sed coronam Glaucæ dedisse volunt.*

g *Exuens fecit*] Barthius optimè, *ex venenis.* Apollodorus Lib. 1. Τῇ γαμουμένῃ πέπλον μεμολυσμένον φαρμάκῳ ἔπεμψε. Præterea pro *fecit* malit quis *infecit.* Vide Sen. Med. Act. 3. 575. Naphthâ autem ad eam rem usa est. Plutarchus de Naphthâ: Τοῦτό φασιν εἶναι τὸ τῆ Μηδείᾳ φάρμακον, ᾧ τὸν παγκρατὲς στέφανον καὶ τὸν πέπλον ἔχρισε. Hinc Suidas Naphtham Μηδείας ἔλαιον appellatam annotat. Videndus Sotionis περὶ ὑδάτων παραδοξολογεμένων, & Schol. Nicandri pag. 80. ed. Colon. Nemesianus Cynegetico: *Colchides iratæ sacris imbuta venenis Munera non animus.* Schol. Horat. ad Epod. 3. *Hæc illi dedit tunicam veneno infectam.* Cl. Schefferus retinet *fecit*, & explicat *coronam auream venenatam fecit.* Quod firmari possit optimè ex cap. 73. *Menile aureum ex gemmis fecit.* & cap. 166. *Soleas aureas ex adamante fecit.* Nihil ergo mutemus, nisi tamen sic satis placet illustris Heinsii conjectura, *ex venefictis.* ut innuat magicam fuisse coronam, quæ non erat, quod videbatur. Lactatius sive Lactantius in Argumento Medeæ Senecæ: *Pallam quandam veneno tinctam carminibusque consecratam dedit.*

h *Interfecit*] Liberat hoc crimine Medeam apud Euripidis Scholiasten Parmeniscus. Interfectos enim ejus filios à Corinthiis ait; sed quinque talentis ab illis corruptum Euripidem in Medeam transtulisse eam cædem. Adde quæ in Variis suis tradit Ælianus Lib. v. c. 21.

Ad CAP. XXVI.

a *Corintho exul*] Possis tollere incisum post τὸ *exul.* Amat enim istas verborum trajectiones noster. Sed rectius dixeris τὸ *exul* cum ablativo eum junxisse, ut *extorris* apud Fulgentium Lib. III. cap. 6. *Domo extorris.* Sallust. Jug. 14. *Exul patriâ, domo.* Nepos Attic. cap. 20. *Exul tum his terris.* Ambrosius Hymn. 1. de Opere Creat. *Vitæ sit exul munere.* Horatius genitivum prætulit Lib. II. od. 16. *Patriæ quis exul Se quoque fugit?*

Tunc iterum [b] exulatur. Medea autem [c] junctis draconibus ab Athenis Colchos redit: [d] quæ in itinere Absoridem venit, ubi frater Absyrtus sepultus erat. Ibi Absoritani serpentium multitudini resistere non poterant. Medea autem ab eis rogata, lectas eas in tumulum fratris conjecit, quæ adhuc ibi [e] permanent. Si qua autem extra tumulum exit, debitum naturæ persolvit.

XXVII. *Medus.*

PERSI Solis filio, fratri Æetæ, responsum fuit, ab Æetæ progenie [a] mortem cavere. ad quem Medus, dum matrem persequitur, tempestate est delatus; quem satellites comprehensum ad regem Persen perduxerunt. Medus Ægei & Medeæ filius, ut vidit se in inimici potestatem venisse, Hippoten Creontis filium se esse mentitus est. Rex diligentius quærit, & in custodiam eum conjici jussit. Ubi sterilitas & penuria frugum dicitur fuisse. Quo Medea in curru junctis draconibus cum venisset, & re-

b *Exulatur*] H. e. in exilium ejicitur. Fulgent. Præfat. Lib. I. Myth. *Alexandria concitabula exulata possederam.* & Lib. III. cap. 6. *Ne nostra opera aut propriis exularemus officiis* &c. Auctor Pass. Cyprian. *Fecit eum in civitate Furabilitana exulari.* Mallem, *civitatem Furabilitanam.* Anastasius Exilio Martin. *In Chersonam exulatur.* Ac ibidem; *Ut sineretur in eadem custodia, quousque exularetur.* Chrysologus Sermon. II. *Fames revocat, quem satnitas exularat.* Hinc *exulatitius*, Φυγάς, in Gloss. Philoxeni. Ejusdem farinæ est *exiliare.* Dosithæus Lib. III. *A quo exiliatus est?* Auctor Hermeneumatum Goldasto laudatus: *Exterris, exiliatus.*

c *Junctis draconibus*] Nam, ut venefica, potestatem in serpentes habebat, unde *Anguicia* dicta. Silius Lib. VIII. *Æeta prolem Anguiciam mala gramina primum Monstravisse ferunt.* Cœlius tamen Anguiciam à Medea distinguit apud Solinum cap. 8. Adi ipsum. Gloss. Cyrilli: Μήδεια, *Anguicia.*

d *Quæ in itinere*] Latinius foret: *Quo in itinere.* nihil tamen muto.

e *Permanentes, si quæ*] Si ἀναπήλαιον qualitercunque evitare velis, scribendum: *permanent. & si qua autem.* Sed illud & negligentius sic positum dicas. An natum est ex ultima vocis præcedentis syllaba? Ita censere videtur Cl. Schefferus, cum legat, *permanent. Si qua autem.*

Ad CAP. XXVII.

a *Mortem cavere*] Ita & infr. cap. 84. *Quod sibi responsum erat mortem cavere.* Cap. 166. *Instigavit Vulcanum Minervam petere in conjugium.* Servius ad Ecl. VI. 42. *Quod cum monuisset à Thetide abstinere.* Dictys Lib. II. pag. 67. *Qui eum imperatorum verbis atque exercitus peterent, remittere irat, ac repetere solitam cum suis gratiam.* Hellenismum resipit. Apollod. Lib. I. Ἐγήματο ὁ Θησεὺς τὴν μονογενῆ θυγατέρα. Magis Latinæ constructioni conveniret, *caveret.* cap. 127. *Quod ei responsum erat*

regi se sacerdotem Dianæ ementita esset, dixit [b] sterilitatem se expiare posse. Et cum à rege audisset, Hippoten Creontis filium in custodia haberi, arbitrans eum patris injuriam exequi venisse, [c] ibique imprudens filium prodidit. Nam regi persuadet eum Hippoten non esse, sed Medum Ægei filium, à matre missum ut regem interficeret: petitque ut interficiendus sibi traderetur, æstimans Hippoten esse. Itaque Medus cum productus esset, [d] ut mendacium morte puniretur, [e] & illa aliter esse vidit, quam putavit, dixit se cum eo colloqui velle, atque ensem ei tradidit, jussitque avi sui injurias exequi. Medus re audita, Persen interfecit, regnumque avitum [f] possedit, ex suo nomine [g] terram Mediam cognominavit.

XXVIII. *Othos*

erat à filio mortem ut caveret. cap. 91. *Imperavit quicquid pareret, necaret.*

b *Sterilitatem expiare*] H. e. piatione numinum avertere.

c *Ibique*] Illud *que* heic prorsus otiosum. Postulat orationis nexus, quod Cl. Scheffero visum est, *ibi imprudens.* vel quod mihi in mentem venit, *ipsa imprudens*; nisi pro *arbitrans* scribere mavis, *arbitrata est*, & pro *ibique*, *itaque.*

d *Ut mendacium*] Subaudi *ejus. Punire peccatum, maleficium,* & similia etiam Cicero & alii frequentarunt. Quamobrem ad ellipsin heic confugere non arbitror necesse. Quemadmodum puniri peccata, ita & illis ignosci dicitur. Vellejus II. 83. *Dilitans illud probatum à Cæsare, cui ille ignoverat.* Petronius: *Deos roga, ut illi facto tuo ignoscant.* Plautus Amphitr. I. 1. *Ut ignoscamus peccatum suum.*

e *Et illa aliter esse vidit*] Sequi debuisset, *vidisset.* Sed vide Notas ad cap. 148.

f *Possedit, ex suo*] Vix audeo affirmare scribendum esse, *possedit. & ex suo*, cum tot locis particulam illam copulativam omitti in hoc scripto videam. Vide notas ad cap. 4.

g *Terram Medea cognominavit*] Lego, *terram Mediam cognominavit.* Apollod. Lib. I. Τὴν ὑφ' ἑαυτῷ χώραν ἅπασαν Μηδίαν ἐκάλεσε. *Medus* hic Μήδειος est Hesiodo, ut Justino *Medus.* Lib. XLII. cap. 3. *Medus*, inquit, *æmulus virtutis ejus in honorem matris Medeam urbem condidit, regnumque ex suo nomine Medorum constituit.* Scripserim, *Mediam urbem.* Cognominis enim regioni urbs illa fuit. Vid. notas ad cap. 276. Probus ad II. Georg. 126. *Pars Parthorum Media appellata est à Medo filio Medeæ & Ægei, ut existimat Varro, qui quatuor libros de Argonautis edidit.* Tzetz. Chil. VI. 72. Μηδίας χώρας Μήδων ἦπερ σὺν τῷ ἰῶπε, Ἀπὸ δὲ Μήδου δὲ παιδὸς Μηδείας χώρας κλῆσιν. Calculum suum dat Diodorus Lib. IV. pag. 259. Corruptè ergo Isacius in Lycophronem? Τὴν ὑπ' αὐτὸν Μήδειαν ἐκάλεσεν. Dubitandi non videtur locus. Nam quod promiscuè in MSS. *Media* & *Medea* reperiatur, id ad Colchida illam, non regionem, referam. Eustath. tamen in Dionys. p. 129. Ὡς εἰ Μηδείᾳ τινὲς πόλει συνοικίζουσι.

XXVIII. *Otos & Ephialtes.*

[a] OTOS & Ephialtes, Aloei & Iphimedes [b] Neptuni filiæ filii, mira magnitudine dicuntur fuisse. Hi singuli [c] singulis mensibus novem digitis crescebant. Itaque cum essent annorum novem, in cœlum ascendere sunt conati, [d] qui aditum sibi ita faciebant. [e] montem enim [f] Ossam super Pelion posuerunt, [g] unde etiam Pelion Ossa mons appellatur, alioſque montes constituebant: qui ab Apolline [h] nacti, sunt interfecti. [i] Alii autem auctores dicunt Neptuni & Iphimedes filios fuisse [k] atrotos. Hi cum

Ad CAP. XXVIII.

a *Othes*] Scribe sine aspiratione, *Otos & Ephialtes Aloei & Iphimedes*. Parthenius Erot. cap. 19. Τῷ Ἀλωέως γυναῖκα Ἰφιμέδην. Cornarius; *Iphimeden, Halethei uxorem*. Scribe sine aspiratione *Aloei*. quanquam Ἀλωΐως & Ἀλωάδαι apud Pindari quoque Scholiasten legisse memini ad Pyth. od. IV. Servio ad Æn. VI. 582. mater est *Iphimedia*, ut Apollodoro Ἰφιμέδεια. Hesychius: Ὦτος δὲ Ἐφιάλτης Ἀλωέως καὶ Ἰφιμεδείας υἱοί. Nempe ut *Cassiope Cassiopea, Panope Panopea, Enryale Euryalia, Penelope Penelopea, Persephone Persephonea, Euryale Euryalia*, ita *Iphimede Iphimedia*. Adde quæ notavimus in Genealog. ad vocem *Cymothea*. Idem scripturæ vitium est in Servio & Statiano interprete ad Lib. X. Theb. v. 445. *Othus & Ephialtes Aloïdæ filii*.

b *Neptuni filiæ*] Triopis filia fuit secundum Apollodorum Lib. I. pag. 22.

c *Singulis mensibus novem digitis*] Apollodorus: Καθ' ἑκάστην ἡμέραν πολὺ μὲν πηχυαῖον, μῆκος δὲ ὀργυιαῖον.

d *Qui aditum*] Nob. Heinsius emendat, *quo aditum*. quod probo.

e *Montem enim*] Illud *enim* videtur ex litteris præcedentibus natum. certe otiosum hoc est.

f *Ossam super Pelion*] Sic & Senec. Thyest. v. 812. Alii Pelion Ossæ impositum dixerunt, quos inter Propertius Lib. II. el. I. *Non ego Titanas canerem, non Ossan Olympo Impositum, ut cœli Pelion esset iter*. Apollodorus Lib. I. *Olympo Ossam imposuerunt, Pelioque Ossæ imposito, eum in modum cœlum conscendere minabantur*. Adde notas Nob. Heins. ad I. Met. Ovid. v. 155.

g *Unde Pelion Ossa mons appellatur*] Pro glossemate hæc habet Cl. Scheffer. Nec ego intercedo.

h *Nacti*] Micyllus: *Avo fortasse legendum*. Minimè: παρηλικῶς usurpat hoc participium, ut cap. I. & 8. *occasione nactâ*.

i *Alii Neptuni*] Schol. Hom. ad Il. E. 385. Γέγονε μὲν ὑπὸ Ποσειδῶνος, κατ' ἐπίκλησιν δὲ Ἀλωέως. Nec aliter γενεαλογεῖ Apollod. Lib. I. Hesiodus apud Schol. Apollon. ad Lib. I. 482. Servius ad Æn. VI.

k *Atrotos*] H. e. invulnerabiles. Quomodo ergo alter alterum jaculis interfecerunt? respondeo cum Palæphato: *Ajax Telamonius etiam invulnerabilis audiit, licet sibi ipse ferro vitam ademerit*. Vide eum cap. XII. & Schol. Hom. ad Iliad. Ψ. 821. Tzetzen ad Lycophr. p. 81. Ed. Steph. Si parum hoc videatur tibi, dicere possum, ab illis tantum, qui Neptuni eos faciant filios, invulnerabiles prædicari.

cum Dianam comprimere voluissent, [l] quæ cum non posset viribus eorum resistere, [m] Apollo inter eos cervam misit: quam illi, furore incensi, dum volunt jaculis interficere, alius alium interfecerunt. Qui ad inferos dicuntur hanc pœnam pati: ad columnam, aversi alter ab altero, [n] serpentibus sunt deligati. [o] Est styx inter columnam sedens, ad quam sunt deligati.

XXIX. *Alcumena.*

AMPHITRYON cum abesset ad expugnandum Oechaliam, Alcumena, æstimans Jovem conjugem suum esse, cum thalamis recepit. Qui cum in thalamos venisset, & ei referret, quæ in Oechalia gessisset, ea credens conjugem esse, cum eo concubuit. qui tam libens cum ea

l *Quæ cum non posset*] Qui paulo elegantius loquitur, scripsisset, *eaque non posset*. Nihil tamen muto. Vide notas ad cap. 4. Etiam τε *cum* negligentius heic repetitum, ut cap. 34. *Hoc Hercules cum interveniisset, & Deianira cum fidem ejus implorasset.* Confer annot. ad Lactant. Argum. Lib. 1. fab. 12.

m *Apollo inter eos*] Dianæ hoc tribuit Homeri Scholiastes. Scholiastes Pindari & Apollodorus hoc amplius, Dianam ipsam cervæ figuram assumsisse fabulantur. Apollodorus in hac narratione ut satis emendatus sit, vereor, Ἀνεῖλεν, inquit, τὰς Ἀλωείδας ἐν ἀμφόξῃ δι' ἀπειτης. An scribendum ἐν τῇ Νάξῳ? Ibi enim interfecti sunt, teste Pindaro Pyth. od. xv. Nihil tamen affirmo, cum utrumque possit esse verum. Venit eadem emendatio in mentem Thomæ Gale viro doctiss. ut postilla didici ex ejus notis ad Apollodorum.

n *Serpentibus sunt deligati*] Post hæc verba deesse quædam censet Cl. Schefferus. Non accedo. Accipio dandi casu τὸ *serpentibus*, ut sit, εἰς βορὰν ὄφεων, *in pabulum serpentum*. Infr. cap. 89. *Si Trojanorum virgines cete essent religatæ.* Ita censebam à primo. Postea mutavi sententiam ex Virg. Culice: *Nam vinctus sedet immanis serpentibus Otos.* Vide pag. 170. Serpentes ergo loco funium fuerunt.

o *Est styx inter columnam*] Barthius emendat: *Est strix viscera columnans sedens.* Τὸ *styx* non debebat mutari. Nam est & *styx* inter aves. Anton. Lib. cap. 21. Πολυφόντη μὲν ἐγκύῳ στὺξ φθεγξομένη νυκτός. Hesych. Στὺξ Κρήτη ἐν ἔδει, ἢ ὁ σκώψ τὸ ὄρνεον. Vide num placere possit: *Est styx super columnam sedens.* Infr. cap. 57. *Hanc super Pegasum sedens interficit. Est sedens* pro *sedet* hellenismum resipit. Cic. de Orat. *Est his ipsis verbis loquens Socrates.* Claud. Mamertus Lib. 1. *Est quærens se.* Capitol. vitâ Anton. Philos. cap. 20. *Erat emendans.* Ad quæ verba consule Casaub. commentarium. Quæres forte, quid illa avis super columnam sedens, actura sit. Convicium, inquam, auribus eorum interim, dum ita miserabiliter vincti sedent, infausto clamore faciet. Hæc scripseram, cum legendum sibi videri mihi indicat Nobiliss. Heins. *Est styx intestina columnam* &c.

ea concubuit, [a] ut unum diem usurparet, [b] duas noctes congeminaret, ita ut Alcumena tam longam noctem admiraretur. Postea cum nunciaretur ei, conjugem victorem adesse, minime curavit, quod putabat se conjugem suum vidisse. [c] Qui cum Amphitryon in regiam intrasset, & eam videret [d] negligentius securam, mirari cœpit, & queri, quod se advenientem non excepisset: cui Alcumena respondit, Jam pridem venisti, & mecum concubuisti, & mihi narrasti, quæ in Oechalia gessisses. Quæ cum signa omnia diceret, sensit Amphitryon numen aliquod fuisse pro se, [e] ex qua die cum ea non concubuit. Quæ ex Jove compressa, [f] peperit Herculem.

XXX. *Herculis* [a] *athla* XII *ab Eurystheo imperata.*

INFANS cum esset, dracones duos duabus manibus neca-

Ad CAP. XXIX.

a *Ut unum diem usurparet*] Heic latet aliquid, quod tamen cujusmodi sit sine melioris codicis ope vix invenias. An scripsit? *Ut unum diem exstirparet.* Nocturno ebrio stertente scilicet, nec surgente ad lucem apportandam. Senec. Hercul. Fur. 24. *In cujus ortus mundus impendit diem.*

b *Duas noctes congeminaret*] Tres noctes geminasse eum scribunt Apollod. Lib. II. pag. 82. Servius ad Æn. VII. Euseb. Præp. Lib. II. pag. 35. Lucian. Dial. Deor. & Homeri Schol. ad Iliad. Ξ. 323. Τριστερ- inde dictus Hercules, & Τριστίλην- Pallad. Lib. I. Anthol. Sect. 38. 9. Arnob. Lib. IV. continuis novem noctibus pervigilasse eum facit. Ad quem locum consule Elmenhorst. & Schol. Hesiod. ad Θ. 56. Cum Hygino facit Ovid. Lib. I. Amor. Eleg. 13. *Ipse Deum genitor, ne te tam sæpe videret Commisit noctes in sua vota duas.* Hieron. contra Vigilantium: *In Alcmenæ adulterio duas noctes Jupiter copulavit.* Capella Lib. II. pag. 39. *In Herculis exortu geminatæ noctis obsequium.* Propert. Lib. II. El. 18. *Jupiter Alcmenæ geminas requieverat actor.* Veriora sunt, quæ hac de re narrat Pherecydes apud Homer. Schol. ad Od. Λ. 265.

c *Qui cum Amphitryon*] Aut scribendum, *quod cum* aut τὸ *Amphitryon*, quod è glossâ marginali in textum irrepsisse videri potest, delendum. Similis incuriæ librariorum exempla reperies cap. 119. & 257. Τὸ *qui* heic sumere pro *quare*, quod in Indice Cl. Schefferus volebat, nimis durum videtur.

d *Negligentius securam*] Barth. ad Stat. Tom. III. pag. 452. *Negligentius se curantem.* Premo utrumque pollicem. Vide Plaut. Amphitr. Act. III. 2. 48. Apollod. Lib. I. 48. Ὡς ἐχ ἑώρα φιλοφρονουμένῳ πρὸς αὐτὸν γυναῖκα. Vidit eam emendationem quoque Cl. Schefferus.

e *Ex qua die*] Barth. *Exque eâ die.* Et sanè ita vel scripsit, vel certè scribere debuit Mythol. hujus pater. Cur tamen nihil mutem, intelliges ex illis, quæ ad cap. 4. & 21. scripsi.

f *Peperit Herculem*] Ex Jove nempe; ex Amphitryone autem Iphiclem. Schol. Pind. ad nem. X. Ὡς μὲν Ἡρακλῆς μὲν ἐξ Ἀλκμήνης τοῦ Διός. Ἰφικλῆς δὲ ἐξ Ἀμφιτρύωνος. Corr. Ἀμφιτρύωνος.

Ad CAP. XXX.

a *Athla*] H. e. ἆθλος, stipendia sive labores. Ampelius cap. 2. *Quod simi-*

necavit, quos [b] Juno miserat, unde [c] primigenius est dictus. Leonem [d] Nemæum, quem [e] Luna nutrierat [f] in antro Amphriso [g] atrotum necavit. Cujus pellem [h] pro tegumento habuit. [i] Hydram Lernæam Typhonis filiam cum

similia athla sint adepti. Ἆθλον idem esse quod ἀγώνισμα interdum Græcis etiam ostendi ad Anton. Liberal. cap. XIII. *Ærumnas* appellat Petron. Fragment. Tragur.

b *Juno miserat*] Mallet, quod efficacius sit, *immiserat* Cl. Schefferus. Si politior hic esset scriptor, probarem protinus. Frequens enim id verbum in tali re scriptoribus bonis. Ut alios omittam, vide Justin. Lib. IX. 7. Sed Hygin. noster Astron. II. 15. *admittere* eo sensu usurpat; imo & simplex *mittere* cap. 145. Quod cum in Indice vir Cl. ipse annotaverit, causa non erat, cur hoic mutaret. Servius cum nostro ad Æn. VIII. 300. *Propter cujus necem Juno ei insaniam misit.* Expressit Græcismum Hyginus. Ælian. Anim. XII. 5. Καὶ τόσα ὑμνημένης φράνοντος ἔπεμπεν ἡ Ἥρα ἄνεσ.

c *Primigenius*] Herculis primigenii meminit vetus inscriptio apud Gruter. pag. 315.

d *Nemæum*] Mallet aliquis, *Nemeum*, vel *Nemeæum*. *Moles Nemeæa* Ovid. IX. Met. 197. Sed *Nemæus* legitur etiam apud Hieronymum contra Vigilantium, ut & Νεμαῖος apud Theocriti Scholiasten pag. 195. Edit. Commel. Stephanus tamen non agnoscit, nisi duo ἐθνικά, Νίμεος & Νεμεαῖος Schol. Hesiod. ad Theog. vers. 329. Ἐν τοῖς γνωμαζόμενοις τόποις κατέκτησε τὸν Νεμέης, ὃ ἐστιν ἄνομα ἀπλαῖκὸν ἢ μᾶλλον ὄρος.

e *Luna*] Servius ad Æn. VIII. 295. *Nemea est sylva vicina Thebis, in quâ Hercules interemit leonem, qui Lunæ filius & invulnerabilis dictus est.* Pro *Lunæ* scribendum censeo *Lunæ*. Senec. Hercul. Fur. 83. *Sublimis alias Luna concipiat feras.* Schol. Stat. Lib. II. *Poëtæ denique omnes asserunt leonem de his polis ortum, quem Hercules prostravit.* Vide ibi reliqua, & quæ de hac fabula habet Ælianus Anim. Lib. XII. cap. 7. Etiam apud Plutarch. in Libello de Flum. p. 61. Luna leonem producit, sed alium atque hunc.

f *In antro Amphriso*] Nullum in istâ regione novi antrum *Amphrisum*. Ἄμφισσον ἀπήλαιον appellat Apollod. Lib. I. Ut solet Græcanica vocabula sæpe usurpare noster, forte *Amphissomo* scripsit. Cui simile est ἄντρον διθυραμεῖον in Procli Chrestomathiâ. Scholiast. German. Leone de hac speluncâ, *quam quidam Aphriso dicunt.* Sed & istud corruptum procul dubio. Grotius notis ad Imagines Arateas emendat, *Amphryson*, additque, *notum est tres plures locos eo nomine insignitos.* Non persuadet.

g *Atrotum*] H. e. *invulnerabilem*. Vide Apollod. Lib. II. Tzetz. Chil. VII. 101. Τοιοῦτον κατατετρωμένης τις λέοντα ἄτρωτον. Micyllus edidit *ac atropum*. unde Grotius facit *ad Clitorium*. Frustra. utitur isto Græcanico vocabulo etiam noster cap. 28. Isacius in Lycophr. p. 81. Edit. Steph. Λέοντα διὰ ἄτρωτον σιδήρῳ καὶ βολαῖς πεποίηκε.

h *Pro tegumento habuit*] Capella de Hercul. Lib. I. *Sed ejus victus Cleonæos limis Juno cernebat.* Corrigo *sublimis* ex MS. Leid. hoc est, modicè tortis & obliquis, ut rectè exponit Glossa interlinearis. Omittit Bœotium Leonem heic Hyginus, cujus occisi pelle etiam pro veste usus est. Vide Apollod. Lib II. Stat. I. Thebaid. 485.

i *Hydram*] Latini *excetram* vocant. Gloss. Cyrill. Ὕδρα, *excetra*. Servius ad Æn. VI. 287. *Latinè excetra dicitur, quod uno capite cæso, tria excrescebant.* Ampelius cap. 2. *Ad hydram Lernæam, quam nos excetram dicimus, interficiendam.* Corrigendus ergo Isidor. Lib. XI. cap. 3. *Dicunt hydram serpentem esse cum novem capitibus, quæ Lati-*

cum [k] capitibus novem ad fontem Lernæum interfecit. Hæc tantam vim veneni habuit, ut afflatu homines necaret: & si quis eam dormientem transierat, vestigia ejus afflabat, & [l] malorum cruciatu moriebatur. Hanc, Minerva monstrante, interfecit, & exenteravit, exque ejus felle sagittas tinxit. Itaque quicquid postea sagittis fixerat, mortem non effugiebat; [m] unde postea & ipse periit. Aprum in Phrygia [n] Erymanthium occidit. [o] Cervum velocem in Arcadia cum cornibus aureis vivum in con-

ne scedra dicitur, quod uno cæso tria capita excrescebant. Tertull. de Pat. cap. 5. *Excetra delictorum.*

k *Capitibus novem*] Tot capita ei etiam tribuit Alcæus. Octo tantum Zenobius Cent. VI. 26. Septem nummi Græcorum, ut testatur Vir Amplissimus Spanhemius in de Num. Præst. pag. 230. Diodorus Lib. IV. Centum. Simonides quinquaginta apud Schol. Hesiod. in Theog. pag. 257. Edit. Heinsianæ. Confer Nob. Nic. Heins. notas ad Ovid. Met. IX. v. 71.

l *Malorum cruciatu*] Barth. legit, *malo cum cruciatu.*

m *Unde postea & ipse periit*] Felle nempe sive veneno hydræ hujus. Vide cap. 34.

n *Erimachum*] Scrib. *Erymanthium.* Malè *Erymantheum* Cl. Schefferus & Micyllus. Ἐρίμανθον enim Ἐρυμάνθιος Græcis. *Erymanthus* autem non Phrygiæ, sed Arcadiæ erat mons. scribendum ergo præterea esset *Arcadiâ* pro *Phrygiâ.* Ovid. IX. Heroid. 87. *Ut Tegæus aper cupressifero Erymantho.* Met. IX. 192. *Arcadiæ vastator aper.* Senec. Hercul. Fur. 228. *Solitumque densis Erymanthi jugis Arcadia quærere nemora Mœnalium suem.* Sed rem exactius dum pensiculo, videtur transpositio heic mihi facta, & τὸ *Phrygiâ* ex *Cerynitâ* corruptum, quod ad proximè sequens athlum, ut huc *Arcadiæ*, quod illic visitur, pertinet. Perperam Albricus cap. 20. In regione *Calydoniæ* aprum hunc collocat.

o *Cervum*] *Cervum* appellat quoque Ausonius Eidyll. XIX. *Æripedis quarto tulit aurea cornua cervi. Cervam* autem Claud. Præf. II. R. P. Sen. Agam. vers. 832. cum Virgilio Æn. VI. 802. qui sequutus videri potest Græcos, qui de utroque sexu ἡ ἔλαφος, ἡ ἄρκτος dicere solent. Schol. Eurip. Phœn. vers. 3. Ἔνιος δὲ τοῖς ποιηταῖς ἡλυκῶς λέγειν τὰς ἵππους. Doricum id alii, alii Atticum volunt. Ionibus & Atticis vindicat Eustath. ad Hom. Iliad. A. p. 53. Edit. Basil. & pag. 1281. Τὸ δὲ πώλοισι, inquit, ἡλυκῶς ἀσθήκασι Ἴωνας. Sed cum apud omne genus scriptores, tam qui soluto, quam qui ligato sermone usi sunt, talia deprehendantur, difficile esse non immerito censet certi aliquid statuere Gatakerus Cinn. Lib. II. cap. 8. Adde Swart. Anal. Lib. I. cap. 2. Spanhemium in de Numm. Præstant. pag. 164. Comment. ad Valer. Flacc. Lib. VI. vers. 71. & quæ nos annotavimus ad Anton. Liberal. cap. 21. Ubi ἡ ἄρκτος, pro *ursa.* Disertim Aristoteles Lib. IV. Hist. Anim. cap. ult. Κέρκα ἔλαφος ἥλικα τοῦ ἵππου. Apollod. Lib. II. in hac narratione: Τοῦτον ἆθλον ἐπιτάξαι αὐτὸν τῶν κεράτων ἕλαφον εἰς Μυκήνας ἔμπυον ἐνεγκεῖν. Lege, Κεράτιν. Ὁ κεράτης, ἡ κεράτις, ut ὁ ἀποστάτης, ἡ ἀποστάτις. Esdr. cap. VI. 12. Sed Palat. Codex κερατίνων habet. Unde κερατίνου faciendum. Nam & Servius ad locum Virgilii modo laudatum *Cerinitim* eam cervam à loco appellatam autumat. Vide Callim. Hymn. Dianæ vers. 109. Κερυνίαν ἔλα-

conſpectum Euryſthei regis adduxit. [p] Aves Stymphalides in inſula Martis, quæ emiſſis pennis ſuis jaculabantur, ſagittis interfecit. [q] Augiæ regis [r] ſtercus bovile uno die purgavit, majorem partem [s] Jove adjutore, [t] flu-

ἴλαφον appellat Heraclides Alleg. Hom. p. 329. ed. Geſn. perperam. Vide Salmaſ. in Solin. pag. 139. In Parthenio nemore eam collocat Ovid. IX. Met. 188.

p *Aves Stymphalides*] Vide quæ notavimus ſuperius ad cap. 20. Servius ad Æn. VIII. 300. *Stymfalides aves, quæ alumnæ Martis fuiſſe dicuntur.* Merito alumnas Martis vocat pugnaciſſimas illas aves, quarum unam galeatam exhibet nummus antiquus apud Spanhemium pag. 226. Iſidorus Lib. XII. 7. *Stymphalidæ aves à Stymphalidibus inſulis appellatæ, ubi plurimum abundant: adverſus quas Hercules ſagittis uſus eſt. Stymphalides* corrigit temere Breulius, dum non attendit ad ævum ſcriptoris, quo nihil frequentius fuit, quam Græcis vocabulis Latinam aptare terminationem. Sic *Heroidæ* pro *Heroides* habes apud Fulgentium præfat. Lib. I. ubi pluſcula id genus à me annotata invenies. Myth. Etym. Magni Auctor pag. 567. vers. 12. Λιοστῆ.] Λιοστῆ ἐπικίλλει) νήσῳ. λιοστὸν τὸ ὁμαλὸν, ἀφ' ὃ καὶ τὸ λίαν ἴσον. Ἀμείας δὲ ἐπὶ τῆ ὑψηλῆ αὐτὸ λαμβάνει. αὕτη δὲ ἡ νῆσος ὄρνιθας ἔχει τοξεύσεις τοῖς πτερυγίοις ὡς βέλεσι, τὰς κηλιμβρίας Στυφελίδας. ἡ δὲ νῆσος κεῖται Ἄρεα. ἔπειδὴ ἐν αὐτῇ ἐστιν ἐπιφανέστατον ἱερὸν Ἄρεως. Sumſit hæc Etymologicographus ex Apollon. Lib. II. vers. 386. & ſcholiis ad eum locum. Scribe ergo pro ἐπικίλλει), ἐπικέλσιπ, pro Στυφελίδας, Στυμφαλίδας, & pro Ἄρεα, Ἀρηΐδας. De Stymphalidibus plura qui volet, adeat Bernartium ad Stat. Thebaid. Lib. IV. vers. 299.

q *Augei*] Scribe, *Augeæ* vel *Augiæ*. Græcis enim Αὐγείας eſt. Pariter peccatum cap. 50. Ubi Alceſtin *Pelei* filiam appellat, cum fuerit *Peliæ*. Nolo tegere ignorantiam meam. Iſta cum ſcripſiſſem, docuit me Nob. Heinſius τὸ *Augei* in libris MSS. & neſcio apud quem veterem Grammaticum à ſe repertum. Repperi poſtea & ego in antiquis edd. Auſonii Eidyll. XIX. *Septima in Augei ſtabulis impenſa laboris.*

r *Stercus bovile*] Τὸ *ſtercus* ex ſequentibus malè huc tranſlatum exiſtimat Cl. Schefferus. quod non improbo. Servius ad Æn. VIII. 300. *Ovilia Elidenſium Regis repurgavit.* Legendum cenſeo, *bovilia*. Nam κόπρος βοῶν erat, quem egeſſit Hercules. Vide Schol. Homeri. ad Catal. vers. 136. Si Varronem audiamus, etiam *bubilia*, non *bovilia*, ſcribendum eſſet. Certe *bobile* exhibet princeps Mythologiæ hujus editio. Nota literarum V & B permutatio. Sed *bovile* non indignum Servio vocabulum, & reperitur quoque apud Phædrum Lib. II. cap. 9. Sic *caprile* caprarum ſtabulum. Gloſſ. Cyr. Αἰγών, ἡ μάνδρα, *caprile*. Gloſſ. Philoxeni: *Bovilla*, Βοοστασία. Puto ſcribendum, Βαστία, (vel βοοστάσια, ut eſt apud Callim. Schol. Hymn. IV. 102.) *bovilia*. Sic ἱππόστασια dicuntur equilia apud Schol. Pind. ad Nem. od. I. Gloſſ. idem, *Buſtra*, Βαστίον. Puto *Boſtar* rectius eſſe. Gloſſ. Iſidori, *Boſtar, locus ubi ſtant boves.* Si cui placet τὸ *ſtercus* retinere, ille τὸ *bovile* mutare in *bovili* debet, ut ſubauditur *a*. Feſtus: *Eodem modo in Faſtis notatur dies, quo ſtercus purgatur ab æde Veſtæ.* niſi τὸ *bovile* ad ſtercus referendum, ut ſit τὸ βόειον κόπρον ἀνακάθαρσις. Ita loquitur Schol. Hom. Iliad. A. 697. Quid ſi τὸ *ſtercus* mutemus in *ſervus*? Quod ſi placuerit, Nob. Heinſii debebis ingenio.

s *Jove adjutore*] Corruptum hoc ſine dubio. Videtur ſcripſiſſe *Jolao adjutore*. Habuit enim multorum laborum ſocios Telamonem & Jolaum Hercules,

Unable to display this page

& Otriræ reginæ filiam : [b] cui reginæ Amazonis balteum detraxit, tum [c] Antiopam captivam Theſeo donavit. Geryonem Chryſaoris filium trimembrem uno telo interfecit. Draconem immanem Typhonis filium, qui [d] mala aurea Heſperidum ſervare ſolitus erat, ad montem Atlantem interfecit, & Euryſtheo regi mala attulit. Canem Cerberum Typhonis filium ab inferis regi in conſpectum adduxit.

XXXI. *Parerga ejuſdem.*

Antæum Terræ filium in Libya occidit. Hic cogebat hoſpites ſecum luctari, & delaſſatos interficiebat. hunc luctando necavit. Buſiridem in Ægypto, qui hoſpites immolare ſolitus erat. Hujus legem cum audiit, paſſus eſt ſe cum infula ad aram adduci. Buſiris autem cum vellet Deos imprecari, Hercules eum clava ac miniſtros ſa-

autem Naide & Marte Amazonas editas cum Apollonio apud eundem Pherecydes tradit ad ejuſdem libri vers. 992. ut & Euſtath. ad Iliad. Υ. pag. 305. Juſtin. Lib. II. 4. *Ne ſucceſſibus deeſſet auctoritas, genitas ſe Marte prædicabant.* Homeri Scholiaſtæ ad Iliad. I. vers. 189. Martis ſunt & Veneris filiæ.

b *Cui reginæ Amazonis*] Barthius emendat: *cui necatæ Martium balteum.* Quid ſi ſcribas? *cui reginæ Amazonum* vel *Amazoniæ*, ut declaret, qualis iſta Amazona fuerit, regina nempe Amazonum reliquarum. Βασίλισσαν Ἀμαζόνων in hac fabulâ etiam Zenobius appellat.

c *Antiopam*] Faciunt cum Hygino Diodorus Lib. IV. & Tzetzes ad Lycophron. pag. 167. Edit. Baſ. nec non Servius ad Æn. XI. 661. *Hæc* (Hippolyte) *Amazonum fuit regina, cui vitta Hercules balteum ſuſtulit: hujus filia Antiopa, quam Theſeus rapuit, unde Hippolytus.* Diſſenſionem ſcriptorum in hiſtoriâ ulterius exequitur Bernartius ad Stat. Lib. XII. Theb. 543. Sanè alii ſororem ejus Hippolyten fuiſſe, eamque ceſſiſſe Theſeo memorant. quos inter Juſtinus Lib. II. c. 4. *In his duæ Antiopæ ſorores captæ ſunt, Menalippe ab Hercule, Hippolyte à Theſeo.* Mallem iſto loco legere *Melanippe.* Ita enim Apollon. Lib. II. 968. & Poëta ille neſcio quis apud Pindari Scholiaſten ad Nem. od. III. pag. 274. Edit. Franeof. Κτείνας ἀνδρολέτειραν ἀμώμητον Μελανίππαν Ἀντιοπογενέτην χρυσοζώνοιο ἀνάσσης. Laudat eoſdem verſus Tzetzes ad Lycophr. pag. 168. ubi tamen perperam ediderunt ἀνδρολέπτειραν pro ἀνδρολέτειραν. Quid quod & Diodoro Lib. IV. ex quo falſo *Menalippe* adducit Barthius, Μελανίππη dicatur? Quibus accedit Homer. Scholiaſtes ad Iliad. γ. vers. 188. & Euſtath. loco modo laudato, qui & ipſi Μελανίππην eam appellant. Ulterius hæc exequimur ad cap. 186.

d *Mala Heſperidum*] Vide Palæph. cap. 19. qui μῆλα illa Heſperidum oves fuiſſe autumat. in quo ὀμόψηφον habet Agrœtam Lib. II. rerum Libycarum, cujus Scholiaſtes Apollonii meminit ad Lib. IV. vers. 1396. Quibus adde Diodorum Lib. IV. pag. 232. Servium ad Æn. IV. 484. Alii μῆλα χρυ-

σᾶ

sacrorum interfecit. Cygnum [a] Martis filium armis superatum occidit : [b] quo cum Mars venisset, & armis propter filium contendere vellet cum eo, Jovis inter eos fulmen misit, atque ita eos distraxit. [c] Cetum, cui Hesione fuit apposita, Trojæ occidit. Laomedontem patrem [d] Hesiones, quod [e] eam non reddebat, sagittis interfecit. [f] Æthonem aquilam, quæ Prometheo cor exedebat, sagittis interfecit. Lycum Neptuni filium, quod Me-

σῦ interpretantur τὰ ἄφθα, & Herculem pro Sole accipiunt. Vide Schol. Hesiod. pag. 249. Ed. Heins. Facit ambiguitas vocis μῆλον, ut interdum in Græcorum interpretatione miserè impingant homines docti. Moschus Epitaph. Bionis: Μάλων σὸν ἔρρεθεν ἁλὸς γλάγος, ἃ μέλι σίμβλων. Vertit Witfordus: *Candida poma rubor non tingit.* Non vidit ellipsin præpositionis, ut in Megarâ: Τὰ ᾧ οἱ θαλερώτερα δάκρυα μήλων Κόλπον ἐς ἱμερόεντα κὴ βλεφάρων ἐχέοντο. Quem locum non minus infeliciter vertit Eobanus Hessus: *Sed simul undanti demisit lumine guttas Pluu pomis viridi lectis de fronde recentes.* Atqui μῆλα ibi *malæ* non *mala* sunt. Vid. Isidor. Orig. XVI. 1. Parthen. de Affect. Amat. cap. VI. Δάκρυα ᾧ πολλὰ ἐχέοντο ᾗ παρειῶν. Homer. Iliad. B. 266. Θαλερὸν δὲ οἱ ἔκπιον δάκρυ. Schol. rectè, θαλερὸν, θερμὸν, ἀκμαῖον, ἅγνον ἀδρὸν, πολύ. Simile huic est illud Genes. 46. v. 39. Ἔκλαυσε κλαυθμῷ πίονι. quanquam Etymologicographus in θαλερὸς, θαλερὸν δάκρυ, inquit, τὸ ἁπαλόν. Plura de malis Hesperidum si desideres, consule Spanhemium in de Num. Præstant. pag. 295. Meurs. Lacon. 1. 12. Pierii Valeriani Hierogl. p. 76.

Ad CAP. XXXI.

a *Martis filium*] Ex Pelopiâ scilicet. Vide Apollod. Lib. II. pag. 118. Schol. in Hypothesi Trachin. Sophoclis.

b *Quo cum*] Rectè Cl. Schefferus dictum id censet pro *ex quo*. Vide ejus notas, & quæ nos observavimus ad cap. 34. In epitaphio Vitalis Mimi Lib. III. Catal. Pithœi: *Quo vos tam tristi turbatus deprecor ore.*

c *Cetum*] Habes fabulam infr. cap. 89.

d *Hesionis*] Α'νὶ Ϝ *Hesiones.* Observo in hoc scripto frequenter τὸ I poni, ubi in Græco est ε. quod deterioris ævi signum est. In Genealogiâ habuimus *Nimertis* pro *Nemertes*. Cap. 14. *Nilei* pro *Nelei*. Cap. 30. *Otrira* pro *Otrera*. quod etiam cap. 223. invenies. & cap. 52. *Myrmices* pro *Myrmeces*. 184. *Meropis* pro *Meropes*. Talia sunt apud Capellam Lib. VI. *Hermionis* pro *Hermiones*. & Lib. I. *Imarmine* pro *Imarmene*, quomodo minus vitiosè exaratum vidi in membranis Bibliothecæ Leidensis. Apud Sidonium Carm. 23. *Hippocrenis*. Apud Servium ad II. Georg. 389. *Erigonis*. & ad III. 274. *Leucatis*. ad II. Æn. 514. *Daphni* pro *Daphne*. Apud Schol. Germanici Arcto, *Helicis* pro *Helices*. Apud veterem Commentatorem ad Horat. od. 33. Lib. I. *Myrtalis* pro *Myrtales*. Apud Pontium Passione Cypriani *Cimiteria* pro *Cœmiteria*, ejusdem sunt generis: ut & illa apud Prudentium *Joannis* & *Erimus* ex Græco ἔρημος Psychom. vers. 371. quorum prius est etiam apud Hieronym. Epitaphio Paulæ aliosque. apud Gregor. Dialog. III. cap. 33. *Syncopin*. apud Probum ad III. Georg. 293. *Musigetes*. & in canonibus Ecclesiasticis *Paraclitus* ex Græco παράκλητος. Vide quæ præterea hac de re notavi ad cap. 223. & Salmas. ad Pall. pag. 307.

e *Eam*] Fort. *Mercedem*. Tollius.

f *Æthonem aquilam*] Micyllus, *aëtos*

Megaram Creontis filiam uxorem ejus, & filios [g] Therimachum & Ophiten occidere voluit, interfecit. Achelous fluvius in omnes figuras se immutabat. Hic cum Hercule [h] propter Deianiræ conjugium cum pugnaret, in taurum se convertit, cui Hercules cornu detraxit, quod cornu [i] Hesperidibus, [k] sive nymphis donavit: [l] Quod Deæ pomis replerunt, & [m] cornu copiæ appellarunt. Neleum Hippocoontis filium cum decem filiis occidit, quo-

aëton fortasse legendum. Non improbo quidem; sed addiderim *id est*, & scripserim, *æton, id est, aquilam*, quod à more Hyginiano non esse alienum, discès ex iis, quæ ad cap. 126. dixi. *Æton* autem dictum puta pro *aëton*, ut *Phæton* pro *Phaëton* apud Publium Varronem, observante Fabio Lib. 1. cap. 5. Sed dixi jam superius ad cap. 12. istas Græcanicarum vocum explicationes magnam partem glossemata mihi videri. Certè τὸ *aquilam* etiam heic glossema visum Cl. Scheffero, dum legit, *aëton eam, quæ*. Cæterum aquilam eam Typhone & Echidnâ natam credere nos vult Pherecydes apud Apollonii Scholiasten ad Lib. 1. vers. 1252. Hæc scripseram, cum καινὴ τις ἰδέα in mentem mihi venit, Hyginum forsan, qui ex Græcorum monumentis procul dubio harum fabularum partem non minimam collegit, deceptum fuisse Græco epitheto αἰετὸν, quo ἀετῷ ornant Poetæ, ut Homer. Iliad. O. 685. putasse, inquam, proprium esse nomen, cum adjectivum esset τὸ αἰετὸν in Græco scriptore, ubi hanc fabulam invenit. Si injuriosum hoc existimas, & ab Hygini doctrinâ alienum, puta Græcum eum epitheton retinuisse, ut cap. 30. *Leonem atrotum* dixit.

g *Therimachum*] Sic etiam cap. 32. & 72. Cap. autem 162. *Theromachum* appellat. Sed ex Apollodoro rescribendum *Therimachus*, vel *Theriomachus* ex Scholiast. Hom. ad Odyss. Λ. 269. qui pro *Ophite Creontiadem* nobis exhibet. *Hoditen* videri posset fuisse, nisi ille Diodoro Lib. IV. non ex Megara, sed Deianirâ ei natus diceretur. *Oxeas* est Statiano interpreti ad Lib. X. Theb. vers. 896. Sed vide notas ad cap. 162.

h *Propter Deianiræ conjugium*] Fabulam accuratè narrat Schol. Hom. ad Iliad. Φ. 194.

i *Hesperidibus*] Lactantius Argum. Lib. IX. Met. *Najades fluminis filiæ id cornu, quod ereptum capiti erat, omnibus copiis autumnalibus repleverunt.* An ergo scribendum *Naidibus?* non dixerim, cum nimis hoc ab alterâ scripturâ remotum sit.

k *Sive Nymphis*] Glossam istam resipiunt, nisi putas diversas eum conjungere opiniones voluisse.

l *Quod Deæ*] Cl. Schefferus, *Quod ex pomis.* Si quid putes mutandum, legerim, *Quod eæ pomis.*

m *Cornucopiæ*] *Cornu Fortunæ* appellat Horat. Schol. ad Lib. 1. od. 17. & Arnob. Lib. VI. Lactant. ad Stat. Thebaid. Lib. IV. 106. *Hercules autem dicens, se etiam tauros domuisse; cornu illius fregit, quod descendente* (Leg. *descendens*) *Cerberum rapturus secum tulit. Illud Nymphæ omnibus bonis repleverunt, datumque est Copiæ, quæ est ministra Fortunæ. Unde in Boëtio legitur: Copia pleno cornu.* Ex his verbis contendit Tiliobroga ætate posteriorem esse Boëtio Statianum interpretem. De quo licet non valde contenderim, puto tamen præsentem locum ad hoc evincendum non valde esse idoneum: imo corruptum heic censeo Lactantium, & in *Boëtii* locum *Horatium* substituendum. Quod autem *pleno cornu* dixit, cum in Horatio Lib. 1. od. 17. legatur *benigno cornu*, ἀμφοτερωγε dicas μνημονικῶς, qualia apud sequioris ævi scriptores non pauca invenias. Sed eo confugere nihil est necesse. Leguntur hæc Carm. Sæcul. vers. 59. *Apparetque beata pleno Copia cornu.* Aliter de hoc cornu fabu-

la-

quoniam is eum purgare [n] sive lustrare [o] noluit, tunc cum Megaram Creontis filiam uxorem suam, & filios Therimachum & Ophiten interfecerat. Eurytum, quod Jolen filiam ejus in conjugium periit, [p] & ille eum repudiavit, occidit. Centaurum Nessum, quod Deianiram violare voluit, occidit. Eurytionem centaurum, quod Deianiram [q] Dexameni filiam speratam suam uxorem petiit, occidit.

XXXII. *Me-*

latur Scholiastes Sophoclis in Hypothesi Trachiniarum. Adde quæ de eodem congessit eximius Theologus Fred. Spanhemius Hist. Job. cap. xv. Albricus: *Ei tandem cornu dextrum evulsit, quod & Copiæ Deæ divitiarum dedicavit.* Schol. Hom. ad Iliad. Φ. 194. Φασὶ δὲ αὐτὸν τὸ Ἀχελῶον παρ' Ἀμαλθείᾳ (leg. Ἀμαλθείας) λαβόντα δῶναι τῇ Ἡρακλεῖ, καὶ τὸ ἴδιον ἀπολαβεῖν. Et Tzetzes in Lycophr. p. 14. Καὶ δὲς πάλιν τοῦτο αὐτῷ, ἔλαβε παρ' αὐτοῦ τὸ τῆ Ἀμαλθείας κέρας, τῆ Ἀερονίᾳ ἐυγατρός. Ita illi cum Schol. Sophoclis, ut & Eustath. in Dionys. p. 62. ed. Steph.

n *Sive lustrare*] Dele hoc. Non enim Hygini, sed glossatoris est.

o *Noluit*] Ita scripsi pro *voluit*, postulante id fabulâ. Vid. vet. Scholiast. Pind. & Triclin. ad Olymp. 9. Tzetz. Chil. 1. 36. Apollodorus Lib. II. Ἀπωσαμένου, inquit, αὐτὸν Νηλέως δόντος τῷ πρὸς Εὔευφον φιλίαν. Notatum id jam Micyllo. Barthio, & Scheffero, Ælian. Var. Histor. IV. 5. Νηλέως αὐτὸν ξενοδοκῆσαι βουλόμενον καθῆραι. Imperitè interpres: *Cum Neleus hospitio eum recipere noluisset.*

p *Et ille eum repudiavit*] Sic mox cap. 35. *Ille eum repudiasset.* Cl. Scheffero utrobique legit, *illa eum.* Dubito an sit necesse. Ut Herculem heic Eurytus, ita apud Antoninum Liberal. cap. 21. Nicocreon repudiat Arceophontem; & Pelias infra apud nostr. cap. 50. & 51. procos. Schol. Euripidis ad Hippolyt. vers. 545. Ἔνιοι μὲν οὖν φασιν ἀπωσθῆναι τὴν Ἡρακλέα ὑπὸ Εὐρύτου καὶ ἀδελφῶν αὐτοῦ (ἃ γὰρ ἔδωκεν αὐτῷ τῷ κόρῃ) προῖκα τῷ Οἰχαλίᾳ. Etiam apud Diodorum Lib. IV. ab Euryto repulsam patitur. Adde Schol. Hom. ad Odyss. Φ. vers. 23.

q *Dexameni filiam*] *Oenei* filia est Apollodoro Lib. I. pag. 25. & Hygino ipsi cap. 36. Alios tamen velle ait eam ex Dionyso & Althæa natam. Puto tamen reperisse auctorem, quem heic sit secutus Hyginus. Is est Bacchylides apud Hom. Scholiast. ad Odyss. Φ. 295. Βακχυλίδης δὲ Δηΐφοβον οἴεται τὸν Εὐρυτίωνα. Φησὶν γὰρ ἐπιξενωθῆναι Δεξάμενον τῷ Ἠλείῳ ὑβριστικῶς ἐπιχειρῆσαι τῇ Ξ ξενοδοκίᾳ τῷ θυγατρί. Καὶ Δηΐφοβον τοῦτον ὑπὸ Ἡρακλέους ἀναιρεθῆναι καμόντος τοῖς οἴκοις ἐπιστάντα. Quid sibi vult heic illud Δεξάμενον? Scribo, Δεξαμένη. h. e. *hospitio susceptum à Dexameno.* Restituit idem vocabulum Palmerius Diodoro Lib. IV. pag. 238. Ἄγραν ἐπαυλῆται πρὸς Δεξάμενον, cum antea legeretur προσδεξάμενον. Ergo leviter emendandus Lactantius ad Stat. v. Thebaid. 263. qui *Dexaminum* hunc appellat. Dexameni cujusdam meminit quoque Etym. auctor in Βῆρα, vel Callimachus apud eum Hym. IV. 102. Βῆρά τε Δεξαμένοιο βοήσασα οἰνεάδαο. Immo is ipse est, cujus filiæ petiisse nuptias heic Hyginus, & Apollod. Lib. II. pag. 192. tradunt. Adde Heins. notas ad Ovid. Lib. vers. 404.

Ad

XXXII. *Megara.*

HERCULES cum ad canem tricipitem esset missus ab Eurystheo rege, & Lycus Neptuni filius putasset eum periisse, Megaram Creontis filiam uxorem ejus, & filios Therimachum & Ophiten interficere voluit, & regnum occupare. Hercules [a] eo intervenit, & Lycum interfecit: postea ab Junone insania objecta, Megaram & [b] filios Therimachum & Ophiten interfecit. Postquam suæ mentis compos est factus, ab Apolline petiit dari sibi responsum, quomodo scelus purgaret. Cui Apollo sortem quod reddere noluit, Hercules iratus de fano ejus [c] tripodem sustulit, quem postea Jovis jussu reddidit, [d] & nolentem sortem dare jussit. [e] Hercules ob id à Mercurio Omphalæ reginæ in servitutem datus est.

XXXIII. *Cen-*

Ad CAP. XXXII.

a *Eo intervenit*] Cl. Schefferus explicat *eo tempore*. Ego verius putem, *ex eo, eâ de causâ*. cap. præced. *Quo cum Mars venisset*. cap. 120. *Quo Rex cum interveniſſet*. Vide præterea Notas ad cap. 34. Gloss. Philox. *Intervenit*, βοηθεῖ. Possis alioqui dicere *eo* esse dictum pro *ea* δεχαϊκῶς. ut & *quo* pro *ad quæ*. Vide Sciopp. Gramm. p. 44.

b *Filios interfecit*] Non conveniunt in narratione hac mythologi. Schol. Pind. ad Isthm. od. IV. Περὶ τῆς τοῦ Μεγάρας (Leg. Μεγάρας) Ἡρακλέους παιδῶν Λυσίμαχός φησι πρὸς ἱστορεῖν, μὴ τοῦ Ἡρακλέους, ἀλλὰ τοῦπνων δολοφονηθῆναι ξένων. οἱ δὲ Λύκου τοῦ βασιλέως φασὶν αὐτὸς φονεῦσαι. Σωκράτης δὲ τοῦ Ὑγιοῦς (Leg. Ὑγιέως) φησιν αὐτὸς δολοφονηθῆναι &c.

c *Tripodem*] Servius ad Æn. 3. 360. *Tripodes fuerunt mensæ in templo Delphici Apollinis, quibus superpositæ Phœbades vaticinabantur.* Μαντικὸν τρίποδα vocat Pindari Scholiast. ad Olymp. IX. τριφυλικὸν Hypoth. Pyth. *Cortinam* Virgil. Æn. III. 92. Ubi in vocis originem inquirit Servius, ut & Varro L. L. VI. Gloss. Philox. *Cortina*, Δελφικὸς τρίπους Ἀπόλλωνος. quod convenit cum illis, quæ Plinius habet Lib. XXXIV. 3. Plura suppeditabunt de tripode Rhodiginus Lib. VIII. 16. Savaro ad Sidon. Lib. VIII. ep. 9. Oecum. in cap. XVI. Act. Bernartius ad Stat. I. Thebaid. 509. Lactantius notat ibi, *Tripodem esse speciem lauri, tres habentem radices, Apollini consecratam propter triplicem vim divinationis. Nam & sol*, inquit, *præterita videlicet & præsentia cernit, & futura visurus est.* Hoc habet ex Fulgentii Lib. I. cap. 16. *His Tripum quoque Apollini adjiciunt, quod sol & præterita noverit, & præsentia cernat, & futura visurus sit.* Adde quæ notamus ad illa Fulg. verba. Tripodem è lauru fuisse ostendit Paschal. Coron. Lib. VIII. cap. 13.

d *Et nolentem*] *Apollinem* nempe, quam vocem hinc excidisse censet Cl. Schefferus.

e *Hercules ob id*] Pherecydes apud Hom. Scholiast. ad Odysseæ φ. 23. quod Iphitum Euryti filium occidisset.

Ad-

XXXIII. *Centauri.*

HERCULES cum in hospitium ad Dexamenum regem venisset, ejusque filiam Deianiram devirginasset, fidemque dedisset, se eam uxorem ducturum, post discessum ejus Eurytion Ixionis & Nubis filius, Centaurus, petit Deianiram uxorem: cujus pater vim timens, pollicitus est se daturum. Die constituto, venit cum fratribus ad nuptias. Hercules intervenit, & Centaurum interfecit, [a] suam speratam abduxit. Item aliis in nuptiis Perithous [b] Hippodamiam Adrasti filiam cum uxorem duceret, vino pleni Centauri conati sunt rapere uxores Lapithis. [c] Eos Centauri multos interfecerunt, ab ipsis interierunt.

XXXIV. *Nessus.*

NESSUS Ixionis & Nubis filius, Centaurus, rogatus

Adde Tzetz. Ch. 1. 36. Diodor. Lib. IV. pag. 236. Cicerone auctore Lib. III. Nat. Deor. alius ab Alcmenæ filio hic fuit Hercules, qui cum Apolline de tripode concertavit.

Ad CAP. XXXIII.

a *Suam speratam*] H.e. speratam uxorem suam, ut plenè loquitur cap. 31. τὴν μνηστὴν. Non curat distinctiunculam Grammaticorum. Nonius cap. 3. *Virgo antequam petitur, sperata dicitur, dehinc promissa, vel pacta, vel sponsa dici potest.* Arnob. Lib. IV. *Habent speratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas?*

b *Hippodamiam Adrasti filiam*] *Hippocatiam* appellat Schol. Stat. 1. Theb. 106. & Atracis facit filiam. Vide Apollod. Lib. II.

c *Eos centauri*] Ante hæc verba posuerim πολέμῳ σῖμήν. Deinde legerim: *Eo Centauri multos interfecerunt; at ab ipsis interierunt.* vel, *& ab ipsis &c.* ut plurimos ex utraque parte cecidisse innuat. Schol. Homer. ad Odyss. φ. 295. Ὑπὸ μίζης δὲ οἱ Κένταυροι πρὸς Λαπίθων ἐρασθέντες τὰς γυναῖκας ἐπεχείρησαν. οἱ δὲ ἐρασθέντες ἀνεῖλον τοὺς Κενταύρους. Cl. Schefferus emendat: *eos Centauri multos interfecerunt; interfecti ab ipso interierunt.* per *ipsum* intelligi volens Herculem. *Sed interire ab aliquo* satis Latine dicitur. Lactant. ad Stat. IV. 785. *Ne à Saturno interiret.* & Argum. Lib. XI. Met. fab. 9. *Quod Phocus à se interiisset.* Plinius de M. Marcello: *Periit ab Hannibale.* Lucanus: *Quis nollet ab isto ense mori?* Sallust. Jug. 17. *Nisi qui ferro aut à bestiis interiere.* In fabularum Indice huic libello præfixo habes lemmate cap. 265. *Qui à Neptuno perierunt.* Cap. 266. *Qui ab Apolline perierunt.* Probare tamen possis, *ab ipso*, si cogites illud non jam tum statim, sed postea accidisse. Vide Horatii interpretem veterem ad Lib. II. od. 12. Sed intercedit Lactantius ad Stat. Theb. V, vers. 263. qui has fabulas Hygino sublegit. Cæterum, quam hic Hippodamiam vocat Hyginus, *Deidamia* est Plutarcho in Theseo, *Ischomache* Propert. Lib. II. el. 2. Sed ab Hygino stat Ovid. XII. Met. vers. 210.

Ad

tus ab Deianira ut se flumen [a] Euhenum transferret, quam sublatam, in flumine ipso violare voluit. [b] Hoc Hercules, cum interveniſſet, & Deianira cum fidem ejus imploraſſet, Neſſum ſagittis confixit. Ille moriens cum ſciret ſagittas Hydræ Lernææ felle [c] tinctas quantam vim haberent veneni, [d] ſanguinem ſuum exceptum Deianiræ dedit, & id [e] philtrum eſſe dixit. Si vellet ne ſe conjunx ſperneret, eo juberet veſtem ejus perungi. Id Deianira credens, conditum diligenter ſervavit.

Ad CAP. XXXIV.

a *Euhenum*] Vide Schol. Apollon. ad Lib. I. 1211. Serv. ad Æn. VIII. 300. Perperam Νέσσν & Εὔνοον ediderunt in Lycophr. Scholiaſte.

b *Hoc Hercules*] H. e. propter hoc. Cap. 188. *Hoc Neptunus ut vidit in pecora commutatos conſumi, proces in lupos convertit.* Sic *quod* pro *ob quod*, de quo dictum ad cap. 16. *Id* pro *ob id* cap. 108. 103. & 144. ubi & nos iſtam ellipſin antehac in notulis noſtris odorati ſuimus. Nec malè *ex* vel *ab* ſubaudias. Inſr. cap. 191. *Quo Midas petiit, ut* &c. 274. *Quo judices cum conſedisſent.* Catull. Carm. 14. *munere iſto Odiſſem te odio Vatiniano.* Tertullianus III. Contra Marc. *Hac causâ vos connubio privavit honeſto.* Nep. Themiſt. 8. *Hoc crimine abſens proditionis eſt damnatus.* Quintil. declam. 318. *Hoc legato patroni veſtri neceſſe eſt utrumque veſtrum diligentius vivere.* Addit præpoſitionem Seneca Lib. I. Clem. cap. 20. *Duabus à cauſis punire princeps ſolet.* Ad eundem modum ſuum τῆς uſurpant Græci pro propterea. Vide Apollon. I. 1025. II. 15.

c *Tinctas, quantam* &c.] Cl. Scheſſerus emendat, *tinctas, ac quantam.* Micyllus continenter ſine inciſo & vocula unâ auctius edidit: *cum ſciret ſagittas Hydræ Lernææ felle tinctas quantam vim haberent veneni.* Quod eſſe rectè dictum ſimilia ejus locutionis exempla declarant. Plaut. Poenul. v. 2. 106. *Patrem atque matrem viverent vellem tibi.* Varro R. R. Lib. II. pag. 387. *Armentarium meum crebro ut aliquid legat curo.* Ter. Ad. v. 7. *Demiphonem ſi domi eſt viſam.* Idem alibi: *Scin me in quibus ſim gaudiis?* &, *Obſerves filium quid agat.* Eadem ratione dictum illud cap. 129. *Fructumque ejus ex nomine hoſpitis Oenos ut vocaretur inſtituit.* Cyprian. Tractat. I. *Cum conſpexeris & audieris deos tuos quid ſint.* Confer Popm. in de uſu Antiq. Locut. pag. 94. Helleniſmum eſſe rectè obſervat Linacer Lib. VI. p. m. 496. Joan. cap. IX. 29. Τοῦτον γὰρ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν. Sed noli dubitare, quin genuinam Hygino reſtituat lectionem Illuſtr. Heinſii emendatio, *tincta*, h. e. quæcunque tincta eſſent.

d *Sanguinem ſuum*] Diodorus Lib. II. *Semen, quod ipſe in terram effudiſſet, cum ſanguine, qui ex vulnere ſpiculi manaſſet, miſcere juſſit.* Schol. Horat. ad Epod. 3. *ſuo ſanguine tinctam lanam dediſſe Deianiræ* ait, *& ex eâ juſſiſſe confici tunicam.* Euſeb. Præp. Lib. II. pag. 36. Παρεκελεύσατο ἐν λαβεῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ πεσὸν αἷμα, καὶ τούτῳ ἀποσμίξαντα ἔλαιον, καὶ τὸ λάβρον τοῦ ἀχίδνου δηλητήριον εἶμαι, χρίσαι τὸ χιτῶνα Ἡρακλέους.

e *Philtrum*] Ovid. II. Art. A. 105. *Pallentia philtra venenis.* Gloſſ. Cyrill. Φίλτρον, *amatorium. Amoris venena* venuſtè appellat Horatii Scholiaſtes in Epod. 17. Ipſe Poëta epod. 5. *Amoris poculum. Irritamen amoris* Ovid. IX. Met. vers. 133. Φιλίαν ἐπιποιοῦσαν δυνάμενον Tzetz. in Lycophr. p. 14. *Amatorium poculum* Paul. Recept. Sent. Lib. V. Tit. 23. Abſolutè *amatorium* Plin. Lib. XXV. 3. & Quintil. Declam. XV.

XXXV. *Iole.*

HERCULES cum Iolen Euryti filiam in conjugium petiisset, [a] ille eum repudiasset, Oechaliam expugnavit. Qui [b] ut à virgine rogatur, parentes ejus coram ea interficere velle cœpit. Illa animo pertinacior, parentes suos ante se necari est perpessa. [c] quos omnes cum interfecisset, Iolen captivam ad Deianiram præmisit.

XXXVI. *Deianira.*

DEIANIRA [a] Oenei filia, Herculis uxor, cum vidit Iolen virginem captivam eximiæ formæ esse adductam, verita est ne se conjugio privaret. Itaque [b] memor Nessi præcepti, vestem tinctam centauri sanguine Herculi qui ferret nomine [c] Lichan famulum misit. inde paululum, quod in terram deciderat, [d] ut id sol attigit, ardere cœpit. Quod cum Deianira vidit aliter esse, ac Nessus dixerat, intellexit: & qui revocaret eum, cui vestem dederat, misit. Quam Hercules jam induerat, statimque flagrare cœpit. Qui cum se in flumen conjecisset, ut ardorem extingueret, major flamma exibat. Demere autem cum vellet, viscera sequebantur. Tunc Hercules Lichan, qui

Ad CAP. XXXV.

a *Ille eum*] Rursus omissa particula &, quæ forte absorpta est à syllaba præcedente. Certe cap. 31. ubi eadem, quæ heic, narrantur, addita est.

b *Ut à virgine rogatur*] *Rogaretur* emendat Cl. Scheffer. Vide ejus notas. Nobil. Heinsius conjicit, *objurgatur*. Æque sane illa, ac pater, ut ex sequentibus patescit, spernebat Herculem.

c *Quos omnes*] Ante hæc deesse quædam videntur, in quibus fratrum Joles facta fuerit mentio. Eurytum enim Hercules cum quinque filiis interemisse fertur. Vide Tzetz. Chil. 1. 36. Serv. ad Æn. VIII. 291.

Ad CAP. XXXVI.

a *Oenei filia*] Et *Althææ*. Anton. Liberal. cap. 2. Perperam *Æthesia* dicitur apud Schol. Stat. II. Theb. 165.

b *Memor Nessi præceptis*] Lege, *præcepti*. nempe ejus, quod dederat ille ἐπιτολὴν τοῦ Κένταυρου cap. 34. Supr. cap. 12. *Responsi memor*. Cap. 69. *Memor sortium suarum*. 174. *Memor Parcarum præcepti*. Astron. II. 1. *Jupiter memor peccati*. Cyprianus de Bon. Pat. *Adam præcepti immemor, & datæ legis transgressor*. Video *Nessei præcepti* correxisse etiam Nob. Heinsium in orâ libri sui.

c *Lichan famulum*] Serv. ad Æn. VIII. 300. *Vestem tinctam Nessi sanguine Lichæ servo ad eam* (leg. *eum*) *perferendam dedit* Scholiast. Apollon. ad Lib. 1. 1211. pædagogum Hylli Herculis filii facit.

d *Et id sol attigit*] Lego & distinguo: *Inde paululum, quod in terram ceciderat, ut id sol attigit, ardere cœpit*. Venit idem in mentem Cl. Scheffero.

qui veſtem attulerat, [e] rotatum in mare jaculatus eſt; qui quo loco cecidit, petra nata eſt, quæ Lichas appellatur. Tunc dicitur Philoctetes Pœantis filius [f] pyram [g] in monte Oetæo [f] conſtruxiſſe Herculi, eumque [h] accendiſſe mortalitatem. Ob id beneficium Philocteti Hercules arcus & ſagit-

e *Rotatum in mare*] E Bœotiâ in mare Euboicum. Apollod. Lib. 1. Ovid. IX. Met. 218. *Corripit Alcides, & terque quaterque rotatum Mittit in Euboicas tormento fortius undas.* Sen. Hercul. Fur. 105. *Et circa furens Bis ter rotatum miſit.* Quintil. Declam. XVII. *Rotatos per abrupta molis jactus explicuit.* Lege, *mollis.*

f *Pyram conſtruxiſſe*] Hanc ab Herculе ipſo conſtructam, à Pœante ſuccenſam narrat Apollod. Lib. II. Zenobius Cent. I. 33. Scholiaſt. Hypoth. Trachin. Sophoclis. Sed hoc cum Hygino Philoctetæ tribuit Hom. Scholiaſtes ad Iliad. Z. Μηδεὶς γελάσας δ' ἄλλο ὑφάψαι ἐν τῇ Οἴτῃ Ἡρακλέης πυρὴν ἐν τῷ πλοότῳ αὐτῶ, ὑφῆψεν ὁ Φιλοκτήτης. Quod firmant Tzetzes ad Lycophr. pag. 131. Diodorus Lib. IV. pag. 243. Ovid. Lib. IX. Met. 234. Servius ad Æn. III. 402. VIII. 300. Lactant. Lib. I. cap. 9. Cicero Tuſcul. II. Dictys Lib. I. *Pœantis Philocteta, qui comes Herculis poſt diſceſſum ejus à Diis ſagittas induſtriæ præmium accepit.* Tzetzes ad Lycophr. p. 14. Ed. Steph. Τὰ ὃ τόξα αὐτοῦ Ἡρακλῆς τῷ Φιλοκτήτῃ χαρίζαιμπτο, ὡς δ' πατρὸς Φιλοκτήτου Ποίαντος τῇ πλοότῳ συμβήσαντος. Adde Brodæum Miſcell. cap. 5. Lib. I. Morſimo Trachinio triſte id miniſterium dat Hephæſtion. Illas ſagittas apud Sybaritas in Apollinis Halii templo conſecraſſe eum narrat Ariſtoteles Admirand. pag. 882. Edit. Caſaub. Conſer Juſt. Lib. XX. I. Juvenalis Schol. de hac fabulâ ad Stat XI. vers. 63. *Qui in Oetâ monte ſe incendit, non tolerans ardorem veſtis, quam in ſanguine Neſſi tinctam uxor ſua cauſſa pellicis Deianira porrexit veſtiendam.* Scripſerim: *uxor ſua Deianira cauſa pellicis porrexit indumendam.*

g *In monte Oetæo*] In cacumine montis Oetæ, quæ Φρυγία dicta. Schol. Callim. ad Hymn. III. Φρυγία ὄρος Τραχῖνος, ἔνθ' ἵκάνε ὁ Ἡρακλῆς. Arrianus apud Euſtath. in Dionyſ. p. 107. Φρυγία καί τις τόπος Εὐρυπυλῖος περὶ τὴν Οἴτην τὸ δὲ Τραχὶν ὄρος, ὅπου κληθῆναι φασὶ τὸ ἐκεῖ πρόχυσιν τῆς Ἡρακλείας καυθείσης.

h *Aſcendiſſe mortalitatem*] Micyllus in margine notavit, *& exuiſſe, vel ſimile quid forſan deeſt.* Editio Leidenſis exhibet *accendiſſe.* Atque ita legendum monuerat in Erratis Commelinus. forſan non malè: ut per mortalitatem innuat, quod mortale erat, & à matre traxerat. Vide Ovid. IX. Met. 252. Infr. cap. 102. *Cum humanum corpus eſt exuſtum & ad immortalitatem traditum.* Cyprian. Tract. IV. *Hercules ut hominem exuat, Oeteis ignibus concrematur.* Lucianus Hermotimo: Καὶ γὰρ ἐκεῖνον δαπαλὼν ὁπόσον ἀνθρώπειον εἶχε διὰ τῆς μητρὸς, ὁ κεραυνός τε καὶ ἀκήρατος φέρων τὸ θεῖον ἀνέπτατο εἰς τὰς θεὰς διδυκεμνηθεὶς (leg. διδυκεμνηθείς) ὑπὸ τοῦ πυρός. Atque ita *poſt corporea membra factus eſt Deorum curialis*, ut loquitur Capella Lib. I. Quid ſi in Hygino legas, *aſcendiſſe immortalitatem?* hoc eſſet, aſcendiſſe cœlos ad immortalem vitam inter Deos agendam. Conſer Zenob. I. 33. Apollod. Lib. II. pag. 120. Lactant. Lib. I. cap. 18. *Hunc à rege, quo ſe vivum combuſſerat, aſcendiſſe in cœlum putaverunt.* Nubes nempe cum tonitru ſublatum eum in cœlum vexit. Quibus non diſſimile eſt, quod de Jeſu noſtri ἀναλήψει narrat B. Lucas Act. I. 9. Confirmat me in iſtâ conjecturâ Cl. Schefferus, qui & ipſe idem

sagittas donavit. Deianira autem [i] ob factum Herculis ipsa se interfecit.

XXXVII. *Æthra.*

NEPTUNUS & Ægeus, Pandionis filius, in fano Minervæ cum Æthra [a] Pitthei filia una nocte concubuerunt. Neptunus quod ex ea natum esset, Ægeo concessit. Is autem postquam à Trœzene Athenas redibat, [b] ensem suum sub lapide posuit, & præcepit Æthræ, ut [c] tunc eum ad se mitteret, cum posset eum lapidem allevare, & gladium patris tollere: ibi fore [d] indicium cognitionis filii. Itaque postea Æthra peperit Theseum. Qui cum ad puberem ætatem pervenisset, mater præcepta Ægei indicat ei, lapidemque ostendit, ut ensem tolleret, & jubet eum

divinarat. Cyprian. Tract. 1. *Ad immortalitatem sub ipsâ morte transitur.* Ad eundem modum *humanitatem* dixit eam vitam, quæ inter homines agitur Servius ad Æn. VIII. 300. Vide heic vanitatem mythologorum: cœlum ascendisse Herculem narrant; quem tamen Homerus conveniri apud inferos facit ab Ulysse, sicut cæteros, qui excesserant vita, ut Cicero observat Lib. III. de Nat. Deor. Veram tamen lectionem, ut finem aliquando faciam, putem, *accendisse mortalitatem.* Ita Lactantius dixit Argum. Lib. XIV. Met. *mortalitatem abluere.*

i *Ob factum Herculis*] Doctissimus Jacob. Perizonius legit: *ob fatum Herculis*: i. e. mortem, exitium. Sic fab. 141. *Quibus fatalis fuit Hercules.* H. e. causa exitii. Probo conjecturam. Nihil frequentius istâ locutione cum apud alios quosvis scriptores, tum præsertim poëtas. Ad eundem modum locum hunc emendaverat in libro suo Nob. Heinsius. Lactant. eâ de re in Argum. Lib. IX. Met. *Deianira re auditâ ipsa se interfecit.* Suspendisse se narrat Apollod. Lib. II.

Ad CAP. XXXVII.

a *Pitthei*] Ita reposui pro *Pithei* ex cap. 79. Græcis est Πιτθεύς. *Pitheus* vitiose etiam Lactantio dicitur Lib. VII. Met. Argumentis, ubi hanc fabulam habes; ut & apud Apollod. Lib. III. Etym. Αἴθρα τὸ κοινόν. Ἢ Ἀττικὴν ἀίθρη. σημαίνει ἢ δύο. κύριον ὄνομα Αἴθρη Πιτθῆος θυγάτηρ. Ovid. Heroid. X. 131. *Nec pater est Ægeus, nec tu Pittheidos Æthræ Filius.*

b *Ensem suum*] Et *calceos*, ut volunt Apollodorus, Lactantius, Plutarchus, Etymol. Auctor, Eustath. in Dionys. p. 129. & Callimachus apud Tzetzen in Lycophr. nec non Crates apud Hom. Schol. ad Iliad. A. 740. Lapidem, sub quo posuit, πέτρα κοιλοφαίη vocat Callim.

c *Tunc eum*] Præcessit, *quod ex se natum esset.* Sententiam ergo magis, quam verba respexit.

d *Indicium cognitionis*] Insignia ingenuitatis appellat cap. 187. γνωρίσματα Græci. Parthen. Erot. cap. 1. Περιελόμενος τὴν ζώνην δίδωσι τῇ κόρῃ, κελεύων κρύπτειν (leg. κρύπτουσα) πρὸς παιδὸς φυλάττειν, ὅπως ἔχῃ γνώρισμα ὁπότ' ἂν ἀφίκηται πρὸς τὸν πατέρα αὐτῆς εἰς Κεῶνον. Cap. 3. συμβόλια appellat. Pertinet huc historiola illa, quam in voce Κελβὶ narrat Etymologicographus, ubi notandum Πρέπιον ab eo ap-

eum Athenas ad Ægeum proficiſci, [e] eosque, qui illic tum [f] itinera infeſtabantur, omnes occidit.

XXXVIII. *Theſei labores.*

CORYNETEM [a] Neptuni filium armis occidit. [b] Pityocampten, qui [c] iter gradientes cogebat, ut ſecum arborem pinum ad terram flecterent: [d] quam qui cum eo prenderat, ille eam viribus miſſam faciebat, [e] ita ad terram [f] graviter elidebatur, & peribat; hunc interfecit. [g] Pro-

appellari, qui Βρεταννὸς eſt Parthenio cap. 30.

e *Eoſque qui*] Cl. Schefferus emendat: *qui eos, qui illic* &c. Micyllus quædam deeſſe cenſet.

f *Itineri infeſtabantur*] Cl. Schefferus emendat: *Itinera infeſtabant vi.* Mihi perſuaſiſſimum eſt debere legi, *itinera infeſtabantur.* Vide Notas ad cap. 18. Lactantius: *Multos latrones Iſthmum obſidentes interfecit.*

Ad CAP. XXXVIII.

a *Neptuni filium*] Apollod. Lib. III. pag. 206. & Hygino ipſi cap. 158. eſt Vulcani filius: quibuſcum facit Ovid. Lib. VII. Met. 438. *Clavigeram vidit Vulcani eccumbere prolem.* Κορυνήτης dictus eſt à κορύνη, quam ῥόπαλον interpretatur Hom. Schol. ad Iliad. H. 141. Verum hominis nomen erat *Periphetes.* Lactant. Argum. Met. Ovid. *Periphitum latronem Vulcani filium juxta Epidaurum.* Leg. *Periphetem.* Heſych. Περιφήτης, ὁ Κορυνήτης.

b *Pityocampten*] Pityocamptes is *Sinis* eſt. Schol. Pind. Hypoth. Iſthmion. Pindari: Ὁ δ' Σίνις Ποσειδῶνος παῖς, ὃς δίνδρα κάμπτων, εἶπε συνδυσμῶν εἰς πιτυλόν τὰς πιτυόεσσας, ἄρδις ἀφιεὶς τὰ δίνδρα, ὅτε διέφθειρεν. Σίννις per duplex ν ſcribitur apud Ariſtotelem, Euripidem & Xenophontem. Ovid. VII. Met. 441. *Occidit ille Sinis, magnis malè viribus uſus.*

c *Iter gradientes*] H.e. viatores. *viantes* dicerent Apulejus & Prudentius. Παραπορεύομένους τῇ ὁδὸν appellant οἱ ὁ. Thren. I. 12. Opportunè Cl. Schefferus ita *viam gradi* dixiſſe Columellam obſervat. Propert. Lib. I. El. I. *Nec meminit notas, ut prius, ire vias.* & Lib. III. El. 15. *Scironis medias ſic licet ire vias.* Ita corrigit Nob. Heinſ. ad Ovid. Met. p. 392. Confer Sanct. Lib. III. in verbis *Ambulo* & *Eo.* Heinſ. notas ad Ovid. I. Faſt. 122. Cyprianus Tract. I. *Ambulavimus ſolitudines.* Apul. Met. II. *Sed cum primam plateam vadimus.* Propert. Lib. I. El. 8. *Deſtitit ire novas Cynthia noſtra vias.* & Lib. II. El. 10. *Memento Hoc iter ad lapides cana venire meos.* Ita legere malim, quam *itere.* Willer. paraphr. Cant. Salom. pag. 41. *Iter arctum progredientes.* Apulejus Libr. de Philos. *Qui per hæc profectus ſecuro gradu virtutis viam graderetur.* Ita legit Stewechius, non *viâ.* Excerpta Feſti MSS. *Profecturi viam Herculi aut Sanco ſacrificabant.* Barthius corrigi vult. *ibi tragredientes.* Atqui *eâ* ſic potius ſcripſiſſet. Cap. 187. *Theſeus cum ea iter faceret.*

d *Quam qui cum eo*] An ſcripſit, *quam quam quis cum eo?* Ita ſanè poſtulat ſententia; vel *ubi quis cum eo.*

e *Ita ad terram*] Et heic more ſuo omittit copulam &. Paulo aliter & verius hæc narrat Diodorus Lib. IV. pag. 262.

f *Graviter elidebatur*] Mallet Cl. Schefferus *illidebatur.* Sed ſic *allidebatur* potius dicendum eſſet. Seneca Tranquill. Cap. 3. *Qui non alliſerit virtutem, nec abſcenderit.* Lactant. Lib. IV. cap. 21. *Diripi pueros, allidi parvulos.* Pſ. 101. 11. *Elevans alliſiſti me.* Dubito tamen an quicquam mutari de-

g Procruſten Neptuni filium : ad hunc hoſpes cum veniſſet, ſi longior erat, minori lecto propoſito, reliquam corporis partem præcidebat : ſin autem brevior ſtatura erat, lecto longiori dato, incudibus ſuppoſitis extendebat eum, uſque dum lecti longitudinem æquaret: hunc interfecit. Scironem, qui ad mare loco quodam præruпto ſedebat, & qui iter gradiebatur, h cogebat eum ſibi pedes lavare, & ita in mare præcipitabat: hunc Theſeus pari leto in mare dejecit, ex quo i Scironis petræ ſunt dictæ. k Cercyonem Vulcani filium armis occidit. Aprum qui

beat, cum & aliis pro *ad terram dari* & *affligi* poni animadverram. Fulgent. ad Monimum pag. 21. Edit. Baſ. *Prævenit eliſum ut ſurgat : ſubſequitur elevatum ne cadat.* Fulgent. Planciades Contin. Virg. *Exaltatus quis in ſuperbiam duplum eliditur.* Myth. Lib. II. 17. *Subito erectiones, ſubito eliſiones ſuſtinent.* Vetus interpres Eccleſiaſtici cap. 1. vers. 39. *Et revelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat* tc. Græca exemplaria habent, κρούσαι-λῆ σι, & cap. VIII. vers 19. *Ubi non eſt adjutorium, elidet* tc. Ubi idem verbum occurrit in Græcis exemplaribus. Fulgent. Ruſpenſ. Epiſt. VI. *Profecto invenies & præcedentem gratiam, quâ poteſt eliſus ſurgere.* Auctor Cenæ Cypriano adſcriptæ: *Ad terram eliſis Daniel.* Chryſol. Serm. XV. *Ut levaret jacentes, eliſos erigeret.* Ita & apud Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 34. τοῦ *relevare*, cap. 47. τοῦ *ſuſcitare* opponitur *elidere.* Plura ad Fulgent. Pauſanias Corinthiacis narrat victos eum à ſe curvatis ad terram diverſarum pinorum ramis alligaſſe, ut, cum ad ſuam naturam rediiſſent arbores, diſcerperentur. Sed idem, quod aliis fecit, ipſe à Theſeo paſſus eſt. Unde *curvatas in ſua fata trabes* merito dixit Propert. Lib. III. 20.

g *Procruſten*] Pauſan. Lib. I. Πρὸς τούτῳ τῷ Κρωπιάτῃ λῃστὴν Πολυπήμονα τὸν ὄρους, Προκρούστην δ' ἐπίκλησιν, Θησεὺς ἀπέκτεινε. Sed quæ de Procruſte heic narrat Hyginus, Sinidi tribuuntur ab Euripidis Schol. ad Hippol. vers. 977. Ἦν, inquit, ὁ Σίνις υἱὸς Πήμονος, ὃν τὸν Ἰσθμοῦ ξυλοκόπτην, ὁ κρεμαστὴς Πιτυοκάμπτης. Vide ibi cætera.

h *Cogebat eum*] Suſtuli, quod inter has voces erat, comma. Atque ita hic locus perſpicuus eſt, nec trajectione ullâ indiget. Ad verbum pœne ex Diodoro hæc eſſe tranſlata notavit Barthius ad Stat. Tom. II. pag. 104.

i *Sironis Petræ*] *Infames Scirone petras* appellat Stat. I. Theb. 339. Ubi Schol. *Hic Sciron hoſpites ſuos vel tranſeuntes ſaxo reſidens cogebat ſibi pedes lavare, & eos ex improviſo præcipitabat.* Confer Ovid. VII. Met. 448. Schol. Euripid. ad Hippol. 980. Σκιρωνίδες πέτραι ſunt Diodoro & Lucian. Tom. I. pag. 200. Edit. Bened. Corruptè *petræ Scyrades* ediderunt apud Lactant. ad III. Theb. pro *Scironides*, quomodo & heic forſan reſtituendum, quanquam non valde eſt neceſſe. Schol. Nicandr. pag. 16. Ed. Col. Σκείρων μὲν ὁ Πελοποννήσιος μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου κείμενος, ἀπὸ τοῦ Σκειρωνίδες πέτραι καλεῖται. Lactant. in Argum. Ovid. Met. Lib. VII. *Unde Scironides petræ ſunt nominatæ ab ejus nomine.* Σκιρωνίδες legitur in ἀνεμώνῃ ἥτ. Ariſtotelis. perperam. Senec. Hippol. 1033. *Et ſcelere petræ nobiles Scironides.* Vers. 1225. *Scironia ſaxa* appellat.

k *Cercyonem*] Ovid. *Cercyonis Ietum vidit Cerealis Eleuſin.* Vide noſtrum cap. 187. Neptuni eum facit filium Gellius Lib. XV. 21.

l Cre-

qui fuit [l] Cromyone, interfecit. Taurum, qui fuit Marathone, quem Hercules [m] à Creta ad Eurystheum adduxerat, occidit. Minotaurum [n] oppido Gnosi occidit.

XXXIX. *Dædalus.*

DÆDALUS [a] Euphemi filius, qui fabricam à Minerva dicitur accepisse, [b] Perdicem sororis suæ filium propter artificii invidiam, quod is primum [c] serram invenerat, [d] summo tecto dejecit. Ob id scelus in exilium ab Athenis Cretam ad regem Minoem abiit.

XL. *Pa-*

l *Cremione*] Ita & Lactant. Argum. Lib. VII. Met. Ovid. Sed perperam. *Crommyone* Vir Cl. Κρομυῶνα scio appellari Diodoro Lib. IV. & Plutarcho in Theseo. Minori tamen mutatione heic legas, *Cromyone*. Κρομυὼν est Pausaniæ pag. 86. Edit. Wechel. quod convenit cum Ovidiano versu, qui est Lib. VII. Met. 436. *Quodque suam secarus arat Cromyona colonus.*

m *A Cretâ*] Pro *ex Creta*. Sic Flor. I. 24. *Allatas à Græciâ leges decem principes lecti, jubente populo, conscripserant.* Just. XII. 14. *Se à Macedoniâ evocatum arbitrabatur.*

n *Oppido Gnosi*] Illud *oppido* pro glossemate habet Cl. Schefferus. non accedo. Cicero V. ad Atticum epist. 18. *In oppido Antiochiæ.* Vide Voss. de Constructi. cap. 2.

Ad CAP. XXXIX.

a *Euphemi*] Correxeram cum Micyllo *Eupalami*, quod ita Apollodorum Lib. III. pag. 205. Diodorum Lib. IV. pag. 276. Serv. ad Æn. VI. 14. Lactant. Argum. Lib. VIII. Metam. imo Hyginum ipsum cap. 244. & 274. velle observassem, cum *Euphemum* ejus patrem etiam à Tzetze appellari docuit me Cl. Schefferus. Sed locum invenire hactenus non potui. Certè Chil. I. 19. & XI. 394. Eupalamo eum natum cum aliis scribit. Quærant alii felicius.

b *Perdicem sororis suæ filium*] Ita & infr. cap. 274. eum juvenem appellat: nec non cap. 244. ubi ista legas: *Dædalus Eupalami filius Perdicem sororis suæ filium propter artificii invidiam.* Cl. Schefferus emendat: *Perdicis sororis.* filium enim *Attalum* vel *Accalum*, sororem *Perdicem* vocari observat. Sane sororem Dædali *Perdicem* appellat sub finem Lib. III. Apollodorus, filium autem *Talum*. Aquo longe alius est, qui corruptè *Talris* dicitur à Juven. Schol. ad Sat. XIII. vers. 97. Hellanicus vero apud Eurip. Schol. ad Orest. 1650. *Tantalum*, Suidas Κάλων, ut & Lactantius loco modo adducto. qui patrem illum Perdicis fuisse vult; Tzetzes *Attalum* vocat. Ἄτταλε, inquit, παῖδα Περδίκης ἀδελφῆς κεκλήμενον Ἄτταλον. nihil tamen mutandum. Nam Perdicem invenisse serram cum Hygino cap. 274. scribit etiam Fulgent. Lib. III. Myth. at matrem ejus non *Perdicem*, sed *Polycasten* facit. De Perdice serræ inventore præterea consentiunt Gloss. MSS. ad Virg. Georg. I. 143. & Servius itidem, cujus hæc sunt verba: *Dicitur Perdix Sororis Dædali filius circinum & serram invenisse.* Et ad Æn. V. 14. *Occiso Perdice sororis suæ filio.* Adde his Ovid. Lib. VIII. Met. 237. Sidon. Lib. IV. epist. 3. & quæ notavit Meurs. Athen. Att. Lib. II. cap. 11.

c *Serram*] Et *circinum*. Hyg. 274. Lactantius & Servius iis, quos modo dixi, locis.

d *Summo tecto*] *Ex arce Minervæ*, ut est in Gloss. Virgilianis, &, quod idem est, ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως Ovid. *Dædalus invidit, sacraque ex arce Minervæ Præcipitem misit.*

XL. *Pasiphae.*

PASIPHAE Solis filia, uxor Minois, sacra [a] deæ Veneris per aliquot annos non fecerat. Ob id Venus amorem infandum illi objecit, ut taurum, [b] quem ipsa amabat, alia amaret. [c] In hoc Dædalus exul cum venisset, petiit [d] ab eo auxilium. Is ei [e] vaccam ligneam fecit, & veræ vaccæ corium induxit, in qua illa cum tauro concu-

Ad CAP. XL.

a *Deæ Veneris*] An *Veneri*? Sed ut heic, ita & infr. cap. 143. *Quod Junonis sacra primus fecit.* & cap. 260. *In quo Æneas Veneris templum constituit.* Quemadmodum Avianus in fabulis Æsopicis: *Continuo supplex Telluris construit aras.* Vellejus Lib. II. 81. *Templumque Apollinis & circa porticus facturum promisit.* Lactant. Argum. Lib. XII. Met. fab. 1. *Cum in Aulide Jovis sacra ministraret.* Ita MS. Julius Obsequens cap. 106. *Aruspices sacra Apollinis litanda, & de lege, quæ ferebatur, supersedendum, pronunciarunt.* Cap. 108. *Cupressea simulacra Junonis Reginæ posita.* Quanquam istis locis *Apollini* rescribendum censet ad eum scriptorem Schefferus. Cap. tamen 15. dixit noster, *Veneri sacra per aliquot annos non fecerant.* 274. *Phoroneus Inachi filius Junoni arma primus fecit.* Quomodo alterum utcunque tolerari possit, ostendi ad Liberal. cap. 6. Attamen insolens illud nimium forte. corrige ergo, *Veneri.* Hom. Odyss. 114. Ἧξας ἱερὰ καλὰ Ποσειδάωνι ἄνακτι.

b *Quem ipsa amabat, alia*] Non de nihilo de glossa hæc verba suspexit Barthius. Qui laciniam istam Hygino adsuit, respexisse videri potest illud Virgil. Ecl. VI. *Aut aliquam in magno sequitur grege.* Posses tamen retinere, si ita legas, *ut taurus, quem ipsa amabat, aliam amaret.* vel sublatâ tantum distinctione, *ut taurum quem,* sicut cap. 274. *Caper autem vitem quam præroserat plenius fructum protulit.* Ad Virgil. Servius: *Ac si diceret, habes aliquid spei, si quidem veneris amare, quem diligis.* Duplici ergo nomine infandus erat amor Pasiphaes; primo quod in tauro urgeretur; deinde eo quidem tauro, apud quem potior erat vacca aliqua, quam ipsa. Unde Propertius Lib. III. el. 17. *Testis, Cretæi fastus quæ passa juvenci* &c. Cl. Schefferus nobiscum heic non facit, sed legit, *ut taurum, quem ipse mandarat ali, amaret.* Quod convenit cum illis, quæ de eo tauro Tzetzes tradit Ch. I. 18. Lactant. ad Stat. v. Theb. 441. Quamobrem subscribo ejus conjecturæ.

c *In hoc*] Explicavi antehac, *in eo tempore*, ut cap. 46. vel *sub eodem tempore*, ut cap. 69. loquitur. & ita ἐν τούτῳ Græci dicunt. Vide notas ad cap. 33. Anton. Liberal. Clar. Schefferus copulat hæc verba cum sequentibus, ut fit, *petiit in hoc auxilium ab eo.* i.e. in eam rem, quod nescio quomodo nunc magis, quam antehac, arridet. Tertull. Exhort. ad Cast. cap. 2. *In hoc probatur nostra in Deum mens.* Horat. Epod. ult. *Ingrata misero vita ducenda est in hoc.* h. e. *propter hæc*, ait Scholiast. Justin. Lib. II. cap. 15. *Legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos.* & Lib. XXIV. 2. *In hoc mitteret arbitrum juris jurandi.* Ovid. x. Met. 408. *In hoc mea (pone timorem) Sedulitas erit apta tibi.* Lactant. Argum. VI. Met. fab. 1. *In hoc ad eam venit.* Phædr. Lib. V. 1. *In hoc, ut aliis esset materiæ satis.* Justin. 38. cap. 3. *In quod tum missi Aquilius & Manlius Maltinus legati.*

d *Ab eo*] Ita reposui pro *ab ea*. Apollod. Lib. III. pag. 132. Σωισχὼν λαμβάνει τὸν Δαίδαλον.

e *Vaccam ligneam*] Eleganter Clemens Paræn. pag. 39. Edit. Morell. Ἡ δὲ ἔνδον ἡ Δαιδάλου, ἡ ἐκ ξύλου περιηρμόσθη, τοῦτον εἶλεν ἄρρενα,

κεῖ

Unable to display this page

sus. Qui posteaquam Athenienses vicit, [b] vectigal Minois esse cœperunt. Instituit autem, ut anno unoquoque [c] septenos liberos suos Minotauro ad epulandum mitterent. Theseus postea quam à Trœzene venerat, & audiit quanta calamitate civitas afficeretur, voluntarie se ad Minotaurum [d] pollicitus est ire. Quem pater cum mitteret, prædixit ei ut, si victor reverteretur, vela candida [e] in navem haberet. Qui autem ad Minotaurum mittebantur, velis atris navigabant.

XLII. *The-*

τ παῖδα Μίνω ἀγωνιζόμενον ἐ νικῶντα παρ' αὐτοῖς τὰ Παναθήναια. Eadem habet Servius ad Æn. VI. 14. Lactant. ad 1. Achil. Stat. 192.

b *Vectigal*] An *vectigales*? Cæsar IV. B. C. *Eos cum finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt.* Justin. 1. 7. *Urbes Persarum tributariæ.* 11. 3. *Asiam vectigalem fecere.* Curt. x. 2. *Persarum tributarii.* Sed quod heic *vectigal fieri*, id pari ratione εἰς φόρου γίνεσθαι dicunt Græci interpretes Judic. cap. 1. 28. & 29. Thren. 1. 2. Certè nihil heic video, quod valde flagitet criticum ferrum. In veteri decreto arbitrum finium regundorum pag. 204. Inscript. Grut. *Is ager vectigal nei siet Lanuvinum*, h. e. *vectigalis.*

c *Septenos*] Sequitur Virgil. qui Æn. VI. 21. *Tum pendere jussi Cecropidæ jussi (miserum) septena quotannis Corpora natorum.* Quidam septem pueros & septem puellas misisse eos quotannis tradiderunt. Vide Serv. & Lactant. Statii interpretem. Astron. II. 5. *Cum Theseus Cretam ad Minoa cum septem virginibus & sex pueris venisset.* Cæterum Naso Met. Lib. VIII. vers. 171. ut & Plutarchus in Theseo, nono quoque anno solutum id tributum tradunt ab Athenienſibus.

d *Pollicitus est ire*] Sic infr. cap. 92. *Se in conjugium dare promisit.* 129. *Simul atque se sacra facere.* 219. *In conjugium dare pollicetur.* Novè, inquit Barthius, utitur infinitivo. Quasi vero non ita crebro etiam alii scriptores loquantur. Plaut. Cistell. II. 2, 7. *Promisi dare.* Mostell. v. 2. *Autumo me ire.* Asin. II. 4. 36. *Ajebat reddere.* Ovid. III. Heroid. *Quin etiam fama est, cum crastina fulserit Eos, Te dare nubiferis linea vela notis.* Virg. Æn. I. 23. *Progeniem sed enim Trojano à sanguine duci Audierat.* Avianus fabulis Æsopicis: *Grande ratus pretium volucris de morte referre.* Similia exempla, in quibus præsens passivum ponitur pro futuro, apud nostrum habes cap. 68. 98. 257. Sic apud Cyprian. Tract. 1. *Hoc scias esse prædictum, in novissimis temporibus multiplicari mala.* Fulgent. Lib. 1. cap. ult. *Ergo mens præsumptionem sperans, sibi conjungi duas feras suo currui subjungat.* MS. Leid. Biblioth. *sibi conjungi.* Perperam. Mutanda est distinctio, ut in Edit. Henrici Petri: *Ergo mens præsumptionem sperans sibi conjungi, duas feras &c. conjungi* est conjunctum iri. Ambrosius Hymnis: *Per quem & nos resurgere Devota mente credimus.*

e *In navem*] Pro *in navi.* Hellenismum censet esse Linacer Lib. VI. pag. 498. Nimirum Græci εἰς pro ἐν interdum usurpant. Johan. cap. 1. 18. Ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τ πατρός. Invenies alia id genus sexcentis locis apud alios. Creberrimè ita noster loquitur. Vide cap. 51. 82. 105. 122. &c. Nec refugerunt alii non infimi census apud Latinos. Curt. x. 2. *Regni solium in Asiam habere.* Quadrigarius apud Gellium XVII. 2. *Nos in medium relinquemus.* Justin. XLIII. 5. *In Hispaniam tunc temporis bellum gerentem.* nisi *in Hispania* ibi legendum est, vel *in* pro *contra* accipiendum. quod verum puto. Idem licere sibi quoque putarunt illi deterioris ætatis heroes. Dictys Lib. II. *Militem frequentem in arma habuere.* Julius

Ob-

XLII. *Theseus apud Minotaurum.*

THESEUS posteaquam Cretam venit, ab Ariadne Minois filia est adamatus, adeo ut fratrem proderet, & hospitem servaret: ea enim Theseo monstravit Labyrinthi exitum. Quo Theseus cum introisset, & Minotaurum

Obseq. cap. 20. *Ut jacentibus in publicum cadaveribus qui funerarent defuerint.* Complures, qui istam locutionem illustrarint, in Curtiano Indice congessit Freinshemius ad illa *IN Ciliciam fore.* Adi ipsum, & Popmam in de Antiq. Locut. Lib. II. cap. 7. Laurenb. Antiq. voce *IN. Festus: Labes, macula in vestimentum dicitur.* Ita membranæ Leid. cod. Item: *Latinè loqui a Latio dictum est, quæ locutio adeo est versa, ut vix ulla pars ejus maneat in notitiam.* ita & heic eædem membranæ, non *in notitia.* Et *in* MUNIFICIOR. *Quamvis munificens non sit in usum.* Frustra ergo *in navi* corrigi heic vult Micyllus, neque non immerito Petron. eadem constructione utentem suggillat quidam. Certè *tam valde*, cui nigrum theta idem præfigit, Ciceronem habet auctorem Lib. v. Fin. 31. *Etsi quidem hoc est in vitio dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere. Tam magnum*, quod itidem vapulat, est apud Catull. carm. 87. *Nulla in tam magno est corpore mica salis.* Curt. Lib. VI. 9. *In quos tam magna contuleram.* Suet. Tib. 33. *Neque tam parvum quicquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit.* Schol. Juvenal. ad Sat. XV. 65. *Non tam magna saxa jactant, qualia antiqui.* Cicero pro Marcell. *Quæ quidem ego nisi tam magna esse fateor, ut &c.* Sic *tam grande* apud Flor. II. 6. *Cui tam grande de Africâ nomen fata decreverant. Ditis*, quod velut inauditum, & à nullo alio dictum notat, agnoscitur à Servio ad Æn. VII. 273. *Dicimus*, inquit, *hic Dis & hic Ditis.* Et ad I. Georg. 43. *Februus autem est Ditis.* Ad Æn. XI. 185. *Ditis pater Soranus vocatur.* Apulej. Lib. VI. Metam. *Charon ille, Ditis pater.* Gloss. Steph. *Ditis pater, ὁ Πλούτων. Despiter, ὁ Χάρων.* Vulcanus corrigit, *Diespiter*, malim, *Dispiter.* sequitur enim post paulo, *Ditis, Χάρων. Orcus, Χάρων. Despiter* dictum ut *Marspiter* in ambarvali sacrificio apud Catonem cap. 141. Not. Tyronis & Sen. 97. *Ditis pater.* Nihili est ergo observatio Capri: *Dis pater, non Ditis.* Agnoscit tamen τὸ *Diespiter* pro Plutone Isidor. Orig. Lib. VIII. cap. XI. *Pluton Græce, Latine Diespiter vel Ditis pater, quem alii Orcum vocant, quasi receptorem mortium; unde orca nuncupatur vas, quod recipit aquas. Ipse & Græce Charon.* Gloss. Nom. Ὄρκυν· λιθιερτὸς, Χαρωνιανὸς ἀπελεύθερος. Ὄρκυς ὁ Χάρων. Lactant. I. 14. *Pluton Latine est Diespiter, alii Orcum dicunt.* Sic *glis.* & *hic gliris* veteres dixisse observat Charisius Lib. I. Nimis quoque festinavit ille, qui phrasin illam *alabastris unguenti*, non aliunde, quam è B. Luc. cap. VII. depromptam esse pronunciat, neque ejus exemplum apud profanos scriptores ullibi reperiri. Servius tamen, à quo Lucæ euangelium esse lectum credere eum haud credo, eâ utitur ad Æn. III. 279. *Venerem nutatam in navis* (Leg. *annis*) *formam gratis transvexit, quapropter donatus ab eo unguenti alabastro, cum se indies inditum ungeret, feminas in sui amorem trahebat.* Pro *inditum ungeret*, puto legendum, *inlitum ungeret*, vel *inde inungeret.* Prius præferam. Capella Lib. II. *Irrorati liquoris illinebat unguentum.* quanquam codex bibliothecæ Leid. habet, *allinebat.* Ovid. Medic. Fac. 97. *Tempora sit parvo mollem licet illita vultum.* Cic. II. Acad. *Quibus alabaster plenus unguenti putere videtur.* Rogo non idem *alabaster plenus unguenti*, quod *alabaster unguenti?* Horat. IV. od. 12. *Nardi parvus onyx.* h. e. ampulla marmorea, ut recte exponit vetus interpres. Petron. in Fragmentis pridem editis: *Asser nobis alabastrum*

Co-

rum interfeceisset, Ariadnes monitu [a] licium revolvendo foras est egressus, eamque, quod fidem illi dederat, in conjugio secum habiturus, avexit.

XLIII. *Ariadne.*

THESEUS in [a] insula Dia tempestate retentus, cogitans, si Ariadnen in patriam portasset, sibi opprobrium futurum; itaque in insula Dia dormientem reliquit. quam Liber amans, inde sibi in conjugium abduxit. Theseus autem cum navigaret, oblitus est vela atra mutare: itaque Ægeus pater ejus, credens Theseum à Minotauro esse consumptum, in mare se præcipitavit; [b] ex quo Ægeum pelagus est dictum. Ariadnes autem sororem Phædram Theseus duxit in conjugium.

XLIV. *Co-*

Cosmianum. Theocrit. Eid. xv. 114. Συελίω ἢ μύρῳ χρύσει ἀλάβαστρα. Vide ibi Schol.

Ad CAP. XLII.

a *Licium revolvendo*] H. e. ἀνελίσσων τὸν ἀγαδίδα, sive filum, quod januæ affixerat, relegendo, ut loquitur Ovid. VIII. Met. 173. Nam labyrinthum fuerat ingressus τὸν δρόμον ἐξάψας τῇ ἐξόδῳ τῇ ἀγαδίδος. *Globum fili* vocat Schol. ad Stat. Theb. Lib. XII. 676. Rectius *glomum* vocasset. Gloss. Philox. *Glomera* & *glomus*, ἀγαδίς. Plin. XXXVI. 14. *Sine glomere lini exitum invenire nequeat.* Confer Schol. Hom. ad Iliad. Σ. 590. & Odyss. Λ. 320. *Filum* est Catullo, *linum* Propertio Lib. II. El. XI. *stamen* eidem Lib. IV. El. 4.

Ad CAP. XLIII.

a *Insula dia*] Gloss. Steph. *Dia*, νῆσος Διονύσου. Hom. Schol. ad Odyss. Λ. 324. Δῖα νῆσος πρὸς τῇ Κρήτῃ, ἥτις Νάξος καλεῖται, ἱερὰ δὲ αὕτη Διονύσου. Diod. Lib. IV. Τὸν τότε μὲν Δίαν, νῦν Νάξον προσαγορευόμενον. Primitus Στρογγύλη fuit dicta, ut idem docet Lib. V. pag. 324.

b *Ex quo Ægeum pelagus*] Ita quoque Servius ad Æn. III. 74. Schol. Horat. ad Lib. II. od. XVI. & Nicocrates apud Schol. Apollon. ad Lib. I. 831. Οὐκ ἴδ, ait Scholiastes, πολὺ δὲ ἀπέχει ἡ ἀκρόπολις τῆς θαλάσσης ὁ Αἰγαῖος. Ipse ergo derivat à νέσσι αἰγῶν. Atque ita etiam Pind. Schol. ad Nem. od. V. Et sanè, cum non Αἰγεῖον, sed Αἰγαῖον mare hoc vocitent Græci, libens eam præferam etymologiam. Inter Latinos Capella Lib. VI. & Solinus cap. 15. ab insulâ Antandro, quæ capræ similitudinem præferat, ita dictum censent. Capellæ verba mendosa sunt: *Cujus dexterior*, inquit, *Antandros exignitas insularum. Denique à navigantibus capræ similitudine divulgatur, ab eaque Ægeum pelagus appellatur.* Pro *exignitas* puto legendum, *exiguissima.* Hinc nempe saxum verius, quam insula, Solino judice, meruit cognominari. Alias originationes ex aliis si desideres, suppeditabunt tibi Demetrius apud Schol. Apollon. ad Lib. I. 1165. Boschartus Can. Lib. I. 13. Torrentius ad Horat. II. od. 16. Varro R. R. II. cap. I. Fe-

XLIV. *Cocalus.*

MINOS, quod Dædali opera multa sibi incommoda acciderant, in Siciliam est eum persequutus, petiitque à rege Cocalo ut sibi redderetur. Cui cum Cocalus promisisset, & Dædalus rescisset, ab regis filiabus auxilium petiit. [a] illæ Minoem occiderunt.

XLV. *Philomela.*

TEREUS Martis filius Thrax, cum Procnen Pandionis filiam [a] in conjugium haberet, Athenas ad Pandionem socerum venit rogatum, ut Philomelam alteram filiam sibi in conjugium daret: Procnen suum diem obisse dicit. Pandion [b] ei veniam dedit, Philomelamque & custodes cum ea misit: quos Tereus in mare jecit, Philomelamque invitam in monte compressit. Postquam autem in Thraciam redit, Philomelam mandat ad Lynceum regem, cujus uxor Læthusa, quod [c] Procnæ fuit familiaris, statim pellicem ad eam deduxit. Procne cogni-

Festus in ÆGÆUM. Tzetzes in Lycophr. pag. 27. & 72. Ed. Steph. Eustath. in Dionys. p. 22.

Ad CAP. XLIV.

a *Illæ Minoem occiderunt*] Quæ heic narrat Hyginus, invenies apud Pindar. Schol. ad od. IV. Nemeon. Diodor. Lib. IV. Schol. Hom. ad Iliad. β. 145. Meminit etiam Aristoteles Polit. Lib. II. Τὸν βίον ἐτελεύτησεν ἐκεῖ περὶ Κάμικον. Strabo πλησιοχωρῶς τὴς Καμίκης appellat. Lib. VI. Vibius Sequester: *Camicos Siciliæ, ex quo urbs Camicos.* leg. *Camicos.* Adde Cononem cap. 25. apud Photium. Plutarchus submersum eum narrat in mari juxta Siciliam.

Ad CAP. XLV.

a *In conjugium haberet*] Justin. Lib. VII. cap. 6. *In matrimonium habet.*

b *Ei veniam dedit*] H. e. concessit, quod petebat. Cicer. V. Att. epist. 21. *Dedit veniam homini impudenter petenti.* Terent. Andr. Act. 5. 3. *Æquum postulat, da veniam.* Donatus, *concede, indulge.* Dictys Lib. II. *Quod Ajax cognatione fretus impetraturus veniam facilius videbatur.* Apulejus V. Met. *Novæ nuptæ precibus veniam dedit.* Lactant. Argum. Lib. XIV. Met. fab. 18. *Geminum petiit auxilium: datâ ergo veniâ* &c. & Lib. I. fab. 7. *Veniam acceperunt per preces generandæ prolis.* Nepos Dion. cap. 2. *Dedit ergo huic veniam.*

c *Progne*] Scribendum *Procnæ* vel *Procnes.* Gr. enim Πρόκνη dicitur. Servatur recta scriptura in not. Tyr. & Sen. p. 190. *Procne. Philomela.* Errorem ortum esse ex pravâ pronuntiatione ostendi in notis ad Genealog. Sic *Sygambros* vocat Horat. Scholiast. ad Lib. IV. od. 2. qui *Sycambri* erant. *Agatus* in laudatis modo notis pro *Acatus.* 178. Contra C pro G non raro positum deprehendas. Gloss. Isid. *Cloaca,*

Emi-

gnita sorore, [d] & Terei impium facinus, pari consilio machinari cœperunt regi [e] talem gratiam referre. Interim Tereo ostendebatur in prodigiis Ity filio ejus mortem à propinqua manu adesse: quo responso audito, cum arbitraretur [f] Dryantem fratrem suum filio suo mortem machinari, fratrem Dryantem insontem occidit. Procne autem filium Itym, ex se & Tereo natum, occidit, patrique in epulis apposuit, & cum sorore profugit. Tereus, facinore cognito, fugientes cum insequeretur, deorum misericordia factum est, ut [g] Procne in hirundinem com-

Burca. Lege, *Burga.* Sic *incestum* pro *ingestum* perperam diu lectum apud Claud. Epith. Celerin. vers. 77. De quo consule Nob. Heinsii notas ad eum locum.

d *Et Terei impium facinus*] Syntaxis postularet, *& Terei impio facinore*. sed Barth. ad Stat. Tom. III. pag. 84. emendat, *ad Terei impium facinus*. Scio *ad* pro *contra* usurpare Virg. Æn. II. 443. *Clypeosque ad tela sinistris Protecti objecimus*. Et nostrum cap. 91. *Gladium ad eum strinxit*. Mallem tamen *ob*. Sed *ad* & *ob* confundi à veteribus jam olim notavit Dousa Explic. Plautin. Lib. I. & II. Esset igitur *ad Terei impium facinus*, quod Græci dicunt, διὰ ἄμιξιαν. Schol. Horat. ad Lib. IV. od. 12. *Pro stupro sororis Philomela ad vindictam*. Livius Lib. I. cap. 7. *Cum boves quædam ad desiderium cæterarum mugissent*. h. e. *ob desiderium*. Chrysologus Serm. 1. *Patris fatigatur ad vitam*. Non liberat tamen ab incommodo nexu orationem nec Barthiana illa emendatio, nec mea explicatio.

e *Talem gratiam*] Malim *parem gratiam*. Astron. II. 15. *Pro quo Jupiter facto mortalibus parem gratiam referent*.

f *Dryantem*] Ita rescripsi pro *Driantem*. Δρύας enim Græcum est nomen, non Δρίας.

g *Procne in hirundinem*] Ita fabulantur vulgo. Apollodorus autem Lib. I. *Procne fit Luscinia, Philomela vero in hirundinem transformatur*. Cum Apollodoro facit Tzetzes Chil. VII. 142. & in Hesiod. p. 130. Gabrias fab. 43. & Eustath. ad Odysseam p. 710. ed. Bas. ubi dignissimus lectu est. Pentadius de veris adventu: *Jam Philomela gemit modulis Ityn impia mater*. Videtur respexisse locum Horat. Lib. IV. od. 11. *Nidum ponit Ityn flebiliter gemens Infelix avis*. Sed Flaccus ibi non luscinian, sed hirundinem intelligi voluit. Prov. vetus est: *Una hirundo non facit ver*. Unde de hirundine auctor El. de Ob. Mæc. *Verberat egelidos garrula vere lacus*. h. e. lacunaria, interprete Viro Illustri. Non accedo. Verberant stagna hirundines alis, ut alas madefaciant, cum pulverem colligunt ad nidos faciendos. Dicere non potes τὸ *Philomela* heic esse nomen κύριον, cum non ea, sed Procne fuerit mater. Calpurnius Ecl. V. *Vere novo cum jam tinnire volucres Incipient, nidosque reversa lutabit hirundo*. Anthol. Lib. I. Sect. 56. Num. 5. Ἤδη τὰν πολύοτιν μὰν ὑπὸ ῥέθρα χερὶ χελιδὼν Οἰνία. Erravit ergo Pentadius, nec cepit mentem Horatii? non dixerim. Æquè enim bene de luscinia, ac de hirundine accipi potest Horatii ille locus. Tam enim luscinia, quam hirundo veris titulus. Sappho: Ἤρος ἀγγελος ἱμεροφώνος ἀηδών. Senec. Agam. vers. 670. *Non quæ verno nobile carmen Rauo cantat tristis ædon, Ityn in varios modulata sonos*. Martial. Lib. X. ep. 51. *Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbos: Ismarium pelex Attica plorat Ityn*. Etiam *gemere* rectè dicitur. Varro Lib. IV. L. L. *Luscinia, quod luctuose canere existimatur, atque ex Attica Procne in luctu facta avis*. Anthol. Lib. I. cap. 20. Num. 16.

Eum

commutaretur, Philomela in luſciniam : Tereum autem [h] accipitrem factum dicunt.

XLVI. [a] *Erechtheus.*

ERECHTHEUS Pandionis filius habuit filias quatuor, quæ inter ſe conjurarunt, ſi una earum mortem obiſſet, cæteræ ſe interficerent. In eo tempore Eumolpus Neptuni filius Athenas venit oppugnaturus, quod patris ſui terram Atticam fuiſſe diceret. Is victus cum exercitu, cum eſſet ab Athenienſibus interfectus. Neptunus, ne filii ſui morte Erechtheus lætaretur, expoſtulavit, ut ejus filia Neptuno immolaretur. Itaque [b] Otionia filia cum eſſet immolata, cæteræ fide data ſe ipſæ interfecerunt. Ipſe Erechtheus ab Jove, Neptuni rogatu, fulmine eſt ictus.

XLVII. *Hippolytus.*

PHÆDRA Minois filia, Theſei uxor, Hippolytum privignum ſuum adamavit. Quem cum non potuiſſet ad ſuam

Ξυθαὶ ἀηδονίδες μινυρίσομαι ἀνλαχδοι. Hinc mulier lugens ejuſdem operis Lib. III. ἀηδὼν eleganter appellatur. De Procne in luſciniam converſâ conſentit etiam Apollodoro Ariſtophanis Scholiaſt. in Aves pag. 551. Servius præterea ad Ecl. VI. etiam Ityn in *Faſſam* narrat mutatum. *Faſſa* autem Græcum eſt φάσσα, *palumbes*. Gloſſ. Steph. *palumbis*, φάσσα. *Paſſa*. εἶδος ὀρνίθων. Lege, *Phaſſa*. Gloſſ. Cyrill. Φάσσα *palumbus*, *palumbes*. Sed Lactant. Argum. Lib. VI. Met. Ovid. Ityn *in phaſianum* transformatum refert. Φασιανοὶ ſunt Phaſidis aves. Utervis certè ex altero eſt corrigendus. Anton. Liberal. in hac fabula & circumſtantias & perſonas mutat. Vide eum cap. XI.

h *Accipitrem*] Ovidius, Pauſanias, Horat. Scholiaſtes, Tzetzes, Servius, Ælianus, Virgilius, & alii upupam faciunt. Etiam Philocles Tragicus fabulam hujus argumenti inſcripſit Τηρεὺς ἢ Ἔποψ. Nihil tamen mutandum. Demetrius Ἐφηγητ. de quodam genere accipitrum: Κορυδαλίς δέ εἰσιν ἄττοι, οἳ χελιδόσι πολέμιοι. Καὶ τοιοῦτόν γε αὐτὸν συγγενῆ ἄν τις εἴποι Τερέως. Lege. Τρέως. Tereum enim accipitrem factum innuit.

Ad CAP. XLVI.

a *Erichtheus*] Scribe *Erechtheus*, & hoc & aliis locis, niſi forte confugere lubet ad illam omnibus notiſſimam vocalium I & E confuſionem: quam tamen in propriis nominibus, præſertim Græcis, neutiquam admiſerim.

b *Otionia*] Cap. 238. *Colophoniam* appellat. Utrobique ſcribendum eſſe *Chthoniam* docet nos Meurſius Art. Lect. Lib. VI. cap. 21.

Ad

ſuam perducere voluntaten, tabellas ſcriptas ad ſuum virum miſit, ſe ab Hippolyto compreſſam eſſe, ſeque ipſa ſuſpendio necavit. [a] & Theſeus re audita, filium ſuum [b] manibus excidere juſſit, & optavit à Neptuno patre filio ſuo [c] exitum. Itaque cum Hippolytus equis junctis veheretur, repente è mari taurus apparuit: cujus mugitu equi expavefacti, Hippolytum diſtraxerunt, vitaque privarunt.

XLVIII. *Reges Athenienſium.*

[a] CECROPS Terræ filius, Cephalus [b] Deionis filius, [c] Ægeus Pandionis filius, [d] Pandion Erichthonii filius, Theſeus Ægei filius, Erichthonius Vulcani filius, Erechtheus Pandionis filius, [e] Demophoon Theſei filius.

XLIX. *Æſcu-*

Ad CAP. XLVII.

a *Et Theſeus*] Dele τὸ &. natum eſt ex ultima vocis præcedentis ſyllaba. Monuit jam Cl. Scheſſerus.

b *Manibus excidere*] Micyllus, *Manibus excedere*. Cl. Scheſſerus, *mœnibus excedere*. Quod omnino probandum. Hoc enim idem eſt, quod dicit Scholiaſtes Hypothes. Hippolyti Euripidis, ἐπέπαξε φεύγειν. Ovid. xv. Met. 504. *Immeritumque pater projecit ab urbe Hoſtilique caput prece deteſtatur euntis.* Berkelius ſuum MS. habere ait, *laribus excedere*. Sed Ovid. ſuadet, ut Scheſſeri conjecturam præferamus. Fruſtra heic eſt Barthius. Ne de ἀνισχησία dicam, cujus aures ferant, *maribus excidere aliquem*, pro *caſtrare*?

c *Exitum*] Probo & ego Micylli conjecturam, *exitium*.

Ad CAP. XLVIII.

a *Cecrops*] Antiquiſſimus ille. Anton. Liberal. cap. vi. Πρόδεν ἡ Φαννὰς Κέκροπι τὴ γῆς. Adde Euſtath. Hexaem. pag. 2.

b *Deiones*] Scribe, *Deionis*, ex cap. 189. 241. & 273. Anton. Liberal. cap. 41. Κήφαλος ὁ Δηίονος. qui à Tzetze & Apollodoro Δηϊονίδης dicitur. Vide notas Nob. Heinſii ad Met. Ovid. pag. 187. qui jam pridem ita reſtituendum eſſe Hygin. monuit, Nec malè tamen Micyllus *Deionei*.

c *Agoreus*] Rectè *Ægeus* Cl. Scheſſerus. Ita Hyginus ipſe vult cap. 37. & præter Apollodorum ac Strabonem, quos Vir Cl. adducit, Euripidis Scholiaſtes ad Phœn. vers. 861. Ἐριχθόνιος μὲν γὰρ Πανδίων, ὁ Αἰγεύς, ὁ Θησεύς. & in Hypotheſi Medeæ: Ἀποδιδράσκει εἰς Ἀθήνας. κἀκεῖσε Αἰγεῖ τῷ Πανδίονος γαμεῖ τὴν. Calculum quoque dat Hieron. Chron. Euſebiano. & Tzetzes in Lycophr. pag. 194. Ὁ δὲ Αἰγεὺς Πανδίονος υἱὸς ἦν, ἀπ' ἐ Φημίου.

d *Pandion Erichthonii*] Ab illo arcem Athenienſem *montem Pandionium* dictum cenſet Schol. Stat. ad Theb. 11. 720. *Pandionium*, inquit, *montem dicit, à Pandione filio Erictheni*. Corrige ex Hygino. Duo fuere Pandiones inter Athenienſium reges. Vide Catalogum apud Euſebium.

e *Dedophon*] Lege, *Demophoon* ex cap. 59. Juſt. 11. 6. Tzetze Chil. 1. 4. Ovid. 2. Heroid. aliiſque. Vidit id vitium quoque, & correxit Micyllus.

Ad

XLIX. *Æsculapius.*

ÆSCULAPIUS Apollinis filius [a] Glauco Minois filio vitam reddidisse, sive Hippolyto, dicitur, quem Jupiter ob id [b] fulmine percussit. Apollo, quod Jovi nocere non potuit, eos, qui fulmina [c] fecerunt, id est, Cyclopes, interfecit. Quod ob factum Apollo datus est [d] in servitutem Admeto regi Thessaliæ.

L. *Admetus.*

ALCESTIM [a] Peliæ filiam cum complures in conjugium peterent, & Pelias cum multos eorum repudiaret,

Ad CAP. XLIX.

a *Glauco Minois*] A Polyido huic vita restituitur cap. 59. & 251. ut & apud Palæph. cap. 27. Non convenit heic inter mythologos. Scholiast. Pindari ad Pyth. od. 3. Λέγεῖ ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῷ ἀλεαθεὶς ἀναστῆσαι Ἵππόλυτον τεθνηκότα. οἱ δὲ Τυνδάρεως. ἕτεροι δὲ Καπανέα, οἱ δὲ Γλαῦκον &c. Video ex illis corrigere posse Plinium Lib. XXIX. cap. 1. *Quoniam Tyndaridem revocasset ad vitam.* Lego, *Tyndareon* cum Pintiano. Nam *Thesiden*, quod vett. habere annotant, probare non possum, cum poetarum sit pro Hippolyto. Lucian. Dial. de Saltat. Tom. 1. pag. 933. Edit. Bened. Τῷ Τυνδάρεω ἀναστάσιν, καὶ τῷ Διὸς ἐπὶ τούτῳ ὀργῇ. Non intellexit Benedictus cum verteret, *Tyndari instaurationem.* De Hippolyto auctor etiam Servius ad Æn. 6. 398. Lactant. Lib. 1. cap. 10. Plures adhuc opiniones recenset Schol. Euripid. ad Alcest. vers. 1. Nec de causâ servitutis Apollinis conveniunt. Sunt qui ob interfectum Pythonem; alii, qui ob amorem serviisse velint. Aliam causam alterius servitutis habes apud Hom. Schol. ad Iliad. A. 400. Quod ita dissentiant heic auctores, inde ortum putem, quod plures suscitaverit Æsculapius. Ultimus eorum fuit Hippolytus, referente Eratosthene Καταστ. cap. 6.

b *Fulmine percussit*] Vide Zenob. cent. 1. 18. Diodor. Lib. IV. pag. 273. Sidon. Narbon. vers. 200.

c *Fecerunt*] Mallem *fecerant*. Schol. German. Sagittario: *Jaculum autem ejus, ex quo dicunt omnes cygnos ab Apolline interfectos, qui Jovis fulmina fuerant, absconditum.* Lege, *Cyclopas* pro *cygnos*, & pro *fuerant*, *fecerant*. Prius vitium video jam correctum in Sanctandr. Edit. Idem in Aquilâ: *Sagitta autem, quam tenet in pedibus, dicitur Sagitta Apollinis fuisse, cum quâ Cyclopas interfecit, eo quod Jovis fulmina facerent, quod eo telo Æsculapius ejus filius à Jove esset interfectus.* Sed ut heic, loquitur etiam Astron. II. *Hac Apollo Cyclopas interfecit, qui fulmen Jovis fecerunt, quo Æsculapium interfectum complures dixere.* Et cap. XV. *Quæcunque ex Argonautis conceperunt eorum nomina filiis suis imposuerunt.* Cap. XIV. *Qui ob eadem fratris Phoci, relictis sedibus suis diversas petierunt domos.* ἀπῆλθε δὲ petierant, & *conceperant.* Cæterum Pherecydes apud Euripid. Schol. ad Alcest. vers. 1. non Cyclopas, sed eorum filios interfectos memorat.

d *In servitutem*] Integri anni, ut Zenobius tradit.

Ad CAP. L.

a *Peliæ*] Ita reposui pro *Pelei* ex cap. seq. & 24.

ret, simultatem his constituit, ei se daturum, qui feras bestias ad currum junxisset. [b] Is quam vellet aveheret. Itaque Admetus [c] ab Apolline petiit, ut se adjuvaret. Apollo cum ab eo esset liberaliter tractatus, cum in servitium fuit ei traditus, aprum & leonem ei junctos tradidit, quibus ille Alcestim [d] in conjugium avexit.

LI. *Alcestis.*

ALCESTIM Peliæ & [a] Anaxibies Biantis filiæ filiam complures proci petebant in conjugium. Pelias vitans eorum conditiones, repudiavit, & simultatem constituit ei se daturum, qui feras bestias ad currum junxisset, & Alcestim in conjugio avexisset. Itaque Admetus ab Apolline petiit, ut se adjuvaret. Apollo autem, quod ab eo in servitutem liberaliter esset acceptus, aprum & leonem ei junctos tradidit, quibus ille Alcestim avexit. Ea illud ab Apolline accepit, ut pro se alius voluntarie moreretur. Pro quo quum neque pater, neque mater mori vo-

b *Is quam vellet*] Micyllus: *Et is, quo vellet, aveheretur.* Schefferus: *Qui feras bestias ad currum junxisset, iis, quum vellet, aveheret.* Putem scripsisse Hyginum: *Qui feras bestias ad currum junxisset, & iis, quum vellet, eam aveheret.* vel, *junxisset, iisque eam aveheret.* Nam *to vellet* ex sequenti *aveheret* per librarii oscitantiam videri potest natum.

c *Ab Apolline petiit*] Fulgent. Myth. Lib. 1. *Admetus Apollinem atque Herculem petiit, qui ei ad currum leonem & aprum junxerunt.*

d *In conjugio avexit*] Ita mox cap. 52. *In præsidio daret.* 92. *Ut deducat eas in Ida monte.* 186. *Cum in venatione exirent.* Fulgent. Lib. 1. cap. 27. *Ipse illam in conjugio accepisset.* Petron. Fragm. Trag. *Jubemus in balneo sequi.* Virg. Æn. 1. vers. 180. *Rapuitque in fomite flammam.* Vide Servium ibi, qui adductis aliquot exemplis, antiquam hanc esse circa communes præpositiones licentiam observat. Adde Linacr. Lib. VI. Emend. Struct. Ad eundem modum ἐν pro εἰς interdum Græci scriptores cum alii non pauci, tum sacri præsertim. Vide Judic. cap. XI. 18. IX. 26. Esai. VII. 19. Johan. v. 4. Ps. I. 1. Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. quod vulgata transfert, & Fulgent. Myth. Lib. II. cap. 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio improborum.* Ad quod Hymnographi dictum alluſit Gregorius Nazianzenus in Gnomis: Γ' γεσο μὴ ποθ' ὁδῖτο κακῶν, κακὸν εἰς βυθὸν ἕρπων. Ita lego illum versiculum, qui corruptus in Hoeschelii & Langii Edit. exhibetur. Adde quæ notamus ad cap. 92.

Ad CAP. LI.

a *Anaxebies*] Vide notas ad cap. 14. ubi *Anaxibies Biantis* scribendum esse jam monitum à nobis. Atque ita video jam olim hunc locum emendasse etiam doct. Tollium ad Palæph. pag. 244. Firmat eam conjecturam Tzetzes ad Lycophr. p. 35. Edit. Bas. & Steph.

b *Her-*

voluissent, uxor se Alcestis obtulit, & pro eo vicaria morte interiit, quam postea [b] Hercules ab inferis revocavit.

LII. *Ægina.*

JUPITER cum Æginam [a] Asopi filiam vellet comprimere, & Junonem vereretur, detulit eam [b] in insulam Delon, & gravidam fecit: unde natus est Æacus. Hoc Juno cum rescisset, serpentem in aquam misit, quæ eam venenavit: ex qua qui biberat, debitum naturæ solvebat. [c] Quod cum amissis sociis Æacus præ paucitate hominum [d] morari non posset, formicas intuens, petiit ab Jove ut homines in præsidio sibi daret. Tunc Jupiter for-

b *Hercules ab inferis revocavit*] Fabulam ita narrat Tzetzes ad Lycophr. Παραγαδίναι (Hercules) ἐπὶ τῷ μνήματι, καὶ ἐξελθόντος τοῦ ἅδου ἄψασθαι τῶν ἱματίων, ἐκφύσαι αὐτὸν σφόδρα, μέχρις ἂν τῷ γυναῖκα ἀπέδωκε. Sed *Erybeam* illam, non *Alcestin* vocat. Credamus potius Plutarcho, cum ita graviter ægrotaret Alcestis, ut deposita jam & desperata esset, venisse Herculem, & medendi arte, quâ excellebat, ei valetudinem pristinam reddidisse.

Ad CAP. LII.

a *Asopi filiam*] Ovid. VI. Met. 113. *Aureus ut Danaen, Asopida luserit ignis.* Vid. & Anton. Liberal. cap. 38.

b *Insulam Delon*] Micyllus, *Oenonen.* Rectè. Oenone enim primitus dicta Ægina. Pindar. Isthm. od. v. Ἀλλ' ἐν Οἰνώνᾳ μεγαλήτορες. Schol. Τετίμηται ἐν τῇ Αἰγίνῃ. ὅτε γὰρ τὸ φθινόπωρον ἐκαλεῖτο, φησὶν ἀπὸ Διὸς Αἰγίναν τὴν Ἀσωπὸς καὶ Βοιωλικῆς πλάμης αὐτόθι ἐνεγκόντος. Idem interpres ad Nem. od. 4. Οἰνώνη φθινόπωρον ἐκαλεῖτο ἡ Αἴγινα ἀπὸ Οἰνώνης τινός. Οἰνώνης puta τοῦ Βυδίωνος θυγατρὸς, καθά φησι Πυθαίνετος ἐν τῷ φθινοπώρῳ τῶν Αἰγινητῶν, ut ait Schol. Lycophr. pag. 37. Immo ad Nem. od. VIII. ἀπὸ τῆσδε τῆς νήσου Οἰνώνην ὠνόμασεν. Eadem est insula, quæ Isthm. od. ultimâ Οἰνοπία audit. Confer Steph. in Οἰνώνη.

c *Quod cum*] H. e. *ob quod.* Vide notas ad cap. 16. & 34. Sed post *morari* excidit particula *ibi.* Ita ego commentabar, cum me docuit Nobil. Heinsius legendum, *quo cum* i. e. ubi.

d *Morari non posset*] Ita Micylli editio princeps. Cl. Schefferus mallet, *aymari* vel *arare.* Mihi hæc Hygini videtur esse sententia: Cum in istâ insulâ per solitudinem, quod agri jacerent deserti, & milite esset orbatus, morari, hoc est, habitare sive vivere non posset, nec regnum obtinere &c. Horat. II. od. 3. *Sub dio morari.* Justin. XII. cap. 5. *Qui in radice Caucasi morabantur.* Tertull. de Anim. cap. 33. *Qui integrè morati commendaverint judici vitam.* Lactant. Lib. I. cap. 10. *Fuisse autem Messenium, sed Epidauri moratum.* Phædr. IV. 23. *Morer inter aras.* Pseudocypr. de Singul. Cleric. *Ne clerici cum faminis commorentur.* Noster cap. 190. *Ubi & Theonoe morabatur.* Geminum prorsus & germanum est illud cap. 153. *Hi propter solitudinem cum vivere non possent, petierunt ab Jove, ut aut homines daret, aut eos pari cala-*

formicas in homines transfiguravit, qui [c] Myrmidones sunt appellati, quod græce formicæ myrmices dicuntur. Insula autem Æginæ nomen possedit.

LIII. *Asterie.*

[a] JOVIS cum Asterien Titanis filiam amaret, illa eum contempsit, à quo [b] in avem Ortygiam commutata est, quam nos coturnicem dicimus, [c] eamque in mare abjecit,

mitate afficeret. Tzetzes de Æaco Chil. VII. 133. Ὃς αὐξηθεὶς κατέχαλκεν ὧν ἐν τῇ νήσῳ μόνῳ. Isacius ejus frater in Lycophr. pag. 37. Διὰ τὸ Δαπεῖδειν μόνον ἐν τῇ νήσῳ διοχεμαίνοντα.

c *Myrmidones*] Ovid. VII. Met. 655. *Myrmidonasque voco, nec origine nomina fraudo.* Idem, quod Ovidius, fabulatur Hom. Schol. ad Iliad. A. 180. Fabulam de formicis non male explicat Diogenes apud Pind. Scholiast. ad Nem. od. 3. Variat in circumstantiis Servius ad Æn. IV. 402. Idem ad Æn. II. 7. *Myrmidones*, inquit, *sunt Achillis socii, à rege Myrmidone dicti, Jovis & Eurymedontis filio.* Hæc corrupta sunt. Lego: *A rege Myrmidone Jovis & Eurymedusæ filio.* Clemens Paræn. pag. 25. Ἐπεὶ τὸν Δία μεμαθήκασιν ὁμοιωθέντα μύρμηκι τῇ Κλήτορος γυναικὶ Εὐρυμιδόνῃ μιγῆναι, καὶ Μυρμιδόνα γεννῆσαι. Eadem habes apud Arnob. Lib. IV. ubi *Clitor* est, qui Clementi Κλήτωρ, quâ de mutatione dictum jam superius ad cap. 31. Isidorus Etym. Lib. IX. 2. *Eratosthenes autem dicit dictos Myrmidones à Myrmidone duce Jovis & Eurymeduse filio.* Meminit ejus Eurymedonis etiam Eustath. ad Iliad. A. pag. 85. Edit. Bas.

Ad CAP. LIII.

a *Jovis cum Asterien*] Quidam ipsam Latonam in coturnicem versam tradiderunt. Vide Servium ad Æn. III. 72. Schol. Hypoth. Pind. Pyth. Ἀστερίη Κοίου καὶ Φοίβης ἐξ ὀρθῆς γῆς, καὶ Φοίβης ἡ Κοῦα, ἣν ὁ Ζεὺς ἐμίγη, ὄρτυγι εἰκασθείς.

b *In avem Ortygiam*] Ita & Lactant. ad IV. Theb. Stat. vers. 796. Micyllus emendat *Ortygem.* Lege, *Ortygam.* Ita *Striga, Gorgona, Sirena, Syringa* in recto casu veteres dixerunt: de quibus egimus in dissertatione nostrâ.

c *Eamque in mare abjecit*] Legit & distinguit Cl. Schefferus: *dicimus. Eam cum in mare abjecisset, ex eâ insulâ est enata.* Micyllus: *Ea se in mare abjecit.* Mihi videtur tolerari posse vulgata lectio, non tam, quod Latina sit, quam quod Hyginiana. Supr. cap. 19. *Ab Jove est excæcatus; & apposuit ei Harpyas.* Si vitium est in Hygini anâ istâ dictione, sanè vetus esse ostendit Hygini exscriptor Lactant. ad Lib. IV. Stat. Theb. 796. *Jupiter cum Asterien Titani filiam amaret, & illa eum contemneret, in avem Ortygiam conversa est, quam nos coturnicem dicimus, eamque in mare dejecit. Unde insula Ortygia dicta est. Postea ibi Latona enixa est Apollinem & Dianam, quibus natis insula Delos est nominata.* Sed audiamus Barthium, qui producto hoc Lactantii loco: Scribe, inquit, ex MS. commentario: *ea postquam se ipsam in mare dejecit, inde insula Ortygia est dicta.* Servius ad Æn. 3. 73. *Cum vellet maria transfretare, quod coturnicum est, afflata à Jove, & in lapidem conversa, diu sub fluctibus latuit.* Et hæc, & quæ deinde addit, transtulit in suum commentarium Schol. Stat. ad II. Achill. vers. 9. Unde discas in Servio pro *terram naturalem* legendum esse *terram natalem.* Confer notata ad cap. 8. A Tzetze in Lycophr. p. 71. *semet ipsa* dicitur *convertisse in coturnicem & in mare desiliisse.*

d *Orty-*

cit, & ex ea insula est enata, quæ [d] Ortygia est appellata. Hæc mobilis fuit: quo postea Latona ab Aquilone vento delata est, jussu Jovis, tunc cum eam Python persequeretur. [e] ibique oleam tenens Latona peperit Apollinem & Dianam. Quæ insula postea Delos est appellata.

LIV. *Thetis.*

THETIDI Nereidi fatum fuit, qui ex ea natus esset, fortiorem fore quam patrem. Hoc præter Prometheum cum sciret nemo, & Jovis vellet cum ea concumbere, Prometheus Jovi pollicetur se eum præmoniturum, si se vinculis liberasset. Itaque fide data, [a] monet Jovem ne cum Thetide concumberet, ne, si fortior nasceretur, Jovem de regno dejiceret, quemadmodum & ipse Saturno fecerat. Itaque datur Thetis in conjugium Peleo Æaci filio, & mittitur Hercules, ut aquilam interficiat, quæ ejus cor exedebat: eaque interfecta, Prometheus post triginta annos de monte Caucaso est solutus.

LV. [a] *Ti-*

d *Ortygia est appellata*] Servius ad Æn. 3. 72. *Post partum * vero Latonæ, quod Dianam & Apollinem peperit, Ortygia dicta est, quæ ante Delos nominabatur, & postea Delos, cum eam Apollo revinxisset Gyaro & Mycone altissimis montibus.* Tollendus asteriscus, nihil enim deest, sed pro *quod* scribendum *quo*. Turbant tamen illa, *quæ ante Delos nominabatur.* Delos enim appellata est, cum stabili terrâ revincta esset, ut & statim sequitur, & Hyginus noster infr. cap. 140. tradit. Hypoth. Pyth. Pind. Ἐν Δήλῳ τῇ πρότερον Ὀρτυγία καλουμένη. Forte scripsit, *quæ ante Asteria nominabatur.* Tria enim istius insulæ fuerunt nomina, *Asteria, Ortygia, Delos.* Schol. Apollon. ad Lib. 1. vers. 308. Δῆλος μία τῶν κυκλάδων νήσων ἱερὰ Ἀπόλλωνος, ἡ πρὶν Δῆλος, ὕστερον δὲ Ἀστερία, ἀφ' οὗ τὸ χῆμα. Πάλιν δὲ Ὀρτυγία διὰ τὸ ἀδελφῆς τὴν Λητῦς. Ἀστερία est apud Hesychium. Sed de Ortygiæ cognomento consulendus Nicander apud eundem Scholiast. ad Lib. 1. vers. 419. Pind. Nem. od. 1. *Ortygiam* Deli sororem appellat vers. 4. ubi mirificè se torquet vetus interpres. Confer Isidor. Orig. Lib. XIV. cap. 6. Callim. Hym. IV. 37. Sed quid multa? Veram, opinor, scripturam nos docuit Barthius ad Stat. Tom. II. 1272. *Quæ antea Cynthos nominabatur.* Vide Steph. in Δῆλος.

e *Ibique oleam tenens*] Vide cap. 140.

Ad CAP. LIV.

a *Monet Jovem*] A Themide monitum Jovem narrat Lactant. Lib. 1. cap. 11. & Serv. Ecl. VI. 42. Sed ut hoc, ita & Astron. II. 15. Proteo id tribuit Ovid. XI. Met. 7. Confer Tzetzen in Lycophr. p. 38.

LV. [a]*Tityus.*

LATONA quod cum Jove concubuerat, Juno [b] Tityo Terræ filio [c] immani magnitudine [b] jusserat, ut Latonæ vim afferret: [d] qui cum conatus esset, [e] à Jove fulmine est interfectus, qui novem jugeribus ad inferos exporrectus jacere dicitur. [f] & serpens ei appositus est, [g] qui jecur ejus exesset, quod cum Luna recrescit.

LVI. *Busiris.*

IN Ægypto apud Busiridem Neptuni filium cum esset sterilitas, & Ægyptus annis novem siccitate exaruisset, ex

Ad CAP. LV.

a *Tityus*] Ita reposui pro *Tytius* ex Gr. Τιτυός. Vid. de ejus origine Hom. Schol. ad Odyss. H. 324. quo loco corruptè ejus mater Ἐλώρα pro Ἐλάρα appellatur. Confer Apollon. interpretem ad Lib. 1. vers. 761. qui rectè observat monstroso corpore homines terræ facere filios poëtas.

b *Tityo jusserat*] Vide Voss. de Construct. cap. 36. qui hanc locutionem adductis exemplis illustrat: sed quod ibidem *jubeo te, ut hoc faciat*, Latio exturbat, in eo non accedo ipsi. Hygin. cap. 196. *Pan jussit eos, ut in feras bestias se converterent.* Vide ibi notas nostras.

c *Immani magnitudine*] Schol. Hom. ad Odyss. Λ. 576. Λέγεται ἐν ὅπ Ὃ Τιτυὸ τὸ σῶμα συνέχει ἐκεῖθ πλέθρα, ὥστε κατέχειν τόπον ἐνὸς ἡμίσυς στάδιν. Adde Virg. Æn. v. 596. Ovid. IV. Met. 457.

d *Qui cum*] Malim, *Quod cum.*

e *A Jove fulmine*] Pindarus Pyth. od. IV. à Dianâ sagittis confixum canit. Schol. ὅτι ὁ ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος ἐτελεύτησε τοξευθεὶς Φερεκύδης φησίν. Schol. Hom. ἐτοξεύθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος.

f *Et serpens ei appositus est*] Cl. Schefferus emendat, *appositus esse.* Et sane ita postularet limatior syntaxis. Sed vide not. ad cap. 3. ubi parem habes anomaliam. Cæterum pro serpente *vulturem* nominant Virg. Æn. VI. Apollod. Lib. 1. Ovid. in Ib. vers. 182. Schol. Juven. ad Stat. XIII. 51. aliique. Alii duo vultures ei apposuerunt, ut Lucillius Anthol. II. Τὸν Τιτυὸν κατὰ γῆς δύο γῦπες ἔδουσιν. Et Propert. Lib. II. el. 16. *Atque inter Tityi volucres mea pœna vagetur,* Idque Homero auctore Odyss. Λ. 577. Quem secutus & Seneca est Thyest. vers. 10. *Visceribus atras pascit effossis aves.* nec non Ovid. X. Met. 43. *Nec volucres carpsere jecur.* Cum Hygino faciunt Scholia recentiora Pindari ad Olymp. A. Τιτυὸν δέ φασι κεῖσθαι μεγέθ]ος ὄφεις τὸ σπλάγχνα ἀεὶ κεμάρου κατεσθίουσιν ἀναφαινιζόμενα ἀεὶ τὸ Προμηθέως ἧπαρ.

g *Qui jecur ejus exesset*] Schol. Stat. ad Theb. Lib. 1. 700. *Ab Apolline victus est, & deductus ad Tartara, cujus jecur à vulture tunditur* (Leg. tondetur) *in æternitatem supplicii pullulantibus fibris.* Hoc ideo fingitur, quia jecur est libidinis sedes. Vid. Horat. Lib. 1. od. 25. vers. 15. Serv. ad Æn. VI. 596. Vett. Schol. in Pers. Sat. 1. vers. 26. & Horatii ad adductum locum. Heraclidem Alleg. Hom. p. 25. Achill. Tat. Lib. VI. pag. 401.

Ad

ex Græcia augures [a] convocavit. [b] Thasius Pigmalionis fratris filius Busiridi monstravit, immolato hospite, venturos imbres, promissisque fidem ipse immolatus exhibuit.

LVII. [a] *Sthenobœa.*

BELLEROPHON, cum ad Prœtum regem exul in hospitium venisset, adamatus est ab uxore ejus Sthenobœa: qui cum concumbere cum ea noluisset, illa viro suo mentita est, se ab eo compellatam. At Prœtus re audita, conscripsit tabellas de ea re, & mittit eum ad [b] Iobaten regem, patrem Sthenobœæ: quibus lectis, talem virum interficere noluit, sed ad Chimæram eum interficiendum misit,

Ad CAP. LVI.

a *Convocavit*] *Busiris* puta, quem suo more ex præcedenti narratione lectori subaudiendum relinquit. Vid. not. ad cap. 8. Cl. Schefferus censet scripsisse Hyginum *convocati*.

b *Thasius*] *Thrasius*, quod volebat Micyllus, merito probat Schefferus. Vide Apollod. Lib. II. pag. 104. Edit. Comm. Ovid. I. Art. A. vers. 651. Probus ad II. Georg. Virg. ἀπαίνθρωπον illud sacrum Pygmalionem suasisse Busiridi tradit. Cæterum pro *fratris* legebat *Vatis* Nob. Heinsius.

Ad CAP. LVII.

a *Sthenobœa*] Ita scriptum hoc vocabulum etiam apud Juvenal. Sat. X. 327. Schol. Horat. ad Lib. III. od. 7. & Statianum interpretem ad Theb. Lib. IV. vers. 586. Sic *Cassiopeia* cum aliis, tum Hygin. Astron. II. 10. quæ Græcis Κασσιόπεια. *Beronice* Justino Lib. XXVI. 2. Schol. Juvenal. ad Sat. VI. vers. 157. quæ illis Βερενίκη. Invenio tamen etiam Κασσιόπεια apud Lucian. Περὶ Ὀρχήσ. pag. 933. Edit. Bened. & Βερονίκη apud Theocrit. Eidyll. XVI. 107. quanquam Scaliger ad Manil. τὸ *Cassiopeia* damnat. Servio *Sthenobœa* est ad Æn. V. 118. ut Hesychio Σθενέβοια in Κορίνθιοι, & Apollod. Lib. II. p. 70. Luciano in Deâ Syriâ. *Antiam* cum Homero appellant Fulgentius Lib. III. & Zenob. Cent. II. 87. Tzetzes in Lycophr. p. 5. Ed. Steph. Ἀντέα, ἡ δὲ Σθενέβοια. scrib. Σθενέβοια. quomodo & apud Eustath. legitur ad Iliad. I. p. 488. Edit. Bas. Libidinosarum mulierum, quæ scelestè criminatæ sunt eos, à quibus spretæ erant, octo congessit exempla Muretus Var. Lect. Lib. I. cap. 12, quibus ego non pauca possem addere, si opus esset.

b *Diobatem*] Adhæsit D ex præcedenti voculâ. Lege, *ad Iobatem* ex Servio, vel *Iobaten*, ex Apollodoro & Zenobio. Infr. cap. 143. *Sthenobœa Iobatis filia*. Ad formam tertiæ inflexionis declinavit, ut *Alcidis*, *Thyestis*, *Orestis*, & alia id genus complura apud veteres gignendi casu; nisi *Iobati* ibi scribere mavis. Nam *Iobates* ille etiam Ἰόβατος dictus est Græcis. Vide Pindari Schol. recent. ad Olymp. od. XIII. Corruptissimè *Adjuvarces* dicitur Schol. Statii ad Lib. IV. Theb. vers. 589. *Prœtus ad Ajuvarcem socerum suum misit*. Tolle alterum *ad* & scribe, *ad Iobatem*. MS. habuit, *Adjuvatem*. Tiliobroga Fulgentium & Hyginum scribere *ad Chimæram* annotat. Non vidit vitium. *Iovates* scriptum fuerat, ut apud Servium ad Æn. V. 118. pro *Iobates*.

misit, quæ [c] tripartito ore flammam spirare dicebatur. [d] Idem [e] prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra. Hanc super Pegasum sedens, interfecit: & decidisse dicitur in campos [f] Aleios, unde etiam coxas [g] ejecisse dicitur.

c *Tripartito ore*] Quia triplex caput ei dederunt nonnulli. Vide Schol. Horat. Lib. 1. od. 27.

d *Idem prima*] Scribo, *item*. Occurrit idem vitium in Glossis Steph. *Idem*, ὁ αὐτὸς. *Idem*, ὁμοίως. scribe, *Item*. Infr. cap. 82. *Item poma ei super caput pendent: quæ cum vult sumere, rami vento moti recedunt. Item saxum super caput ejus ingens pendet.* Cl. Schefferus legit & distinguit: *flammas spirare dicebatur identidem.* Sed forsan veravit Illustr. Heinsius, cum rescribendum censuit, *id est*.

e *Prima leo*] Expressus hic versiculus ex illo Hesiodi Theog. 323. vel Hom. Iliad. Z. 181. Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα. H. e. *capra*. Sed Hygino assutus à glossatore aliquo videtur. Certè adducit eum tanquam notissimum Hieron. Epist. Select. Lib. II. 13. Edit. Canis. *Ut ex contrariis diversisque naturis unum monstrum novamque bestiam diceres esse compactam, juxta illud Poeticum: Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.* Nimirum Lucretii est Lib. v. pag. 675. ed. Lambin. In Catal. Pith. Lib. IV. dicitur *ore leo, tergoque caper, postremaque serpens.* Corruptus in hac fabula Servius ad Æn. VI. 288. *Chimæra Titonis & Cheldriæ filia, ore leo, postremis partibus draco, media capra secundum fabulas fuit.* Scribe. *Typhonis & Echidnæ filia* ex Hygini Geneal. Apollodoro, aliisque. Idem ad Æn. V. vers. 128. In medio habuisse capræ caput, atque inde efflasse ignem scribit. Hinc ergo Ovid. IX. Met. 648. *Quoque Chimæra jugo mediis in partibus ignem, Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat.* Schol. Horat. ad Lib. 1. od. 21. in Crago monte Lyciæ collocat hoc monstrum. Quem resellere potes ex illo Ovidii loco. Habet tamen ille suos auctores. Vide Eustath. ad Dionys. pag. 112. ed. Steph.

f *Aleios*] Ita rectè conjecit Micyllus pro *alienos*: quem secuti sunt, qui deinde has fabulas vulgarunt. Cic. III. Tusc. *Qui miser in campis mœrens errabat Aleïs.* Ἀλήϊον πεδίον dicti illi campi ἀπὸ τῆς ἀλᾶσθαι, quod ibi erraverit Bellerophon, ut vult Homeri Schol. ad Iliad. Z. 155. Tzetzes in Lycophr. p. 5. Καὶ δὴ καὶ τὸ Ἀλήϊον κατενεχθεὶς Βελλεροφόντης, ὃς ἀδεσποδόμησε τυφλὸς ἀπὸ τῆς πτώσεως. Pro τυφλὸς an legendum χωλὸς? Non est necesse. Schol. recent. in Olymp. Pind. XIII. Φασὶ γὰρ ὡς βαλὴς ἐκ τοῦ ἡρωϊκοῦ ἀναπτηνίου σὺν τῷ Πηγάσῳ ἐξοιστρωθεὶς τῆς τοῦ Διὸς, πίπτει ἐκ χωλὸς τὸν. καὶ δὲ πας ὁ τυφλὸς ὁ ἐπιλανᾶτος καὶ τὸ Ἀλήϊον χωλὸς. Ovid. in Ib. vers. 257. *Quique ab equo præceps in Aleïa decidit arva. Aleius cespes* est Avieno Perieg. Adde quæ observavit Amplissimus Spanhemius in de Numm. præstant. pag. 230. & Incomp. Heinsius ad Ovid. Ib. vers. 257. Hesych. & Etymol. in Ἀλήϊον.

g *Ejecisse*] Lego, *elisisse*. quod video etiam Scheffero viro Cl. placere. *Elidere* est frangere. Nemes. Ecl. III. *Vix hæc ediderat, decerpunt vitibus uvas, Et portant calathis, celerique illidere planta Concava saxa super properant.* Legerim & ibi *elidere*. Vellejus Lib. 2. cap. 4. *Ut quædam elisarum fanicum in cervice reperirentur notæ.* Cyprian. Tract. 1. *Ne conversi elidant vos. Elidere* dixit, quod Matth. cap. VII. vers. 6. Græcus codex ῥήξωσιν, Vulgata transtulit *dirumpere*. Si non hæc, certè vera lectio est illustris Heinsii *fregisse* Not. ad Ovid. Ib. vers. 257. Sed idem ille Heinsius postquam hæc scripseram, à me forte salutatus, *ejicere* pro *luxare* alicubi a se lectum cum mihi narraret, consului veteres medicos, si reperire possem.

citur. At rex virtutes ejus laudans, [h] alteram filiam dedit ei in matrimonium. Sthenobœa re audita, ipsa se interfecit.

LVIII. [a] *Smyrna.*

SMYRNA [b] Cinyræ Assyriorum regis & [c] Cenchreidis filia, cujus mater Cenchreis superbius locuta, quod filiæ

possem. & reperi, ecce, apud Scribonium Largum Compos. 206. *Ad luxatum omne, & ejectum, & repositum, articulamentum benefacit.* Maneat ergo sarta tecta Hygino lectio vetus. *Extorquere* eo sensu invenias usurpatum in Fragm. Dalmat. Petron. & Sulpic. Sev. Lib. 1. Histor. Sacr. *decutere* apud Jul. Obseq. *exutere* in lege Salicâ.

h *Alteram filiam*] Quænam est illa altera filia? *Anticliam* appellat Pind. Schol. ad Olymp. XIII. Unde facile persuadeor scripsisse Hyginum *Anticliam filiam*, vel *alteram filiam Anticliam*. Nempe, ut alteram vocem omitteret librarius, similitudo literarum fecit. Supr. cap. 45. *ut Philomelam alteram filiam sibi in conjugium daret.* Quam Anticliam Pind. Schol. eam Hom. ad Iliad. Z. v. 153. *Casandram*, Apollodor. Lib. II. pag. 71. *Philonoen* facit, ut & Tzetzes in Lycophr. Scholiast. Stat. ad Lib. IV. Theb. vers. 589. *Virtutem ejus laudans alteram filiam Alchimenem ei dedit uxorem.* Legerim, *Anticliam*.

Ad CAP. LVIII.

a *Smyrna*] Ita & cap. 271. & 275. Sed cap. 251. *Zmyrna* dicitur. Cap. 164. *Myrrha*, ut & apud Serv. ad Æn. v. 62. Nempe Σμύρνα & Μύρρα dicunt etiam Græci: quorum posterius Latini usu suum fecerunt. Glossarium editum à Barthio Adversar. Lib. XXVIII. 9. *Smirna vel mirrha Latinis dicitur.* Adde Servium ad Ecl. x. 18. Anton. Liberal. cap. 34. Athen. Lib. XIV. Μύρρα γὰρ ἡ Σμύρνα παρ' Αἰωλεῦσι. Tzetzes in Lycophr. Μύρρα ἡ Θείαντος θυγάτηρ ἐγένετο. αὕτη ἐρασθεῖσα τοῦ πατρὸς, ἐ λάθρα μιγεῖσα αὐτῷ, τῷ ἴσῳ (Leg. ἴσ-

κυνῳ) ἡμερῶν, αἰσθομένη δὲ πατὴρ, ἤνεγκε τοῖς θεοῖς εἰς ἐπέρων φύσιν μεταλλαγῆναι, ἤτοι μήτε μὴ ζώντων εἶναι, μήτε μὴ τεθνεώτων. Ὅθεν εἰς δένδρον αὐτὴν μετέβαλε (Leg. μετέβαλον) τὸ ἀπ' αὐτῆς λειβόμενον μύρραν, ἤτοι σμύρναν αἰολικῶς. Sed Σμύρνα quamvis Æolicum sit, usurpat tamen Matth. cap. 2. vers. 11. Aliter hæc paulo narrat Theocrit. Schol. ad Eid. 1. vers. 107. Κινύρα δὲ Ἀπόλλωνος καὶ Σμύρνης θυγάτηρ Μοῖρα, ἥτις καὶ μῆνιν Ἀφροδίτης ἠρέσθη διὰ πατρὸς, ὅτι λύσασα τὰς τείχας, εἶδε Ἀφροδίτην ἔφη ἔχειν τοιαύτας &c. Sub finem fabulæ lege ibi, ἐφ' οἷς ἀχθομένη, ἢ αἰσχυνομένη, ἤνεγκε εἰς ὁμώνυμον φυὴν μεταλλαγῆναι.

b *Cinyræ Assyriorum Regis*] Apud Apollodor. Panyasis *Thoantem* appellat. *Theiantem* Anton. Liberal. cap. 34. rectius. Atque ita scribendum apud Apollodor. Vide Eustath. ad Iliad. A. p. 759. Ed. Bas. De genealogiâ & regno hujus *Cinyræ* dixi ad Antonin. nonnulla, quibus non dissimilia esse, quæ Lib. II. Cypri suæ habet Meursius, postmodum comperi. Ne quis tamen à me ejus scrinia compilata existimet, moneo hoc lectorem, eodem protulisse anno opusculum illud Celeberrim. Grævium, quo meus prodiit Antoninus, tametsi novitatis gratiam aucupaturus Typographus annum CIↃ IↃC LXXVI. ei præfixerit.

c *Cenchreidis*] Ita & Lactant. Argum. Lib. x. Met. fab. 9. *Myrrha Cinyra*

filiæ suæ formam Veneri antepositurat. Venus matris pœnas exequens, Smyrnæ infandum amorem objecit, adeo ut patrem suum amaret: quæ ne suspendio se necaret, nutrix intervenit, [d] & patre nescio, per nutricem cum eo concubuit, ex quo concepit: idque ne palam fieret, pudore stimulata, in sylvis se abdidit. [e] Cui Venus postea misserta est, & in speciem arboris eam commutavit, [f] unde myrrha fluit, ex qua natus est Adonis, qui [g] matris pœnas à Venere est insequutus.

LIX. *Phyl-*

ræ & Cenchreidis filia, Glossa Codicis Neapolitani *Cenchreidem* dictam vult Cinyræ uxorem, quod pater ejus fuerit *Cenchrus*.

d *Et patre nescio*] Cl. Schefferus scripsisse nostrum suspicatur, *intervenit. Ita patre nescio* &c. Quomodo tamen, quod in textu est, defendi possit, ostendi ad cap. 8.

e *Cui Venus misserta est*] Vid. Mariang. de Fano Benedicti Auctar. Epist. 4. Servium ad Æn. 1. v. 601. Edit. Fabric. Vossium Construct. cap. 39. Diomedes Lib. 1. *Moderor, misereor tibi.* Cyprian. Tract. 1. *Nolite misereri senioribus atque juvenibus.* Corippus Lib. 1. *Supplicibus miserere tuis.* Qui & *miserari* cum dandi casu jungit cum aliis locis, tum Lib. 11. *Sponte sua dominus servis miseratus egenis.* Augustin. Meditat. *Miserere nobis, miserere mihi peccatori*, & alia talia non pauca. Berkelius suum MS. exhibere *cujus* ait. Sed ego illud alterum Hygino puto esse non indignum. Vetus interpres Psalm. 59. vers. 1. *Iratus es, & misertus es nobis.* Math. XVII. 15. *Miserere filio meo.* Siracidæ XII. 3. *Misertus est pœnitentibus.* & 13. *Quis miserebitur incantatori* &c. XXXVI. 14. *Miserere plebi tuæ.* Et sic identidem ille.

f *Unde myrrha fluit*] Ovid. x. Met. vers. 500. *Est honor & lachrymis, stillataque cortice myrrha Nomen herile tenet. Lacrymas* vocat illum humorem, quem sudat arbor, Græcorum more. Tzetzes ad Hesiod. pag. 20. Edit. Heins. Μίλτε τε αἴξας, ῥηγ τὸ μήκωνος δάκρυ. Hinc *lacrymosum stipitem* ei adscribit Avienus Periegesi. p. 421. ed. Pith. *Prorumpit lacrymoso stipite myrrha, Myrrha furor quondam Memyreus.* Lege, *Cinyreius.*

g *Matris pœnas à Venere est insequutus*] Transferam huc, quæ de hoc loco ad Anton. Liberal. cap. 34. notavi. Explicat Cl. Schefferus: *Secutus est, posti est natus, quam puniretur mater.* At in Indice voce EXEQUI producit ex hoc capite, *exequi pœnas matris.* Prorsus ut ego ista interpretanda arbitratus sum in meis ad Hyginum notulis. Nec sententiam adhuc muto. Nam *insequi pœnas* videtur dixisse, ut *persequi injurias* cap. 116. nisi si *exequi* rescribere malis. Sed nihil opus est. Sic Astron. 11. cap. 4. *Nisi Icarii mortem persequuti, & cum forent ulti.* Dares Phrygius: *Decreverunt injurias Trojanorum persequi.* quod *defendere injurias* initio libelli sui dixit. Lactant. Argum. XI. Met. 9. *Ne ultra persequeretur admissum.* Ita repone ex MS. Sallust. Catil. 9. *Acceptâ injuriâ, ignoscere, quam persequi malebant.* & Jug. 14. *Tuasne injurias persequar.* Noster cap. 140. *Matris pœnas est exercitus.* Ad quem locum notavi: *Pœnæ matris sunt, quas Python matri debebat.* Paria in Indice Cl. Schefferus voce POENA. Sed cum *exequi* pro *ulcisci* ponatur, (vid. Gronov. ad Liv. Lib. 1. cap. 59.) rectius forte *pœnas matris* dixeris illa mala, quibus mater à Pythone erat exagitata. Pœna enim pro quovis malo nonnunquam ponitur. Lucan. Lib. VIII. 195. *Mors ultima pœna est.* Notanda hæc locutio, *matris pœnæ à Venere.* Sic cap. 88. *Cupiens à fratre suo Thyeste injurias exequi.* Utramque phrasin indici Hyginiano vellem inseri. Sed quomodo, dices,

LIX. *Phyllis.*

DEMOPHOON Thesei filius in Thraciam ad [a] Phyllidem in hospitium dicitur venisse, & ab ea esse amatus. Qui cum in patriam vellet redire, fidem ei dedit, se ad eam rediturum. Qui die constituta cum non venisset, illa eo die dicitur novies ad littus cucurrisse, [b] quod ex eo [c] Enneados Græce appellatur. Phyllis autem ob desiderium Demophoontis [d] spiritum emisit. Cui parentes cum sepulchrum constituissent, arbores ibi sunt natæ, quæ certo tempore Phyllidis mortem lugent, quo folia arescunt & [e] diffluunt.

Cujus

ces, ultus est pœnas matris Adonis? Quod vivus sui amore, mortuus dolore Deam torsit. Ovid. de Adonide Lib. x. Met. 524. *Jam placet & Veneri matrisque ulciscitur ignes.* Ita pridem commentabar. Nihil habeo, quod addam præterea, nisi, dum intentius cogito, videri mihi illos ablativos à *Venere*, & à *Matre* etiam referri posse ad verba *insequi* & *exequi*. Certè paulo superius in illis verbis, *matris pœnas exequens*. & cap. 73. *Ut post suam mortem pœnas à matre exequeretur*. *Exequi* pro *exigere* posuit. Justin. XLII. cap. 1. *Din cupitam captivitatis ultionem exequuti sunt*. Atque ita *pœna matris* erunt, quas Venus & Python matri debebant. Cæterum *insequi* pro *exequi* usurpavit etiam Justinus Lib. 38. cap. 6. *Non delicta regum illos, sed vires & majestatem insequi*. Conser notata ad cap. 119.

Ad CAP. LIX.

a *Phyllidem*] Sithonis filiam. Vide Servium ad Ecl. v. vers. 10. ubi hanc fabulam habes. Tzetzes ad Lycophr. pag. 80. Edit. Bas. Steph. autem p. 87. Acamanti tribuit, quod alii Demophoonti.

b *Quod ex eo*] Ita reposui ex conjecturâ Cl. Schefferi, pro *ex ea*.

c *Enneados*] Ἐννέα ὁδοὶ Meursius. Quod cur cum Cl. Scheffero non probem, causam non habeo. Adde Nobil. Heinsii notas ad Lib. III. Amor. vers. 37. Etymol. Magn. in Ἀμφίπολις. Coluthus Helenæ raptu ὁρόμῳ ἐννεάκυκλον appellat; ad quem locum plura Brodæus suppeditabit, quæ hanc emendationem adstruant. Adstruit etiam, ut opportunè me monuit Christophorus Sandius, Henricus Valesius. Ut Sandium ipsum audias, excerpam ex ejus literis, quæ huc faciunt. Eodem modo, inquit, locum hunc restituit Henricus Valesius not. MSS. in Harpocrat. v. ἀμφίπολις. Certe Harpocration d. l. de Amphipoli scribit, quod ἀπὸ τοῦ ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο. De ea Thucydides lib. 4. scribit, Agnonem οἰκίζω, qui eo Athenienses deduxit, urbem prius ἐννέα ὁδοὺς dictam vocasse Amphipolin. At idem Harpocration v. ἐννέα ὁδοί, αἰφάνης ἐν τῇ πρὸς τὸ ψηφισθεῖσας ἀπολογίᾳ. τόπος ἐν Θράκῃ πρὸς τῷ ἀμφίπολιν. Vide Diodorum Siculum Lib. 11. p. 117. & quæ ibi jam laudatus Valesius annotavit.

d *Spiritum emisit*] Ἐξέπνευσε, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, ut loquitur Evangelista. Idem est *dimittere vitam* & *deponere animam* apud Nepot. in Annib. cap. 1. & 12. *Spiritum deponere* in veteri inscript. apud Gruterum. *Dimittere animam* apud Martial. 1. epigram. 79.

e *Diffluunt*] Mallem, *defluunt*. *Defluere* est sensim decidere. Contrarium est *affluere*. Tertull. de Anim. cap. 51. *Vel affluit capillago, vel defluit*. Ita & *defluere capillus* dicitur apud Plinium.

Sam-

Cujus ex nomine folia græce [f] Phylla ſunt appellata.

LX. *Siſyphus & Salmoneus.*

SISYPHUS & Salmoneus Æoli filii inter ſe inimici fuere. Siſyphus petiit ab Apolline, quomodo poſſet interficere inimicum, [a] id eſt, fratrem. Cui reſponſum fuit, ſi ex compreſſu Tyronis Salmonei fratris filiæ procreaſſet liberos, fore ultores: quod cum Siſyphus feciſſet, duo ſunt filii nati: quos Tyro mater eorum, ſorte audita, necavit. At Siſyphus [b] ut reſciit, * qui nunc dicitur ſaxum, [c] propter impietatem, adverſus montem ad inferos cervicibus volvere, quod cum ad ſummum verticem perduxerit, rurſum deorſum [d] poſt ſe revolvatur.

LXI. *Sal-*

Sammonicus: *Deſinit expulſus morbo latitante capillus.* Καταρρεῖν eadem notione uſurpant Græci. Jer. cap. VIII. 13. Καὶ τὰ φύλλα καταρρύηκεν. & ἀπορρεῖν Pſalm. I. τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται). Vulg. interpres, *Folium ejus non deſinet.* Et Eſai. cap. I. vers. 30. *Cum fueritis velut quercus deſluentibus foliis.* Loquitur ita quoque Theophylact. in Matth. cap. XV. Iſidorus Orig. XVII. 6. *Flores nominati, quod cito defluant de arboribus, quaſi fluores.* V. 35. *Unde & tunc folia arborum deſluunt.* Non ignoro tamen nobiliſſ. Heinſium apud Prudent. obſervaſſe *diſpuere* pro *deſpuere*, & *diſtruere* pro *deſtruere*. Quibus, ſi velis, poſſis vulgatam lectionem in Hygino defendere. Feſtus: *Amicinum utris pediculum, ex quo vinum diffunditur.* Lege, *defunditur* cum Leid. Cod. Item, *diruncinat, depurgant.* idem Cod. *deruncinat.*

f *Phylla ſunt appellata*] Servius: *Unde etiam Phylla dicta ſunt à Phyllide, quæ antea Petala dicebantur.* Converſam Phyllidem in amygdalum fabulantur. Unde Phyllida bis dixit amygdalum Palladius Lib. XIV.

Ad CAP. LX.

a *Id eſt fratrem*] A gloſſâ hæc eſſe cenſet Cl. Schefferus.

b *Ut reſciit* *] Deeſt heic, ut rectè obſervat Cl. Schefferus, quid in Tyronem perpetrarit.

c *Propter impietatem*] Servius ad Æn. VI. 614. Quod Deorum conſilia publicarit. Homer. Schol. Iliad. A. 180. & Z. 153. Quod Aſopo filiæ ejus eſſe raptorem Jovem indicaverit. Atque ita etiam Apollod. Lib. I. pag. 33. & Schol. Horat. ad od. 14. Lib. II. Quod crudeli latrocinio homines prægravans ingenti ſaxo necaret. Schol. Statii ad Lib. II. Theb. 380. Quod Plutonem deceperit. Schol. Pind. ad Olymp. od. I. pag. 104. Edit. Francof. Si impietas & ea dicenda eſt, etiam vinxit Plutonem apud Euſtath. in Il. Z. pag. 487. Ut multum varient in hac fabulâ veteres, conſtat tamen inter omnes illum iſtum longum laborem ſuum malarum artium retuliſſe mercedem. Nota eſt vetus illa paræmia, Σισύφε μηχανεί. Syneſius Epiſtol. 121. Σὲ Κύκλωπα μὲν ὄντα τῇ πάλμῃ, Σίσυφον δὲ τοῖς ἐγχειρήμασι δίκη μιτῶλῃ.

d *Poſt ſe*] H. e. *poſt eum.* Corippus Lib. I. *Somnus ſe veniente fugit*, pro *eâ.* Fulgent. Lib. III. 10. *Ne ſe converſus aſpiceret*, pro *eam.* Noſter Aſtron. II. 15. *Sibi lapide & ferro digitum vincire juſſit.* Capitol. Pertin. cap. 3. *Et ſeditiones quidem contra ſe compeſcunt.* Vide ibi Salmaſ. Ita contra *eum* pro *ſe* poſuiſſe

LXI. *Salmoneus.*

SALMONEUS [a] Æoli filius, Sisyphi frater, cum tonitrua & fulmina imitaretur Jovis, [b] sedens quadrigam faces ardentes in populum mitteret, & cives, ob id à Jove fulmine est ictus.

LXII. *Ixion.*

IXION [a] Leontei filius conatus est Junonem comprimere. Juno Jovis jussu nubem suppositi. Quam Ixion [b] Junonis simulacrum esse credidit. ex ea nati sunt [c] Cen-

se eundem in vita Maximi & Balbini cap. 12. observat Casaubonus. Adde Heinsii Apol. adversus Croium pag. 108. Erasmum in verbis Cypriano peculiaribus. Cæterum Sisyphi hoc saxum tantum fuisse ait Schol. Hom. ad Il. A. 180. quantum fuerat illud, in quod se, ne ab Asopo deprehenderetur, transformaverat Jupiter.

Ad CAP. LXI.

a *Æoli filius*] Apollodor. de Æolo Lib. 1. pag. 21. Edit. Comm. Καὶ γήμας Ἐναρέτην τὴν Δηϊμάχου παῖδας μὲν ἐγέννησεν ἑπτὰ, Κρηθέα, Σίσυφον &c. Lege, Κρηθέα. Schol. Pind. ad Pyth. od. IV. pag. 204. Edit. Francof. Αἴολος δὲ μήτηρ Κρηθεῖ ἐκ Σαλμωνεῖ Ἐναρέτα &c. scripserim, Ἐναρέτη ex Apollodoro.

b *Sedens quadrigam*] Deest ante hæc verba ὁ, quod huc revocandum videtur ex sequentibus. Nam τὸ *cives* interpretamentum τοῦ *populum* esse suspicor. quanquam notavi jam superius ad cap. 4. illam copulam sæpe à nostro omitti. Vet. Epigram. quod Senecæ tribuitur: *In populum sic tu verba maligna jacis.* Micyllus corrigi volebat, *& ascendens quadrigam.* Sed nihil est mutandum. Epitaphio Apollinaris Sidonii: *Summi pontificis sedens cathedram.* Ad quem versiculum consule Savaronem, si hujus locutionis exempla desideres: quibus nos hæc addimus. Fulgent. Lib. III. *Qualem equum sedet, nisi Pegasum?* Lactant. ad Stat. Theb. IX. *Tydei equus, quem Hippomedon sedebat.* Gregor. Dial. Lib. I. *Quia Constantius presbyter equum, quem sedere consueverat, vendidisset.* Et Lib. III. cap. 2. *Equum, quem pro magnâ mansuetudine conjux ejus sedere consueverat.* Apul. X. Milesi. *Quibus protinus dignitatis jure consueta loca residentibus.* Spart. Adrian. cap. 22. *Sederi equos in civitatibus non sivit.* Vide ibi Casaub.

Ad CAP. LXII.

a *Leontei*] Non immerito de integritate hujus lectionis dubitat Cl. Schefferus. Schol. Pind. ad Pyth. od. II. ubi varias Ixionis genealogias refert, Leontei nullius meminit. Τὸν δὲ Ἰξίονα, inquit, οἱ μὲν Ἀντίωνος γεγενῆσθαι λέγουσι, ὡς Αἰσχύλος. Φερεκύδης δὲ Πεισίωνος. ἔνιοι δὲ Ἄρεως. οἱ δὲ Φλεγύου. Quicunque illi sunt, Phlegyæ filium cum illis facit etiam Hom. Schol. ad Iliad. A. 268. Serv. ad Æn. VI. 618. Lactant. ad Stat. Lib. IV. 539.

b *Junonis simulacrum esse*] In schedis MS. haberi ait Barthius Adversar. Lib. VI. 22. *Juno Jovis jussu simulacrum nubem suppositi, quam Ixion, Junonem esse ratus, coiit.* At Lib. VIII. 6. ex conjectura emendat, *Quam Ixion ignarus esse simulacrum coiit.* Ego cogitaveram aliquando, *Quam Junonem, non simulacrum esse credidit*; ut lectori subau-

[c] Centauri. At Mercurius Jovis jussu, Ixionem ad inferos in rota constrinxit, [d] quæ ibi adhuc dicitur verti.

LXIII. *Danae.*

DANAE Acrisii & [a] Aganippes filia. Huic fuit fatum, [b] ut quod peperisset, Acrisium interficeret. Quod timens Acrisius, eam in muro lapideo præclusit. Jovis autem [c] in imbrem aureum conversus, cum Danae concubuit, ex quo compressu natus est Perseus. Quam pater ob stuprum, inclusam [d] in arca cum Perseo in mare dejecit. Ea voluntate Jovis delata est in insulam Seriphum, quam [e] pisca-

subaudiendum relinquat, *atque ita coiit.* Schol. Hom. Μιγεὶς τῇ νεφέλῃ ὡσπερεὶ τῇ Ἥρᾳ, ἔσχε παῖδα Κένταυρον, ἀφ' οὗ τὸ Κενταύρων γένος. Plenius rem narrat idem Schol. ad Od. φ. 304. Fulgent. Lib. II. cap. 17. *Illa nubem ornavit in speciem suam, cum quâ Ixion coiens, centauros gennit.* Ut autem tantum flagitium ausus fuerit, ebrietas fecit. Ita jocatur Lucianus, apud quem Jupiter: Εὖγε, inquit, ὁ κῶμός σοι ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν, καὶ μέλει σοι Ἥρας χάμαι; πόσον ἐμεθύθη σὺ νέκταρος. Furori adsignat Pind. Schol. ad Pyth. od. II.

c *Centauri*] Serv. ad Æn. VIII. 293. *Pindarus ipsum, cum equas pasceret, inesse esse eas, inde Centauros natos dicit.* Adde Etym. magnum in voce Κένταυρος.

d *Quæ ibi*] Lege *quâ* cum Nob. Heinsio.

Ad CAP. LXIII.

a *Aganippes*] *Eurydicen* eam appellat Apollod. Lib. II. pag. 68. Schol. Apollon. ad Lib. IV. vers. 1090. & Tzetzes in Lycophr. pag. 135.

b *Ut quod peperisset Acrisium tolleret*] Ἀντὶ τοῦ *interfecturum esse.* Sic Fulgent. Lib. III. *Promittens ei, ut eum participem regni efficeret.* Adde Not. ad cap. 139. Lactant. ad Stat. Lib. I. 255. *Acrisius pater Danaes, qui oraculum accepit causam mortis sibi futuram, quia ex filia nasceretur.* Lege *qui* pro *quia.*

c *In imbrem aureum conversus*] Abbas Columbanus: *Non Jovis auri Fluxit in imbre: Sed quod adulter Obtulit aurum, Aureus ille Fingitur imber.* Fulgent. Lib. I. *Danae imbre aurato corrupta est non pluviâ, sed pecuniâ.* Lepidè Donatus ad Terent. Eun. III. 5. *Quod in gremium Danaae Jupiter ut splendidus imber illabitur, nonne videtur meretrix dicere adolescentibus, illam partem auctore Jove inauratam fuisse?* Lact. Lib. I. cap. II. *Danaen violaturus aureos nummos in sinus ejus effudit.* Non. Dionys. Ἀλλὰ πατὴρ Περσῆος ὀλύμπιος, ὄμβρος ἐρώτων χρύσεος ἐς χάμαι ἦλθε, ἓ καὶ φλογέης Δαναίτης. Anthol. Lib. VII. 198. Ἀχνεῦσοι χρυσὸς; ἥκεσε ἓ Δανάη. Hinc χρυσόπυτος Perseus non inficetè dicitur Tzetz. in Lycophr. p. 135. Pindarus ἰδίως λέγει τὸν Δία ὕσαι χρυσὸν ἐπὶ τὴν Ἀλκμήνην ἐμίγη. Schol. Pind. ad Isthm. od. VII. Adde Isidor. Etym. VIII. cap. XI. Augustin. C. D. XVIII. 13.

d *In arca*] Λάρναξ appellant Græci. *Scrinium* non male vertit Schottus Cent. I. 41. Zenob. ubi hanc fabulam narrat. Gloss. Cyrill. Λάρναξ, *arca, riscus. Riscus* autem est *scrinium* in Glossis Latinis.

e *Pisca-*

[e] piscator Dictys cum invenisset, [f] effracta, vidit mulierem cum infante, quos ad regem Polydectem perduxit, qui eam in conjugio habuit, & Perseum educavit in templo Minervæ. Quod cum Acrisius resciisset eos ad Polydectem morari, repetitum eos profectus est. [g] Quod cum venisset, Polydectes pro eis deprecatus est. Perseus Acrisio avo suo fidem dedit, se eum nunquam interfecturum. Qui cum tempestate retineretur, [h] Polydectes moritur. Cui cum funebres ludos facerent, Perseus disco misso, quem ventus distulit in caput Acrisii, [i] & eum interfecit. Ita, quod voluntate sua noluit, deorum [k] factum est. Sepulto autem eo, Argos profectus est, [l] regnaque avita possedit.

LXIV. *An-*

e *Piscator Dictys*] Conveniens quidem piscatori id nomen, sed præter Apollod. Lib. II. pag. 72. Tzetz. ad Lycophr. p. 135. & Zenob. Cent. I. 41. etiam Hom. Scholiastes ad Iliad. ξ. 319. Dictyn Polydectæ regis fuisse fratrem refert. Σωίβη, inquit, τ παιδὶ ἀνειλαμένη τὸν Πολυδέκτη (Leg. Πολυδέκτην) ἢ ὡς ἔνιοί φασιν, τὸν Δίκτυος τ ἀδελφὸν Πολυδεύκους. Lege & heic Πολυδέκτην. Πολυδεύκης enim Pollux est. *Polydectæ* nomen restituendum quoque Servio ad Æn. VI. 286. ubi corruptè *Polydietes* appellatur. Suspicabar aliquando gignendi casu *Dictyos* scripsisse Hyginum. Esset ergo *piscator Dictyos*, ἁλιέως τινὸς Δίκτυος. Ut illud non valde vero dissimile tunc visum fuit, ita nunc nullus dubito, quin piscator ille natus sit ex verbis Pherecydis apud Apollon. Schol. ad Lib. IV. vers. 1090. Καὶ ἐξέλκει αὐτὰς Δίκτυς ὁ Περιήρους, δικτύῳ ἁλιεύων. Nihil ergo mutandum. Quanquam Germanici Scholiastes in Perseo, qui ita, ut Hyginus, inventam à Piscatore Danaen, & oblatam regi Polydectæ scribit, Dictyos nomen non addit, ut nec Lactant. ad Stat. Th. Lib. II. vers. 220.

f *Effracta*] Cl. Tollius, *effractâ eâ*.

g *Quod cum venisset*] Tametsi secus videtur Cl. Scheffero, puto tamen rectius esse, quod Mycillus volebat, *quo cum* &c. Sic cap. 64. *Eo cum venissent*. & cap. 91. *Quo cum satellites missi venissent*.

h *Polydectes moritur*] Hoc verius sane, quam quod in lapidem ex conspectu Gorgonei capitis eum conversum Apollodorus, Pherecydes, Zenobius, & Ovid. Lib. VI. Met. 249. fabulantur. quos tamen sequitur noster cap. 64.

i *Et eum*] Cl. Scheffer us, *ita eum*. Barth. ex MS. *avum*. quod firmatur quodammodo illis cap. 273. *Percussit Acrisium avum suum*. Constabit etiam sententia, si tantum τὸν & expellas. Lactant. ad Stat. Theb. I. vers. 255. objecto Gorgonis capite à Perseo, in saxum conversum scribit. percussum pedem Acrisii disco Tzetz. in Lycophr. p. 136.

k *Factum est*] Barth. ex MS. *factum vidit*. Nihil opus erat. Cap. 273. *Quod suâ voluntate noluit, in deorum factus est numero*. scrib. *id Deorum factum est numine*.

l *Regna avita*] H. e. avi sui. Flor. I. 7. *Regnum avitum rapere maluit*. Justin. Lib. XXIII. 3. *Heleno filio Siciliæ velut avitum, Alexandro autem Italiæ regnum destinat*. Corippus Lib. II. *Regnum nobis concessit avitum*. Justin. II. 10. *Materno se tamen jure & avito vincere*. Auctor Orig. G. R. *Qui avitat*

LXIV. *Andromeda.*

CASSIOPE filiæ suæ [a] Andromedæ formam Nereidibus antepoſuit. Ob id Neptunus [b] expoſtulavit, ut Andromeda Cephei filia ceto objiceretur. Quæ cum eſſet objecta, Perſeus [c] Mercurii talaribus volans eo dicitur veniſſe, & eam liberaſſe à periculo. Quam cum [d] abducere [e] vellet, Cepheus pater cum Agenore, [f] cujus ſponſa fuit, Perſeum clam interficere voluerunt. Ille cognita re, caput Gorgonis eis oſtendit, omneſque ab humana ſpecie ſunt [g] informati in ſaxum. Perſeus cum Andromeda in patriam redit. [h] Polydectes ſive Prœtus, ut [i] vidit Perſeum tantam virtutem habere, pertimuit, eumque

tas perſequeretur injurias. Gloſſ. Steph. *Avitus*, πππφος. Ovid. IX. Met. 709. *Vota pater ſolvit, nomenque imponit avitum.*

Ad CAP. LXIV.

a *Andromedæ*] Ita repoſui pro *Andromadæ*. quod perperam, ut mox *Andromada*, heic excuſum fuerat. Pariter vitioſe apud Hieron. Epitaph. Paulæ Edit. Caniſ. *Præligata ad ſaxum Andromades ſpectatricem.* Contrarium mendum fœdavit Corippum Lib. IV. Edit. Ruizianæ. *Mille ſecant in fruſta trabes, tonat æthere pulſans Malleus.* Leg. *æthera.* Eodem libro dicit: *Agnoſcunt dominum, pulſantque balatibus auras.*

b *Expoſtulavit*] Supr. cap. 46. *Expoſtulavit, ut filia ejus Neptuno immolaretur.* Schol. German. Caſſiepeiâ: *Expoſtulatamque Andromeden & ceto propoſitam.* Cypr. Sermon. de Eleemos. *Hac nocte expoſtulatur anima tua à te.* Secundum Ovid. IV. Met. 670. & Apollod. Lib. II. pag. 75. ex reſponſo Jovis ceto objecta eſt.

c *Mercurii talaribus*] Tzetz. ad Lycophr. πτερωτὰ ὑποδήματα Νυμφῶν appellat. Vett. Gloſſ. *Talaria*, πέδιλα. Vide quæ notamus ad Fulgent. Lib. I. cap. 19.

d *Adducere*] *Abducere* eſſe reponendum jam monuit Micyllus. Infr. cap. 89. *Ut ſecum eam in patriam abduceret.* Vid. Not. ad cap. 8.

e *Vellet, Cepheus pater*] Ita diſtinxi, ſententiâ id poſtulante. Monuit Cl. Scheſſerus. Nec mihi non viſum fuit antehac, tametſi id genus ἐπιφορήσεις, quod editioni ipſe præfuturus non eſſem, annotare plerunque neglexi.

f *Cujus ſponſa fuit*] Ovid. V. Met. vers. 8. & Apollod. Lib. II. p. 76. Phinea ejus fuiſſe ſponſum volunt. Conon cap. 40. duos habuiſſe eam procos Phinea & Phœnicem narrat.

g *Informati*] *Informare* eſt *formare.* Plin. Jun. Lib. VII. epiſt. 9. *Et nunc informet Martem caſtamque Minervam, Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum.* Cic. Orat. *At ego in ſummo oratore fingendo talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit.* Arnobius Lib. I. pag. 22. *Quis ipſum finxerit hominem, quis informarit.* Forte ſcripſit *transformati.*

h *Polydectes ſive Prœtus*] De Polydecte & Prœto Ovid. Lib. V. Met. fab. 2. & 4. ne eundem putes eſſe, ut videntur hæc verba velle. Acriſius & Prœtus Abantis filii & fratres fuere. Quamobrem accedo Cl. Scheſſero illa *ſive Prœtus* à gloſſâ eſſe cenſenti.

i * *Vidit*] Ne dubites ſcribere, *ut vidit.* Supr. cap. 25. *Quos ut vidit Iphinoe.* Micyllus in margine: *videtur deeſſe ubi*, vel *poſtquam.*

Ad

que per dolum interficere voluit. Qua re cognita Perseus, caput Gorgonis ei ostendit, & is ab humana specie est immutatus in lapidem.

LXV. *Alcyone.*

[a] CEYX Hesperi [b] sive Luciferi & Philonidis filius, cum in naufragio periisset, Alcyone Æoli & [c] Ægiales filia, uxor ejus, propter amorem ipsa se in mare præcipitavit: qui deorum misericordia ambo in aves sunt mutati, quæ Alcyones dicuntur. Hæ aves nidum, ova, pullos [d] in mari [e] septem diebus faciunt hyberno tempore. [f] Mare his diebus

Ad CAP. LXV.

a *Ceyx*] Hanc fabulam paulo aliter narrat Hegesander in proverbiis è Suidâ collectis à Scotto Cent. II. 9. Aristophanis Scholiast. pag. 552. Hom. Schol. ad Il. I. 558. Sed vitiosè ibi Κύηξ apppellatur. Quod vitium tam conspectum miror tam pertinaciter in omnibus ejus, quas quidem viderim, hæsisse editionibus, ut & apud Theocrit. Schol. ad Eid. VII. 57. & Tzetz. in Lycophr. p. 69. Edit. Steph.

b *Sive Lucifer*] Hesperus enim idem est, qui Lucifer. Catull. c. 63. *Nocte latent fures, quos idem sæpe revertens, Hespere, mutato comprendis nomine eosdem.* Horat. II. od. 9. *Nec tibi Vespero Surgente decedunt amores, Nec rapidum fugiente solem.* Servius ad Georg. I. 250. VESPER. *stella, quæ & Venus & Lucifer dicitur.* Idem ad Æn. VIII. 590. *Venus in cœlo unam habet stellam, quæ oriens Lucifernm, occidens Vesperum facit.* Adde Nostr. Astron. II. 42. Senec. Hippol. vers. 750. Lactant. in Stat. VI. Theb. vers. 239. Schol. Hom. Iliad. Ψ. 226. Varronem, III. R. R. p. 105. Festum in *Jubar.* Hinc *Nocturnum* pro Lucifero ponere ausus est Plautus Amph. I. 1. Vide ibi Taubmanni commentarium. *Noctiferum* appellat Catull. carm. 63. ut & Calpurn. Ecl. V. vers. ult.

c *Ægiales*] Ita rescripsi pro *Ægyales*. I & Y, Æ & E, confunduntur in hoc scripto miserabiliter. Theocrit. hanc Καναίθω appellat.

d *In mari*] In scopulis puta. Prop. Lib. III. 5. *Ab miser Alcyonum scopu. lis affigar acutis.*

e *Septem diebus*] Ita & Lactant. ad Lib. IX. Theb. Stat. vers. 361. Gloss. MSS. ad Lib. I. Georg. Ovid. XI. Met. 746. De numero dierum non convenit inter veteres. Consule Hegesandrum loco modo adducto, Schol. Apollon. ad Lib. I. vers. 1085. Schol. Aristoph. p. 552. Edit. Caldor. Schol. Hom. ad Iliad. I. 558. Sarisberiens. Pol. Lib. II. cap. 2. Plin. Lib. X. cap. 32. Hesych. in Ἀλκυονίδες. Etym. in Ἀλκυών.

f *Mare his diebus tranquillum est*] Est elegans hac de re Apollonidæ epigr. Anthol. Lib. I. Sect. 55. num. 10. ex quo facere non possum, quin in transcursu turpissimam eluam maculam. Ἀπὸ ἐ νύκτα γαῖα ἐ ἀδίνεσιν ἀπήμων Αὐχεῖς, σὺ φόρτῳ δύσπλοε Ἀενοφίλῳ. Quando terram se jactat mare? Emenda mecum μαῖα, & sententia erit venustissima. Obstetricatur mare halcyonibus, quoniam, quo tempore illæ pariunt, tranquillum est. Ad eundem modum ejusdem Lib. 58. Sect. num. 1. Delon μαῖαν Latonæ idem appellat Apollonides, ut πῆνλον Callim. Hymn. IV. 10. Et sane μαία non γαῖα curæ ὠδῖνες, utpote, κυήμασι & τοκέσι, ut recte exponit Hesychius, qui corruptus tamen in hac voce: Ὠδῖνες, πόνοι, ἀλγηδόνες. Leg. πόνοι. Malè ergo interpres Cal-

bus tranquillum est, quos dies nautæ g Alcyonia appellant.

LXVI. *Laius.*

LAIO [a] Labdaci filio ab Apolline [b] erat responsum, de

lim. Hym. IV. 120, Ὦδινες ἀπηρείσαντο λίαινας, *dolores effuderunt leænæ.*

g *Alcyonia*] Vid. Apostol. Cent. II. 51. Suidam apud Scottum Cent. II. 9. Aristophanis Schol. Ἀλκυονίδας, Lycophron. ac Theocrit. Scholiastæ, & Lucianus Ἀλκυονίδας appellant. Varro L. L. v. p. 99. de Halcedine: *Hæc hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies Halcyonios appellant.* Sarisberiensis loco modo laudato: *Dicunturque dies Halcyonitæ, quibus vix tenuis aura sentitur.* Dicas corrigendum esse *Halcyonides*. Plin. *Fœtificant brumâ, qui dies Halcyonides vocantur.* Sed vera scriptura est *Halcyonidæ*, ut *Heroidæ* pro *Heroides*, *Stymphalidæ* pro *Stymphalides*. De quibus egi ad Præfat. Lib. I. Fulgent. Mythol. Respexit hanc fabulam Vet. Gloss. auctor, qui Philoxenus habetur. *Tranquilla.* Ἀλκυών. Δεκαίως. Γαλήνη. Confer Arist. Lib. V. Anim. Hist. Plin. Lib. X. 32. Ælian. Hist. Anim. Lib. I. cap. 37.

Ad CAP. LXVI.

a *Labdaci*] Sic reposui pro eo, quod hactenus editum est, *Labdacis*. Cap. 76. *Labdacus Polydori*. 85. *Laius Labdaci filius*. Certè Λάϊον, non Λαΐδαιον appellant Græci. Eurip. Phœn. 808. Λαΐδακίδαις πολυμόχθοις. Schol. τοῖς Θηβαίοις. Πρόγονον γὰρ Θηβαίων Λάϊδακα. Facit hic *Labdacus*, ut *Landaces* mihi veniat in mentem, de quâ quid faciant, nescire videntur interpretes Priap. 78. *Nunc misella Landace Vix posse jurat ambulare præ fossis.* Scaliger volebat *Labdace*. Legendum omnino *Landicæ*. Gloss. à Stephano vulgatum eo capite, quo suis nominibus nominantur membra corporis humani: *Landica*, ἰχαρεοδίν. Corruptè procul dubio. Nisi duo vocabula in unum coaluerunt, scribendum, ἰχάειον, vel ἰχαείδιον, quod ὑποκόρισμὸν est ab ἰχάρα. ἰχάρα autem φύσεις γυναικῶν, ut notavit Hesychius, cujus verba adscribam: Ἐχάρα, πυρὰ ἐπὶ ἰδάφους ἀνθρακιᾶ, ἢ αἱ φύσεις γυναικῶν, ἐξώσρα πεφάγωνα. Distinguendum post τὸ ἰδάφους. deinde ex πεφάγωνα faciendum πεπεφάγωσι. Vult enim, ut mihi quidem videtur ἰχάρας etiam dici *Mœniana quadrata*. Gloss. Steph. *Mœnianum*, ἐξώσρα. Cyrill. Ἐξώσρις, *Mœnianum*. Similia illa fuerint basi quadratæ altaris, quæ ἰχάρα appellatur. Schol. Euripid. Phœniss. 291. Ἐχάρα ἦ, ἡ ἐν πεφαγώνῳ τεθὲὶ γῇ βάσις βωμοῦ, πύξις ἔχουσα ἄνω ἀναβάσεως. Supposititius ille Soranus epistolâ ad Cleopatram: *Cujus fons vel labra Græcè* πτερυγώματα *vel pinnacula dicuntur. Infra vero, quod à superiore parte descendit in medio dicta est landica.* Erit ergo *præ fossis landicæ* idem, quod *præ fossis inguinis*, quas habes epigr. 48. Sed *præ fossis non posse ambulare* duriter nimis dicitur. Lege ergo cum Nob. Heinsio, *præ ficis*, de quibus Carm. 41. & 50. Cur autem ἰχάρα ponatur pro natura muliebri, inde ortum videtur, quod ἰχάρας medici vocare soleant κοῖλα ἕλκη ἐν τῷ σώματι, ut est apud Etym. magni auctorem.

b *Erat responsum*] Responsum illud habes subjectum argumento Phœniss. Euripidis, & apud Zenob. Cent. II. 68.

cJo-

de filii sui manu mortem ut caveret. Itaque [c] Iocasta [d] Menœcei filia uxor ejus, cum peperisset, [e] jussit exponi. Hunc [f] Peribœa Polybi regis uxor, cum vestem ad mare lavaret, expositum sustulit, [g] Polybo sciente. [h] Quod orbi erant liberis, pro suo educaverunt; eumque, quod pedes [i] transjectos haberet, Oedipum nominaverunt.

LXVII. *Oedipus.*

POSTQUAM Oedipus Laii & Iocastes filius ad puberem ætatem pervenit, fortissimus præter cæteros erat: eique per invidiam æquales objiciebant, eum [a] subditum esse Polybo, eo quod Polybus tam clemens esset, [b] & ille impudens: quod Oedipus sensit non falso sibi objici.

c *Iocásta*] *Epicasta* est Hom. Odyss. Λ. 270. Sed *Iocastam* vocant Tragici, ut annotavit ibi Scholiastes, apud quem hanc fabulam, ut & sequentem habes. Lactant. ad Stat. III. Theb. 286. *Sinoeam* appellat nescio quo auctore: *Jovis*, inquit, *filius Elem; Elei Belus; Beli & Libyæ Agenor, Danaus & Ægistus; Agenoris Cadmus; Cadmi Polydorus. Polydori Labdacius* (Leg. Labdacus) *Labdacii Laius; Laii Oedipus; Oedipi & Sinoeæ Antigone, Etheocles, Polynices.* De illa Iocastâ ænigma habet Diomed. Lib. II. *Avia filiorum est, quæ mater mariti.*

d *Menœci*] Ita & cap. sequent. Sed *Menœcei* scribendum. Græcis Μενοικεύς dicitur. Mirificè variat scriptura in hoc libello. cap. 72. est *Menatius.* 242. *Menicus.* 243. *Menœcus.* Male *Menatius* ubique scribi jubet Micyllus. Juvenal. Sat. XIV. 240. *Dilexit Thebas, si Græcia vera, Menœceus.* Stat. XII. Theb. 696. *Flentemque Menœcea cernit.* Lact. Firm. III. 12. *Voluntariæ se morti obtulerunt, sicut Thebis Menœceus.*

e *Jussit exponi*] Micyllus *natum*, Barth. *puerum*, addi jubent. quod etsi probavi antehac, nunc tamen Cl. Schefero accedo, qui illud subaudiendum censet. Expositus est autem in monte Cithærone. Vid. Schol. ad Sophocl. Oedip. Tyrann. vers. 1096.

f *Peribœa*] *Merope* dicitur à Schol. Eurip. ad Phœniss. vers. 1050. & Pisandro apud eundem sub finem fabulæ. quibuscum facit Seneca Oedipo vers. 272.

g *Polybo sciente*] Post hæc verba πολείαν ἀσμένη ponendam curavi. Cæterum Polybum illum non regem, sed pastorem nominat Diodor. Lib. IV. Scilicet pastores fuisse antiquissimos regum.

h *Quod orbi*] Cl. Schefferus emendat, *qui quod orbi.* Ego ellipsin tantum esse putem copulæ, de quâ ad cap. 4. nobis dictum.

i *Transjectos*] H. e. *perforatos.* Gloss. Cyrill. Διαπεπερόνωμαι, *trajectus, transfossus, transfixus.* Vide Zenob. Cent. II. 68. Lactant. in Argum. Oedipi Senecæ: *In monte Citherone exposuit, plantis ignito ferro perforatis.* Vide Poëtam ipsum vers. 812. Curt. IV. 6. *Per tales spirantis lora trajecta sunt.*

Ad CAP. LXVII.

a *Subditum esse*] Gloss. Steph. *Subditus,* ὑποβολιμαῖος. *Subditivus,* ὑποβολιμαῖος, ὑποβλητικός. Ter. Heaut. V. III. vers. 11. *Subditum se suspicatur.*

b *Et ille impudens*] Vereor quicquam mutare. Vid. Not. ad cap. 8. Cl. tamen Schefferus mavult, *at ille.*

ci. Itaque Delphos est profectus [c] sciscitatum de *in prodigiis ostendebatur mortem ei adesse de nati manu. Idem cum Delphos iret, obviam ei Oedipus venit. quem satellites cum viam regi dari juberent, neglexit. Rex equos immisit, & rota pedem ejus oppressit. Oedipus iratus, insçius patrem suum de curru detraxit, & occidit. Laio occiso, Creon Menœci filius regnum occupavit. Interim [d] Sphinx Typhonis in Bœotiam est missa; quæ agros Thebanorum vexabat. Ea regi Creonti simultatem constituit, si carmen, quod posuisset, aliquis interpretatus esset, se inde abire: si autem datum carmen non solvisset, eum se consumpturam dixit, neque aliter de finibus excessuram. Rex re audita, per Græciam edixit, qui [e] Sphingæ carmen solvisset, regnum se & [f] Io-

c *Sciscitatum* &c.] Cl. Schefferus verba ista, *in prodigiis ostendebatur, mortem ei adesse de nati manu*, tanquam ex præcedenti capite malè huc translata, inducit, idque eo libentius, quod à membranis suis abesse ea testetur Barthius. Constituit ergo locum totum hunc in modum: *est profectus sciscitatum de eodem. Cum Delphos iret, obviam ei Laius venit, quem satellites cum viam regi dare juberent, neglexit.* At Laius non obviam venit Oedipo Delphos tendenti, sed jam inde redeunti. Vide Zenob. Cent. II. 68. Apollod. III. pag. 147. Schol. Æschyl. Hypoth. Τ ἐπὶ Θήβας. Barthii membranarum, cum & ipse dominus parvi eas faciat, non ægre feret, si nec ego magnam habuero rationem. Existimo ergo locum hunc non uno laborare vitio, hoc est, cum corrupta quædam esse, tum quædam omissa. Si venia detur, ita legam: *Profectus est sciscitatum de origine suâ. Laius, cui in prodigiis ostendebatur, mortem ei adesse de nati manu, itidem cum Delphos iret, obviam ei Oedipus venit.* Atque ita historia exigit. Senec. Oedip. 276. *Frondifera sanctæ nemora Castaliæ petens* &c. Apollodor. Lib. III. Λάϊος εἰς Δελφοὺς ἐπορεύετο χρησόμενος περὶ παίδων γονέων. *Sciscitari* est quod Græci interpretes dicunt ἐρωτᾶν παρὰ Θεοῦ. 1. Reg. XXI. 10. ἐρωτῶν παρὰ Θεοῦ καὶ κυρίου. ἐρωτᾶν ἐν τῷ θεῷ. Jud. XX. 18. ἐκζητεῖν παρὰ θεοῦ. Jes. VIII. 19.

d *Sphinx in in Bœotiam est missa*] Lycus in Thebaicis à Dionyso immissam eam refert, ut notavit Hesiod. Schol. in Theog. p. 261. Ed. Heins. De illa ita Schol. in Phœniss. vers. 45. Τὴν δὲ Σφίγγα οἱ μὲν ἔχειν φασὶν πτερὰ, κύνα δὲ ἢ κατὰ πόδας λέοντα, πτερὰ δὲ ὄφιν. Σακράτης δὲ ἐγχώριόν αὐτὴν φησι λῃστρικὸν δύσγνωστα μαντευόμενον. Τινὲς δέ φασι, ὅτι μία τῶν αὐτῆς Κάδμος θυγατέρων μανεισῶν, κατεβλήθη εἰς τὸ ζῶον Σφίγγα. Simiæ esse genus docet illustr. Spanhem. de numm. p. 211. & Vives ad Augustin. C. D. Lib. XVI. c. 8. Idem jam veterum quidam suspicati sunt. Schol. Stat. I. Theb. 66. *Alii dicunt, quod Sphinx simia violosa sit.* leg. *villosa sit.* Confer Plin. Lib. VIII. cap. 54. Schol. Hesiod. Η δὲ Σφίγξ πρωϊμαπικῶς μὲν γυνὴ ὦν λῃστὴς, ἣ εἶχε πολλὰς συνωμότας τὰς συναρπάζοντας.

e *Sphingæ carmen*] Ænigma hoc cujusmodi fuerit præter alios docebunt te

& [f] Iocastam sororem ei in conjugium [g] daturum. Promissi cum plures regni cupidine venissent, & à Sphinge essent consumpti, Oedipus Laii filius venit, & [h] carmen est interpretatus. Illa se præcipitavit. Oedipus regnum paternum, & Iocastam matrem insçius accepit uxorem, ex qua procreavit Eteoclem & Polynicem, Antigonam, & Ismenam. Interim Thebis sterilitas frugum & penuria incidit ob Oedipodis scelera. interrogatusque Tiresias, quid ita Thebæ vexarentur, respondit: Si quis [i] ex Draconteo genere supereſſet, & pro patria interiisset, pestilentia liberaturum. Tum [k] Menœceus Iocastæ pater se de muris præcipitavit. Dum hæc Thebis geruntur, [l] Corintho Polybus decedit. Quo audito, Oedipus molestè ferre cœpit. æstimans patrem suum obisse, cui Peribœa de ejus suppositione palam fecit: [m] id Itemales senex, qui eum exposuerat, [n] ex pedum cicatricibus & talo-

te Eurip. Scholiast. Zenobius, Auson. Eid. xv. Tzetzes ad Lycophr. p. 3. & Apollodorus. Visitur Phædri libellis in Meursii editione subjectum. *Carmen* dicit, quemadmodum ξυνετὸν μέλος Euripides Phœniss. 1511. Schol. Τὸ αἴνιγμα λέγει, ἐπεὶ μὴ μέλος ἀποφέρειν αὐτὴ ἡ Σφίγξ. quam inde & ᾠδὸν appellat idem poëta. Senec. Oedip. 98. *Carmen popoſci: ſonuit horrendum.* Fabula inde orta, quod αἴνιγμα λόγον dicant Thebani.

f *Iocastem*] *Iocasten* vel *Iocastam* scribendum. Vide Not. ad cap. 137.

g *Daturum promisit: cum plures*] Elegans, & vera, opinor, Cl. Schefferi est correctio: *daturum. Promissi cum plures* &c.

h *Carmen est interpretatus*] Hinc Οἰδιπόδα σοφίαν dixit Pindarus Pyth. od. iv. pro ænigmate; ut in vett. Epigr. *ænigmata Sphingis* pro *obscriloquio*, quemadmodum ænigma interpretatur Isidorus in Glossis.

i *Ex draconteo genere*] H. e. ex genere τῶν Σπαρτῶν: illorum videlicet, qui ex satis dentibus draconis illius à Cadmo interfecti erant nati. Vid. Eurip. Phœn. vers. 944.

k *Menyceus Iocastæ pater*] Hoc non concoquo. *Menœceus* ille, qui se de muro præcipitavit, Creontis erat filius, teste Apollodoro Lib. III. p. 155. Etymol. in ἀμφηλιξ, & Euripide Phœniss. Creon autem frater Iocastæ. An ergo hæc sunt ab inepto glossatore? Non dixerim, cum idem narret cap. 142. Tribuit ergo avo, quod alii nepoti. Stemma vide apud Eurip. Schol. ad Phœniss. vers. 949.

l *Corintho decedit*] Sic apud Justin. XX. 3. *Corintho nunciata victoria est.* Vid. Notas ad cap. 247.

m *Id Itemales*] Cl. Schefferus corrigit, *idem Itemalis*. Non foret deterius *item*, de quo vide Not. ad cap. 57. Quid si explices illud *Id* per *ob id*? Consule Not. ad cap. 8. & 122. Cæterum à Pisandro apud Eurip. Schol. sub finem Phœniss. senex hic dicitur γέρων ἱππόκομος καὶ Σικυωνίων. Suidas, qui in hac narratione multum ab Hygino abit, Μέλοισον appellat agricolam, à quo sublatus & eductus hic Oedipus. Confer Senec. Oedip. act. IV.

n *Ex pedum tumore*] Virg. Æn. II. *Per talos trajectus lora tumentes.*

talorum agnovit Laii filium esse. Oedipus re audita, postquam vidit se tot scelera nefaria fecisse, ex veste matris fibulas detraxit, & se luminibus privavit, regnumque filiis suis alternis annis tradidit, & à Thebis Antigona filia duce profugit.

LXVIII. *Polynices.*

POLYNICES Oedipodis filius, anno peracto, regnum ab Eteocle fratre repetit. Ille cedere noluit: itaque Polynices, Adrasto rege adjuvante, cum septem ductoribus Thebas oppugnatum venit. Ibi [a] Capaneus, quod contra Jovis voluntatem Thebas se capturum diceret, cum murum ascenderet, fulmine est percussus: Amphiaraus terra est devoratus: Eteocles & Polynices inter se pugnantes alius alium interfecerunt. [b] His cum Thebis parentaretur, etsi ventus vehemens esset, tamen fumus se nunquam in unam partem convertit, sed alius alio seducitur. Cæteri cum Thebas oppugnarent, & Thebani regibus suis diffiderent, Tiresias [c] Eueris filius augur præmonuit, si ex Dracontea progenie aliquis interiisset, oppidum ea clade liberari. Menœceus cum vidit se unum civium salutem posse redimere, [d] muro se præcipitavit; Thebani victoria sunt potiti.

LXIX. *Adra-*

Ad CAP. LXVIII.

a *Capaneus*] Serv. ad Æn. 1. 48. *Ardeæ in templo Castoris & Pollucis in læva intrantibus Capaneus pictus est, fulmine per utraque tempora trajectus.* Unde fabula illa originem traxerit, docebit te Vegetius Lib. IV. 21.

b *His cum Thebis parentaretur*] Barth. ad Stat. Tom. III. p. 1493. locum hunc ita constituit: *His cum Thebis parentatur, etsi ventus vehemens exstet.* Ego existimem Hyginum loqui de solenni istâ parentatione ut jam desitâ. Nam quod cap. 71. hac de re legitur, id non Hygino, sed glossatori alicui, qui illud ὡσπολεῖ ex antiquiore scriptore transtulit, debemus. Repugnare tamen dicas suspicioni meæ τὸ *seducitur*: & quod cap. 164. suâ adhuc ætate stetisse dicat oleam illam, quam Athenis seviisse olim Minerva perhibetur. At cap. 261. desiisse jam innuit flagellationem ad aram Dianæ, quam Tertulliani etiamnum ævo fuisse in usu ostendimus in dissertatione nostrâ, ubi plura huc pertinentia invenies.

c *Eueris*] *Euri* habet Micylli editio, qui in margine adscripsit, *Eurimi.* sed *Eueris* legendum vel *Eueri*, ut Δρακοντείωνος scriptum apud Lactant. Arg. Lib. III. Met. Apollod. Lib. III. Μάντις Τειρεσίας Εὐήρους ὁ Χαριτλοῦς Νύμφης. Hinc μάντις Εὐηρίδης dicitur Theocrito Eid. XXIV. 70.

d *Muro se præcipitavit*] Ante portas se mactavit, ut vult Apollod. Lib. III. pag. 155. Aliam voluntariæ hujus mortis

LXIX. *Adraſtus.*

ADRASTO, [a] Talai & Eurynomes filio, reſponſum ab Apolline fuit, cum filias ſuas Argiam & [b] Deipylam apro & leoni daturum in conjugium. Sub eodem tempore Polynices Oedipodis filius, expulſus ab Eteocle fratre, ad Adraſtum devenit. [c] & Tydeus ſimul Oenei & [d] Peribœæ captivæ filius, à patre, quod fratrem Menalippum in venatione occiderat, fere ſub eodem tempore venit. Quod cum ſatellites Adraſto nunciaſſent, duos juvenes incognita veſte veniſſe (unus enim [e] aprinea pelle oper-

tis cauſam adducit noſter cap. 67. & 242. Secutus eſt ergo diverſos auctores. Confer Schol. Euripid. ad Phœniſſ. vers. 1018.

Ad CAP. LXIX.

a *Talai*] Stemma ita habet, ut refertur ab Eurip. Schol. ad Phœn. vers. 423. Αἰόλᾳ Κρητεὺς, ᾧ Ἀμυθάων, ᾧ Βίας, ᾧ Ταλαὸς, ᾧ Ἄδραστος. Pro Κρητεὺς ſcribe Κρηθεύς. Vide Not. ad cap. 12.

b *Deiphilam*] Ita exaratum hoc vocabulum etiam apud Stat. Schol. ad 11. Lib. Theb. vers. 159. Serv. Æn. 1. v. 101. alioſque. Quod imputandum poſteriori ævo, quo ut aſpirabant non aſpiranda, ita contra adſpirationem illis detrahebant, quæ cum maximè eam requirebant. Originem ſi reſpicias *Deipyla* ſcribas oportet. Corruptè Διπύλη excuderunt in Hom. Scholiis ad Iliad. Δ. 376. Ὀνομαστικῶς dictam eam ab aliis Ἀργείᾳ tradit Theocrit. Interpres ad Eidyll. XVII. v. 53. Contrarium vitium eſt apud Iſidor. Orig. Lib. XX. cap. 11. *Spingæ ſunt, in quibus ſunt ſpingatæ effigies, quos nos griphos appellamus,* Corrig. *Sphingæ* & *Sphingatæ.*

c *Et Tydeus*] Forte melius, *eo Tydeus.* Hiſtoriam vide apud Homeri Schol. ad Il. ξ. 120. Apollod. Lib. 1. pag. 30. Schol. Stat. ad Theb. Lib. 1. 402. *Quia occiderat avunculum ſuum Thoantem, matris fratrem, vel ut quidam volunt, Apharea. Manifeſtius tamen eſt, quod Menalippum fratrem ſuum, dum venaretur, occidit.* Idem tamen ad vers. 280. *Toxeum* cum fratrem appellat.

d *Peribœæ*] Ita quoque eam appellant Diodorus Lib. IV. pag. 240. Apollodorus Lib. 1. pag. 28. Schol. Stat. ad Theb. Lib. 1. v. 41. *Eryboeam* vocat.

e *Aprinea pelle*] Analogia poſtulare videtur *aprinâ*. ut *à caper caprinus, fiber, fibrinus, ita ab aper aprinus.* Gloſſ. Iſid. *Caſtorinum, vebrinum.* Lego, *fibrinum.* Schol. Juven. ad Sat. XII. 34. *Caſtorem bebrum dicit.* Reſtituo & ibi *fibrum.* Lucill. *Viſcus aprinum.* Gloſſ. Cyrill. Συάγριον, *aprinum.* Capella Lib. II. *Nunc criſtæ cum aprinis dentibus videbantur.* Varro IV. L.L. *Perna aprina.* Apicius Lib. VIII. cap. 1. *Condimentum aprinum, perna aprina.* Confer Charis. Lib. 1. Eſt tamen, cur non nihil addubites, ſi examines iſta in notis Tyronis & Senecæ p. 159. *Iantinum, Iantineum. Apruna, Aprugineum.* (Leg. *aprugneum*) p. 175. quibus addere poſſumus, *cocceus* & *coccineus.* Schol. Juven. ad Sat. III. 283. *Quod Græci coccinum ſive coccum dicunt, Latini veteres birrum vocarunt.* Lego *coccineum.* quod invenies apud Vet. interpret. Joſ. cap. 2. Quanquam triplici terminatione à *Carbaſus* formarunt *Carbaſeum, Carbaſinum,* & *Carbaſineum:* quorum poſtremum Varronis eſt apud Non. cap. XIV. Ita non tantum *ruſſus*, ſed & *ruſſeus* dixerunt. Petron. *Tunicâ veſtitum ruſſeâ.* Damnat tamen τὸ *ruſſeus* Chariſius Lib. 1. Non curat ergo Grammaticos Palladius

opertus, alter leonina.) Tunc Adraſtus [f] memor ſortium ſuarum, jubet eos ad ſe perduci: [g] atque ita interrogavit, quid ita hoc cultu in regna ſua veniſſent. Cui Polynices indicat ſe à Thebis veniſſe, & idcirco [h] ſe pellem leoninam operuiſſe, quod Hercules à Thebis genus duceret, & inſignia gentis ſuæ ſecum [i] portare. Tydeus autem dicit ſe Oenei filium eſſe, & à Calydone genus ducere, ideo pelle aprina ſe opertum, ſignificans aprum Calydonium. Tunc rex reſponſi memor, Argiam majorem dat Polynici, ex qua naſcitur Therſander: Deipylam minorem dat Tydeo, ex qua naſcitur Diomedes, qui apud Trojam pugnavit. At Polynices rogat Adraſtum, ut ſibi exercitum commodaret, ad paternum regnum recuperandum à fratre: cui Adraſtus non tantum exercitum dedit, ſed etiam ipſe [k] cum aliis ducibus profectus eſt, quoniam Thebæ ſeptem portis claudebantur. Amphion enim qui Thebas muro cinxit, ſeptem filiarum nomine portas conſtituit. [l] Hæ autem fuerunt, [m] Thera, [n] Cleodoxe, Aſtynome, Aſtycratia, Chias, [o] Ogygia, Chloris.

LXX. *Re-*

Lib. IV. Tit. 13. *Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, ruſſeus* &c. Nec Apul. Lib. 11. Met. *Ruſſea faſciola nectitula.* In Judicio Coci & Piſtoris, *Cervinam Actæon tollit, Meleager aprunam.*

f *Memor ſortium ſuarum*] Extant illæ apud Eurip. Schol. ad Phœniſſ. v. 415. ubi hanc fabulam habes, ut & apud Zenob. I. 30. Apollod. Lib. III. p. 150.

g *Atque ita interrogavit*] Cl. Scheffer. mallet, *atque ità* ſive *tratè interrogavit.* Nihil muto. Vide Not. ad cap. 2. Infr. cap. 89. *Apollo tratus ita reſpondit: Si Trojanorum* &c.

h *Se pellem leoninam operuiſſe*] Malim, tametſi probet illud Cl. Scheffer., *pelle leoninâ*, cum præceſſerit modo, *pelle leoninâ opertus.* Si retinere tamen velis, non male illud Græcorum ἐξ ſubaudieris. Hieron. Epit. Paulæ: *Quis inopem morientem non illius veſtimenta obvolutum eſt?* Ita edidit Caniſius. ſed perperam, opinor, cum alii dederint, *veſtimento.* De pelliceo amictu audi differentem Ampliſſ. Spanhem. in de Numm. Præſt. p. 345.

i *Portaret*] Aſſentior Scheffero reponenti, *portare.*

k *Cum aliis ducibus*] Εὐσέχως idem, *cum aliis ſex ducibus.* quod & Cl. Tollio venerat in mentem.

l *Hæ autem fuerunt*] Longè alia portarum nomina dedit Pauſan. pag. 555. Edit. Wechel. & Apollod. Lib. III. pag. 154. Stat. VIII. Theb. vers. 353. & ſeqq.

m *Thera*] Perperam *Lerta* dicitur cap. XI. Vide Apollodor.

n *Cleodoxe*] Κλεόδοξα eſt Apollodoro & Tzetzæ. Vide quæ notavi ad cap. XI.

o *Oggygia*] Scribe *Ogygia.* Schol. Stat. ad VII. Theb. 33. *Una enim porta ex ſeptem Ogygia nuncupatur.* Etymol. Mag. Ὤγυγος, ἀρχαῖος βασιλεὺς Ἀθηναίων, ἀφ' οὗ καὶ Ὠγύγιαι πύλαι ἐν Θήβαις.

Ad

LXX. *Reges septem Thebas profecti.*

ADRASTUS Talai filius ex Eurynome Iphiti filia, Argivus. Polynices Oedipodis filius ex Iocasta, Menœcei filia, Thebanus. Tydeus Oenei filius ex Peribœa captiva, Calydonius. Amphiaraus [a] Oeclei, vel, ut alii autores dicunt, Apollinis ex [b] Hypermestra Thestii filia, Pylius. [c] Capaneus Hipponoi filius ex Astynome [d] Talai filia, sorore Adrasti, Argivus. Hippomedon [e] Nesimachi filius ex Mythidice Talai filia, sorore Adrasti,

Ad CAP. LXX.

a *Oeclei*] Stemma ita recenset Pind. Schol. ad Nem. od. IX. Μελάμποδος Ἀνηφάτης, οὗ Οἰκλῆς, ὃ Ἀμφιάραος. ut & Eustath. ad Iliad. p. 239. Edit. Bas. An legendum *Oiclis*? Apollod. Lib. III. Ἀμφιάραος Οἰκλέους. Malè interpres, *Oicleis filius*. Οἰκλέης. *Oicles*, ut *Themistocles* Θεμιστοκλέης. Possis tamen rescribere δρχαικῶς *Oicli*, ut *Chrysi* infr. cap. 106. & *Themistocli*, aliaque id genus observata à Victorio in Cicerone. Consule Popm. in de Antiq. Locut. Lib. 1. cap. 9. Gronov. Observ. in Eccles. Script. Lib. 1. cap. XI. Indicem magni operis inscriptionum Gruteri, ubi *Isidi*, *Nepoti*, *Jovi*, *Tonanti*, & similia gignendi casu usurpata habes, ut *Chremi* apud Terent. Andr. II. 2. 31. Servius ad Æn. I. 34. *Detrahitur autem S tertiæ declinationis genitivo*. Immo tolerabile etiam *Oiclei*, ut *plebei* in vett. inscript. & Vell. Lib. II. 44. *Herculei* in Catull. Carm. 36. quod ab *Herculeus* Æolicâ terminatione tractum procul dubio. *Oiclei* ergo genitivus erit ob *Oicleus*. Quod si vel per somnium venisset in mentem veteri Horatiano Comment. non scripsisset ad od. 15. Lib. 1. *Achillei & Ulyxei veteres dixerunt ad similitudinem fortassis diei & faciei*. Melius alter, qui se Acronem facit: *Veterum declinationes ista habent, Achillei, Ulyssei, ab Achilleus, Ulysseus*. Certè à recto Οἰκλεύς declinasse Οἰκλέα videri potest Apollod. ipse Lib. III. pag. 160. Περὶ Οἰκλέα διαγί-νεται. Sed rectius ab Οἰκλῆς dicas esse. Imo Ovid. si audias Lib. III. *malaeoperchiæ* vers. 13. nihil mutes: *Sic scelere Oeclidis Talaoniæ Eriphyles Virus, & in vivis ad Styga venit equis*. & Lib. VIII. Met. v. 316. *Et adhuc à conjuge tutus Oeclides*. Lactant. ad III. Theb. Stat. 620. *Oeclides. Amphiaraum dicit Oeclei filium*. Perperam ergo apud eundem ad Lib. I. 42. *Lyncei & Hipermnestræ filius* dicitur. Quanquam synæresis illa ligatæ magis, quam solutæ orationi conveniat. Sic *Phæton* pro *Phaëton* dixit apud Quintil. Varro, & Ovid. Metam. si vulgatis edd. credas, *Æta* pro *Æeta*. Ab Eustath. ad Hom. Catal. vers. 73. Ἰοκλῆς hic Oecleus dicitur. Adde quæ notamus ad cap. 128.

b *Hypermestra*] Ita & cap. 73. sed cap. 250. matrem ejus *Clytemnestram* appellat. Ὑπερμνήστρα est Diodoro Lib. IV. & Thespii filia, quem in Thestium mutat Palmerius. & rectè quidem. Vide Apollod. Lib. I. pag. 24. & quæ dicta sunt ad cap. 14.

c *Capaneus*] Schol. Stat. ad Theb. Lib. I. vers. 45. *Capaneus, ut alii putant, Hippote Astimoniæ filius*. Lege, *Hipponoi & Astynomiæ*.

d *Talai*] Schol. Hom. ad Od. Λ. 325. Ἰφιθου θυγατέρα facit.

e *Nesimachi*] *Aristomachus* hic est Apollodoro Lib. III. Nihil tamen mutandum. Schol. Stat. ad Lib. I. Theb.

sti, Argivus. Parthenopæus, [f]Meleagri filius, ex Atalanta Jasii filia, ex monte [g]Parthenio, Arcas. Hi omnes duces apud Thebas perierunt, præter Adrastum Talai filium: is enim [h] equi beneficio ereptus est. qui postea filios eorum armatos ad Thebas expugnandas misit, ut injurias paternas vindicarent, eo quod insepulti jacuerant Creontis jussu, qui Thebas occuparat, fratris Jocastes.

LXXI. *Septem* [a] *Epigoni, id est, filii.*

Ægialeus Adrasti filius ex [b] Demoanassa, Argivus. Hic solus periit ex septem, qui exierant: quia pater [c]exuperaverat, pro patre [d]vicariam vitam dedit. cæteri sex victores redierunt. Therssander Polynicis filius ex Argia Adrasti filia, Argivus. Polydorus Hippomedontis filius, ex Euanippe Elati filia, Argivus. Alcmæon, Amphiarai filius, ex Eriphyle Talai filia, Argivus. [e] Thesimenes Parthenopæi filius ex Clymene nympha, Nysius. * Poly-

vers. 44. *Hippomedon Nesimachi & Nausica filius.* An & in Hygino pro *Mythidice* reponendum sit *Nausicá* vel *Nausicae*, examinandum relinquo lectori.

f *Meleagri filius*] Vid. Not. ad cap. 99. Sunt qui *Talai* fuisse filium tradiderint. Vid. Schol. Sophocl. ad Oedip. Colon. vers. 1316. Cum Hygino facit Schol. Stat. ad 1. Theb. vers. 45.

g *Parthenio*] *Parthenio* scribendum ex cap. 99. quod visum quoque Cl. Scheffero est.

h *Equi beneficio*] Quem longe velocissimum habuit ex seminio Arionis, ut scribit Philargyrius ad Lib. III. Georg. 122. Stat. IV. Theb. vers. 43. & Hom. Iliad. Ψ. 346. Propert. Lib. II. El. 25. Apollod. Lib. III. Arionem ipsum ei dant. Consule ad Homeri locum Schol. & ad Hesiod. Asp. pag. 197. Edit. Heins. Tzetzen ad Lycophr. p. 123.

Ad CAP. LXXI.

a *Epigoni*] Ἐπίγονοι Eratosthenis Καταστ. cap. 25. Οἱ υἱοὶ Hesychio in Κάδμειοι. Vid. Homeri Schol. ad Iliad. Δ. vers. 405. Usurpant id vocabulum, ut Latinum, etiam Cicero & Mela. Pariter Just. XII. 4. *Hæc suboles nomen habuit Epigoni.*

b *Demoanassâ*] Malim, *Demonassa*, quod vocabulum occurrit cap. 14. 97. & 102.

c *Exuperaverat*] Barth. ex membranis suis: *quia pater sex superaverat.* Haud dubito, quin verior futura sit lectio, si scripseris: *quia pater ex septem superaverat.* Nam præter Adrastum ἐν τῇ τοιαύτῃ στρατείᾳ οἱ μὲν ἄλλοι ἐξ στρατηγοὶ ἀπώλοντο, ἐν ᾗ τῇ δευτέρᾳ, ὅτι οἱ ἐπίγονοι, μόνος ὁ Ἀδράστου παῖς Αἰγιαλεὺς ἀπώλετο, ut præter alios tradit etiam Pind. Schol. Hyg. cap. 10. *Qua ex septem superaverat.*

d *Vicariam vitam dedit*] Vicarium est, quod quis vicem alterius facit. Sic cap. 51. *Uxor se Alcestis obtulit, & pro eo vicariâ morte interiit.* Cap. 243. *Vicariâ morte obiit.* Apulej. II. Metam. *Vicariam pro me lanienam susceperit.*

e *Thesimenes*] *Promachum* hunc appel-

[f]Polynices Oedipodis filius, anno peracto, regnum ab Eteocle fratre, Adrasto Talai filio adjutore, repetit, cum septem ductoribus, & Thebas oppugnarunt. Ibi Adrastus beneficio equi profugit. Capaneus contra Jovis voluntatem Thebas se capturum dixit: & cum murum ascenderet, fulmine ab Jove est percussus. Amphiaraus cum quadriga terra est devoratus. Eteocles & Polynices inter se pugnantes, alius alium interfecerunt. His inferiæ communes cum fiunt, Thebis fumus separatur, quod alius alium interfecerunt. reliqui perierunt.

LXXII. *Antigona.*

Creon Menœcei filius edixit, ne quis Polynicen, aut qui una venerunt, sepulturæ [a]traderet, quod patriam oppugnatum venerint. Antigona soror & Argia conjunx, clam noctu Polynicis corpus sublatum, in eadem pyra, qua Eteocles [b]sepultus est, imposuerunt: quæ cum à custodibus deprehensæ essent, Argia profugit, Antigona ad regem est perducta. Ille eam Hæmoni filio, cujus sponsa fuerat, dedit interficiendam. Hæmon amore captus, patris imperium neglexit & Antigonam [c]ad pastores demandavit; ementitusque est, se eam inter-

pellat Apollod. Rectè vidit Cl. Schefferus duos heic desiderari, *Diomeden* Tydei, & *Sthenelum* Capanei filium. Apollodorus, omisso Polydoro, Hippomedontis filio, pro eo duos alios, Amphilochum alterum Amphiarai, & Eurypylum Mecistei filium Epigonis accenset, atque adeo octo numerat. Eustath. ad Hom. Iliad. p. 323. Edit. Bas. Stratolaum appellat Parthenopæi filium, & Epigonos novem agnoscit.

f *Polynices*] Et hoc esse ex illis, quibus hic scriptor Itolidè à glossatore aliquo interpolatus est non uno loco, libenter credo Cl. Scheffero. Spuriam hanc esse laciniam satis arguit cap. 68.

Ad CAP. LXXII.

a *Traderent*] Lego, *Traderet*. Præcessit enim, *ne quis*. De figurâ illâ, quâ nomen multitudinis licet singularis formæ sit, cum plurali interdum verbo convenit, non puto heic cogitandum.

b *Sepultus est*] Cl. Schefferus mallet, *repositus est*. Non puto esse necesse. Nam etiam combustio est sepultura. Vide Cl. Cuperi Observat. Lib. I. cap. 7. & Borremansii Var. Lect. cap. 9. Florus Lib. III. cap. 21. *Tantum non eodem igne sepelitur*. Noster infr. cap. 171. *Ne ab igni obrueretur*.

c *Ad pastores demandavit*] Notat Barth. Adversf. Lib. VIII. 6. *demandare* huic scriptori esse ablegare. Cap. 199. *Orestem Ægisthus necandum demandavit*. Cap. 117. *Demandavit in Phocide Strophio*. Ita & *mandare* usurpat cap. 184. *Merope filium, quem ex Cresphonte habebat, absconse ad hospitem in Ætolian mandavit*. Eadem significatione

terfeciſſe. Quæ cum filium procreaſſet, [d] & ad puberem ætatem veniſſet, Thebas ad ludos venit. Hunc Creon rex, quod ex Draconteo genere omnes in corpore inſigne habebant, cognovit. Cum Hercules pro Hæmone deprecaretur, ut ei ignoſceret, non impetravit. Hæmon ſe & Antigonam conjugem interfecit. At Creon Megaram filiam ſuam Herculi dedit in conjugium: ex qua nati ſunt [e] Theremachus & Ophites.

LXXIII. *Amphiaraus, Eriphyla, & Alcmæon.*

AMPHIARAUS Oeclei & Hypermeſtræ Theſtii filiæ filius augur, [a] qui ſciret, ſi ad Thebas oppugnatum iſſet, ſe inde non rediturum, itaque celavit ſe conſcia Eriphyle conjuge ſua, Talai filia. Adraſtus autem, ut cum inveſtigaret, [b] monile aureum ex gemmis fecit, & mune-

re dare venit Fulgentio cap. 7. Lib. III. *Unde & ad Lycomedis regiam datur.* Adde quæ notavimus ad cap. 3.

d *Et ad puberem*] Barthius ad Stat. Tom. II. 923. *Iſque ad* &c. nihil mutem. Vide Not. ad cap. 8. & 77.

e *Theremachus & Ophites*] Ita nominat quoque eos cap. 31. & 32. Sed vide quæ obſervavi ad locum priorem.

Ad CAP. LXXIII.

a *Qui ſciret*] Micyllus conjicit, *cum ſciret*. Cl. Schefferus, *quia ſciret*. Sed nihil mutandum. *Qui* heic valet idem, quod *quia* vel *eo quod*. Nepos: *Atticus, qui civitatem ſervatam cuperet, pecuniam numeravit de ſuo.* Eodem ſenſu *ut qui* uſurparunt. Quod etſi notiſſimum eſt, non advertit tamen Criticos in loco Vellejano Lib. II. cap. 38. *Ut quæ facilius, quam partibus, ſimul univerſa conſpici poſſint.* Quis non aliquid conjecturatum huc, velut in ſymbolam, contulit? Atqui locus ſatis apertus eſt, nec ullâ indiget emendatione. Hoc enim dicit: *Quoniam ea in unum locum contracta facilius, quam per partes & variè diducta, capi animoque infigi poſſunt.* Curt. Lib. V. cap. 3. *Ut quibus etiam cum loco dimicandum eſſet.* Juſtin. Lib. II. cap. II. *Cædunt, ſternuntque omnia, ut qui ſciant ſe pugnare non ſpe victoriæ, ſed in mortis ultionem,* Plin. Lib. V. ep. 8. *Ut qui ſermunculis etiam fabelliſque ducantur.* Sed abire in alia omnia Nobiliſſimum Heinſium video in caſtigationibus ſuis; cujus nos judicio libenter cedimus. Idem tamen haud ægrè dat nobis cap. 17. non fuiſſe ſollicitandum iſtum locum, *petenſque conſulatum pæne omnium civium ſuffragiis factus eſt.* hoc eſt, conſul factus eſt. Ellipſis hæc tam elegans, quam non protrita. Victor Cæſar. cap. 37. *Poſt quem Probum in Illyrico factum accepere.* h. e. imperatorem factum. Cælius ad Ciceronem epiſt. 4. *Inde Hirrum cuncti jam non faciendum flagitare.* h. e. non faciendum ædilem. Fruſtra heic ſunt viri eruditi. Optimus verborum ſuorum interpres ipſe Cælius, cujus ſunt illa epiſt. 3. *Nam me, ſi fio, forſitan cum locupletiore referam.* Epiſt. 6. *Optimus quiſque eum non fecit.*

b *Monile aureum ex gemmis*] Si aureum, quomodo ex gemmis erat factum? Scilicet *ex gemmis facere*, nihil aliud eſſe, quam cum gemmis ſive gemmatum facere, gemmis diſtinguere.

Ge-

muneri dedit sorori suæ Eriphylæ: quæ doni cupida, conjugem prodidit. Amphiaraus Alcmæoni filio suo præcepit, ut post suam mortem pœnas [c] à matre exequeretur. qui postquam apud Thebas [d] terra est devoratus, Alcmæon memor patris præcepti, Eriphylen matrem suam interfecit; quem postea furiæ exagitarunt.

LXXIV. *Hypsipyle.*

SEPTEM ductores qui Thebas oppugnatum ibant, devenerunt in Nemeam, ubi Hypsipyle Thoantis filia in servitute puerum [a] Archemorum sive Ophelten, [b] Lyci regis filium, nutriebat. Cui responsum erat, ne in terra

Geminum germanum est illud cap. 166. *Soleas aureas ex adamante fecit.* Ter. Eun. v. 4. *Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent.* Donatus: *Ex pro cum positum est.* Varro R. R. III. *Pullis opponitur nasturtium ex aquâ in vas.* Nihil hac locutione frequentius apud Sammonicum, Plinium, Celsum, Scribonium Largum, & Macrum etiam; ut cap. 12. *Omnia deinde simul bene trita ex melle jugabis.* Quin aureum fuerit illud monile dubitandum non est. Poëta nescio quis apud Clementem Strom. II. pag. 388. Η' χρυσον φίλῳ ἀνδρὸς ἐδέξατο πημάτιον. Quantorum malorum post Eriphylæ mortem extiterit causa, legere est apud Parthenium cap. 26. Erot. Non ab Adrasto, sed Vulcano confectum hoc monile narrat Lactant. II. Th. Stat. vers. 272. ubi plenam hujus infausti cimelii historiam habes.

c *A matre exequeretur*] H. e. *exigeret.* Vide notata ad cap. 58.

d *Terrâ est devoratus*] Schol. Pind. ad Olymp. od. VI. Ἀμφιάραος ὃν κατεπόθη σὺν τῷ ἅρματι ἐν Ὠρωπῷ πόλει τῆς Βοιωτίας. Hinc ludi in illâ urbe instituti, quos Ἀμφιάραια appellarunt, ut idem annotat ad od. VIII. Locum, ubi terræ hiatu fuit absorptus cum curru Ἄρμα vocatum tradit Pausanias Bœot. Urbem facit Hom. Schol. ad Catalog. vers. 6. ut & Lactant. ad Stat. Theb. VIII. vers. 206. appellatque *Amphiarma* cum Homero, ut ait. quod falsum est. Ἄρμα enim à poetâ vocatur loco modo laudato. Corrige ergo *Harma.* quo nomine & ab Hesychio & Etymologo quoque signatur in voce Ἄρμα. Casum hunc infelicem eleganter describit Stat. sub finem Lib. VII. Theb.

Ad CAP. LXXIV.

a *Archemorum sive Ophiten*] Lege *Ophelten* ex Tzetze in Lycophron. Apollod. Lib. I. pag. 40. & III. 152. Schol. Pind. Hypothesi Nem. Lactantio in Stat. Theb. Lib. IV. 717. Apollodor. Ἀμφιάραος ὃ εἰπὼν ὀφείοις τὸ σημεῖον τοῦτο τὴ μέλοντα ἀθυμοτάτοις. Τὸν δὲ παῖδα Ἀρχέμορον ὀνόμασαν. Notat Faber: Ἀγχέμορον legi debet propter Etymologiam. Audacter satis. *Archemorus* enim ab omni antiquitate appellatur. Schol. Pind. Hypothes. Nemeon. Ἀμφιάραος δὲ τίτοις μαντεύμενος Ἀρχέμορον αὐτὸν ὀνόμασεν, ὅτι αὐτοῖς ἀρχὴ μόρου ἐγένετο ὁ τοῦ παιδὸς θάνατος. Hæc ergo est Etymologia.

b *Lyci*] *Lycurgi* filius est scriptoribus, quos modo adduxi. Suspicatur Cl. Schefferus vitium esse ortum ex scripturæ compendio, quod vero valde

ra puerum deponeret, antequam posset ambulare. Ergo ductores septem, qui Thebas ibant, aquam quærentes, devenerunt ad Hypsipylen: eamque rogaverunt ut eis aquam demonstraret. Illa timens puerum in terram deponere, [c] apium altissimum erat ad fontem, in quo puerum deposuit: quæ dum aquam eis tradit, draco fontis custos puerum exedit. At draconem Adrastus & cæteri occiderunt, & Lycum pro Hypsipyle deprecati sunt, ludosque puero funebres instituerunt, qui [d] quinto quoque anno fiunt, in quibus victores [e] apiaciam coronam accipiunt.

LXXV. *Tiresias.*

[a] IN Monte Cyllenio Tiresias [b] Eueris filius, pastor, [c] dra-

de est simile. Hyginum, ni fallor, intellexit quoque Schmidius Prolegom. in Nemeonicas: *Alii Lyri & Eurydices (puto esse perperam lectum Lyri pro Lycurgi) fuisse filium volunt.* Sed & ipse perperam *Lyri* pro *Lyci* legit. Deprehendes idem vitium cap. 273. & 15. In honorem Pronactis ludos ab illis institutos quidam voluere. Vide Ælian. Var. Hist. Lib. IV. cap. 5.

c *Apium altissimum erat ad frontem, in quo*] Scribere debuisset, *quod apium altissimum erat ad fontem, in eo* &c. Fontem illum *Langiam* appellat Statianus interpres.

d *Quinto quoque anno*] Hoc falsum est. Schol. Pind. Hypoth. Nem. Καὶ ἔτι τριετὴς, πλὴν μιᾷ πενταμήνῳ. Scribendum ergo esset, *tertio quoque anno.* Intra quam periodum recurrebant etiam Isthmia, de quibus tamen Plinius Lib. IV. cap. 5. *Isthmi pars altera cum delubro Neptuni quinquennalibus inclyto ludis.*

e *Apiaciam coronam*] Vide Epigram. Archiæ Lib. I. Anthol. Hesych. Σελίνε στέφανος, πίνδ ἐθαλίκων. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς Ἰσθμικοῖς ἀγῶσι ἐχρῶντο αὐτοῖς. Hypoth. Nem. Pind. Ὁ δὲ στέφανος ἐκ χλωρῶν σελίνων συνέκειτο σελίνων. Διαφέρει δὲ ὁ καὶ τὸ Ἰσθμοῦ. Καθόσον ἐκεῖνος ἔχει τὰ σέλινα *. Scrib. ξηρὰ σέλινα. Adde Suid. Paræm. à Scotto coll. Cent. XII. 65. Schol. Pind. Διὰ τὸ καταχθόνιον εἶναι τὸ φυτόν. Νέμεον ἄνθος appellat Sibylla Lib. V.

Ad CAP. LXXV.

a *In monte Cyllenio*] Hom. I. Schol. ad Odyss. K. 499. & Tzetzes in Lycophron. in *Cithærone* contigisse id scribunt. Lactant. ad Stat. Theb. Lib. II. vers. 96. cum Hygino, unde cum non paucis etiam hanc fabulam transcripsit: *In monte Cyllenio Tiresias dracones cocuntes calcasse dicitur.* Etiam Apollod. Lib. III. Κυλλήνιος appellat.

b *Eurimi*] Etiam heic *Eueris* vel *Eueri* reponendum, ut cap. 68. quod & Meursius ad Phlegontis cap. 4. vidit, ubi corruptè *Eumaris* dicitur filius, ut *Pericli* adhuc vitiosius apud Lactant. *Eurymi* filius fuit Telemus, de quo cap. 128. *Eueri* δεχαικῶς, ut *Achilli*, & sexcenta alia, per apocopen, ut censet Donatus.

c *Dra-*

[c]dracones venerantes dicitur baculo percussisse, [d] alias calcasse: ob id in mulieris figuram est conversus: postea monitus à sortibus, in eodem loco dracones cum calcasset, [e] redit in pristinam speciem. Eodem tempore inter Jovem & Junonem fuit jocosa altercatio, quis magis de re venerea voluptatem caperet, masculus, an fœmina: de qua re Tiresiam judicem sumpserunt, qui [f] utrumque erat

c *Dracones venerantes*] Recte Micyllus: *Venerantes pro coeuntes videtur posuisse à Venere deducto verbo.* Anton. Liber. cap. 17. Τὰς ἐν τῇ τριόδῳ μιγνυμένους ὄφεις ἐπατάξεν. Barthius: *Venerantes hujus scriptoris phrasi est Venerem exercentes, cujus ego verbi exemplum, nusquam tamen vidisse memini.* Scioppius sic plebem Romanam locutam censet in Famiani Infamiâ, sed unico hoc Hygini exemplo nixus, quem Augustæi ævi scriptoribus parum criticè accenset. Opportunè me monuit illustris Heinsius huc pertinere illa ex Gloss. Vett. Ἀφροδισιαστὴς *venerosus.* & *venerosus* Ἀφροδισιαστής. Sed illis, opinor, magis adhuc ista Petron. Fragm. Trag. p. 49. ed. Blau. *Sed ego non mehercules corporaliter autem, aut propter res venerarias curavi.* Pro *autem*, quod omiserunt Patavini, legerim, *eam.* Cyprianus de Aleatoribus: *Sciens quoniam foris maleficus & venerarius.* Quo loco *venerarium* esse putat Pamelius, qui veneratur idola. At mihi certum legendum, *venenarius* h. e. φαρμακός. Occurrit ea vox apud Sueton. Neron. cap. 33. Apul. Apolog. & Schol. Juv. ad Sat. 3. vers. 33. Respexit locum Apocalyps. cap. XXII. vers. 15. Sixtus II. Serm. de Divit. *Quo magis augetur, & cum suis amatoribus venerata fuerit.* Quem locum debemus Reinesio.

d *Alias calcasse*] Cl. Schefferus legendum arbitratur: *percussisse alias, alias calcasse.* Potuit sane fœminino genere τὸ *draco* (quanquam posteriores maluerunt *dracæna*, ut *leæna*) usurpasse, ut olim, *hic & hæc leo, latro, fullo, nepos, gallus, lupus* veteres frequentabant, observante Servio ad Georg. III. 245. Æn. v. 610. VIII. 64. XII. 519. Quibus addi possunt, quæ Festus notavit in *Masculino genere & Recto fronte.* Sed Ovid. III. Met. 324. Phlegon cap. 4. Fulgent. Lib. II. Mythol. Schol. Hom. ad Odyss. K. 490. duos tantum fuisse angues tradunt, quos percusserit Tiresias. Quamobrem suspicor illa, *alias calcasse* à glossâ esse ejus, qui voluerit diversas conjungere sententias, ut factum cap. 14. & 139. nisi mox inferret, *cum calcasset.* Quod tamen Tiliobrogam in Obs. ad Lactant. comment. non movit, quo minus, ut glossema, delere ista verba & ipse quoque juberet. Potuit sane percussisse eos prius, quos postea calcaverit. Non recuso ergo, quin cancellentur, vel certè illa, *percussisse alias.* Nam in Lactantio solius calcationis fit mentio.

e *Redit in pristinam speciem*] Lactantius: *deinde monitus sortibus in eundem locum * rediit in figuram pristinam.* Suppleo lacunam ex Hygino: *in eundem locum reversus dracones cum calcasset, rediit* &c. In Hygino rescribo ex Lactantio *rediit.* quod & Schefferus maluerat. Tzetzes: Ἀνεῖλε τῷ ῥάβδῳ, καὶ γέγονε γυνή. εἶπε τὰ ἄρρενα, καὶ ἐμβάλῳ πάλιν ἀνήρ. Eadem invenies apud Didymum ψευδάνυμον.

f *Utrumque erat expertus*] Lactantius: *Qui expertus fuerat utrumque sexum.* Et in Argum. Lib. III. Met. *Qui utramque naturam maris ac fœminæ fuerat expertus.* Inserendum ergo Hygino τὸ *sexum.* Hom. Schol. μετέχει ἑκατέρου, ἀνδρὸς puta καὶ γυναικός. vel legendum, *utramque*, & referendum ad voluptatem rei Venereæ. Ovidius: *Venus huic erat utraque nota.* Κοινωνεῖν Ἀφροδίτης ἑκατέρας id dicit Ælian. Anim. I. 25.

g *Cum*

erat expertus. Is [g] cum secundum Jovem judicasset, Juno irata, [h] manu aversa eum excæcavit. At Jovis ob id fecit, ut [i] septem ætates viveret, vatesque præter cæteros mortales esset.

LXXVI. *Reges Thebanorum.*

CADMUS Agenoris filius, Amphion Jovis, Polydorus Cadmi, Laius Labdaci, Pentheus Echionis, [a] Creon Menœcei, Oedipus Laii, Polynices Oedipi, Lycus Neptuni, Eteocles Oedipi, Zethus Jovis, Labdacus Polydori.

LXXVII. *Le-*

g *Cum secundum Jovem judicasset*] Lactantius: *cum Jovi judicasset*. Lege *adjudicasset* cum Nob. Heinsio. Sententia est, cum victoriam litis Jovi decrevisset, cum secundum illum litem dedisset. Sic cap. 164. *Secundum eam judicatum est*. Fulg. Lib. II. *Dixit tres uncias habere virum amoris, & novem fœminam*. Phlegon: *Decem in partes voluptate ista divisâ, unam viro, novem mulieri obtingere*. Lactant. *Novem partibus libidinis dixit fœminam potiorem, & unâ virum*. Quæ conveniunt cum versibus, qui ab Apollodoro referuntur: Οἶλω μὲν μοίρῃσι δέκα μοιρῶν τέρπει ἀνήρ, Τὰς δὲ δέκ' ἐμπίπλησι γυνὴ τέρπουσα νόημα. Sed quomodo eos cum proxime præcedenti narratione conciliabis, *novem partes mares, decem mulieres sentire?* Scribendum ergo λείπει ἀνήρ, aut statuendum aliquid deesse, quo alios aliter sentire indicaverit. Sed verius puto illos versiculos à Glossatoris alicujus manu esse, qui apud Hom. Schol. ita leguntur: Οἶλω μὲν μοίρῃσι δέκα μοιρῶν τέρπει ἀνήρ, Τὰς δέκα δ' ἐμπίπλησι γυνὴ τέρπουσα νόημα. Corrige δέκα μοιρῶν. Docti viri inter λείψανα Hesiodi ex Lycophr. Schol. hos versus citant. Ego illos pag. 100. Edit. Bas. hunc in modum adduci inveni: Καὶ ὁ τῆς Μελαμπόδε (Leg. Μελαμποδίας) ποιητὴς ὡς ἀπὸ Τειρεσίου φησίν. Οἶλω μὲν &c. In cæteris συμφωνεῖ Didymo illi personato, non Apollodoro. Dicat etiam sententiam suam Juvenalis Schol. *Una*, ait ad Sat. VI. 753. *uncia libidinis est in masculis, undecim in fœminis*. Isidor. Lib. XI. cap. 1. *Libidinosiores viris fœminæ sunt tam in mulieribus, quam in animalibus. Unde nimius amor apud antiquos fœmineus vocatur*.

h *Manu aversâ eum excæcavit*] Statianus Schol. Lactantius: *Illa irata manus ejus præcidit, & excæcavit*. Quis præter hunc Grammaticum manus ei præcisas dixit? Videtur deceptus fuisse Græcâ voce, πηρός, quæ & cæcum & mutilatum significat.

i *Septem ætates*] Lactant. *Jupiter fecit, ut septem ætates viveret, vatesque præter cæteros mortales veracissimus haberetur*. De septem ætatibus consentit Phlegon cap. 4. Notat ibi Meursius Agatharchidem quinque tantum, Lucianum sex ei tribuisse. Addo ego ex Tzetze in Lycophr. p. 112. à quibusdam dictum eum novem vixisse ætates.

Ad CAP. LXXVI.

a *Creon Menœcei*] *Menœcei* esse legendum dictum jam superius. Habuit hic Creon etiam filium *Menœcetum* avo cognominem. Vide Pausan. pag. 577. & quæ notavi ad cap. 67.

Ad

LXXVII. *Leda.*

JUPITER Ledam [a] Theſtii filiam, [b] in cygnum converſus, ad flumen Eurotam compreſſit, [c] & ex eo peperit Pollucem & Helenam, ex Tyndareo autem Caſtorem & Clytemneſtram.

LXXVIII. *Tyndareus.*

TYNDAREUS, [a] Oebali filius, ex Leda Theſtii filia

Ad CAP. LXXVII.

a *Theſtii*] Apollon. Scholiaſtes ad Lib. 1. vers. 146. *Theſpium* appellat. perperam, ut puto.

b *In cygnum*] Illâ in anſerem commutatâ. Virg. Clri: *Ciris Amyclæ formoſior anſere Ledæ.* Vide Not. ad Aſtron. 11. 8.

c *Et ex eo peperit*] Barthius corrigit, *& ex eâ peperit*, notatque etiam parere de viris dici. Id licet veriſſimum ſit, heic tamen locum habere non poſſe liquet ex membro ſequenti. Melius Cl. Scheſſerus, *ea ex eo.* vel Micyllus, *quæ ex eo.* Ego tamen non audeo quicquam mutare. Supr. cap. 72. *Quæ cum filium procreaſſet, & ad puberem ætatem perveniſſet.* Ut ibi *is*, ſive *filius*, ita heic *ea*, vel *Leda* ſubaudiendum puto. Nec abſimile illud cap. 191. *Quem hoſpitio excepit, atque ancem dedit.* pro *ei dedit.* Lactant. ad 1. Theb. Stat. *Huic filia Pſamate fuit, cum quâ Apollo concubuit, de quo compreſſu edidit* &c. ſubaudi extrinſecus, *ea.* Vet. Interpres Luc. cap. 15. *Et adhæſit uni civium regionis illius, & miſit illum* &c. Intellige, *& is* &c. Sulpicius Severus Lib. 1. Hiſtor. Sacr. *Si quis ſervum proprium ſervamve percuſſerit, exque eo ictu obierit.* ſc. *is.* Vide & Not. ad cap. 8. Ad fabulæ accuratiorem intellectum conſulendus Tzetzes in Lycophr. p. 21. Edit. Baſil. Vinetus ad Auſon. Epigr. 55. Hyg. Aſtron. 11. 8. Eratoſthenes Καταστ. cap. 25. Schol. Arat. p. 38. Ed. Lond. ubi corruptè Νεμέσαν pro Νεμέσῃ ediderunt. Schol. Callim. ad Hymn. Dian. vers. 232. Ῥαμνὶς δῆμος Ἀττικῆς, ἔνθα τῇ Νεμέσῃ ὁ Ζεὺς συνεκοιμήθη. ἅπερ ἔτικτεν ᾠόν. ὅπερ θρέψασα ἡ Λήδα ἐθαύμασε, καὶ ἐξέλαμψε τοὺς Διοσκούρους καὶ Ἑλένην. Schol. German. Cycno. *Cygnum dicunt inter aſtra conſtitutum, eo quod Jupiter in cygnum transfiguratus evolaverit in ramum Atticæ regionis, ibique compreſſerit Nemeſin, quæ & Leda dicitur (ut refert Crates Comœdiarum ſcriptor) quæ cnixa eſt ovum, unde nata eſt Helena.* Pro *ramum* lege *Rhamnunta.* Quod video jam obſervaſſe Adr. Junium Animad. Lib. 1. cap. 15. ubi optimè auctorum diſcordiam conciliat de Ledâ fabuloſâ & Nemeſi Helenæ matribus. Schol. Pind. ad Nem. od. x. pag. 326. Ὁ μὲν Ἡσίοδος ἀμφοῖν φησὶ Διὸς εἶναι γενεαλογεῖ. ὁ δὲ Πίνδαρος ἑτέρως τὴν ἱστορίαν ἐξακολουθήσας, τὴν μὲν Πολυδεύκην ἐκ Διὸς, τὸν δὲ Κάστορα ἐκ Τυνδάρεω εἶναι φησίν. ὡς δὲ Ἡρακλῆς μὲν ἐξ Ἀλκμήνης καὶ Διὸς, Ἰφικλῆς δὲ ἐξ Ἀμφιτρύωνος (Leg. Ἀμφιτρύωνος). λέγεται δὲ τοῦτο, ὅτι Πολυδεύκης καὶ Ἑλένη ἐκ Διὸς εἰσι. καὶ Λήδης. Κάστωρ δὲ ἐκ Τυνδάρεω. ὁ μέντοι Ἡσίοδος, ὅτι Λήδας, ὅτι Νεμέσεως δίδωσι τῷ Ἑλένῃ ἀλλὰ θυγατέρα Ὠκεανοῦ καὶ Διός. Locus defectus eſt. Deeſt nomen filiæ Oceani. Schol. Horat. in Art. Poët. *Gemino ovo dicit reſpiciens ad cygnum. Duo enim ova peperiſſe dicitur Leda, alterum ex Jove, ſub ſpecie cygni, ex quo nati ſunt Pollux & Helena; alterum ex Tyndaro, ex quo Caſtor & Clytemneſtra.*

Ad CAP. LXXVIII.

a *Oebali*] Filius hic Perieris erat. Vide genealogiam apud Euſtath. in Il. p. 221.

lia procreavit Clytemneſtram & Helenam. Clytemneſtram Agamemnoni Atrei filio dedit in conjugium. Helenam, propter formæ dignitatem, complures [b] ex civitatibus in conjugium proci petebant. [c] Tyndareus cum repudiaret filiam ſuam Clytemneſtram, & ab Agamemnone vereretur, timeretque ne quid ex ea re diſcordiæ naſceretur, monitus ab Vlyxe, jurejurando ſe obligavit, [d] & arbitrio Helenæ poſuit, ut, cui vellet nubere, cororam imponeret. [e] Menelao impoſuit, [f] ut cui Tyndareus eam dedit uxorem, regnumque [g] moriens Menelao tradidit.

LXXIX. *Helena.*

THESEUS, Ægei & Æthræ Pitthei filiæ filius, cum Pirithoo Ixionis filio Helenam Tyndarei & Ledæ filiam virginem, de fano Dianæ ſacrificantem rapuerunt, & detulerunt [a] Athenas in pagum Atticæ regionis. Quod Jovis eos cum vidiſſet tantam audaciam habere, ut ſe ipſi ad periculum offerrent, in quiete eis imperavit, ut peterent ambo à Plutone Pirithoo Proſerpinam in conjugium.

b *Ex civitatibus*] Barth. ex MS. *ex vicinis regibus*. Cl. Schefferus conjicit, *ex vicinis civitatibus*, vel *vicinitatibus*. Si tam prope ad vulgatam ſcripturam accederet, non deterius foret, *optimatibus*. Hom. Schol. ad Iliad. B. 339. Τῶν ἐν τ᾽ Ἑλλάδ᾽ ἀρίστων ὅτι μνηστῖναι τ᾽ Ἑλένης παρέγιτον διὰ γῆν Ἐλλάδα.

c *Tyndareus cum*] Difficillimus locus, quem ſatis clarum fore cenſet Cl. Schefferus, ſi ita conſtituas: *Tyndareus cum (repudiarat filiam] ſuam Clytemneſtram) & ab Agamemnone peteretur, timeretque* &c. Ego ἐπίγω. Tantum moneo τὸ & poſt *Clytemneſtram* non comparere in Micylli editione. Apertius hæc narrantur ab Apollod. Lib. III. & Scholiaſte Hom. loco jam dicto.

d *Et arbitrio.*] Fort. *& in arbitrio.*

e *Menelao impoſuit*] Ante hæc verba pro inciſo poſui πλείαν σημαίνω. Conjicit præterea Micyllus legendum eſſe, *Quæ Menelao.* Schefferus, *ea Menelao.* Geminum & germanum huic eſt, quod de Segobrigiorum regis filiâ narrat Juſtin. XLIII. 3.

f *Ut cui Tyndareus*] Τὸ *ut* delet Cl. Schefferus. Poteſt ſanè videri ex ultima ſyllaba vocis *poſuit* natum. Tollius conjicit, *cui &.*

g *Moriens Menelao*] Deleatur τῷ *Menelao*, præſertim cum abſit à membranis Barthii. Reſtat ergo, ut legatur: *Menelao impoſuit, cui Tyndareus eam dedit uxorem, regnumque moriens tradidit.*

Ad CAP. LXXIX.

a *Athenas in pagum Atticæ regionis*] Aut illud *Athenas* delendum, aut legendum *Aphidnas*. Vide Senec. Hippolyt. vers. 24. Schol. Hom. ad Iliad. Γ. v. 244. Lucian. Charidemo. p. 1027. Tom. I. Edit. Bened. Tzetzes in Lycophr. Πρῶτον Θησεὺς ἐκλαπεῖν ταύτην ἁρπάσας, καθά φησι Δύρις ὁ Σά-

gium. Qui cum [b] per insulam Tænariam ad inferos descendissent, & de qua re venissent indicarent Plutoni, à Furiis [c] strati, diuque lacerati sunt. Quo Hercules ad canem tricipitem ducendum cum venisset, illi fidem ejus implorarunt. Qui à Plutone impetravit, [d] eosque incolumes eduxit. [e] Ob Helenam Castor & Pollux fratres belligerarunt, & Æthram Thesei matrem & *[f] Phisadiem Pirithoi sororem ceperunt, & in servitutem sorori dederunt.

LXXX. *Ca-*

Σάμιοι. ἀφαιρεθεὶς ἡ αὐτῶν ὑπὸ τῶν ἀπηλθόντων ὑπὸ Πολυδεύκη ἐκ Κάστορος τῆς αὐτῶν ἀδελφῆς ὑπ' Ἀφίδνας πολιχνίου (ita lego pro ἀφεὶ λυχνίου) τῆς Ἀθηνῶν, γυναῖκα γοιχθεῖσαν, ᾧ δεῖλοι παῖδα Κλυταιμνήστρα ποτεῖται. Ἀφίδνας appellat Eustath. ad Iliad. p. 215. Edit. Bas. Quanquam Stephanus *Aphidnam* differre ab *Aphidnis* docet. Est ergo hæc φυγὴ Ἑλένης ἁρπαγῆς, de quâ Lucian. Dial. de Salt.

b *Per insulam Tænariam*] Atqui *Tænarus* est promontorium Laconiæ, non insula. Puto scribendum *speluncam Tænariam*. Senec. Hippolyt. v. 1211. *Tænarei specus*. Describit specum illum graphicè idem Hercul. Fur. v. 662. & seqq. Lactantius ad Lib. 1. Stat. v. 96. *Malea est promontorium Laconiæ, in cujus radicibus locum quendam profundum Tænarum vocant, in quo dicitur esse aditus inferorum*. Confer Tzetzen in Lycophr. p. 20.

c *Strati diuque lacerati sunt*] Ita Micyllus edidit, qui pro *strati* mallet *prostrati*. Non erat causa. In tumulo Achillis Eusebii: *Qui stravi toties armis victricibus hostes*. Et in alio Vet. Epigram. Lib. II. Catal. Pith. *Audet qua proprium sternere calce virum*. Virgil. Æn. XII. 97. *Da sternere corpus*. Chrysol. Sermon. p. 103. *Sternit superbiam*. Auson. Epigram. 3. *Cade, fuga, flammis stratos periisse Suevos*.

d *Eosque incolumes eduxit*] Ex inferis scilicet. Mallem, *reduxit*. Sed Theseum tantum reduxit, ut tradit cap. 251. Apollod. Lib. II. p. 107. Schol. Hom. ad Iliad. Θ. 368. & Diodorus Lib. IV. Sed, ut idem memorat, μυθολόγων quidam neutrum inde reversum tradiderunt. Quos secutus est Virgil. Æn. VI. 617. *Sedet æternumque sedebit Infelix Theseus: Phlegyasque miserrimus omnes Admonet. Phlegyas* nominandi casu accipio cum Lactant. ad Stat. 1. Theb. v. 703. *Phlegyas*, inquit, *filius Martis, qui apud Delphos templum Apollinis incendit: cujus Virgil. meminit*: Phlegyas &c. Respexit procul dubio Virgilii locum Isidorus in Glossis: *Phlegya, Martis filia*. Lego, *filius*.

e *Ad Helenam*] Ante hæc verba ponendam arbitror πολέμιαι στῆμεν, & legendum, *ob Helenam*. Concedes mihi id, si inspexeris nostrum Astron. II. 22. & Lucian. Tom. I. p. 931.

f *Phisadiem*] *Phisadien* esset scribendum. Sed cap. 92. *Thisadien* appellat. Fortè neutrum rectè habet. *Clymena* est Homero & Dicty Lib. I. *Ipsamque & domo ejus multas opes aufert, Æthram etiam & Clymenam Menelai affines, quæ ob necessitudinem cum Helena agebant*. De Æthra consentit Schol. Apollon. Lib. I. & Tzetzes in Lycophr. Ἁρπάσας τῶν Ἑλένης μὲν πρώτων τελάντων χρυσῶν, ἐκ πέντε θαλαμηπολικῶν, τὴν μίαν ὧν Αἴθρα ἡ μήτηρ Θησέως. Confer Schol. in Eurip. Hecub. vers. 125. Incomparabilis ille Nic. Heinsius, super hoc à me dubio consultus, quid censeat, tecum communicabo: *Clymenes* ait in suis ad me literis, *& Æthra in comitatu Helenes ad Trojam profectarum meminit Homerus quoque, & Naso. Sed nec hanc Thesei matrem, nec illam Perithoi sororem opinor fuisse, etsi cognomines & huic & illi, cum tempora non satis congruant. Thesida enim Demophoon & Acamas,*

LXXX. *Castor.*

IDAS & Lynceus, Apharei filii, ex Messenis habuerunt sponsas Phœben & [a] Lairam Leucippi filias. Hæ autem formosissimæ virgines cum essent, & esset Phœbe sacerdos Minervæ, Laira Dianæ, Castor & Pollux amore incensi eas rapuerunt. Illi amissis sponsis, arma tulerunt, si possent eas recuperare. [b] Castor Lynceum in prælio interfecit. Idas amisso fratre, omisit bellum & sponsam, cœpitque fratrem sepelire. Cum ossa ejus collocaret [c] in pila, intervenit Castor, & prohibere cœpit monumentum

quorum avia Æthra, bello Trojano interfuere, non Theseus ipse, multo minus Ægeus Thesei pater. Notanda egregia observatio propter unicum poetam Iliad. Γ. vers. 144. quem dormitare aliquando jam olim notarunt critici. Sed liberat eum à culpâ cum Heinsio Eustath. cujus verba exscribere operæ pretium duxi. Sic ille ergo ad locum modo laudatum: Κατὰ δὲ ἱστόρας ἄλλη ἐστὶν αὕτη Αἴθρα. δήλη τοῦ ὅτι. & post paulo. ἡ γὰρ Αἴθρα αὕτη, ἣ ὁ Πιτθεὺς ἔτεκε, ὁμώνυμος τοῖς δηλουμένοις Ἑλληνικοῖς. Benè habet. Verum ad illa Eusebii in Chronico quid respondebit Eustathius? *Si inter Argonautas fuerunt Castor & Pollux, quomodo potest illorum soror Helena credi, quæ post multos annos rapitur virgo à Theseo?* Respondet Servius ad Æn. II. 601. *Si immortalis Helena non fuisset, tot sine dubio seculis durare non posset.*

Ad CAP. LXXX.

a *Lairam*] Micyllus emendat *Ilairam*. Et sic sane alii eam appellant. Vide Passerat. ad Propert. Lib. I. El. 2. & Tzetzen Chil. I. 48. Meursius Miscellan. Lacon. Lib. II. 15. primam syllabam aspirat. in quo ὁμίφωνον habet Hom. Schol. ad Iliad. Γ. 243. Ἑλάειρα est Pindari Scholiastæ ad Nem. od. X. vitiosè, opinor, pro Ἱλάειρα. Sed hoc jam notavit Nob. Heinsius ad Ovid. V. Fast. v. 708.

b *Castor Lynceum interfecit*] Ita & Theocritus Dioscuris. Sed apud Ovid. V. Fast. 711. Lynceus Castorem, Pollux Lyncea interficit. Confer Apollodor. Lib. III. Tzetzen in Lycophr. p. 96.

c *In pilâ*] H. e. in monumento. *Columellam* appellat Varro: *Lucilli columellâ hac situs Metrophanes.* Serv. ad Æn. VIII. *Mortuis nobilibus columnæ superponuntur ad ostendendum eorum columen.* Cic. II. Leg. *Si quis bustum, aut monumentum, aut columnam violarit.* Στήλη est Græcis. Anthol. Lib. III. Sect. VI. num. 56. Τύμβαν ὅτι στήλη ῥήσειτ' Ἀναξιμόρης. Lactant. Lib. I. cap. 15. *Qui columnam in foro, id est, titulum ejus evertit.* Hom. Iliad. Π. 457. & 675. Τύμβῳ τε στήλῃ τε, τό γὲ γέρας ἐστὶ θανόντων. Sed hac de re jam fusè egere Kirchmannus Fun. Rom. L. 3. cap. 16. & Gutherius in de Jure Manium Lib. II. cap. 23. Sed præteriit eos *cippum* ipsum etiam *titulum* vocari. Eusthenius tumulo Ciceronis. *Hunc Lamia ille pio supposuit titulo.* Vet. Inscript. apud Gruterum: *Hunc tibi nunc titulum statuo carissima conjux.* Sic *titulum lapideum* habes Gen. cap. 35. v. 14. Στήλαι λιθίναι appellant οἱ ὁ. Sulpicius Sever. Hist. Sacr. Lib. I. *Titulum sibi domus domini futurum.* h. e. *stelen, pilam.* Habet ex Genes. cap. 28. vers. 22. Quamobrem propemodum adsentior Bœclero reponenti apud Nepotem in Epam. *Ut in titulo suo, conscriberent.* Sed *titulum* non cum illo pro inscriptione, sed ipso cippo accipio, cum Ælianus & Plutarchus in istâ historiâ habeant, ὑπεγράψαν τῇ στήλῃ. Accedunt Glossæ Vett. quæ etiam *titulum* interpretantur στήλαι. Στήλη, *cippus, titulus.*

d *Ca-*

tum fieri, quod diceret se eum quasi fœminam superasse. Idas indignans, gladio, quo cinctus erat, [d] Castori inguina trajecit. Alii dicunt, quemadmodum ædificabat pilam, super Castorem impulisse, & sic interfectum: quod cum [e] annunciassent Polluci, accurrit, & Idam uno prælio superavit, corpusque fratris recuperatum sepulturæ dedit. Cum autem ipse stellam ab Jove accepisset, & fratri non esset data, ideo quod diceret Jovis, Castorem semine Tyndarei & Clytemnestram natos: ipsum autem & Helenam Jovis esse filios. Tunc deprecatus Pollux, ut liceret ei munus suum cum fratre communicare: cui permisit, ideoque dicitur [f] alterna morte redemptus. Unde etiam Romani servant institutum, cum desultorem mittunt, unus duos equos habet, pileum in capite, [g] equo in equum transilit, quod ille sua & fratris vice fungatur.

LXXXI. *Proci Helenæ.*

[a] ANTILOCHUS, Ascalaphus, [b] Ajax Oileus, [c] Anea vidit, est ellipsis præpositionis, qualis cap. 68. *Muro se præcipitavit*, pro quo dicit cap. 67. *se de muris præcipitavit*. Laudat hunc Hygini locum Scaliger ad Manil. p. 391. ubi de desultore agit. Gloss. Steph. *Desultor*, μεταβάτης. *Desultor*, ζεύξιππος.

d *Castori inguina trajecit*] Alios sequutus ergo auctores Schol. Hom. Od. Λ. 300. Ἀναιρεθῆναι Κάστορα ὑπὸ Μελεάγρου ἢ Πολυδεύκους.

e *Annunciasset*] Leg. *annunciassent*, & subaudiendum *homines*. Catull. Carm. 2. *Ut solatiolus sui doloris Credunt*. Vid. & Voss. Construct. cap. 19.

f *Alternâ morte redemptus*] Respexit versum Virgilianum Æn. VI. 121. *Si fratrem Pollux alternâ morte redemit*. Quintil. Declam. IX. *Inter fratres quoque illa maximè admirabilis, tamen alterna mors est*. Lucian. Tom. I. p. 185. Edit. Bened. Ἐξ ἡμισείας ἀφῆ μὲν νεκρὸς, ἀφῆ δὲ θεός ἐστιν ἑκάτερος αὐτῶν. Lactant. Lib. I. cap. 10. *Hos tamen Homerus ambos simpliciter (non ut poetæ solent) mortuos esse testatur*. Vid. Il. T. 243. Ubi sepulti fuerint, docet ex veteribus Meursius Lacon. II. 15.

g *Equo in equum*] Quod conjecit Cl. Schefferus, *de equo in equum* firmari potest Isidori verbis Orig. Lib. XVIII. 39. *Desultores nominati, quod olim, prout quisque ad finem cursus venerat, desiliebat & currebat, sive quod de equo in equum transilichat*. Sed, ut ipse post-

Ad CAP. LXXXI.

a *Antiochus*] *Antilochus* Micyllus. Rectè. Apollodor. Lib. III. p. 175. ubi procorum nomina recenset, Ἀντίλοχος Νέστορος.

b *Ajax Oileus*] Cur non *Oilei*? Hom. Iliad. Γ. Οἰλῆος ταχὺς Αἴας. Quem Græcismum non abhorrere ab Hygini stylo ostendi ad cap. 14. Virg. Æn. I. *Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei*. Ad quem versum Servius: *Est figura Græca, ut si dicamus*, Æneas Anchisæ, *& subaudiamus* filius. *Hac autem figurâ utimur circa patres & maritos tantum, ut Virgilius*, Deiphobe Glauci, *id est filia*. Hectoris Andromache, *id est uxor*. Imo de Latinis si quæris, Servi, circa servos eâ etiam utimur, Varro: *Lucilli Metrophanes*. Circa urbes.

[c] Antimachus, [d] Ancæus, [e] Blanirus, Agapenor, Ajax Telamonius, [f] Clytius, Cyanæus, Menelaus, Patroclus, Diomedes, Peneleus, Phemius, Nireus, Polypœtes, [g] Elephenor, Eumelus, Sthenelus, Tlepolemus, Protesilaus, Podalirius, Eurypylus, [h] Idomeneus, [i] Leonteus, [k] Thalpius, Polyxenus, [l] Prothous, Mnestheus, Machaon, Thoas, Ulysses, Phidippus, Meriones, Meges, Philoctetes. [m] Alia veteres.

LXXXII. *Tantalus.*

TANTALUS [a] Jovis & [b] Plutonis filius, procreavit ex

bes. Curt. III. 8. *Damascus Syriæ.* Victor Cæsar. cap. 39. *Ægypti Alexandria.* Lactant. Argum. Lib. VI. Metam. fab. 3. *Sipylo Lydiæ orta.* Et cur non facerent? Græcos circa fratres quoque frequentare eam video. B. Lucas cap. VI. 16. Ἰούδας Ἰακώβου. sc. ἀδελφός. Circa matres. Coluthus Helenæ raptu: Ἁρμονίης Ἀφροδίτης, *Harmoniæ matris Veneris.* Circa montes. Ælian. ποικ. ἱστ. Lib. I. cap. 15. Ἔρυξ τῆς Σικελίας. ut Flor. Lib. III. cap. 5. *Libanus Syriæ.* Circa maria. Anton. Liberal. cap 3. Ἀφίκοντο τῆς Ἰταλίας παρὰ τὴν Ἀδρίαν. Circa reges. Ælian. multifariæ historiæ Lib. XIII. 18. Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας. Sed ut heic noster, etiam Cretensis Dictys Lib. I. *Oïleus Ajax quadragenta.* Qui tamen ejusdem libri pag. 14. varians stylum, *Ex Athenis*, inquit, *Mnestheus, & Ajax Oïlei ex Locride.* Dares: *Ajacem Oïleum quadratum.* Immo Servius ipse ita loqui sibi permittit ad Æn. II. 414. *Acerrimus Ajax Oïleus*, inquit, *sine dubio, quia Telamonius judicio superatus jam se peremerat.* Nihil ergo mutandum. Nec hi minorum gentium ita locuti tantum scriptores, sed & Cicero ipse II. de Orat. cap. 67. *Multos possum tuos Ajaces Oïlèos nominare.* Quem locum mihi subjecit J. Perizonius, juvenis eruditissimus. Ita *Orphèus* ab *Orpheus* Ovid. X. Met. v. 3. *Persèus* à *Perseus* formavit Propertius Lib. III. el. 2. ut idem me docuit. Addo his *Thesèus* à *Theseus* ex Statii Epithal. Stellæ.

c *Antimachus*] Cl. Schefferus, *Amphilochus.* Sed quia hic longius abit à vulgatâ scripturâ, malim *Amphimachus.* Is certè numeratur inter Græciæ Principes, de quibus Helenæ erant proci, ab Homero Catalog. vers. 127. Nec me movet, quod ab aliis non accenseatur illis, qui sciam quantopere in his fabulis dissenserint veteres, quorum pars nimis quam exigua ad nos pervenit.

d *Æcæus*] Cl. Schefferus *Ancæus.* quod probo.

e *Blanirus*] Ex hoc fecerim *Ialmenum* Apollodoro memoratum.

f *Clytius Cyanæus*] Puto scriptum fuisse, *Clonius, Gunens.* Erant hi, ut ex Homero scimus, inter Græciæ optimates.

g *Elephenor*] Scrib. *Elephenor*, ut appellatur cap. 97. ex Græco Ἐλεφήνωρ.

h *Idomeneus*] Cl. Schefferus, *Ialmenus.* Sed nihil mutandum. cap. 270. *Idomeneus, qui Helenam amavit.*

i *Teleontes*] Micyllus *Leonteus.* quod probo. Agnoscit eum Apollodorus.

k *Tallius*] Scribe, *Thalpius.* Θάλπιος est Apollodoro.

l *Protus*] Accedo Micyllo reponenti, *Prothous.*

m *Alia veteres*] Leg. ajo, vel invitis MS. *Helenæ Mnesteres*, hoc est, proci. cap. 126. *Quem cum Eumæus ad Mnesteres perduxisset.* Solenne est huic scriptori uti vocabulis Græcanicis, qualia sunt cap. 30. *atrotus.* 31. *æthon.* 12. *monocrepis.* 71. *Epigoni.* 91. *Athlum.* 126. *Sybotes.* 188. *Chrysomallus.* 190. *Mantis.* 199. *Zelus.* &c.

Ad CAP. LXXXII.

a *Jovis*] Apostolius Cent. XVIII. 7. & Euripid. Schol. ad Orest. vers. 5. *Tmoli* filium faciunt.

b *Plytonis*] Puto scribendum *Plutonis*,

ex Dione Pelopem. Jupiter Tantalo concredere sua consilia solitus erat, & ad epulum deorum admittere: quæ Tantalus [c] ad homines renunciavit. Ob id dicitur [d] ad inferos [e] in aquam [f] media fine corporis stare, [g] semperque sitire: & cum haustum aquæ vult sumere, aquam recedere. [h] Item poma ei super caput pendent: quæ cum vult

πὸν, ut scriptum est cap. 155. Πλωτὼ enim appellant Apostol. Cent. XVIII. 7. Schol. Pind. ad Olymp. 1. & Eurip. ad Orest. vers. v. Anton. Liber. cap. 36. Tzetz. Chil. v. 10. Hesiod. Θεογ. vers. 355. ubi Schol. Πλωτώ τε βοῶπις) ἡ Ταντάλου μήτηρ, διὰ τὸ πλεῖζον &c. Usus heic Latinâ inflexione Hyginus, de qua egimus ad cap. 2. Et talia sunt *Themistonis*, *Inonis*, cap. 4. Lactant. ad Stat. II. Theb. v. 436. *Tantalus Jovis & Platidis Nymphæ filius.* Leg. *Plutonis.* Verba Scholiastæ Hom. ad Odyss. Λ. 581. qui modo laudatis accedit, adscribam, ut eadem operâ turpissimas quasdam inde maculas tollam. Ταύταλος Διὸς ἦν Πλωτοῦς συνδιατρίβων τοῖς θεοῖς ἐς συμποσίου αὐτοῖς, ἁπλήστως διετέθη. Κλέψας γὰρ τὸ νέκταρ ἐκ τοῦ ἀμβροσίας, ὃν ἔξον αὐτῷ, ἔδωκε τοῖς ὁμιλήξιν (Leg. ὁμιλίξιν). ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν Δία ἐκβαλεῖν αὐτὸν τῆς ἐρκείου διαίτης, ἐξαρτῆσαι ἀπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἐκδεδεμένον τὰς χεῖρας, ἐκ τοῦ Σίπυλον, ἔνθα ἐκκυδόσατο, ἀναπρέψας. Lege, τοῦ Σίπυλον, ἔνθα ἐξεδήσατο, ἀναπρέψας. Etiam pro συνεσθόμενον rescripserim, συνιστόμενον. ἔδωκε enim poëticum, ut notat Moschop. ad Hesiod. Ἔργ. a. p. 63. ed. Heins. quanquam ἰδόντες legitur quoque Eccles. cap. v. vers. 11.

c *Ad homines renuntiavit*] Vid. Schol. Euripidis ad initium Orestæ, & Didymum ad Odyss. T. v. 518.

d *Ad inferos*] Serv. ad Æn. I. 28. Apud *semper in loco significat*: ad *& in loco & ad locum. Cicero*: Decem fiscos ad senatorem quendam relictos. *Item*: Ad Marcum Leccam habitare velle te dixisti.

e *In * aquam*] Servius ad Æn. VI. 603. *In Eridano infernorum*, de quo idem consulendus ad ejusdem Libr. vers. 659. Tollendus ex Hygini isto loco inutilis asteriscus. Vide quæ notavi ad cap. 41. & de poenâ Tantali ad Anton. Liberal. cap. 36. Quibus adde Schol. recent. ad Pind. Olymp. A. Fulgentius in hac fabulâ Lib. II. cap. 18. eadem utitur constructione: *Tantalum dicunt in lacum infernum depositum.* Ita habet MS. Leid. non *lacu inferno*, ut edidit Commel. De Eridano inferorum quod ait Servius, in memoriam mihi revocat verba Scaligeri ad Manilium p. 58. Ἠριδανὸν autem & Ῥοδανὸν *confundebant vetustissimi illi, ut Italiam & Galliam. Hanc* κατάχρησιν *invenies apud Apollonium Rhodium. Quinetiam Ῥοδανὸν apud inferos collocat Homerus.* Eadem ad Harpocrationem p. 393. notavit Maussacus. Respexerunt versum 576. Iliad. Σ. Παὶ ποταμὸν κελάδοντα, τόθι ῥοδανὸν δονακῆα. Ad quem vide annotata Eustathii & Didymi.

f *Mediâ fine corporis*] Hoc esset, usque ad medium corpus. At Schol. Pindari, μέχρι τῶν πώγωνος. Vellejus II. Lib. c. 118. *In mediis finibus Germaniæ exercitui præesse.* Quem locum nobis subjecit Nob. Heinsius. Noster Astron. III. 12. IV. 12. *Genuum fine, & fine totius veli.*

g *Semperque sitire*] Unde proverbium, quod refert Pind. Scholiastes, Ταντάλου δίψα. Non inscitè Fulgentius Lib. II. cap. 18. *Ita se illi unda fallax præbet, ut sitiat: ita se poma ingerunt, ut esuriat.* De pomis idem: *Poma quoque fugitivis cinerescentia tactibus facie tenus apparent.* Instar ergo habuerunt pomi Sodomorum, de quo Solinus cap. 48.

h *Item pendent*] *Item pendere* sequi debuisset. Vide notas ad cap. 3. Sed à glossa hæc esse, ut & sequentia, suspicor.

vult sumere, rami vento moti recedunt. Item [i] saxum super caput ejus ingens pendet, quod semper timet ne super se ruat.

LXXXIII. *Pelops.*

PELOPS Tantali & [a] Dionis Atlantis filiæ filius, cum esset in epulis deorum [b] à Tantalo cæsus, [c] brachium ejus Ceres consumpsit; qui à deorum numine vitam recepit: cui cum cætera membra, ut fuerant, coissent, humero [d] non perpetuo, eburneum ejus loco Ceres aptavit.

LXXXIV. *Oenomaus.*

OENOMAUS, Martis [a] & Asteropes filiæ filius, habuit

i *Saxum*] Montem alii faciunt, & Σίπυλον appellant. Vide Liberal. cap. 36. & quæ ad illud notavi. Η' Σίπυλος est Pindaro. Τὸ Σίπυλον ejus Scholiastæ. Ο' Σίπυλος Antonino, Luciano, & Pausaniæ. Sed urbs jam eâ voce denotatur, jam mons. Ταντάλου λίθον eleganter impendentis belli metum appellat Pindar. Isthm. H. Adde Suid. Prov. à Schotto collect. Cent. XIII. 9.

Ad CAP. LXXXIII.

a *Dionis*] Apostol. Cent. XVIII. 7. matrem Pelopis *Euprytonem* vocat. A quo multum abit Euripid. Schol. ad Orest. vers. 11. Ε'ξ Ε'υρυθεμίσης τ' Ξαίθε, ἣ Κλυτίας τ' Α'μφιδαμαντ@, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης, ὁ Ταντάλ@ ἐχθίονας τ' Πέλοπα. Et inde forte *nothum* dixit Lactant. Argum. VI. Metam. fab. 6. Tzetz. autem in Lycophr. *Eurynassam* Pactoli filiam ejus matrem facit p. 15. Edit. Steph. Atque ita quoque Euripidis interpres ad laudatæ modo fabulæ vers. 5. unde sua hausit magna ex parte Apostolius.

b *A Tantalo cæsum*] Serv. ad Georg. III. v. 7. *Tantalus pater Pelopis, volens Deorum tentare divinitatem, invitatis iis, filium suum epulandum apposuit.*

c *Brachium ejus absumpsit*] Lucianus περὶ Ο'ρχησ. Καὶ ὁ Πέλοπ@ κρεουργία, ἐ ὁ ἐλεφάντιν@ ὦμ@ αὐτῶ. Ω'μοπλάτην appellat Tzetzes in Lycophr. Ω'μοπλάτη autem *armus* & *scapula* exponitur in Gloss. Vett. Celsus Lib. III. cap. 2. ὠμοπλάτας interpretatur *ima ossa scapularum*. Latè ergo accipe τὸ *brachium*, ut etiam humerum complectatur. Costæ eburneæ meminit Plinius Lib. XXVIII. cap. 40.

d *Non perpetuo*] Volui antehac, *non reperto*. Nunc Cl. Schefferus fecit, ut nihil mutem. Explicat ille, *corrupto & hiante propter brachii absentiam*. Mallem, *non continenter sequente, non continuo*. Aberat enim humerus quoque. Schol. recent. in Pind. Olymp. A. Ε'μελόντες ἔν αὐτὸν εἰς λέβητα, ἐ ὁλόκληρον αὖτις συμπήξαντες. ἀπὶ ὁ ὦμος ἄπην, ἐλεφάντινον αὐτίθηκεν. διὸ καὶ οἱ ἀπὸ Πέλοπ@ καταγράφουσι τοῖσιν ἔχειν τ' ὦμον. Vide Giphan. Indic. Lucret. in PERPETUUS. Ita & *continens* & *continuum* usurpant. Curt. V. cap. 1. *Nec omnia continua sunt.* Vell. II. 109. *Continentes sylvæ.* Ovid. VIII. 988. *Continuam diduxit humum.* Isidor. Orig. XIV. 8. *Continens terra perpetua.* Curt. V. 3. *Perpetuum dorsum in Persidem excurrit.* Hinc *perpetuitas* apud Quintil. Declam. 1. *Si vestigia parietis perpetuitate dirigeret.*

Ad CAP. LXXXIV.

a *Et Asteropes*] Deest nomen patris Asteropes. Scribo, *Asteropes Atlantis filia*

buit in conjugio Euareten Acrisii filiam, ex qua procreavit [b] Hippodamiam virginem eximiæ formæ, quam nulli ideo dabat in conjugium, [c] quod sibi responsum fuit, à genero [d] mortem cavere. Itaque cum complures eam peterent in conjugium, [e] simultatem constituit, se ei daturum, qui secum quadrigis certasset, victorque [f] exisset, (quod is [g] equos Aquilone velociores habuit) victus

filiæ filius. Astron. II. 21. ubi de Atlantis filiabus agit: *Martem autem ex Asterope Oenomaum procreasse.* Aliter illi, de quibus Serv. ad Æn. VIII. 130. *Alii ita tradunt, Steropes & Atlantis filios Oenomaum & Majam fuisse, Oenomai Ippodamiam filiam, unde Atreus natus.* Sed cum Hyg. facit Hom. Schol. Iliad. Σ. 486. Στερόπῃ συγγενέσθαι Ἄρει, ὧν Οἰνόμαος. Tzetzes in Lycophr. p. 29. Edit. Steph. Πλειόνης δὲ Ἀτλαντος ἑπτὰ θυγατέρες, ὧν μία ἡ Στερόπη. Στερόπης δὲ Τυπέρχης, ἢ Ἁρπίνης τ' Ἀσωπῦ θυγατὸς δὲ Ἄρεος, Οἰνόμαος. Οἰνομάου δὲ Ἱπποδάμεια. Sterope autem eadem, quæ Asterope, ut demonstro ad cap. 183. & 192. In alia omnia abit Apollodorus Lib. III. Steropen Atlantis ab Oenomao ipso ductam scribens. Quod traditum fuisse à quibusdam nec nostrum fugit Astron. II. 21. Adeo difficulter se cum fabulis conciliat certitudo. Cæterum matrem Oenomai Pind. Schol. ad Olymp. XIII. cum Isacio Harpinam facit. Apollon. Interpres ad Lib. I. v. 752. dubitat. Οἱ γὸ, inquit Οἰνόμαον Ἄρεος ὢν παῖς δὲ Ἁρπίνης τ' Ἀσωπῦ, ἢ Εὐρυθόης τ' Δαναΐδ. Vide sis apud eum sequentia, in quibus hanc fabulam exequitur. Harpinam nominat quoque Diodorus Lib. IV. Eurythoam autem Danai filiam Oenomai conjugem facit Tzetzes p. 31.

b *Hippodamiam*] *Hippodamen* nominat Virgil. III. Georg. 7. Sed bene Servius: *Græca, quæ in η exeunt, plerumque ipsum η in IA solvunt, ut Hippodame, Hippodamia.* Ionum est illa terminatio. Eustath. ad Dionys. p. 26. Ὥσπερ Τιτύλη Τιτυλία, Ἀπάμη Ἀπαμεία, Πιωλίδη Πιωλίδεια, Ἀκοδίη Ἀκοδίεια, Ἐρήμη Ἐρημεία, Κολάνη Κολανεία. οὕτω δὲ Εὐρώπη Εὐρώπεια. ὁ δὲ χαμαιζηλὸς Ἰάσιος. Addenotata superius in Geneal. ad vocem *Cymothoæ.*

c *Quod sibi responsum fuit*] Hanc causam adducit etiam Apollon. Schol. At consarcinator Scholiorum recent. ad Pind. Olymp. A. Ἐρῶν, inquit, αὐτῆς διὰ κέλλητ' ὑποφοβούμ. Quod firmat Lucianus in Charidemo.

d *Mortem cavere*] Hellenismum respere dixi ad cap. 27.

e *Simultatem constituit*] H. e. legem sive conditionem proposuit. *Nuptiarum conditionem* in re simili appellat Hist. Apollonii Tyrii interpres. Servius in hac fabulâ: *Procos*, inquit, *filiæ multos necavit, sub hac conditione provocatos ad currule certamen, ut aut victus traderet filiam, aut victor necaret.* Sidon. carm. 14. *Non hic Oenomai cruenta circo Audit pacta Peleps. Edictum* dicitur Fulgentio Lib. I. cap. 27. Adde quæ notavi ad cap. 22. Festus Pauli in hac voce corruptus est, vel defectus potius: *Simultas, id est, odium, dicta ex contrario, quia minimè sint simul.* Lege cum Leid. Cod. *quia minimè sunt odientes se simul.* Supplendus idem in SILERE. *Silere*, inquit, *tacere significat sicto verbo ab s litera, quæ nota silentii est.* Scribe ex Leid. Cod. *Quæ initium & nota silentii est.*

f *Exisset*] Magis ex usu bonorum auctorum esset, *extitisset, abiisset*, vel *discessisset.* Sed *exire* pro *evadere*, quanquam diverso significatu, usurpatum video etiam Vellejo Lib. 2. cap. 82. & Stat. IV. Theb. 601. *Existis casu.*

g *Equos aquilone velociores*] Φύλλαν & Ἅρπιναν appellat Lycophron. p. 35. Usitatissima poëtis hyperbolica illa comparatio. Leonteus Anthol. Lib. I. sect. 33. num. 25. Πῶλος ὁ πρὶν πνοιῆς ἴσα δρομάων ἀνέμοις. Virg. Æn. XII. vers. 84. *Qui candore nives, anteti-*

victus autem interficeretur. [h] Multis interfectis, novissime Pelops Tantali filius cum venisset, & capita humana [i] super valvas fixa vidisset, eorum, qui Hippodamiam in uxorem petierant, [k] pœnitere eum cœpit, regis crudelitatem timens. Itaque [l] Myrtilo aurigæ ejus persuasit, regnumque ei dimidium pollicetur, si se adjuvaret: fide data, Myrtilus currum junxit, & [m] clavos in rotas non conjecit: itaque equis incitatis currum defectum Oenomai equi distraxerunt. Pelops cum Hippodamia & Myr-

teirent cursibus auras. Qui versus expressus ex illo Homerico Iliad. K. 437. Ἀβλήτησι χίον῾, θεῖεν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Ejusdem libri XII. vers. 334. idem ille vatum Latiaris authenta: *Ante notos Zephyrumque volant.* Confer, quæ in de Num. Præst. pag. 236. scripsit vir Amplissimus Spanhemius. Nec aliâ de causâ, quam ut velocitatem denotaret, Zephyro prognatos Achillis equos finxit Homerus Iliad. T. vel *Aquilo* & Αἰητὸς inter equorum nomina apud veteres memorantur, vel ventorum nominibus cursores suos vocitavit Ælius Verus, ut in ejus vitâ cap. 5. narrat Spartianus.

h *Multis interfectis*] Tredecim interfectos memorat Pindarus, quorum nomina invenies in Scholiis ad Olymp. A. Schol. Apollon. ad Lib. 1. 752. Ἀνῆλε τρεῖς ἓξ δίκᾳ, ὡς Πίνδαρος ἱστορεῖ. Corruptus ergo in hac fabulâ Isacius in Lycophron. qui pro Iγ exhibet Iβ. Perperam quoque γαμεσχλόνον Οἰνόμαον excuderunt pro γαμεσχλόνον.

i *Super valvas*] Ita reposui pro *balbas*. Monuit id pridem Barthius, & ante eum Micyllus. Nec mihi non venerat in mentem, cum apud historiæ Apollonii Tyrii interpretem, quem Symphosium esse censet Goldastus, legerem; *Quæstiones vero proponebat, dicens, si quis quæstionis meæ nodum vel solutionem invenerit, filiam meam in matrimonium accipiet, alioqui decollabitur. Plurimi undique Reges & Principes patriæ propter incredibilem & inauditam puellæ speciem, contemptâ morte, properabant. Et si quis forte prudentiâ literarum quæstionis salutionem invenisset, quasi nihil dixisset, decollabatur, & caput ejus ad fastigia portæ suspendebatur, ut advenientes imaginem viderent mortis & conturbarentur, ne ad talem conditionem venirent.* Pind. Schol. ad Isthm. od. IV. Γ'δίως ἡ Α'νταῖον φησι τὸν ξένων τὸν ἀπαμβῶν τῆς κεφαλῆς ἱρέων ἡ τ Ποσειδῶν῾ ναόν. Τοῦτο γὰρ ἱστοροῦσι ἡ Θρᾷκα Διομήδη ποτεῖν. Βακχυλίδης ὁ Ε'υλεων δὲ ἡ Μαρσίστης (Leg. Μαρτίστης) μυησήρων. οἱ ὁ Ο'ινόμαον, ὡς Σοφοκλῆς. De Thracio Rege Diomede Ovid. IX. Heroid. 86. *Non tibi Threitiis affixa penatibus ora, Non hominum pingues cæde tacentur equæ.*

k *Pœnitere eum cœpit*] Cur τὸ *eum* excludi velit Barthius, causam non video. Vossio certè istam conjecturam neutiquam probaverit, ut cui Latinum vix videatur *pœnitere* pro *pœnitudine duci*. Apulejus tamen Metam. Lib. v. *Cum cœperis sero pœnitere.* Vetus Interpres Siracidæ cap. XLVIII. 16. *Non pœnituit populus.* Reperitur etiam bis apud Justin. Lib. XI. 8. & XXXVII. 10.

l *Myrtilo*] Filius hic erat Mercurii ex Phaethusâ unâ de filiabus Danai, vel Myrtone Amazone, ut alii volunt. Vid. Schol. Apollon. 1. 752. Quosdam Jovis & Clymenes fuisse filium tradere annotat Schol. Eurip. ad Oresl. vers. 1002. Adde not. ad cap. 224.

m *Clavos in rotas non conjecit*] Quos *clavos* hic Hyginus, ἐμβόλους appellat Hom. Schol. ad Iliad. β. 104. ἥλους Tzetzes. παμπλήσιους Eustath. ad Iliad. p. 139. Edit. Bas. περόνας Parthenius Affect. Amat. cap. 6. ubi simile habes exemplum. Quidam clavos illos ex cerâ fuisse factos tradidere. Vide Schol. Apollon. & Lycophr. locis

mo-

Myrtilo domum victor cum rediret, [n] cogitavit sibi opprobrium futurum, & Myrtilo fidem præstare noluit, eumque in mare præcipitavit: à quo Myrtoum pelagus est appellatum. Hippodamiam in patriam [o] adduxit suam, [p] quod Peloponnesum appellatur. ibi ex Hippodamia procreavit [q] Hippalcum, [r] Atreum, Thyesten.

LXXXV. *Chrysippus.*

Laius Labdaci filius Chrysippum Pelopis filium [a] nothum pro-

modo adductis. Sidon. Carm. 2. *Nata quem fraude cadentem Cerea destituit, resolutis axibus, obex.*

n *Cegitavit sibi opprobrium futurum*] Aliam necis causam affert Sophoclis Scholiast. ad Elect. vers. 505. Καθ' ὁδὸν, inquit, χαλαλαβὼν αὐτὸν φυγάδα ἔφυγε πρὸς τὸ φιλῆσαι αὐτῷ, ὑβρίσαν εἰς διάλεκτον. Schol. Homeri, quod falso ab Hippodamiâ de petito concubitu accusatus fuisset. Schol. Horat. ad Lib. 1. od. 1. *Quem, quod peteret ex pacto uxoris ipsius Hippodamiæ primum osculum, in pelagus præcipitavit.*

o *Adduxit*] Et heic *abduxit* legendum. Propert. 1. El. 2. *Avecta exterris Hippodamia ratis.* Quintil. Declam. XIV. *Homo ab omnibus gaudiis in contubernium doloris adductus.* Ita quidem & Colonienſ. anni 1521. Sed legendum utique *abductus*, ut Pariſ. habet Colinæi.

p *Quod Peloponnesum appellatur*] Merito de glossâ hæc suspicit Cl. Schefferus. De variis nominibus Peloponnesi consulendus Hom. Schol. ad Il. A. v. 30. Si retinere tamen quis malit, adducere possit Isidorum Lib. XIV. 6. *Hæc primum à temperie cæli Macaronesum sive Μακάρων νῆσος appellata est.* Quo loco similiter neutro genere dictum *Macaronesum* vides. Sic *Pentateuchum*, apud eundem Lib. VI. cap. 1. *Thesaurum* apud Fulgentium. *Baptismum* apud Cyprian. aliaque apud alios habes, de quibus egi ad cap. 3. Addenda illis hæc veteris interpretis Cosmogr. Anonymi à Godofr. ed. p. 37. *Post hanc est Hellespontum.* 39. *Inde Oceanum esse dicitur.*

q *Hippalcum*] Vel *Hippalcmum* ex Schol. Pind. vel *Hippalmum* ex Apollodoro & Apostolio videri posset legendum. Sed optimum est *Hippalcimum.* Vide Notas ad cap. 14. & 97.

r *Atreum*] *Letreum* ex Pausaniâ scribi jubet Cl. Schefferus. non accedo. Vide cap. 85. & 86. Cum nostro inter Pelopis filios etiam Atreum numerant Apollodorus, Apostolius, Servius, Scholiastæ Pindari & Euripidis, aliique.

Ad CAP. LXXXV.

a *Natum*] Merito lectionem MS. Barthiani *Nothum* probat Cl. Schefferus. Natus enim Chrysippus, ut quidam voluerunt, non ex uxore ejus Hippodamiâ, sed Astyoche nymphâ, ut refert Pind. Schol. ad Olymp. A. Apostolius disertim Cent. XVIII. 7. Καὶ ἐκ τούτου Ἀξιόχης υἱὸς χρύσιππος. Idem totidem verbis apud Schol. Euripid. ad Orest. vers. 5. à quo eadem ferme, quæ heic ab Hygino, referuntur, invenies, ut & apud Tzetzen Chil. 1. 18. Festus: *Nothum Græci natum ex uxore non legitima dicunt, qui apud nos spurio patre natus est.* Leid. Cod. *natus dicitur.* Idem vitium visum mihi aliquando insedisse Lib. 11. Astron. cap. 25. *Heu, heu genus hominum* natum.* Tollebam asteriscum, & legebam, *nothum* h. e. degener & adulterinum. Germanicus: *Patrum soboles oblita priorum, Degeneres quæ habuit, semperque habitura minores.* Solinus de elephantis cap. 38. *Duo eorum sunt genera: nobiliores indicat magnitudo, minores nothos vocant.* Non dissimiliter *adultera culta* dixit Prudentius pro corruptis.

Sed

propter [b] formæ dignitatem Nemeæ ludis rapuit. quem ab eo Pelops bello recuperavit. hunc Atreus & Thyestes matris Hippodamiæ impulsu [c] interfecerunt. Pelops cum Hippodamiam argueret, ipsa se interfecit.

LXXXVI. *Pelopidæ.*

THYESTES Pelopis & Hippodamiæ filius, quod cum [a] Æropa Atrei uxore concubuit, à fratre Atreo de regno est ejectus. At is Atrei filium Plisthenem, quem pro suo educaverat, ad Atreum interficiendum misit: quem Atreus credens fratris filium esse, imprudens filium suum occidit.

LXXXVII. *Ægisthus.*

THYESTI Pelopis & Hippodamiæ filio responsum fuit, quem ex filia sua Pelopia procreasset, eum fratris fore ultorem. [a] Quod cum audisset, * puer est natus, quem Pelopia exposuit: quem inventum pastores capræ subdiderunt ad nutriendum. Ægisthus est appellatus, ideo quod Græce capra æga appellatur.

LXXXVIII. *Atreus.*

Sed vera lectio est, *æneum genus hominum natum.* Vide quæ ibi annotavimus.

b *Formæ dignitatem*] H. e. singularem eminentiam. Quod vulgo docent Grammatici, *dignitatem* virorum esse, *venustatem* mulierum se, id non curat Hyginus noster. Cap. 78. formæ dignitatem etiam Helenæ tribuit, ut & Briseidi cap. 106.

c *Interfecerunt*] Pisander apud Eurip. Scholiast. pag. 402. Edit. Steph. ipsum præ pudore intulisse sibi manus autumat. Conser Schol. Hom. ad Iliad. B. v. 105.

Ad CAP. LXXXVI.

a *Æropa*] Quia Græcis est Ἀερόπη, malim scribere *Aëropa*, ut scribitur apud Serv. ad Æn. x. 262. Sed *Æropa* pro *Aëropa* uti videbis etiam Dictyn Lib. 1. Adhoc *Æropæ* repræsentant etiam quædam editiones Gellii Lib. VII. cap. 3. Observavimus jam de isto genere superius *Æetes*, *Phaeton*, *Æta*, pro *Aëtes*, *Phaëton*, *Æëta*. Hinc *Erope* exararat librarius Argum. Lact. Lib. XII. Met. fab. 1. Etiam infr. cap. 97. *Prothœnor* invenies pro *Prothoënor*. Adde Not. ad Fulgent. Lib. 1. cap. 15.

Ad CAP. LXXXVII.

a *Quod cum audisset*] Defectus ille locus Micyllo & Scheffero videtur. Barthius τὸ *audisset* exponit, *accepisset*, *ratum habuisset*. Sic sane Cicer. pro Marcello: *Sed tum id audirem, si tibi soli viveres.* Plinius Epist. 2. Lib. II. *Non sum auditurus: non eram Romæ* &c. Chrysol. Sermon. 79. *Petrus fœminam non facile audit.* Sed cur non potius *ei rei obtemperasset, & obedivisset?* ut I. A. 6. *Ne ego istam sapientiam non audiam.* Est omnino sic explicandus iste locus, quem neutiquam defectum esse credo: vel corrigendum, *cum accidisset*,

LXXXVIII. *Atreus.*

ATREUS Pelopis & Hippodamiæ filius, cupiens à Thyeste fratre suo injurias exequi, in gratiam cum eo rediit, & in regnum suum eum reduxit, filiosque ejus infantes [a] Tantalum & Plisthenem occidit, & [b] epulis Thyesti apposuit. qui cum vesceretur, Atreus imperavit brachia & ora puerorum afferri. Ob id scelus etiam sol [c] currum avertit. Thyestes scelere nefario cognito, profugit ad regem Thesprotum, ubi lacus Avernus dicitur esse. Inde Sicyonem pervenit, ubi erat Pelopia filia Thyestis deposita. Ibi casu nocte cum Minervæ sacrificaret, intervenit: qui timens ne sacra contaminaret, in luco delituit. Pelopia autem cum choreas ducit, lapsa, vestem [d] ex cruore pecudis inquinavit: quæ dum ad flumen exit sanguinem abluere, tunicam maculatam deponit, [e] capite obducto Thyestes è luco prosilivit, [f] & ea compressione gla-

set, vel, *cum ausus fuisset*, Serv. ad Æn. XI. 262. *Cum Thyestes post cognitum facinus requireret ultionem, ei Apollo respondit, posse alio scelere illius facinoris vindicem nanciscì, scilicet si cum Pelopeiâ filiâ suâ concumberet. Quo facto, natus est Ægisthus, fatalis in geminam Atrei sobolem.* Sed satius erit, ut nihil mutemus. Schol. in I. Theb. Stat. vers. 684. *Cum responsum accepisset Thyestes, aliter malorum remedium inveniri non posse, nisi cum Pelopeia filia concubuisset, paruisseque responsis, natus est ex eâ Ægysthus.* Est ergo *audire* hoc *obtemperare.* Salvian. III. de Provid. *Si jussiones suas servi ex parte audiant, ex parte contemnant.*

Ad CAP. LXXXVIII.

a *Tantalum & Plisthenem*] Ita & cap. 244. & 246. eos nominat. Sed filios Thyestæ ab Atreo occisos Aglaum, Orchomenum, & Calaum appellat Schol. Eurip. ad Orest. v. 813. Atque ita etiam Tzetzes Chil. I. 18. nisi quod pro *Calao* tertium nominat *Callæum. Plisthenes* Atrei fuit filius, ut Hyginus ipse tradit cap. 86. & Schol. Eurip. ad Orest. v. 5. Schol. Horat. in Art. Poet. *Atreus autem filium fratris de eadem suâ uxore natum interfectum epulandum patri apposuit.* Etiam noster cum Servio cap. 258. unius tantum meminit.

b *Epulis apposuit*] Cap. 45. 83. & 244. *In epulis.*

c *Currum avertit*] Infr. cap. 258. *Quæ sol, ne pollueretur, aufugit.* Schol. Eurip. Διὰ ἃ ὁ ἥλιος μὴ φέρειν τὸ παρανόμιον, μίαν ἡμέραν ἐκ δυσμῶν πρὸς ἕω διῆλθε. Vide notas ad cap. 258.

d *Ex cruore pecudis*] Cl. Schefferus *pedis* mallet. Nihil mutaverim. Pecudis enim nomine hostiam mactatam designare videtur. Sic apud Virg. Æn. v. 332. Nisus *Pronus in ipso Concidit immundoque fimo sacroque cruore.*

e *Capite obducto*] Cujus? Pelopiæ, ut censet Cl. Schefferus. Distinguit ergo: *tunicam maculatam deponit capite abducto, Thyestes.* Mihi verisimilius videtur, Thyesten obvolvisse caput, ne agnosceretur: unde illa inferius ait, *se in compressione nocturnâ nescio cui eduxisse.*

f *Et eâ compressione*] Defecta hæc esse Micyllo videntur. Vide ergo, an legi pos-

gladium de vagina ei extraxit Pelopia, & rediens in templum, sub acropodio Minervæ abscondit. Postero die rogat regem Thyestes, ut se in patriam Lydiam remitteret. Interim sterilitas Mycenis frugum ac penuria oritur ob Atrei scelus. Ibi responsum est, ut Thyestem in regnum reduceret. Qui cum ad Thesprotum regem isset, æstimans Thyestem ibi morari, Pelopiam aspexit: & rogat Thesprotum, ut sibi Pelopiam in conjugium daret, quod putaret eam Thesproti esse filiam. Thesprotus, ne qua suspicio esset, dat ei Pelopiam, quæ jam conceptum ex patre Thyeste habebat Ægisthum. Quæ cum ad Atreum venisset, parit Ægisthum: quem exposuit. At pastores capræ supposuerunt: quem Atreus jussit perquiri, & pro suo educari. Interim Atreus mittit Agamemnonem & Menelaum filios ad quærendum Thyestem: qui Delphos petierunt sciscitatum. Casu Thyestes eo venerat [g] ad sortes tollendas de ultione fratris. Comprehensus ab eis ad Atreum perducitur: quem Atreus in custodiam conjici jussit, Ægisthumque vocat, æstimans suum filium esse, & mittit eum ad Thyestem interficiendum. Thyestes cum vidisset Ægisthum, & gladium, quem Ægisthus gerebat, & cognovisset quem in compressione perdiderat, interrogat Ægisthum, unde illum haberet. Ille respondit matrem sibi Pelopiam dedisse: quam jubet [h] accersiri. [i] cui respondit, se in compressione nocturna, [k] nescio cui, eduxisse, & ex ea compressione, Ægisthum concepisse. Tunc

possit non insulsè, *& eam compressit. eâ compressione* &c. Videri certe possit similitudine syllabarum deceptus librarius partem omisisse. Cl. Schefferus tantum *vè & expellit.* Subaudiri itaque, ut liquet, vult ista, *& eam compressit.* Similem reticentiam animadvertas cap. 62.

g *Ad sortes tollendas*] Cic. Div. cap. 41. *De sortibus Prænestinis, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur.* Ampel. cap. de miraculis mundi. *Unde est & ad inferos descensus ad tollendas sortes.* Quæ loca suggessit nobis doctiss. Jacob. Perizonius. In eadem re ἀναιρεῖν & ἀναιρεῖσθαι usitatum Græcis. Explicat uberius hanc phrasin Scaliger ad Tibull. Lib. 1. p. 110. Confer Etymol. magn. in Ἀνεῖλεν.

h *Accersiri*] Agnosco inveteratum errorem, quo *accerso* pro *arcesso* dicunt.

i *Cui respondit*] Nempe Pelopia. Multo apertior esset narratio, si legeretur, *quæ ei respondit.*

k *Nescio cui*] Debuisset scribere, *nesciam cui.* & forte ita scripsit, nisi rectam orationem obliquæ miscuit, ut facere videtur cap. 186. Quo in genere non parum peccavit Justinus, velut

Lib.

Tunc Pelopia gladium arripuit, simulans se agnoscere, & in pectus sibi detrusit. quem Ægisthus è pectore matris cruentum tenens, ad Atreum attulit. Ille æstimans Thyestem interfectum, lætabatur: quem Ægisthus in littore sacrificantem occidit, & cum patre Thyeste in regnum avitum redit.

LXXXIX. *Laomedon.*

NEPTUNUS & Apollo dicuntur Trojam muro cinxisse. His rex Laomedon vovit, quod regno suo pecoris eo anno natum esset, immolaturum. Id votum avaritia fefellit. Alii dicunt, [a]parum eum promisisse. Ob eam rem Neptunus cetum misit, qui Trojam vexaret. Ob quam causam rex ad Apollinem misit consultum. Apollo iratus ita respondit: si Trojanorum virgines ceto religa-

Lib. XXII. 5. *Quibus omnibus, non sibi tantum in alios, sed & aliis in se sentient patere bella.* pro, *sensuros esse.* Lib. XXXVIII. 4. *Cæterum quia non id agitur, an liceat quiescere.* pro *non id agatur.* & post paulo: *Gallorum autem nomen, quod semper Romanos terruit,* pro *terruerit.* Item: *Ac ne veteribus immoremur exemplis,* pro *immoraretur.* Cap. 5. *Raptam autem sibi victoriam ejus ab illis, quorum nihil est nisi bello quæsitum.* pro, *nihil sit, vel esset.* cap. 7. *Tantumque se avida expectat Asia, ut etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum, sectio publicanorum, calumniæ litium.* Debebat scripsisse *exspectare Asiam,* &, *incussisse rapacitatem proconsulum, sectionem publicanorum, calumnias litium.* Lib. IX. 2. *Qui nuncient Athenæ, dum Byzantium obsidet vovisse se statuam Herculi, ad quam in ostio Istri ponendam se venire. pacatum accessum ad religionem Dei petens* &c. pro, *petentem.* Utrum ipsi Justino ista stribligo sit tribuenda, an vero ejus librariis, Critici judicent. Nos ad Hyginum revertimur. Ut heic ille, ita Claudianus Mamertus in de Stat. Animæ Lib. 1. cap. 6. *Sed subjicis à nescio quibus,* & cap. 7. *Adjiciens testimonium sui, nescio cujus, auctoris.* Habet heic locum illa Minucii invectiva in Octavio: *Dum Venerem promiscuè spargitis, dum passim liberos seritis, dum etiam dominatos alienæ misericordiæ exponitis, necesse est in vestros recurrere, in filios incurrere.*

Ad CAP. LXXXIX.

a *Parum eum promisisse*] Barth. ad Stat. Tom. II. pag. 232. *aurum.* Quod convenit cum verbis Ovidii Met. XI. 203. *Mortalem induitur formam, Phrygioque tyranno Ædificat muros, pacto promœnibus auro.* Lactant. *Pactum aurum Laomedon negavit.* Ego antequam in illos Barthii commentarios incidissem, conjectaveram, *pecuniam certam promisisse,* ex Servio ad Æn. II. 610. *Hoc autem habet fabula, quod Neptunus cum Apolline Trojæ fabricati sint muros. Sed constat Laomedontem diis certam vovisse pecuniam ad sacra facienda.* Illust. Heinsio scriptum fuisse videtur, *non parum auri promisisse.* Conjungit diversas opiniones, ut cum cap. 14. & 28. tum aliis locis factum. Cæterum hæc verba post τὸ *immolatum* esse collocanda rectè vidit Cl. Schefferus.

religatæ fuissent, finem pestilentiæ futuram. Cum complures consumptæ essent & [b] Hesionæ sors exisset, & petris religata esset, Hercules & Telamon, cum Colchos Argonautæ irent, eodem venerunt, & cetum interfecerunt, Hesionenque patri, pactis legibus reddunt, ut cum inde rediissent, secum in patriam eam abducerent, & [c] equos, qui super aquas & aristas ambulabant. [d] Quod & ipsum Laomedon fraudavit, neque Hesionen reddere voluit. Itaque Hercules [e] ad eos navibus comparatis, ut Trojam expugnaret, venit, & Laomedontem necavit, & [f] Podarci filio ejus infanti regnum dedit, qui postea Priamus est appellatus, ἀπὸ τῦ πρίασθαι. Hesionem reciperatam Telamoni concessit in conjugium, ex qua natus est Teucer.

XC. [a] *Pria-*

b *Hesione sors exisset*] Quod antehac conjectavi, *Hesionæ sors exisset*, id ideo nunc magis placet, quod & Cl. Schefero placere videam. Hor. II. 3. *Omnes eodem cogimur, omnium Versatur urna serius, ocyus Sors exitura.* Diodorus Lib. 4. p. 246. *Universis igitur sortis judicio subjectis, regiæ filiæ Hesiones nomen exivit.* Possis etiam non male legere, *Hesionen sors expetisset.* Vide Serv. ad Æn. III. 3. Apollod. Lib. II. pag. 98. Sed priorem conjecturam præfero.

c *Equos*] Immortales illos, quos Troi pro Ganymede dederat Jupiter. Hom. Iliad. T. 145. Apollod. Lib. II. pag. 99. Tzetzes ad Lycophr. p. 92. ed. Steph.

d *Quod & ipsum fraudavit*] Mortales equos loco immortalium dedisse Herculi apud Homeri Scholiasten tradit Hellanicus. *Fraudare* est heic ἀποστερεῖν. Cæsar. B. C. *Fraudavit stipendium militum.* Justin. XLIII. 1. *Propter fraudatas Laviniæ nuptias.* Vetus interpres Siracidæ. cap. 4. vers. 1. *Eleëmosynam pauperis ne fraudes.* Gr. habet, τῦ ζωῦ τ πτωχ μὴ ἀποστερήσῃς. Sic *defraudare* pro diminuere apud Auson. epist. 3. & 21. Deponentaliter, si sanus est locus, Chrysologus Sermon. L. *Sicut furem lucerna prodit, ita sol eos, qui fraudantur, accusat.*

e *Ad eos*] Quid si scribas? *Ob eos*, hoc est, equos illos & Hesionen. vel *ad eum* i. e. contra Laomedontem. Sed nihil forte mutandum. *Ad* pro *Ob* usurpasse interdum veteres ostendi ad cap. 45. Cl. Schefferus arbitratur illud *eos* natum ex literis numerum navium exhibentibus. VI. eas alii, alii XIIX. fuisse volunt. Ita fluctuabamur, cum veram, opinor, scripturam eruit Nob. Heinsius, *ad hoc.*

f *Podarci*] Atqui Græce Ποδάρκης appellatur. Scribe ergo *Podarci.* Vide Apollod. Lib. II. pag. 111. Tzetzes ad Lycophr. pag. 62. Τότε ὁ Ἡρακλῆς καὶ Ἡσιόνη χαρίζεται, ὃν ἂν θέλῃ τ αἰχμαλώτων γήνου ἄνδρ. ὁ δ τῷ ἑαυτῆς δῶτα κεκλῆσθαι τ ἀδελφὸν ἑαυτῆς Ποδάρκην ἐπρίατο, ὅθεν ἐκλήθη ὁ Πρίαμος. Eadem habes apud Eustath. ad Iliad. A. pag. 21. ed. Bas. Paulo aliter Servius ad Æn. I. 623. *Tunc Hercules Priamum quoque redemptum à vicinis hostibus in paterno regno locavit. Unde & Priamus dictus est* ἀπὸ τ πρίασθαι, *emo.* Corrupta multipliciter sunt, quæ deinde subjungit, *Cæterum quæ de liberata dicunt Hesiona* &c. Legendum ibi in seqq. *Quod Tecmessam concubinam; vel ejus & fratris filium Eurysacen ad avum* &c.

Ad

XC. [a] *Priami filii & filiæ, numero 54.*

HECTOR, Deiphobus, [b] Cebriones, Polydorus, Helenus, Alexander, [c] Hippoſidus, [d] Antinous, Agathon, [e] Diaſtor, [f] Lyſide, Polymena, Aſcanius, [g] Chirodamas, Euagoras, [h] Drypon, [i] Aſtynomus, [k] Polymetus, Laodice, [l] Ethionome, Phegea, Henicea, [m] Demnoſia, Caſſandra, Philomela, [n] Polites, Troilus, [o] Palæmon, Briſſonius, [p] Gorgythion, Protodamas, [q] Atreus, Dolon, Chrœreſus, Chryſolaus, Demoſthea, [r] Doritops, Hippaſus, [s] Hyperiſcus, Lyſianaſſa,

Ad CAP. XC.

a *Priami filii & filiæ*] Dares: *Ilium petit cum Hecuba uxore & liberis, Hectore, Alexandro, Deiphobo, Heleno, Troilo, Andromacha, Caſſandra, Polyxena. Nam erant & alii filii ex concubinis nati.* Præter hos ex Hecuba natos vult Apollodorus Lib. III. p. 182. Pammonem, Politen, Antiphum, Hipponoum, Polydorum, Creuſam, & Laodicen. Tzetzes Chil. VII. 135. ex Hecuba ſuſcepiſſe eum ſcribit τίκτει ἐννέα ἓξ δέκα.

b *Geryones*] *Cebriones* habet margo libri Salmaſiani, quod rectum eſt. Κεβριόνης eſt Apollodoro.

c *Hippoſidus*] Coaluerunt heic, ſi quid judico, duo vocabula. Lego, *Hippothous, Iſus.* qui ambo inter Priami filios numerantur ab Apollodoro. Commendat eam conjecturam noſtram lemma ipſum 54. promittens. Atqui in Hygini hoc indiculo non niſi 53. comparent. Duos ergo heic in unum coaluiſſe non de nihilo ſuſpicamur.

d *Antinous*] Scheſſerus: Forte rectius eſt, *Antiphonus.* Immo rectius eſt. Vide Hom. Iliad. Ω. 250. niſi mavis *Antiphus* ex Apollodoro.

e *Diaſtor*] Idem Scheſſerus: Videtur & heic rectius eſſe *Meſtor.* Firmat ejus conjecturam Hom. ejuſdem libri vers. 257. Dictys Lib. II. pag. 66.

f *Lyſide, Polymena*] Scheſſerus: *Lycaſte, Polyxena.*

g *Chirodamas*] Hic *Cherſidamas* eſt Apollodoro Lib. III. pag. 183.

h *Drypon*] Videri hunc Apollodoro *Dryopa* eſſe annotavit Scheſſerus. Agnoſcit illum *Dryopa* etiam Dictys Lib. IV. pag. 103.

i *Aſtynomus*] Cl. Scheſſerus: *Hic Aſtygonus Apollodoro.* Sed *Aſtymenes* eſt Dicty Lib. IV.

k *Polymetus*] Hic *Polymedon* eſt Apollodoro. quod rectius puto.

l *Ethionome*] *Deione* mallet Clariſſimus Scheſſerus.

m *Demnoſia*] Forte, *Demonaſſa.*

n *Polipes*] Margo libri Salmaſiani habet *Polites.* quod & Cl. Scheſſerus conjecit ex Pauſaniâ & Apollodoro. Quibus addi poſſunt Homerus Iliad. Ω. 250. & Dictys Lib. II. pag. 66.

o *Palæmon*] Liber Salmaſii, *Pammon.* Et ſane Pammona, non Palæmona, Priamidis accenſent Dictys & Homerus locis modo laudatis. *Philæmon* eſt Apollodoro, ut jam notavit Cl. Scheſſerus.

p *Gorgition*] Scribe *Gorgythion.* ex Hom. Iliad. θ. 303. & Apollodoro.

q *Atreus*] An *Areius* ex Dictyos Lib. IV? Ἄρειος] eſt Apollodoro, quem in Ἄτρεον transformat Mercerus ad Dictyn.

r *Doricops*] *Doryclum* hunc eſſe Apollodoro obſervat Cl. Scheſſerus. Addo ita eum à Dicty quoque Lib. III. pag. 79. & Hom. Iliad. λ. 489. appellari, ut nullus dubitem, quin ex illis corrigendus ſit Hyginus.

s *Hyperiſcus*] Credit hunc *Hypirichum* Apollodoro vocari Cl. Scheſſerus.

nassa, Iliona, Nereis, Euander, [t] Proneus, [u] Aromachus, [x] Hilagus, Axion, [y] Biantes, Hippotrochus, [z] Deiopites, Meduſa, Hero, Creuſa.

XCI. [a] *Alexander Paris.*

PRIAMUS [b] Laodemontis filius, cum complures liberos haberet ex concubitu Hecubæ Ciſſei, [c] ſive Dymantis filia, uxor ejus prægnans in quiete vidit ſe facem ardentem parere, [d] ex qua [e] ſerpentes plurimos exiſſe. Id viſum [f] omnibus conjectoribus cum narratum eſſet, imperant quicquid pareret necaret, ne id patriæ exitio foret. Poſtquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus. quem [g] ſatellites miſericordia expoſuerunt. Eum

t *Proneus*] Forte, *Ilioneus*. Vide Dictyn Lib. IV. pag. 104.

u *Aromachus*] *Archemachus* eſt Apollodoro & Dicty.

x *Hilagus*] Pro hoc *Glaucus* videtur reponendus ex Dicty & Apollodoro.

y *Biantes*] Apollodoro eſſe *Bias* recte videtur Scheffero. Etiam Dicty Lib. IV. pag. 103. eſt *Bias*.

z *Diophites*] *Deioptes* quidem eſt Apollodoro, ut notat Cl. Schefferus; malim tamen heic ex Hom. Iliad. λ. 420. & Dictyos Lib. III. p. 79. reſcribere, *Deiopites*.

Ad CAP. XCI.

a *Alexander Paris*] Schol. Hom. ad Iliad. M. 93. Ἐκλήθη Πάρις, οὐχ ὅτι, ὡς τινές φασιν, ἐν πάρᾳ ἐτράφη, ἀλλ' ὅτι ἐν μέρει παρῆλθεν. Ἕστεον δὲ Ἀλέξανδρος, ὅτι τοὺς πατρίδι ἀλέξουσιν, ὅ ἐστιν, ἐβοήθησεν. Confer eundem ad Iliad. Γ. 325. Tzetzen ad Lycophr. p. 28. ed. Steph. Etym. Auctorem in Πάρις. Diomed. Gram. Lib. I. qui ridiculè vult prænomine dictum *Alexandrum*, nomine *Dardanium*, cognomine *Paridem*. *Alexander appellatus eſt in Græcia, qui Paris fuerat apud paſtores*. Varro Lib. VI. L. L.

b *Laomedontis filius*] De matre diſſentiunt veteres, quorum opiniones recenſet Homer. Scholiaſt. ad Iliad. Γ. 250.

c *Sive Dymantis filiæ*] Ita repoſui pro *filia*. *Nam Hecuba ſecundum Euripidem filia Ciſſei fuit, quem Ennius, Pacuvius & Virgilius ſequuntur. Secundum Homerum filia Dymantis*, ut notavit Servius ad Æn. VII. 320. Adde Noſtr. cap. CXI. Corruptus ergo Tzetzes Proleg. in Lycophronem: Πρίαμος ὁ Λαομήδοντος ἐξ Ἑκάβης τῆς Κισσέως. leg. Δύμαντος. Ciſſeus autem ille rex Thracum fuit, ut inter alios auctor Servius ad Æn. V. 537.

d *Ex qua*] An *exque ea*? Dubito. Similiter locutus eſt cap. 29. *Ex qua die non amplius cum ea concubuit*, pro *exque ea die*. Vide notas noſtras ad cap. 4.

e *Serpentes plurimos*] Cl. Schefferus *ſerpentes plurimas* mallet, ut ad *faces* referatur. Mihi N. L. Certe de ſerpentibus illis nihil hactenus apud alios comperi. Suſpicor tamen per ſerpentes illos deſignari flammas ſerpentium figuras ſimulantium, quod ferale omen fuit Menœceo apud Stat. X. Theb. 596. Heinſius conjectabat, *ex qua repente plurimas exiſſe*. ſc. alias faces. Quod non diſplicet.

f *Omnibus conjectoribus*] Inter illos *Æſacum* fuiſſe ait ad Lycophronem Tzetzes, quem ex Ariſba Meropis filia ſuſceperat Priamus. Vide eum pag. 47. & 59 ed. Steph. Unde lux non parva affulget Servio ad Æn. II. 32.

g *Satellites miſericordia*] Dictys ſub finem

Eum pastores pro suo filio repertum expositum educarunt, eumque Parim nominaverunt. Is cum ad puberem ætatem perveniſſet, habuit taurum in deliciis: quo cum satellites missi à Priamo, ut taurum aliquis adduceret, veniſſent, qui in athlo funebri, quod ei fiebat, poneretur, cœperunt Paridis taurum abducere. Qui persecutus est eos, & inquisivit, quo eum ducerent. illi indicant, se eum ad Priamum [h] adducere, qui viciſſet ludis funebribus Alexandri. Ille amore incensus tauri sui, descendit in certamen, & [i] omnia vicit, fratres quoque suos superavit. Indignans Deiphobus, gladium [k] ad eum strinxit. at ille in aram Jovis [l] Hercæi insiluit. Quod cum Cassandra vaticinaretur eum fratrem esse, Priamus eum agnovit, regiaque recepit.

XCII. *Paridis judicium.*

Jovis, cum Thetis Peleo nuberet, ad epulum dicitur omnes deos convocasse, excepta Eride, [a] id est, discor-

sinem Lib. III. refert *Hecubam more fœmineæ miserationis clam alendum pastoribus in Idam tradidisse.*

h *Adducere, qui*] Barth. Adverſ. Lib. VIII. cap. 6. & Cl. Tollius in ora cod. sui: *Adducere ei, qui.* quod non displicet.

i *Omnia vicit*] Clariſſ. Schefferus, *Omnes.* Nec hoc improbo. Possis tamen subaudire *certamina*, & excusare per hellenismum. Schol. Pind. pag. 81. Ed. Francof. Δίαυλον ἐίκησε, pro διαύλῳ. Et pag. 191. Πυκτικὴν αὐτὸν & παγκράτιον νενικηκέναι. 336. νικᾶν ἅθλια. Hypoth. Pyth. γυμνικὸν ἀγῶνα νικήσαντες. Ælian. Var. Histor. IV. 15. Ἐνίκησεν ἡμέρᾳ μιᾷ πάλλῃ & παγκρατίῳ. Antigonus Histor. Mir. 133. νικᾷ στάδιον. Schol. Hom. ad Iliad. Δ. 376. Ὃς καταβαλὼν γυμνικὸν ἀγῶνα, & συμμαχήσας Ἀθηναίοις νικᾷ τὰ πάντα, *vincit omnia*, ut heic Hyginus loquitur. Iliad. Δ. 708. γυμνικὸς ἐίκων ἀγῶνας. Sententia ergo esset, omnium certaminum victor extitit. Just. XLI. 1. *Longinqua bella vicisse.*

k *Ad eum*] H. e. contra eum. Virgilius Æn. II. 443. *Clypeosque ad tela sinistris Protecti objiciunt.* Servius: *ad tela, contra tela.* Cyprianus Lib. II. ep. 2. *Pugnant ad bestias non crimine, sed furore.* Propert. Lib. II. el. 19. *Si libitum tibi erit, Lernæas pugnet ad Hydras.* Cæterum non tam mollis fuit, quam vulgo audit, Paris ille. Servius ad Æn. V. 370. *Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit, adeo ut in Trojæ agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem: qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum; quod allatis crepundiis probavit, qui habitu rustici adhuc latebat.*

l *Hercæi Jovis*] Scribe potius sine diphthongo *Hercei.* Ἕρκειος Διὸς Herodoto est. Meminerunt ejus Ovidius. Ib. 284. Senec. Agam. 448. Servius ad Æn. II. 506. *Jovem ædificialem* Dictys appellat Lib. V. Adde Festum in *Herceus Jupiter.* ubi codex Biblioth. Leid. habet *Hercius.* quod idem est.

Ad CAP. CXII.

a *Id est discordia*] Deleri ut gloſſe-

discordia. quæ cum postea supervenisset, nec admitteretur ad epulum, ab janua misit in medium malum: [b] dicit, quæ esset formosissima, attolleret. Juno, Venus, Minerva formam sibi [c] vindicare cœperunt: inter quas magna discordia orta. Jovis imperat Mercurio, ut deducat eas [d] in Ida monte ad Alexandrum Paridem, eumque jubeat judicare. Cui Juno, si secundum se judicasset, pollicita est in [e] omnibus terris eum regnaturum, [f] divitem præ-

mata hæc jubet Cl. Schefferus. Etsi non ignoro *Discordiam* Latino vocabulo eam divam dici Capellæ Lib. 1. Arnob. Lib. III. Fulgent. Lib. III. cap. 7. Claudian. Lib. 1. in Ruf. vers. 30. Et reperiri apud Justin. Lib. XII. cap. 15. *Malum discordiæ.* Petron. Carm. de bello civ. *Scisso discordia crine.* & sub finem ejusdem carminis: *Factum est in terris quicquid discordia jussit.* Quem tamen versum spurium existimat Nob. Heinsius, & carmini mutilato tibicinem ab homine semilitterato additum. Licet hæc, inquam, ita habeant, amplector tamen Schefferi sententiam. Servius, sive ejus epitomator, Scholiastes Germanici, & alii, qui fabulas poëticas narrant, perraro suorum verborum agere solent interpretes. Ille ad Æn. III. 3. *Cetos, id est, belluas marinas immisit.* Hic fabula Centauri: *Ipsam in arborem Philyram, id est, tiliam conversam esse.* Adde quæ præterea notamus ad cap. 126. Fecisse illam Eridem Jovis filiam nonnullos, discès ex Schol. Æschyl. εἰς τὸν ἐπτά. vers. 434. De μύλῳ hoc longè aliter μυθολογῶ Hephæst. Lib. VI.

b *Dicit quæ*] Scriverius & Tollius ad oram librorum suorum *dicitque, quæ.* Mallem, *dixitque* &c. Heinsius: *adjecitque, quæ.*

c *Vendicare*] Scribe *vindicare.* Just. Lib. III. 2. *Cum regnum sibi vindicare potuisset.* Infinita sunt loca veterum, in quibus hoc verbum corruptum est.

d *In Ida monte*] Pro *in Idam montem.* Gargarum Idæ cacumen dicit Lucianus in Διὸς κρίσει. Usus eadem Syntaxi noster etiam cap. 139. *Jovem in Cretensi insula detulit.* 166. *In concilio deorum adduxisset.* 190. *In adjutorio advocavit.* 254. *Sacra in monte duci.* Servius ad Æn. V. 118. *Filiam suam ei in matrimonio dedit.* Dictys Lib. 1. *In voluntate traduxit.* Lib. III. *In flumine præcipitavit.* Lib. V. *Convivium in honore Deum publice cœptum.* Gregor. Dial. 1. *In eodem loco veniisset.* Sulpicius Severus Histor. Sacr. Lib. 1. *In matrimonio à patre postulans.* Et, *In matrimonio accepta.* Schol. German. Cane: *In monte Hymetto se contulit.* Ovid. III. Fast. 664. *In sacri vertice montis abit.* Vetus interpres Jobi cap. XIII. 16. *Non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita.* Phædrus Lib. V. cap. 2. *Quinam ille cinædus in conspectu meo audet venire?* Vide ad illa, quæ Cl. Schefferus notavit, & quos ibi laudat; unde discès nec politiores scriptores ab ista abhorrere syntaxi. Adde, si plura desideres, quæ ad Claud. Mamerti Lib. 1. Barthius, & nos superius ad cap. 51. congessimus. Inanis ergo metus Donati ad Terent. Eun. III. 4. *Coimus, consensimus ac pepigimus, ne sit solœcismus in Piræo pro in Piræum.* Cæterum locum, in quo illud judicium habitum est, καλλιστεῖον nominatum tradit apud Hom. Schol. ad Iliad. Υ. vers. 3. Demetrius Scepsius; Stephanus autem *Alexandriam.* Ἔστι δέ, inquit, τόπος ἐν Ἴδῃ τῇ Τρῳϊκῇ Ἀλεξάνδρεια λεγόμενος, ἐν ᾧ φασιν Πάριν διακρῖναι τὰς θεάς.

e *Omnibus terris regnaturum*] Nimirum *regnis præesse dicitur Juno*, ut loquitur in hac fabula Fulgentius Lib. II. cap. 3. Verba Junonis apud Lucianum sunt: ἰὼ γάρ μοι, ὦ Πάρι, δυνάσης εἶναι καλῶ, ἁπάσης ἴσην σὲ Ἀσίας ἀποῦσης. Apud Coluthum Helenæ raptu: Ἥν με διακτίνων σοφοτρίστων ἔρως ὁπάσσε, Πάσης ἀμυτίμης Ἀσίης ἀγάπτερα δῶρα.

f *Divitem*] Micyllus in margine. *Divitiis.* Sed quid est *præstare præter ce-*

re-

præter cæteros præstaturum. Minerva, si inde victrix discederet, [g] formosissimum inter mortales futurum, & [h] omni artificio scium. Venus autem Helenam Tyndarei filiam formosissimam omnium mulierum se in conjugium dare promisit. Paris donum posterius prioribus antepositi, Veneremque pulcherrimam esse judicavit. ob id Juno & Minerva Trojanis fuerunt infestæ. Alexander Veneris impulsu Helenam à Lacedæmone ab hospite Menelao Trojam abduxit, eamque in conjugio habuit cum ancillis duabus [i] Æthra & Thisadie, quas Castor & Pollux captivas ei assignarant, aliquando reginas.

XCIII. *Cassandra.*

CASSANDRA Priami & Hecubæ filia in Apollinis fano

teres? Libenter legerem, si MSS. libri, quos fortuna mihi hactenus invidit, juvarent, *regnaturum, & divitiis præterea cæteros præstaturum.*

g *Formosissimum*] Præferam Barthii conjecturam, *famosissimum*. quamquam aptius foret, si tam prope ad vulgatam scripturam accederet, *fortissimum* vel *bellicosissimum*. Ita enim apud Colluthum Pallas: Πείθω, ἢ πολίμους τε ἢ ἀνορίλιν τε διδάξω.

h *Omni artificio scium*] Non est necessaria Micylli correctio, *omnium artificiosissimum*. Ut *peritus juris & jure, consultus juris & jure*; ita *scius artificii & artificio* cur non æque bene dicatur? Noster supra cap. 14. *Idmon augurio prudens*. Hieronymus vita Hilarionis: *Loquendi arte gnarus*. Charis. Lib. I. *Scius artis*. Lactant. Lib. III. cap. 24. *Prudentes & scios mendacia defendenda suscipere*. Vetus interpres Siracidæ cap. XXI. 18. *Verbum sapiens quodcunque audierit scius, laudabit*. Gr. Cod. ὁσοφήμων. Quibus adde, quæ in sua Stradæ defensione congessit Cl. Borrichius pag. 303. Vindicat idem vocabulum Swertius Anal. Lib. II. c. 12. Isidori glossario, ubi legas: *Anconiscus, incastrare*. Scribit ergo, *Ancon, scius incastrare*. Sed legendum omnino cum Vulcanio: *Anconiscus, incastratura*. Rationem emendationis, quam ille non dedit, ego tibi reddam ex Deuteron. cap. XXVI. vers. 17. ubi vulgatus interpres, *In lateribus tabulæ duæ incastraturæ sient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur. Incastraturas* appellat, quas ei ὁ dixerunt ἀγχονίσκους. Non feliciores cæteræ ejus conjecturæ, quibus ibidem opem ferre intendit illis Glossis. *Anilia, amentia, fatuitas*. Legendum ait Gothicè accentu in ultimam syllabam robusto impacto, *anilitâ*. Imo, me judice, legendum *anilitas*. Qua voce utitur Catullus epithalamio Mallii; vel cum Heinsio *anilis nænia, fatuitas. Balastrum, Balneum*. Scribendum ait Germanicè, *Badastrum* vel *Badstratum*. Judicabam aliquando primam syllabam *ba*, ut ex sequenti voce natam, delendam esse, & scribendum, *labrum, balneum*. Nob. Heinsius conjectaverat, *Alabastrum balneum* vel *balani*, h. e. unguenti. Sed illuc, unde digressi eramus, redeamus. Eadem, quâ heic *scius*, τὸ *scitus* notione usurpat Ovidius Lib. V. Fast. 54. *Scita Thalia lyræ*. & IX. Met. 108. *Nessus adit membrisque valens scitusque vadorum*. Gloss. Cyrilli, Ἐπιδήμων, *gnarus, scitus, sciens*. Omnes artifices sub Palladis erant patrocinio. Unde Lib. III. Fastor. vers. 815. Naso: *Pallada nunc pueri teneræque ornate puellæ; Qui bene placarit Pallada, doctus erit*. Consule & Vivem ad Augustin. C. D. Lib. VII. cap. 3.

i *Æthrâ & Thisadie*] Vide quæ dicta superius ad cap. 79.

fano ludendo lassa obdormisse dicitur. Quam Apollo cum vellet comprimere, [a] corporis copiam non fecit. ob quam rem Apollo fecit, ut [b] cum vera vaticinaretur, fidem non haberet.

XCIV. *Anchisa.*

VENUS Anchisam [a] Assaraci filium amasse, & cum eo concubuisse dicitur, ex quo procreavit Æneam: eique præcepit, ne id apud homines enunciaret. Quod Anchises inter sodales [b] per vinum est elocutus: ob id à Jove fulmine est ictus. [c] Quidam dicunt eum sua morte obisse.

XCV. *Ulyxes.*

AGAMEMNON & Menelaus Atrei filii, cum ad Trojam oppugnandam conjuratos duces ducerent, in insulam Ithacam ad Ulyxem Laertis filium venerunt: cui erat responsum, si ad Trojam isset, post vicesimum annum, solum, sociis perditis, egentem domum redituru m. Itaque cum sciret ad se oratores venturos, insaniam simulans, [a] pileum sumpsit, & [b] equum cum bove junxit

Ad CAP. XCIII.

a *Corperis copiam non fecit*] Promisisse fabulantur, si vaticinandi artem concubitus pretium acciperet: quod autem dictis non manserit, ad hunc ei modum munus suum Apollinem reddidisse inutile. Vide Serv. ad Æn. II. 247. Tzetzen ad Lycophr. p. 64.

b *Cum vera* &c.] Propert. III. II. *Experta est veros irrita lingua Deos.*

Ad CAP. XCIV.

a *Assaraci filiam*] Atqui secundum alios Capyos est filius, nepos Assaraci. Vide Serv. ad Æn. IX. 643. Philargyrium ad Georg. III. 35.

b *Per vinum*] H. e. per ebrietatem. Arnob. Lib. V. *Per vinum deinde confitetur.* Catull. c. 51. *Reddens mutua per jocum atque vinum.*

c *Quidam eum*] Utrumque verum, & sua morte obiisse, & fulmine esse tactum. Serv. Æn. II. 648. *Cum inter æquales exultaret Anchises, gloriatus dicitur de concubitu Veneris: quod cum Jovi questa esset, emersit ut in Anchisen fulmina mitterentur: sed Venus cum fulmine posse vidisset interimi, miserata juvenem, in aliam partem detorsit. Anchises tamen afflatus igne cœlesti, semper debilis vixit.* Illi afflati igne cœlesti *tacti* dicebantur. Virg. Ecl. I. vers. 17. *De cœlo tactas memini prædicere quercus.* Vide ibi Servium. Festus Pauli: *Fanatica dicitur arbor fulmine tacta.* Ita habet Leid. Cod. non *icta*, ut editum hactenus. Confer Serv. ad Æn. I. 621.

Ad CAP. XCV.

a *Pileum sumsit*] Pingere eum etiam solebant pileatum. Serv. ad Æn. II. 44. *Hnic (Ulyxi) primus Nicomachus pictor pileo caput texisse fertur.* Talis etiam in familiis Romanis Fulvii Ursini exhibetur in vetusto gentis Mamiliæ numismate, ut Nob. Heinsius me monuit. Cur autem pileatus pingatur, anquirit Meursius Lacon. I. 17. Barthius adversar. Lib. VIII. cap. 6. Solerius de pileo Sect. X. Dalechampius ad Plin. Lib. XXXV. cap. 10. unde sua hausit Servius. Quâ forma is fuerit, docte, ut solet, docet ὁ πολυΐστωρ Vossius Vit. Sermon. pag. 125.

b *Equum cum bove junxit ad aratrum*] Et

xit ad aratrum. Quem Palamedes ut vidit, sensit simulare, atque Telemachum filium ejus, cunis sublatum, [c] aratro ei subjecit, & ait: Simulatione deposita, inter conjuratos veni. Tunc Ulyxes fidem dedit se venturum. ex eo Palamedi infestus fuit.

XCVI. *Achilles.*

THETIS [a] Nereis, cum sciret Achillem filium suum, quem ex Peleo habebat, si ad Trojam expugnandam isset, periturum, commendavit eum [b] in insulam Scyron ad Lycomedem regem. quem ille inter virgines filias habitu fœmineo servabat, nomine mutato. nam virgines Pyrrham nominarunt, quoniam capillis flavis fuit, & Græce rufum pyrrhon dicitur. Achivi autem cum resciissent ibi eum occultari, ad regem Lycomedem [c] oratores miserunt, qui rogarent, ut eum adjutorium Danais mitteret. Rex cum negaret apud se esse, potestatem eis fecit,

Et *Salem sevit*, auctore Servio ad Æn. II. 81. *Quum ille*, inquit, *junctis dissimilis naturæ animalibus, salem sereret, filium ei Palamedes opposuit.* Bochartus part. 1. Hieroz. Lib. II. cap. 13. vel lapsus est memoriâ, vel *cum asino* invenit in suo libro, cum ita scriberet: *Inde est, quod Ulysses, ut crederetur insanus, equum cum asino junxit ad aratrum. Ita narrant Hyg. fab.* 95. *Nicephorus Babylaces Hist.* 4. *Tzetzes in Lycophronem, & Mythologi fere quotquot sunt.* De Tzetze quod ait, ex parte verum est: ita enim ille pag. 115. Ζεύξας ὄνον & βοῦν, ἠρότειλε. Cum Hygino Plinius Lib. 35. cap. 11. *Ulixes simulata insania, bovem cum equo jungens* &c.

c *Aratro ei*] Scheffserus *aratro ejus* mallet. Doctissimus Perizonius propius & verius putat, *aratro ei.* Tzetzes ad Lycophron. pag. 69. Τηλέμαχον γὰρ τὸν υἱὸν τῷ Ὀδυσσεῖ τίθησιν ἐμφορεῖσθαι αὐτῷ ἀρότρων. Sed vulgatum æque rectum censeam. Servius: *Quo viso Ulyxes aratra suspendit.* Tzetzes pag. 130. Τίθεται πρὸ τῆ ἀρότρου.

Ad CAP. XCVI.

a *Nereis*] Alii tamen illam Thetin Chironis filiam faciunt. Vide Apollon. Schol. ad Lib. 1. 558. Dictys Lib. 1. *Achilles Pelei & Thetidis, quæ ex Chirone dicebatur nata.* Tzetzes Chiliad. VII. 98. Ἡ περὶ τῶν συγάθρων Χείρωνος φιλοσόφου. Staphylus apud Scholiasten Apollonii ad Lib. IV. 816. ubi originem fabulæ de Pelei & Thetidis conjugio aperit, ex Philomela natum Achillem memorat.

b *In insulam Scyro*] *Scyron* Scheffserus. Atque ita adducit quoque summus Gronovius Lib. III. Obs. cap. 23. non male. *Commendare* est παρατίθεσθαι. Schol. Hom. ad Iliad. 418. Ἣν αὐτὸν παρεθέμην εἰς τὸν Λυκομήδους παρθενῶνα εἰς τὴν Σκύρον. & ad vers. 144. Γ. παρατίθημι εἰς ἄφυδιαν τὴν Αἴθρη. Nec deterius foret, *in insula Scyro.* Lactant. ad IV. Theb. Stat. vers. 785. *Commendatus dicitur in Ida monte.* Servius ad Æn. II. 477. *Commendatus ibi à matre Thetide.* Noster cap. 117. *Quem demandaverat in Strophide Phocio.* Adde not. ad cap. 3.

c *Oratores*] Hi fuerunt Ulysses, Phœnix, & Nestor. Schol. Hom. ad Iliad. T. 332.

fecit, ut in regia quærerent. qui cum intelligere non possent, quis esset [d] eorum, Ulysses in regio vestibulo [e] munera fœminea posuit, in quibus clypeum & hastam, & subito [f] tubicinem jussit canere, armorumque crepitum & clamorem fieri jussit. Achilles hostem arbitrans adesse, vestem muliebrem dilaniavit, atque clypeum & hastam arripuit. Ex hoc est cognitus, suasque operas Argivis promisit, & milites Myrmidones.

XCVII. *Qui ad Trojam expugnatum ierunt, & quot naves.*

AGAMEMNON [a] Atrei & Æropes filius, [b] Mycenis navibus centum. Menelaus frater ejus, Mycenis navibus LX. Phœnix Amyntoris filius Argivus, navibus L. [c] Achilles Pelei & Thetidis filius, insula Scyro navibus LX. Automedon auriga Achillis, Scyro navibus X. Patroclus

d *Eorum*] *Earum.* Cl. Schefferus, quod inter virgines eum quærerent.

e *Munera fœminea*] Calathiscos puta sive quasillos cum instrumentis textoriis. Schol. Hom. Ὅπλα δὲ παλάμας ἔρριψαν σὺν τοῖς ἐκκριτοῖς ἐργαλείοις ἐμφορεῦσιν ἢ παρθενῶσιν. Tzetzes ad Lycophron. p. 54. Ἀτράκτους δὲ πλακάτας δὲ ὅσα τοιαῦτα γυναικῶν ἐργαλεῖα.

f *Tubicinem*] Scribendum, *tubicinem.* Virorum enim, non fœminarum est inflare tubas. Velut rem novam in Aglaide Megaclis filia id notat Ælianus Var. Hist. Lib. I. cap. 26. & Athenæus Lib. X. p. 415. Agyrten eum tubicinem appellat Stat. II. Achill. vers. 201. *Cum grande tuba (sic jussus) Agyrtes Insonuit.*

Ad CAP. XCVII.

a *Atrei & Æropes*] Ita & Euripides Orest. vers. 16. Servius ad Æn. I. 462. ATRIDAS. *Atrei filios, Agamemnonem & Menelaum. Sed hoc usurpatum est. Nam Plisthenis fuerunt.* Apollod. Lib. III. *Ex his quidem Plisthenes Aeropen uxorem duxit: ex qua filios Agamemnonem & Menelaum sustulit.* Plisthenis filios appellat quoque Dictys Lib. I. Dictos Atridas censet Mercerus ad tegendam obscuritatem paterni nominis. Altera causa sit, quod ab Atreo fuerint educati. Schol. Eurip. ad Orest. vers. 5. Ἀτρεὺς Κλεόλαν τὴν Δίαντος ἀγαγόμενος, ἔσχε Πλεισθένη τὸ σῶμα ἀδύνη. Ὃς Εὐρυάλῃ γήμας, ἔσχεν Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον, καὶ Ἀναξιβίαν. Νίοβος ἦ πλουτῶν ὁ Πλεισθένης, καταλείπει τῷ πατρὶ τοὺς παῖδας. Idem tradit Hom. Schol. ad Iliad. B. 249.

b *Mycenis*] H. e. Μυκηναῖος. Helleniſmum resipit. Marcus cap. XV. 43. Ἦλθεν Γωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας. Hesiod. Ἔργ. I. Μέσσῃ Πιερίηθεν. h. e. Πιερικῇ. Vide ibi Heinsium. Talia sunt, *Ex Ephyrâ Periander, ex Lacedæmone Chilon* apud Sidon. c. 2. apud Cyprianum, *Aurelius ab Utica, Junius à Neapoli, Cyprianus à Carthagine.* apud Hilarium pag. 408. *Alipius ab Achaia, Alexander de Thessalia*, & complura alia. Anthol. Lib. I. Ἄνδρες ἀφ' Ἀρκαδίης, *viri Arcades.*

c *Achilles* 60.] Homerus & Dictys ei tantum 50. tribuunt.

d *Pi-*

Unable to display this page

ejus navibus IX. [o] Tlepolemus Herculis & Astyoches filius, Mycenis navibus IX. Idomeneus [p] Deucalionis filius, à Creta navibus XL. Meriones Moli & Melphidis filius à Creta, navibus XL. Eumelus Admeti & Alcestis Peliæ filiæ filius, à [q] Perrhæbia navibus VIII. Philocteta Pœantis & Demonassæ filius, Melibœa navibus VII. [r] Peneleus Hippalci & Asteropes filius, Bœotia navibus XII. [s] Leitus [t] Lacreti & Cleobules filius, ex Bœotia navibus XII. [u] Chronius frater ejus, ex Bœotia navibus IX. Arcesilaus Lyci & Theobulæ filius, ex Bœotia navibus X. [x] Prothœnor frater, [y] ex Thespiâ navibus VIII. [z] Ialmenus Lyci & Pernidis filius, Argis navibus XXX. Ascalaphus frater ejus, Argis navibus XXX. Schedius Iphiti

ti

chaon. Quod convenit cum Hom. Catal. vers. 240. ubi Τρίκκην appellat urbem, quæ Τρίκη est Stephano, unde *Trica* Dicty & Dareti. *Tricce* Senecæ Troad. 821. *Tricca* Plin. IV. 8. Unde *Triccæi*. Avienus Ophiucho: *Triccæi sidus stat nominis, & cui pingui Thure Epidaureæ fumant altaria sedis.*

o *Tlepolemus Mycenis*] Ex Rhodo fuisse ait in Troicis Manasses. Ἐκ Κόπτης τῆ Γ' δωδεκάδος, Τληπόλεμος ἐκ Ῥόδου. scribe Τληπόλεμος. Idem vult Hom. Catal. vers. 161.

p *Deucalionis*] Hic Minois fuit filius, ut & Molus, qui proxime sequitur. Vide Dict. Lib. I. pag. 2.

q *Perrhebiâ*] Scrib. *Perrhæbiâ*, ut recte exaratum est cap. 173. Græc. Περραιβία. Cretensis Dictys: *Duas & viginti Gunens Perrhæbis.* Idem habes in Catal. Hom. vers. 255. Hyginus manifesto heic laborat defectu. Neque enim à Perrhæbiâ, sed Pheris veniebat Eumelus, teste Hom. Catal. vers. 208. Scribendum ergo ita: *Eumelus Admeti & Alcestis Peliæ filiæ filius Pheris navibus* II. *Gunens à Perrhæbis* 22.

r *Peneleus Hippalci*] *Hippalcus* dicitur quoque cap. 84. *Hippalcimus* cap. 14. *Hippalmus* Apollodoro & Apostolio. *Hippalcemus* Pind. Scholiastæ, ut ostendi ad caput 14. Sed *Hippalcimus* cum & à Diodoro appelletur, ut ad hunc locum observavit Cl. Schefferus, optimum id omnium censeo.

s *Pithus*] *Leitus* scribendum ex Homero, Diodoro, Apollodoro, & Dicty.

t *Lacreti*] Cl. Schefferus ex Hom. *Alectryonis*. Et sane ita patrem Leiti appellat Homer. Iliad. ρ. 602. ut & Diodorus Lib. IV. Mallem tamen ex Apollod. Lib. I. *Alectoris*, quod minus à vulgata scriptura discedat.

u *Chronius*] Scribe *Clonius*, ex Hom. Catal. vers. 2. & Diod. Lib. IV. apud quem hic non germanus Leiti, sed patruelis est frater, natus Helegenore Alectryonis ἀνεψιάδης. Corrupte quoque infra cap. 113. *Chlonius* audit.

x *Prothœnor*] Mallem ex Gr. Προθοήνωρ, *Protheënor*. Videri tamen potest synæresi fuisse usus; de qua dictum ad cap. 86. *Prothenor* est Dicty & Dareti. Sed hic non Lyci, sed *Archilyci* filius erat, si credimus Diodoro Lib. IV. pag. 270. quod bene observavit Schefferus.

y *Ex Hastipie*] Rectè ex *Thespiâ* Micyllus. Atque ita scribendum ex Hom. Cat. vers. 5.

z *Ialmenus Lyci & Pernidis*] Homero Catal. vers. 20. est Martis & Astyoches. Apollodoro Lib. I. vitiose hic *Almenus* dicitur. *Ialmenum* rectè appellat Lib. III. & Eustath. ad Dionys. p. 92. Atque ita etiam noster cap. 159. ubi Ialmenum & Ascalaphum Martis fuisse filios tradit.

a *Ar-*

ti & Hippolytes filius, [a] Argis navibus xxx. Epistrophus frater ejus [b] itidem navibus x. Elephenor, [c] Chalcodontis & Imenaretes filius, Argis navibus xxx. [d] Menœæ filius, Athenis navibus l. Agapenor [e] Ancæi & Iotis filius Arcadia navibus lx. Amphimachus Cteati filius, [f] Elea navibus x. [g] Eurychus Pallantis & Diomedæ filius, Argis navibus xv. [h] Amarunceus Onesimachi filius, Mycenis navibus xix. [i] Polyxenus, Agasthenis & Pelorides filius, Ætolia navibus xl. [k] Meges [l] Phylei & Eustyoches filius à Dulichio navibus lx. [m] Thoas Andræmonis & Gorgidis filius Tyto navibus xv. Podarces frater ejus [n] itidem navibus x. Prothous Tenthredonis filius, Magnesia navibus

a *Argis*] Rectè vidit Cl. Schefferus hoc esse vitiosum. Nam præter illos, quos ipse laudat, auctores, etiam Dictys eos Orchomenios facit. *Ascalaphus*, inquit, & *Ialmenus Orchomenii, naves triginta.*

b *Itidem*] *Indidem* Cl. Schefferus. Mihi peccatum in numeris videtur. Scripserim: *Argis navibus xx. Epistrophus frater ejus itidem navibus xx.* Vide Homerum.

c *Calchodontis*] Lege, *Chalcodontis.* Hom. Catal. 48. Χαλκωδοντίδης. Uxorem ejus non *Imenareten*, sed *Melanippen* vocat ad Lycophronem Tzetzes pag. 162.

d *Menœæ filius*] Scripserim *Mnesthei Petei filius* ex Hom. Catal. 59. Πετεῶο Μενεσθῆος. Apollod. Lib. III. Πετέω Μενεσθῆος. Ælian. Var. Hist. IV. 5. Μενεσθῆος ὁ Πετεῶο. In margine libri Salmas. adscriptum erat *Mnesthei Peteonis*. perperam. An mater ejus *Menœa* fuerit, dicere non habeo. Potuit omisisse matrem, ut de aliis, qui sequuntur, factum.

e *Ancæi & Iotis*] Ancæum patrem fuisse Agapenoris Homerus quoque & Apollodorus attestantur. De matre nihil legi.

f *Elea*] Id est, *Elide*, quæ & Ἠλεία dicta; nisi mavis Elida scribere, ut apud Dictyn Lib. I. & sexcenta alia apud alios, de quibus in dissertatione egimus.

g *Eurychus*] An scribendum *Enryalus?* sed ille Mecisteï est filius Apollod. Lib. III. & Hom. Catal.

h *Amarunceus*] Non hic recensetur inter duces, sed filius ejus Diores, à Dicty Lib. I. & Hom. Catal. 129. Amarunceus autem, ut Eustathius vult, non Onesimachi, sed Alectoris ex Diogeniâ erat filius.

i *Polysenes Astionis*] Merito probat Cl. Schefferus Micylli conjecturam, quæ & mihi venerat in mentem, *Polyxenus Agasthenis.* Ita enim Hom. Catal. 130. Sed naves ei tantum 10. adsignat.

k *Meges navibus* 60.] Hom. Catal. 137. quadraginta ei tribuit. An ergo transpositæ numerorum notæ, & pro LX. scribendum XL?

l *Phylei filius*] Rectè. Illum intellexit Hesychius. Φυλείδης, Φυλέως παῖς ὁ Μέγης.

m *Thoas*] Defectus est locus, ut viderunt jam Micyllus & Schefferus. Suppleo hunc in modum: *Thoas Andræmonis & Gorgidis filius ex Ætoliâ navibus* 40. *Protesilaus Iphiclî filius Itone navibus* 20. Sed illud *Gorgidis* suspectum mihi. puto scriptum fuisse *Gorgis* pro *Gorges.* Γόργη enim Oenei filia ejus mater fuit. Vide Tzetz. ad Lycophr. pag. 160.

n *Itidem navibus* 10.] Imo 20. Nam Protesilao occiso 40 naves secutas esse Podarcem canit Homerus. Stirpem ejus notavit Eustath. ad Iliad. B. pag. 256. Τούτου (Μάγνητος) Ἀλέκτωρ. ὃ Αἵμων. ὃ Τρίοχος. ὃ ἕξοντες Τενθρηδὼν ὁ τοῦ Πρόθου πατήρ.

o Ni-

vibus XL. Cycnus Ociti & Aurophites filius, Argis navibus XII. [o] Nireus Charopi & [p] Nymphæ filius, [q] Argis navibus XVI. Antiphus [r] Mneſyli & Chalciopes filius Theſſalus, navibus XX. [s] Polypœtes Pirithoi & Hippodamiæ filius, Argis navibus XX. [t] Leophites Chroni filius, à Sicyone navibus XIX. Calchas Theſtoris filius, Mycenis, augur. [u] Phocus Danai filius architectus. Eurybates & Talthybius [x] internuncii, Diaphorus judex. Neoptolemus Achillis & Deidamiæ filius ab inſula Scyro: hic idem [y] Pyrrhus eſt vocitatus

o *Nireus* XVI.] Homerus ei tantum 3. adſignat Catal. vers. 178.

p *Nymphæ*] Aglaies nempe, ut appellant eam Homer. & Diod. Lib. V. pag. 325.

q *Argis*] *Syma* Homerus. quam inſulam eſſe Caricam annotat Euſtathius pag. 240. Olim Metapontis & Ægle dicta fuit, ut idem tradit. An ergo pro *Argis* ſcribendum *Ægle?*

r *Mneſyli*] *Theſſali*, quod volebat Micyllus, probo. Convenit id cum Hom. Catal. vers. 186. Erat autem hic Theſſalus Herculis filius, ut ibidem docet Poëta. Recte ergo Dictys Antiphum nepotem Herculis facit. Ad ſummam: totus hic locus legendus, ut conjecit Micyllus: *Antiphus Theſſali & Chalciopes filius Niſyro navibus* 30. Confer Schol. Hom. ad Iliad. Ξ. 255. & Pind. ad Nem. IV. pag. 280. ed. Francof. Tzetzen in Lycophr. p. 147.

s *Polybœtes*] Recte *Polypœtes* Cl. Scheſerus. ita enim Dares, & Homerus Catal. 247. Diodorus Lib. IV. & noſter ipſe cap. 102.

u *Phocus Danai*] Liber Salmaſ. *Epeus.* Atque ita Virgil. Æn. II. 265. noſter cap. 108. Ariſtoteles in Admirandis, Juſtinus Lib. XX. cap. 2. Lucianus Hippiâ, aliique. Feſtus: *Epeus nomen cujuſdam fabri, qui equum durcum fecit. Panopei* eum facit filium Servius. *Epios* eſt Dicty Lib. II. pag. 67. vers. 131. quod idem eſt. Nam Ἔπειός eſt Hom. Iliad. Ψ. 665. ubi item, ut apud Servium, etiam Panopei audit filius. An ergo pro *Danai* reſcribendum *Panopei?* Ita putem, & firmat Pauſanias. Videtur ille eſſe, cujus meminit Ovid. VIII. Metam. 312. Audiamus Lycophronis interpretem pag. 15. Φώκη δ' Ἀστερίας Κρίσου δὲ Παναπεύς. Παναπέως δὲ ὁ Ἐπειὸς, ὁ τὸν δούρειον ἵππον κατασκευάσας. Confer quæ idem habet pag. 150. ed. Steph.

t *Leophites Chroni*] Micyllus Λυσίχως, *Leontens Coroni.* ita enim nominant Dictys, Apollodorus, & Hom. Catal. 252.

x *Internuncii*] Homer. Iliad. A. 320. Κήρυκες appellant Græci. Duos fuiſſe in Græcorum exercitu Eurybatas, Agamemnonis alterum, alterum Ulyſſis notavit Homeri Scholiaſtes ad Iliad. B. 183. & N. 658.

y *Pyrrhus eſt vocatus*] Vide Hephæſtion. apud Photium pag. 474. Hom. Schol. Iliad. T. 332. & caput præcedens. Gloſſ. Vett. *Birrus, ruſus,* Πυῤῥός. Iſidor. Orig. I. cap. 26. *Pro Pyrrho Birrhum dicimus.* Imo & *Burrum* dicebant. Gloſſ. *Burrum,* πυῤῥὸν, ξανθόν. Corruptum ergo illud, *Batis,* ξανθός. Leg. *burrus.* Servius ad Æn. II. 469. *Pyrrhus à colore comæ dictus, qui latine byrrus dicitur. Ita & Salluſtius Criſpus.* Adde Feſtum in voce *balæna* & *Burrum.* Hom. Iliad. A. 197. Ξανθὴς δὲ κόμας ἦλε Πηλείωνα. Schol. Καλὰς, πυῤῥᾶς. ἢ διὰ τοῦτο δέ φασιν αἰνίττεσθαι τὸ θερμὸν ἢ ὀργίλον τοῦ ἥρωος. εἰ γὰρ ξανθόχλοι τινές τοι. Puto legendum, ξανθόκομοι. Qui ἀκρίβειαν affectant, πυῤῥὸν eſſe *rutilum,* ξανθὸν *ruſſum* dicunt.

tus [z] à patre Pyrrha. Summa [a] naves CCXLV.

XCVIII. *Iphigenia.*

AGAMEMNON cum Menelao fratre [a] Asiæ delectis ducibus, Helenam uxorem Menelai, quam Alexander Paris avexerat, repetitum ad Trojam cum irent, in Aulide tempestas eos ira Dianæ retinebat, quod Agamemnon in venando cervam ejus violavit, [b] superbiusque in Dianam est locutus. Is cum aruspices convocasset, & [c] Calchas se respondisset aliter expiari non posse, nisi [d] Iphigeniam [e] filiam

z *A patre Pyrrha*] Hoc ergo responsum sibi habeat Tiberius apud Sueton. 71. quærens, *Quod Achilli nomen inter virgines fuisset.* Sed magnam de eo controversiam fuisse videre est ex Hephæst. Lib. 1. Sidon. *Inde Scyriadum datus parenti Falsæ nomina pertulisse Pyrrhæ.*

a *Naves 245.*] Hi numeri corrupti sunt. Liber Salmasii in margine, 1286. Scio Homer. Iliad. B. numerare CIↃ CLXXXVI. Sed cum præcedentes numeri variè corrupti sint, quis certi aliquid statuat? Euripides Orest. vers. 352. Χιλιόναυς στρατὸν, exercitum Græcorum appellat. Schol. Ἀπαριθμῶ ἐχρήσατο ἀριθμῷ. τοσαῦται γὰρ ἦσαν αἱ νῆες τῶν Ἑλλήνων χίλιαι ἑκατὸν ἑξήκοντα ἑπτά. Item Alcest. vers. 106. Χιλιόναυς Ἄρης. Ubi rursus Scholiastes: Ἀπαριθμῶ ἐχρήσατο ἀριθμῷ. Ἐτοῖ γὰρ αἱ νῆες χίλιαι ἑξ. Tzetzes in Lycophr. p. 43. ἦσαν γὰρ πᾶσαι αἱ νῆες τῶν Ἑλλήνων ἀριθ. Dares: *Adduxere naves* M CC II. Rotundo numero cum Euripide utuntur Corippus Lib. IV. *Tanta nec Inachides secuerunt robora plebes Armatas classes ratibus cum mille pararent.* Propertius II. el. 20. *Et Danaum Euboico littore mille rates.* Virg. Æn. II. 197. *Non anni domuere decem, non mille carinæ.* Senec. Troad. 709. *Hic puer, hic est terror, Ulysse, Mille carinis.* Adde eundem Agam. 40. 171. 430. Troad. 274. Epigrammatarius ille, quem Petronium Antigenidem quidam faciunt, Catal. Pith. Lib. II. *Nam Graji peterent Trojam cum mille carinis.* Orosius Lib. I. cap. 17. *Raptus Helenæ, conjuratio Græcorum, & concursus mille navium.* Unde non inepte στόλον eum χιλιοστόλον dixit in Troicis Manasses. Cæterum ut navium, ita & militum incertus est numerus. Qua de re videndus Scholiast. Hom. ad Iliad. B. 122. Pertinet huc illud Varronis II. R. R. cap. II. *Si, inquam, numerus non est ad amussim, ut cum dicimus mille naves iisse ad Trojam.*

Ad CAP. XCVIII.

a *Asiæ*] Micyllus, *aliisque.* Schefferus, *& aliis.* Quam mox *cervam* Hyginus, *capream* vocat Dictys Lib. I.

b *Superbius in Dianam locutus est*] Id cujusmodi fuerit, discere potes ex Schol. Eurip. ad Orest. vers. 659. Gloriatus est, cum sacram illam cervam fixisset, ne Dianam quidem tam certa vulnera ulli feræ dedisse.

c *Calchas se respondisset*] Cl. Schefferus, *circumspondisset.* Recte quidem, si quid esset mutandum. Videri tamen potest illud *se* heic pro *eum* positum, ut cap. 60. *Rursum deorsum post se revolvitur saxum.* Vide quæ ibi annoto. Hephæstion apud Photium pag. 483. Αὐδῆται τὸ δεινὸν εἰ δύσεις τῶν ὀνομάτων ἐκ Ἰφιγένειαν Ἀγαμέμνονος Ποσειδῶνι.

d *Iphigeniam*] Eadem est, quæ Iphianassa. Vide Triclin. ad vers. 157. Electræ Sophoclis, & Schol. Euripidis ad Orest. vers. 659. Veterum nonnulli eam Iphigeniam non Agamemnonis filiam, sed ex Theseo & Helenâ natam voluerunt. Vid. Tzetz. ad Lycophr. pag. 40. & Anton. Liberal. cap. 27. *Iphis* est Etymologicographo in Ἴφις. Etiam sororem ejus Electram dictam

priu

[e] filiam Agamemnonis immolasset: re audita Agamemnon recusare cœpit. tunc Ulysses eum consiliis ad rem pulchram transtulit. [f] Idem Ulysses cum Diomede ad Iphigeniam missus est adducendam. Qui cum ad Clytemnestram matrem ejus venissent, ementitur Ulysses eam Achilli in conjugium dari. Quam cum in Aulidem adduxisset, & parens eam immolare vellet, Diana [g] virginem miserata est, & caliginem eis objecit, [h] cervamque pro ea supposuit: Iphigeniamque [i] per nubes in terram Tauricam detulit, ibique templi sui sacerdotem fecit.

XCIX. *Auge.*

[a] AUGE Alei filia ab Hercule compressa, cum partus adesset,

prius Laodicen auctor Xanthus est apud Ælian. Var. Hist. IV. cap. 26. Sed Hom. Schol. Electram aliam à Laodice facit, cum quatuor Agamemnoni filias tribuat ad Il. A. 7. Laodicen, Chrysosthemin, Iphigeniam & Electram.

e *Filiam Agamemnonis*] Illud *Agamemnonis* existimo à glossatore aliquo esse. Si retineri velis, *immolassent* esset legendum, pro *immolasset*. vel in præced. cum Barthio corrigendum *expiare*. Quod tamen placere non potuit viro docto, quod non sacrificulus, sed vates esset Calchas. At nec saga est sacerdos; & tamen expiationem facit. Vide Martial. Lib. VII. 54. Dictys Lib. I. mulierem quandam Deo plenam hanc Dianæ iram fatam narrat, *nec leniri prius quam auctor tanti sceleris filiam natu maximam vicariam victimam immolavisset.*

f *Idem Ulysses*] Cl. Schefferus, *ideo Ulysses*. Dictys Lib. I. nullo consilii participe profectum eum Mycenas narrat.

g *Virginem miserata*] Bochartus Hieroz. 2. pag. 541. adducit ex Hygino: *Virginis miserata est*. Si ita in vetere libro invenit, notanda est illa locutio. Hieron. Epitaph. Paulæ: *Miserabatur omnium*. Prudent. Psym. vers. 580. *Miserari inopum*. Vetus interpres Eccles. Sirac. cap. V. 6. *Multitudinis peccatorum meorum miserabitur*. Justin. XLIII. 4. *Miserata formæ ejus*. Quod vereor ut merito tentent docti homines. Contra Minucius Felix Octavio: *Miserentur miseri, si fas est. sacerdotum honores*. Sed ibi *miserantur* forte scribendum. Idem tamen pag. 32. *Miserantes eorum crudelius sævichamus*. Servius ad Æn. VIII. 68. *Hercules miseratus Daphnidis*.

h *Cervam*] Ita Tragici. Liberalis autem cap. 27. μόσχον appellat. Tzetzes in Lycophronem. Η' δὲ Ἄρτεμις αὐτὴν ἐλεήσασα κατὰ Φαιδίμιον τὸν ἰσχυρὸν εἰς ἄρκτον μετέβαλε, κατὰ δὲ Νίκανδρον εἰς ταῦρον, κατ' ἄτρυς εἰς γαῦν, καὶ ἄλλως εἰς ἔλαφον. Ferme eadem habet Eymolog. magnum in Ταυροπόλον. Propert. Lib. III. 20. *Nec solvit Danaas subdita cerva rates*.

i *Per nubes in terram Tauricam*] Ad historicam magis fidem facit, quod scribit Dictys Lib. I. *Regi Scytharum, qui eo tempore aderat, commendatam*. vel quod Tzetzes tradit: Η' δὲ Ἰφιγένεια σωθεῖσα φθάνει εἰς Σκυθίαν, ἔνθα ποιεῖ Ἀρτέμιδι γάμους. Adde Eustath. ad Dionys. p. 44. Ad non dissimilem modum Helena immolanda evasit necem. Qua de re videndus Meursius in Laconicis. Tzetzes ad Lycophron. pag. 40. ed. Steph. Καὶ γὰρ ἡ Γυλίας Λυκίρρης Ῥωμαίαν αὐτὸς ἔτως ἴσωσι. &c.

Ad CAP. XCIX.

a *Auge Alei filia*] Ita & Apollod. Lib. II. Sed Jornandes Get. cap. 9. Pria-

adesset, in monte Parthenio peperit, & ibi eum exposuit. Eodem tempore [b] Atalante, Iasii filia, filium exposuit ex Meleagro natum. Herculis autem filium cerva nutriebat. [c] hos pastores inventos sustulerunt, atque nutrierunt, quibus nomina imposuerunt, Herculis filio Telephum, quoniam cerva nutrierat; Atalantes autem Parthenopæum, [d] quoniam virgine simulante in monte Parthenio eum exposuerat. Ipsa autem Auge patrem suum ti-

Priami eam facit sororem. Falso. Vide Not. ad cap. 101. Tzetzes in Lycophr. p. 43. Τήλεφος παῖς ἦν Ἡρακλέους & Αὐγης τῆς Ἀλέως θυγατρὸς Τεγέατις & Νικίππης &c. Vero similius est, quod Geticarum rerum scriptores tradunt, Sagilli Getarum regis fuisse filiam, & Herculi nuptam. Vid. Sheringham. de Orig. Anglor. p. 138.

b *Atalante, Iasii filia*] Hinc *Iasis* à Propert. appellatur Lib. 1. eleg. 1. De matre Parthenopæi Schol. Eurip. ad Phœniss. vers. 152. Αὕτη ἐστὶν Ἰάσου μὲν παῖς, Μελανίωνος δὲ γυνή. Εἰσὶ δέ τινες καὶ ἄλλοι Σχοινέως θυγατέρα, Ἱππομέδουσαν γυνὴ, βοστρυχώδη. Sane patrem Parthenopæi Milanionem facit etiam Servius Æn. vi. 480. *Hic Atalanta*, inquit, *& Martis sive Milanionis filius Rex Arcadiæ fuit.* Apollodor. Lib. 1. Ἐγένοντο δὲ ἐκ Μελανίωνος, ἣν οἱ μὲν ἄλλοι λέγουσιν, Ἀρτέμωνος, Παρθενοπαῖον. Atalantam illam, cujus amore captus fuit Meleager, noster, nec sine auctore, Schœnei facit filiam, ut demonstramus ad cap. 173. Sed quo auctore cum heic, tum cap. 270. ex Meleagro natum tradat Parthenopæum, ignoro. Amplexus est tamen Hygini sententiam Lutatius ille, sive Lactantius est, ad Stat. Theb. 1. vers. 45. Confer not. ad cap. 185. & 270. Miratus sum non semel, quæ idem interpres annotavit ad Theb. Lib. vi. vers. 563. *Atalantæ confundit historiam. Hanc Atalantam Hippomenis uxorem diximus filiam Siconei* (leg. *Schœnei*) *fuisse. Illam autem, qui* (leg. *quæ*) *cum procis cursu contendit, Oenomai filiam, uxorem Pelopis.* Confundit Atalantam & Hippodamiam.

c *Hos*] Barthius ad Stat. Tom. 11. 989. *ambos* ex membranis Gruteri. Sed vulgatum æque rectum est.

d *Quoniam virgine simulante*] In membranis Gruteri, ut credere nos vult Barthius ad Stat. Tom. 11. 989. visebatur: *Quoniam virgine simulanter mater ignara* &c. Unde ipse exsculpsit: *Quoniam virginem simulantem mater ignota.* hoc est, ipso interprete, *ore pulcherrimo, & virgini, quam puero similiorem.* Probo phrasin; & quam ejus dat explicationem. Ovid. vi. Met. 26. *Pallas anum simulat.* Isidor. Orig. xvi. 4. *Aëris simulans qualitatem.* Statii Scholiastes ad 111. Theb. 283. *Ea pulchritudine præditus fuisse dicitur, ut fœminam mentiretur.* Martial. 111. 43. *Mentiris juvenem.* Willebrandus Itinerar. *Diversas certinas illic mentiuntur.* Apul. xi. Milesi. *Incessu fœminam mentiebatur.* Claud. epigr. 44. *Mentitur gemma volatum.* Non dissimile est illud *simulare figuram plaustri* Astron. 11. 2. Adscribam ejus locum, ut in transcursu corrigam. *Initio qui sidera perviderunt, & numerum stellarum in unaquaque specie corporis constituerunt, quod non arctum, sed plaustrum nominaverunt, ex septem stellis duæ, quæ pariles & maxime in uno loco viderentur, pro bobus haberentur, reliquæ vero quinque figuram plaustri simularent.* Illud *quod* non suo loco positum est. Scribe meo periculo: *Constituerunt non arctum, sed plaustrum nominaverunt, quod ex septem* &c. Nec satis sanum videri possit, quod ejusdem Lib. cap. 1. legitur: *Jupiter simulatus effigiem Dianæ.* An corrigendum? *Simulans effigiem Dianæ.* putarem equidem, nisi *assimulare* pro *simulare* hunc scriptorem usurpasse observassem. tanquam cap. 8. *Iubet Venerem aquilæ simulatam se sequi.* Cap. 28. *Dianam cato simulatam. Simulatus* ergo *effigiem Dianæ* dicitur Jupiter, ut *formam assimulata*

timens, profugit [e] in Mœsiam, ad regem Teuthrantem: qui cum esset orbus liberis, hanc [f] pro filia habuit.

C. *Teuthras.*

TEUTHRANTEM regem in Mœsia Idas Apharei filius regno privare voluit. Quo cum Telephus, Herculis filius, ex responso quærens matrem, cum comite Parthenopæo venisset, huic Teuthras regnum & [a] filiam Augen in conjugium [b] daturum promisit, si se [c] ab hoste [d] tutasset. Telephus conditionem regis non prætermisit: cum

lata Camerti Virg. Æn. XII. 224. Juturna. Adde quæ de verbis *simulare* & *dissimulare* ad Stat. observavit summus Gronovius Lib. I. cap. 6. Cæterum *tò ignara* non debebat mutari. *Ignarus* est ignotus præter alios etiam Hygino ipsi cap. 273. Tacitus XII. Ann. 45. *Nihil tam ignarum barbaris.* Dictys Lib. II. *Avidus ignara cognoscendi.* Vide ibi Mercerum. Cl. Schefferus conjicit, *quoniam virginem simulans se.* Forsan non malè; quanquam qui ex istiusmodi virginibus nati erant παρθένιοι proprie vel παρθενίαι vocitabantur. Commendant tamen ejus conjecturam Sophoclis verba Oedip. Colon. vers. 1316. Ἔκλῃον δ' Παρθενοπαῖον Ἄρεως ὄρνυ Ἐπίουρον τ' ἀρήϊον ἀδμήτης χθονός. Idem vult Lactantius ad Stat. IV. Theb. 309. *Atalant Iasi filia fugiens concubitus, in venando Dianæ comes facta est: sed à Melcagro hoc adsinuante compressa puerum edidit, cujus conceptum, quia diu sub virginitate celaverat, Parthenopæum vocavit.* Subscribo ergo conjecturæ viri Clarissimi.

e *In Mœsiam*] Atqui *Mysorum* fuit Dynastes Teuthras, teste Apollod. Lib. III. Senec. Troad. 216. Diod. Lib. IV. Tzetze ad Lycophr. pag. 43. Pausan. Lib. X. Hom. Schol. ad Od. A. 520. Pind. ad Isthm. od. V. Unde *Dux Mysus* audit apud Ovid. Lib. II. epist. de Ponto 2. vers. 26. *Mysus juvenis* apud Propert. Lib. II. el. 1. Jornandes tamen cap. 9. cum Hygino: *Hujus (Telephi) regnum Mœsiam appellavere majores.* Et Servius Ecl. VI. 72. *A Gryno Eurypili filio, qui regnavit in Mœsiâ.* Scilicet *Mysiæ* & *Mœsiæ* vocabulum confudisse posterioris ætatis scriptores, ut notatum jam superius ad cap. 14. Confer cap. 100. 106. 121. *Mysiam* tamen rectè infimæ ætatis scriptor Dares appellat. Et Schol. Horat. ad Epod. ult. *Telephus Rex Mysorum.* Capella Lib. VI. *Supra Troadem in mediterranea Teutrania est, quæ regio Mysorum fuit.*

f *Pro filia habuit*] In conjugium adsumptum à Teuthrante scribit Apollodor. Lib. II. pag. 115. & Tzetzes in Lycophr. pag. 43. ed. Steph.

Ad CAP. C.

a *Filiam Augen*] *Argiopen* nominat Diodor. Lib. IV. pag. 239.

b *Daturum promisit*] Curt. Lib. VIII. *Constituit daturum.* Terent. Eun. I. 2. *Venturum ad me constituit.* Justin. Lib. XXXI. cap. 4. *Auxilia missurum pollicetur.*

c *Ab hoste*] Contra hostem. Ovid. IX. Met. 385. *A pecoris morsu frondes defendite nostras.*

d *Tutasset*] *An tutatus esset?* ut voluit Micyllus. cap. 219. *Si se ab hoste tutatus esset.* Sed ut alia non pauca, ita & hoc inter insolentia Hygini reponam. Fulgentius *Tutulo. Dici ait pallium, quo sacerdotes caput tutabant.* Pomponius patruo: *Non erat quod corpus famulâ tutaret togâ.* Ἀρχαΐζοντα id genus non pauca enumerat Popma in de usu antiquæ Locut. cap. XI. quibus *furo* addere licet. Fulgent. II. 6. Mythol. *Cacus enim Herculis boves furasse dicitur.* Ita Commelinus edidit; Henricus autem Petri,

cum Parthenopæo Idam uno prælio superavit: cui rex [e] pollicitam fidem præstitit, regnumque & Augen [f] matrem inscientem in conjugium dedit. Quæ quum mortalem neminem vellet suum corpus violare, Telephum interficere voluit, inscia filium suum. Itaque cum in thalamum veniissent, Auge ensem sumpsit, ut Telephum interficeret. Tum deorum voluntate dicitur draco immani magnitudine inter eos exisse: quo viso, Auge ensem projecit, & Telepho inceptum patefecit. Telephus re audita, [g] inscius matrem interficere voluit: illa Herculem violatorem suum imploravit, & ex eo Telephus matrem agnovit, & in patriam suam reduxit.

CI. *Telephus.*

TELEPHUS Herculis & Auges filius, ab Achille in pugna [a] Chironis hasta percussus dicitur. Ex quo vulnere

Petri, *furatus esse*. Sed prius magis duco Fulgentianum, & agnoscit codex Leidensis. Gloss. Græcol. Κλέπτω, *furo, involo*. Gennadius Catalog. *Partem à quibusdam furatam perdidit*. Ita *furtire* usurpat Hieronymus Epist. Lib. III. de muliere septies icta. *Jam igitur & tertium ictum fruſtraverat sacramentum trinitatis*. *Medito* Isidor. Chron. Goth. *Fertur fugam meditasse*. Eginhartus vitâ Caroli: *Licet eum promisso frustrasset auxilio*. Isidor. de Prælatis, *Frustrare jura*. *Horto* & *exhorto* apud Leonem & Ælnothum. *Prælio* apud Festum Pauli: *Arma proprie dicuntur ab armis, id est, humeris dependentia, ut scutum, gladius, sica, & ea, quibus prope prœliatur*. Sed ibi malim *prœliamur*. quemadmodum in membranis bibliothecæ Leid. repperi. Usus ille importunus desitarum vocum arguit deterius seculum.

e *Pollicitam fidem*] Gloss. MSS. in I. Georg. Virg. *Propter pollicitam Hesionam*. Lactant. Argum. Metam. Ovid. Lib. I. 9. *Quam cum neque pollicitis, neque precibus adire potuisset*. Noster infra cap. 219. *Ab rege pollicita petit*. Ovid. II. Amor. El. XV. *Incipe pollicitis addere facta tuis*. Præterita deponentium, ut loquuntur, passivè sæpenumero usurpantur. Phædr. Lib. III. cap. 14. *pactam fidem* vocat. Certum interim *polliceo* antiquos dixisse. Varro apud Non. *Ne daret, ne polliceres, quod datum est*.

f *Matrem inscientem*] Hoc mallem, *matrem inscius eam*, ut subaudiatur *esse*. Cap. 86. *Quem Atreus imprudens filium suum occidit*. Nisi verius forte putas, *inscienti ei in* &c.

g *Inscius matrem interficere voluit*] Nihil hoc mutem cap. 112. *Voluitque inscia sorori Iphigeniæ oculos eruere*. 184. *Inscia ut filium suum interficeret*. Astron. II. 4. *Inscius vidit matrem in ursæ speciem conversam*. Et cap. 17. *Se in mare inscii projecerunt*. Phædr. Lib. IV. cap. 8. *Quum decidisset vulpis in puteum inscia*. Ovid. Trist. *Inscius Actæon vidit sine veste Dianam*.

Ad CAP. CI.

a *Chironis hasta*] Apollodorus Lib. III. donatum eâ hastâ Pelea refert patrem Achillis. Καὶ δίδωσι, inquit, Πηλεῖ Χείρων δόρυ μέλιον. Unde *Pelias hasta* & Πήλειον δόρυ dicitur poëtis. Ovid. Rem. Am. *Vulneris auxilium Pelias hasta tulit*. Ælian. Anim. I. cap. 5. Τὴν πηλείδην βολὴν φασὶ δίδοσθαι.

nere cum indies tetro cruciatu angeretur, petit sortem ab Apolline, quod esset remedium: responsum est, ei neminem mederi posse, [b] nisi eandem hastam, qua vulneratus erat. Hoc Telephus ubi audivit, ad regem Agamemnonem venit, & monitu Clytemnestræ Orestem infantem de cunabulis rapuit: minitans se eum occisurum, nisi sibi Achivi mederentur. Achivis autem quod responsum erat, sine Telephi ductu Trojam capi non nosse, facile cum eo in gratiam redierunt, & ab Achille petierunt, ut eum sanaret. Quibus Achilles respondit, se [c] artem medicam [d] non nosse. Tunc Ulysses ait: Non te dicit Apollo, sed autorem vulneris hastam nominat: quam cum rasissent, [e] remediatus est. A quo cum peterent, ut secum ad Trojam expugnandam iret, non impe-

Leg. Πηλειάδι. *Scyria hasta* fuit, quam accepit à legatis Græcorum in Scyro, de qua Vet. Epigram. Catal. Pith. Lib. 11. *Occurrens Danais forti dum pugnat Achilli, Syria pugnanti percutit asta femur.* Leg. *Scyria hasta.* Vide Schol. Hom. ad Iliad. II. 140. Ovid. 1. Art. A. 684. *Scyrias Hæmonio junctas puellas viro.*

b *Nisi eandem hastam*] Oraculi responsum fuit: Ὃ' πρώτος ἕ ἰάσῃ. Vide Apostol. Cent. XIII. 36. Eustath. ad Iliad. Hom. pag. 35. Isacium ad Lycophr. p. 44. Victor. variarum lect. Lib. v. cap. 12. Epigram. modo laudato: *Pro cujus cura consultus dixit Apollo, Hostica quod salubrem cuspis haberet opem.* Nisi in modulo syllabæ peccavit versificator, scribendum *celebrem* vel *celerem.* Seductus forte hoc Buchananus mediam in *saluber* & ipse corripuit Psalm. 99.

c *Artem medicam*] Cap. 136. *Artem medicam primus invenisse dicitur.* Sed cap. 274. *Ars medicina.* ut apud Dictyn Lib. 1. *Ob solertiam artis medicinæ.* Ita Mercerus correxit, cum antea legeretur, *artis medicæ.* quod vulgatius est. Auctor originis gentis Romanæ: *Circa peritiam artis medicæ præcipuus fuisse traditur.*

d *Non nosse*] Ita edidit & Micyllus. *Non posse artem medicam*, quod Clar. Schefferus præfert, probare non possum. Solin. cap. 65. *Saltu sic potest.* Cap. 16. *Prima mari potuit navibus.* Pseudo-Musa Præfat. *Hæc tantum potest effectu.* Sic *valere* & *pollere aliqua re*, non *aliquam rem*, dicitur Latine. Noster infr. cap. 194. *Potens arte citharæ. Possum hanc artem*, quod pag. 557. Observat. Linguæ Latinæ pueris inculcat Goelenius, unde hauserit nescio.

e *Remediatus est*] Nimium hæc abrupta sunt. Quis remediatus est? Achilles an Telephus? Telephus, opinor, cum sequentia considero. Deponens, ut Technici loquuntur, *remedior* agnoscit Priscianus Lib. VIII. *Medeor*, inquit, *mederis*, *remedior*, *remediaris*, teste *Capro.* Hier. Lib. 1. epist. 38. edit. Canis. *Quod sæpe medici remediantur.* Apulej. Junior cap. 2. *Potui si datur cum vino, mirè remediatur.* Festus in *Pæana: Quod remedians morbis finem faceret gravitatis.* Activo *remedio* usus est Antonius Musa Præf. de Herba Vetonica: *Ut etiam septem & quadraginta morbos remediet.* Sextus Platon. in de Medic. Animal. Part. 1. cap. 5. *Sanguis capræ potus remediat.* Sed illi ambo, si quid judico, supposititii sunt scriptores; vel certe ex Græcis scripta eorum translata, ut suspicatur Nob. Heinsius. Scribonium Largum, qui sæpenumero eâ formâ istud verbi usurpat, Tiberiani ævi esse scriptorem non

petrarunt, quod is [f] Laodicen Priami filiam uxorem haberet. sed ob beneficium, quod eum sanarunt, [g] eos deduxit: locos autem & itinera demonstravit; inde in Mœsiam est profectus.

CII. *Philoctetes.*

PHILOCTETES Pœantis & Demonassæ filius, cum [a] in insula Lemno esset, coluber ejus pedem percussit, quem serpentem Juno miserat, irata ei ob id, quia solus præter cæteros ausus fuit Herculis pyram construere, cum humanum corpus est [b] exustum, & ad immor-

non facile probaveris. Interim consule Lexicon Scribonianum, in quo cum Hygino loquutum & Tertullianum aliquando ostendit Doctiss. Rhodius. Confer & Vossium in de Vitiis Sermon. & Borrichii in eum observationes, pag. 221. Addo ejus observatis locum ex libro de Resurr. Carnis cap. 20. *Secundum comparationem vitiorum animalium à domino remediatorum.* Et ad Scapulam cap. 4. *Aut à Dæmoniis, aut valetudinibus remediati sunt.* Sed quomodo sanatus est? pulvere raso ex hastâ Achilleâ. Sammonicus: *Utque Lariſſæa curatus Telephus hastâ.* Lege, *ut Lariſſeâ* cum Nob. Heins. ad Claud. epist. ad Hadrianum. Epigramm. modo laudato: *Mox precibus flexi Pelidæ robore sacro Injecto membris pulvere plaga fuit.* Confer Plin. Lib. xxv. cap. 5. & Lib. xxxiv. cap. 15.

f *Laodicen*] Schol. Homer. ad Odyss. Λ. 520. & Dictys Lib. 1. ubi hanc historiam invenies, *Astyochen* appellant ejus uxorem, Priamique faciunt filiam. At Servius ad Ecl. vi. 72. *Eurypylus namque filius Telephi, Herculis & Auges filii, ex Astioche Laomedontis filiâ fuit.*

g *Eos deduxit*] Cl. Schefferus, *eo non deduxit.* Deduxisse tamen volunt Dictys aliique, inter quos & Eustathius loco modo adducto: Τὸν δὲ δύναμιν μεθὸν ὑγείας τιὼ εἰς Τροίαν ἐδηλῶσαν. Tzetzes in Lycophr. p. 44. Δεικνύει τὸν Ἕλληνα τὸν ὅτι Τροίαν πλεῖν. Vide & Victor. Lib. v. Var. Lect. cap. 12. Τὸ *autem* heic esse ἐξηγηματικὸν, non adversativum, existimo. Continuat enim sæpe orationem, nec tam significat *sed* quam *&*. Sic cap. 139. *Hi autem lares appellantur.* Cap. 154. *Heliades nominantur, sunt autem* &c. Pro *enim* usurpat Phædrus Lib. IX. cap. 21.

Ad CAP. CII.

a *In insula Lemno*] Contigisse hoc narrat Dictys Lib. 11. in sacrificio Palamedis, quod Apollini Sminthio faciebat ille. Aliter quoque hæc narrat Servius ad Æn. 111. 402. Cum Hygino in hac narratione convenit Scholiastæ Homeri ad Catal. vers. 228. Sed Hygino secum non bene convenire videtur. Si in Lemno ictus fuit à serpente, sequi debebat relictum illum ibi esse, non expositum. Sed remissum postea dicas, & dein ibi expositum. Tzetzes tamen ad Lycophr. p. 147. cum Dicty in urbe Chryse contigisse id narrat. Corrupta ergo illa ejusdem pag. 148. Τὸν δηχθέντα ἐν Χρύσῃ ἐν Λήμνῳ. Leg. Χρύσῃ ἢ Λήμνῳ.

b *Exustum*] Ita etiam Micyllus edidit. Sed in erratis correxit Commelinus *exustum*, quomodo excudendum curavi. Restituenda eadem vox Quintil. decl. XVIII. *Super vulnera nuici, super exutos artus metuendus assistit.* Leg. *exustos.* Infr. Decl. XIX. *Lacerati exustisque illis sanctioribus chartoribusque visceribus* &c. Cæterum ipse apud Senecam sic loquitur Hercules: *Quicquid in nobis tui Mortale fuerat, injectus ignis tulit.* Ovid. IX. Met. 263. *Inter-*

mortalitatem traditum. [c] Ob id beneficium Hercules suas sagittas divinas ei donavit. Sed cum Achivi ex vulnere tetrum odorem ferre non possent, jussu Agamemnonis regis, [d] in Lemno expositus est cum sagittis divinis. quem expositum pastor regis Actoris, nomine Phimachus, Dolophionis filius, nutrivit. Quibus postea responsum est, [e] sine Herculis sagittis Trojam capi non posse. Tunc Agamemnon Ulyssem & Diomedem exploratores ad eum misit. [f] Cui persuaserunt, ut in gratiam rediret, & ad expugnandam Trojam auxilio esset, eumque secum sustulerunt.

CIII. *Protesilaus.*

ACHIVIS fuit responsum, qui primus litora Trojanorum attigisset, periturum. Cum Achivi classes applicuissent, cæteris cunctantibus, Iolaus [a] Iphicli & [b] Dio-

terea quicquid fuerat populabile flammæ, Mulciber abstulerat. Non minus eleganter Cyprianus de Idolis: *Hercules ut hominem exuat, Oetæis ignibus concremabatur.* Plinius Lib. xxxv. cap. xi. *Herculem ab Oetâ monte Doridos exuta mortalitate consensu Deorum in cœlum euntem.* in MS. haberi *exusta*, notavit Dalechampius. Lactant. Argum. Herculis Oetæi Senecæ: *Consumpto, quod in eo mortale fuerat, in cœlum translatus est.* Sed forte rectius cum Nob. Heinsio legas: *Cum humanum corpus est exutus, & ad immortalitatem traditur.*

c *Ob id beneficium*] Quia Herculis rogum in Oeta succendit. Schol. Hom. ad Catal. vers. 231. Vide quæ jam dicta sunt ad cap. 36.

d *In Lemno expositus est*] Relictum in Lemno narrat Hom. Scholiastes, quod Vulcani sacerdotes à serpentibus percussos sanare scirent præter cæteros. Alii à Machaone sanatum volunt, ut videre est apud Tzetzen in Lycophr. p. 147.

e *Sine Herculis sagittis*] Vide præter Scholiast. Hom. Servium ad Æn. III. 402. & Schol. Pind. ad Pyth. od. I. ubi &, quomodo sanatus sit, narrat. Tzetzes in Lycophr. Ἔστι δὲ ἡ Λαίτρινα πόλις Ἡλιδος, ἴσχυσε δὲ ἐν ταύτῃ τὰ Φ Πίλοπος ὀστᾶ, ἃ ἐδήλωε ὁ χρησμὸς ὑπικομίσαι. Καὶ τὰ Ἡρακλέους τόξα, ἅπερ Φιλοκτήτης εἶχε, εἰς τὴν Ἑλλάδα. Καὶ Νεοπτόλεμον τὸν Ἀχιλλέως υἱόν. εἰ μὴ γὰρ ἦτο γόης, οὐκ ἂν παρεῖχε τὸ Ἴλιον. Confer quæ idem tradit p. 147. ed. Steph.

f *Cui persuaserunt*] *Qui* legit Nob. Heinsius.

Ad CAP. CIII.

a *Iphicli*] Herculis frater à plerisque quidem Ἰφικλῆς, sed ab Apollodoro Ἰφικλῆς modo, modo Ἴφικλος appellatur; & forte etiam ab aliis, ut Πάτροκλος & Πατροκλῆς, Νέοκλος & Νεοκλῆς, utraque terminatione agnoscit Eustathius. Certe Ἴφικλος dicitur quoque Diodoro Lib. IV. & Euripidis Scholiastæ, nec non Tzetzæ ad Hesiod. Asp. 327. Τῷ Ἀλκείᾳ Ἡρακλῆς ᾧ Ἰφικλος. Ἰφίκλη δὲ Ἴολκος. Male *Iphitus* ediderunt apud Serv. VIII. 803. Videri possunt Latini ab Ἴφικλος formasse *Iphiclus*, nisi malis ex Æolico Ἰφικλέης primo *Iphicles*, deinde *Iphiclus* dictum. quemadmodum *Tyndareus* & *Tyndarus*, *Herculens*, & in Glossis ac Notis Tyronis *Herculus* invenitur. Sic *Andreclus* est

Gel-

[b] Diomedeæ filius primus è navi prosilivit, qui ab Hectore confestim est interfectus: quem cuncti [c] appellarunt Protesilaum, quoniam primus ex omnibus perierat. Quod uxor Laodamia Acasti filia cum audisset eum perisse, flens petit à diis, ut sibi cum eo [d] tres horas colloqui liceret: quo impetrato, à Mercurio [e] reductus, tres horas cum eo colloquuta est. [f] Quod iterum cum obisset Protesilaus, dolorem pati non potuit Laodamia.

CIV. *Laodamia.*

LAODAMIA Acasti filia, amisso conjuge, cum tres horas consumpsisset, quas à diis petierat, fletum & dolorem pati non potuit. Itaque [a] fecit simulacrum [b] æreum simile Protesilai conjugis, & in thalamis posuit, sub simulatione sacrorum, & cum colere cœpit. Quod cum

Gellio Lib. v. cap. 14. qui Ἀγροκλῆς Ælian. VII. Animal. cap. 48. Adde quæ notavimus ad Anton. cap. 34. & supr. ad cap. 70. Sed neque Herculis hic Iolaus fratris filius, neque Iphiclus frater, quamvis cognomines & huic & illi. Audi Genealogiam ex Eustath. ad Iliad. pag. 245. Εἶς δ' Ἀστολόχου Φύλακος κτίσας πόλιν Φυλάκην ἀνόμασεν. ὃς Ἰφίκλου, ὃς Φύλακος, ὃς Ποίας ὁ Ἰφίκλου. Οὗ Ποίαντος ὁ Μελάνης, Φιλοκτήτης. Ἰφίκλου δὲ ὁ Ἀγυίης, Πρωτεσίλαος ὁ Ποδάρκης.

b *Diomedeæ*] *Antemedusam* esse Apollodoro annotat Cl. Schefferus. Sed ille Iolaus, cujus ea mater erat, Herculis fuit ἀδελφιδῆς, atque adeo alius ab hoc Hyginiano. *Astyoche* est Eustathio, ut jam vidimus; unde heic possis *Astyocheæ* facere, si quid velis mutare.

c *Appellarunt Protesilaum*] Auson. epigr. xx. & Epitaph. Her. XII. & Lact. Arg. Ovid. Met. XII. 3. nomen hoc ab incunabulis à patre ei impositum innuunt. Dictys Lib. II. ab Ænea, alii ab aliis occisum ferunt. Vide Schol. ad Catal. Hom. 208.

d *Tres horas*] Vide Nobiliss. Heins. notas in Epist. XIII. Heroid. vers. 35. & Add. pag. 444. Cum Hygino facit Minutius Felix.

e *Reductus, tres*] Deest & heic copulativa particula. Vide supra cap. 4.

f *Quod iterum cum*] Micyllus, *quare*. Nihil mutandum. Cap. 79. *Quod Jovis eas cum vidisset*. *Quod* valet *ob quod*. Notatum id jam ad cap. 16.

Ad CAP. CIV.

a *Fecit simulacrum*] De more hoc amantium apud veteres consule Barth. Adv. Lib. IV. cap. 22. Simile huic exemplum habes apud Apul. Milesi. VIII.

b *Æreum*] Cl. Schefferus *cereum* mallet, quod mox dicatur illud simulacrum combustum. Sed non dissimile est, quod de aureo illo Aaronis vitulo à Mose narratur Deut. cap. IX. Trimalchio in Fragment. Trag. p. 42. ed. Blau. *Omnes statuas aneas, & aureas & argenteas in unum rogum congessit & eas incendit*. Sed πὶ *cereum* adstruit epistola Laodamiæ Nasoniana, ut docuit me Nob. Heinsius. Vide vers. 152. & 154. Admonet me locus Petronii, ut heic moneam, eum κατὰ πόδα descriptum transtulisse in Origines suas Isidor. Lib. XVI. cap. 19. *Nam dum hanc civitatem* (Corinthum) *Hannibal cepisset, omnes statuas aneas & argenteas in unum rogum congessit & eas incendit. Ita ex hac commixtione fabri sustulerunt & fecerunt paropsides. Sic Co-*

cum famulus matutino tempore [c] poma ei attuliſſet ad ſacrificium, per rimam aſpexit, viditque eam [d] ab amplexu Proteſilai ſimulacrum tenentem, atque oſculantem: æſtimans eam adulterum habere, Acaſto patri nunciavit. Qui cum veniſſet, & in thalamos irrupiſſet, vidit effigiem Proteſilai: quæ ne diutius torqueretur, juſſit ſignum & ſacra, pyra facta, comburi: quo ſe Laodamia, dolorem non ſuſtinens, immiſit, atque uſta eſt.

CV. *Palamedes.*

ULYSSES, quod Palamedis Nauplii filii [a] dolo erat deceptus, in dies machinabatur, quomodo eum interficeret. Tandem inito conſilio, ad Agamemnonem militem ſuum miſit, qui diceret ei, in quiete vidiſſe, ut caſtra uno die moverentur. Id Agamemnon verum exiſtimans, caſtra uno die imperat moveri. Ulyſſes autem clam noctu ſolus magnum pondus auri, ubi tabernaculum Palamedis fuerat, obruit: item epiſtolam conſcriptam Phrygi captivo [b] ad Priamum dat perferendam, militemque ſuum priorem mittit, qui eum non longe à caſtris interficeret. Poſtero die cum exercitus in caſtra rediret, quidam miles epiſtolam, quam Ulyſſes ſcripſerat, ſuper cadaver Phrygis poſitam, ad Agamemnonem attulit: in qua ſcri-

rinthia nata ſunt, ex omnibus in unum, nec hoc nec illud. Agnoſcis rurſus verba Petronii.

c *Poma*] An *prunas*? Prunis enim nihil ſacrificio convenientius. Hor. III. od. 8. *Quid velint flores & acerra thuris Plena, miraris, poſituſque carbo in Cæſpite vivo.* Fulgent. Lib. I. Myth. cap. 1. *In Domini adulationem aut coronas flectere, aut fleres inferre, aut odoramenta ſimulacro ſuccendere conſueverat.* Ferri tamen aliquo modo τὰ *poma* videtur. Nam & variorum generum fructus Diis ſuis, quos inter defunctos quoque venerabatur ſtulta eorum credulitas, offerebant pagani. Conſule Saubert. de Sacrif. cap. 24. Notanda heic privata illa Χυτρόδικα, qua conjuges à conjugibus privata religione colebantur; de qua jam egit Kirchmannus in de Fun. Rom. Lib. IV. cap. 13.

d *Ab amplexu tenentem*] Id eſt, amplexantem, ut recte exponit Cl. Schefferus. Hinc illa apud Naſon. epiſt. vers. 154. *Amplexus acceipit illa* (cera) *meos.* Mallem tamen exturbare τὸ *ab*, & legere, *amplexum.* Aſtron. II. 8. *Quem Nemeſis non aſpernata amplexum tenens.*

Ad CAP. CV.

a *Dolo erat deceptus*] Illum dolum habes cap. 95. & apud Serv. Æn. II. 81. Aliam cauſam affert Euripid. Scholiaſt. ad Oreſt. vers. 432. ubi hanc fabulam luculenter exequitur. Adde Dictyn Lib. II. Schol. Stat. I. Achill. 93.

b *Ad Priamum*] Cl. Schefferus mallet, *ad Palamedem.* Erat revera illa epiſtola ita ſcripta, ut à Priamo ad Pa-

la-

scriptum fuit, *Palamedi à Priamo missa:* [c] tantumque ei auri pollicetur, quantum Ulysses in tabernaculum obruerat, si castra Agamemnonis, ut ei convenerat, proderet. Itaque Palamedes cum ad regem esset productus, & factum negaret, in tabernaculum ejus ierunt, & aurum effoderunt: quod Agamemnon ut vidit, vere factum esse credidit. Quo facto Palamedes, dolo Ulyssis deceptus, ab exercitu universo innocens [d] occisus est.

CVI. *Hectoris lytra.*

AGAMEMNON [a] Briseidam, [b] Brisæ sacerdotis filiam, [c] ex Mœsia captivam, [d] propter formæ dignitatem, quam Achilles ceperat, ab Achille abduxit, eo tempore, quo [e] Chryseida [f] Chrysi sacerdoti Apollinis [g] Zmin-

lamedem data videretur. Sed simulavit Ulysses ad Priamum esse scriptam, & propterea Phrygi captivo dedit perferendam.

c *Tantumque ei auri pollicetur*] Cl. Schefferus suspicatur scriptum fuisse, *tantum qui ei*, vel *pollicert* passive accipi. Quid si ex præcedentibus subaudias Priamus? Sic cap. seq. *Cum Agamemnone redit in gratiam, Briseidamque ei reddidit.* sc. Agamemnon. Quanquam fateor hæc talia non tam esse latina, quam huic scriptori familiaria. Linguæ genius potius postularet, *Briseidam qui ei.* Eadem tamen ratio est in illis Lactantii ad 1. Achill. vers. 93. *Quia* (legendum *qua*) *invidiâ Ulyssis auctis inimicitiis fictam epistolam ad Palamedem Priami nomine, per quam agebat gratias proditionis, & commemorabat certum pondus auri esse transmissum, dedit captivo, & eum in tinere jussit occidi.* Vide notas ad cap. 8. ubi pluribus hanc loquendi rationem illustravi.

d *Occisus est*] Lapidatum eum tradunt alii.

Ad CAP. CVI.

a *Briseidam*] Terminationibus Latinis crebro uti Hyginum ostendimus in dissertatione nostra. In Catal. Pith. Lib. IV. *Prodidit*] *atque urbem his Briseida suam.* Dares ille, si Diis placet, Phrygius: *Briseidam formosam, altâ staturâ* &c. Verum fuisse nomen ejus *Hippodamia* narrat Dictys Lib. II. ut & alii.

b *Brisæ Sacerdotis*] Regem facit Dictys. Utrumque verum esse potest, cum antiquitus multi, qui reges, etiam sacerdotes essent.

c *Ex Mœsia*] Ex oppido Lyrnesso, quod Λυρνησσὸν appellat Schol. Hom. ad Iliad. A. vers. 366. edit. Leid. & Camerarii. Sed Λυρνησσὸς rectè editum à Bedrotio.

d *Propter formæ dignitatem, quam*] Incisum est tollendum post *propter dignitatem*, vel transponenda verba: *Quam Achilles ceperat, propter formæ dignitatem ab Achille abduxit.* Dignitatem formæ muliebri tribuit etiam cap. 78. Qua de re vide Heins. ad Vellej. Lib. II. cap. 28.

e *Chryseida*] Scribendum putem, non quod vitiosum sit *Chryseida*, sed quod Latinas terminationes amet noster. *Chryseidam.* Cap. 121. *Chryseidam abduxit.*

f *Chrysi*] Fratrem Brisis fuisse hunc, & in urbe Chryse habitasse quidam tradidere. Dictys Lib. II. *Interfecto dein Eetione, qui his locis imperitabat, magnis opibus naves replet, abducens Astynomen Chrysi filiam, quæ eo tempore regi desponsa erat.* Eustath. ad Iliad. Γ. 58. edit. Bas. Χρύσῃ μὲν Συγάτηρ

g Zminthi reddidit. h quam ob iram Achilles in prælium non prodibat, sed cithara in tabernaculo se exercebat. Quod cum Argivi ab Hectore fugarentur, Achilles objurgatus à Patroclo, arma sua ei tradidit: quibus ille Trojanos fugavit, æstimantes Achillem esse, Sarpedonemque i Jovis & Europæ filium occidit. Postea ipse Patroclus ab Hectore interficitur, k armaque ejus sunt detracta Patroclo occiso. Achilles cum Agamemnone redit in gratiam, Briseidamque ei reddidit. Tum contra Hectorem cum inermis prodisset, Thetis mater à Vulcano arma ei impetravit, quæ Nereides per mare attulerunt. Quibus armis ille Hectorem occidit, l astrictumque ad currum traxit m circa muros Trojanorum, quem sepeliendum cum patri nollet dare, Priamus Jovis jussu, duce n Mercurio

Ἀ'ρυνόμη, τῷ Βελτίονι δὲ Γ'παρδάμενα. Confer Tzetz. in Lycophr. p. 57. ed. Steph.

g *Zminti*] Rescribe *Zminthii* vel *Zminthi*. Z pro S sæpe poni ostendemus infr. ad cap. 251. ubi *Zmyrna* pro *Smyrna* habes. Ampelius cap. 8. *Quartus (Sol) qui Rhodi natus est, cujus etiam Zminthus est filius.* Forte *Zmintheus* rescribendum. Schol. Hom. ad Iliad. A. 39. Σμινθεῦ, ἀπὸ Σμίνθης. ἔστι δὲ ὄνειδος τοῦ Ἀπόλλωνος Σμινθεύς. *Sminthium* appellat quoque Servius ad Æn. III. 113. ubi disputat de origine hujus cognominis. Clemens Alexandrinus pag. 25. edit. Morell. *Polemo autem refert eos, qui habitant circa Troadem, colere mures, qui sunt in istis regionibus, quos ipsi appellant* Σμίνθους, *quoniam arrodebant arcus suorum hostium; & Sminthium Apollinem ab illis muribus appellarunt.* Etymolog. magni auctor Cretenses appellare mures σμίνθας scribit in Σμινθεύς. quod & apud Tzetzen legas in Lycophr. pag. 193. Ælian. Anim. Lib. XII. 5. Τὰς Αἰολίας & τὰς Τρῳάδας τὸν μῦν προσαγορεύειν Σμίνθιον. Macrob. I. Sat. 17. Smintheus appellatur, ὅτι ξέων θεῖ, *quia fervens currit.* Scoptice *Sminthiorum perniciem murium*, eum vocitat Arnob. Lib. III.

h *Quam ob iram*] Cl. Schefferus conjicit, *quare ob iram* vel *quam ob rem.* Quid si legas, *quam ob injuriam?* Notum enim quam multa, compendio scripturæ seducti, corruperint Vett. auctorum loca librarii. Dictys Lib. II. *Achilles memor injuriæ supra dictæ abstinendum publico consilio decreverat.*

i *Jovis & Europæ*] Ita quidam voluerunt. Homerus autem ex Jove & Laodamiâ Bellerophontis filiâ, Dictys Lib. II. ex Xantho & Laodamia natum tradit.

k *Armaque ejus sunt*] Clariss. Schefferus legit, & distinguit: *armaque ei sunt detracta. Patroclo occiso, Achilles* &c.

l *Adstrictum ad currum*] Balteo nempe, quem ei Ajax donaverat. Vide infr. cap. 112.

m *Circa muros*] Mallet forte aliquis, *circum.* Virg. Æn. II. 275. *Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros Accepit patrios.* Pentadius, sive Maximinianus est, in tumulo Hectoris Lib. III. Catal. Pith. *Hunc ferus Æacides circum sua mœnia traxit, Quæ juvenis manibus texerat ante suis.* Sed *circa* eodem sensu usurpat etiam Curtius Lib. IV. cap. 6. *Religatumque ad currum traxere circa urbem equi* &c. Servius ad Ecl. IX. 6. *Quo circa muros patriæ tractus est.*

n *Mercurio duce*] Vetus interpres Hor. ad Lib. I. od. 10. *Priamus Mercurio duce per castra Græcorum venit ad Achillem, a quo redemit corpus filii.*

o Au-

rio in castra Danaorum venit, & filii corpus [o] auro repensum accepit, quem sepulturæ tradidit.

CVII. *Armorum judicium.*

HECTORE sepulto, cum Achilles circa mœnia Trojanorum vagaretur, ac [a] diceret se solum Trojam expugnasse; Apollo iratus, Alexandrum Parin se simulans, [b] talum, quem [c] mortalem habuisse dicitur, sagitta percussit, & occidit. Achille occiso, ac sepultræ tradito, Ajax Telamonius, quod [d] frater patruelis ejus fuit, postulavit à Danais, ut arma sibi Achillis darent: [e] quæ ira Minervæ abjurgata sunt ab Agamemnone & Menelao & Ulysse

o *Auro repensum*] Pentadius, sive alius ille est epigrammatarius, in Catal. Pith. *Sed raptum pater infelix auroque repensum Condidit, & mœrens hac tumulavit humo.* Hor. Lib. III. od. 3. *Auro repensus scilicet acrior Miles redibit.* Plinius Lib. XXXIII. cap. 3. *Auro repensum caput ejus excisum.* Vellej. II. cap. 6. *Quod capitis non dicam Gracchi, sed civis Romani, pretium se daturum, idque auro repensurum proposuit.* Auson. Perioch. 24. Iliad. *Ut auro rependat filium exanimum. Expendere* eo sensu cum Plauto utitur Victor Illustr. cap. 65. *Caput Gracchi ad Opimium relatum, auro expensum fertur.* Tzetzes ad Lycophr. pag. 53. Αυκόφρων δὲ ὁ ἄλλοι τινὲς (φασι) ζυγοσταθμησάμενον αὐτὸν ἴσον χρυσὸν δόντων τῶν βαρβ. Contra quam sententiam ipse tamen disputat p. 54.

Ad CAP. CVII.

a *Diceret se solum*] Hæc est vox illa magna, cujus Horatius meminit Lib. IV. od. 6.

b *Talum*] Fulg. III. Myth. cap. 7. Hephæstion apud Photium pag. 487. Servius ad Æn. VI. 57. *Achilles tinctus à matre in Styge palude toto corpore invulnerabilis fuit, exceptâ parte, qua tentus est.* Iisdem verbis hæc narrat vet. Stat. Commentator ad Achill. Lib. I. vers. 134. nisi quod pro *Styge* exhibet *Stygon*, quod procul dubio mutandum in *Styges* vel *Stygiâ* potius. Elegans est hac de re vetus Epigramma: *Canta quidem genetrix nocuere ne vulnera nato, Confirmat Stygio fonte puerperium. Sed quia fas nulli est humanam vincere sortem, In membris tinctis dant sibi fata locum.* Manum habuisse vulnerabilem autumat Dictys Lib. III. Sed cum Hygino vetus Horatii Comment. ad Epod. 13. Quintus Calaber Lib. III. aliique faciunt.

c *Mortalem*] H. e. vulnerabilem. Lactantius Arg. fab. 7. Lib. XII. Met. *Arcum Alexandri in Achillem convertit, ut sagittam in eum dirigere posset, talumque, quod fuit in corpore ejus mortale, percussit, & interemit.* Rænerius edidit: *Qui fuit in corpore ejus mortalis.* Sed perperam, ut ostendo ad illum scriptorem. Dedit hoc Apollo Neptuni precibus, ut mortem filii Cycni ab Achille ulciscereturn.

d *Frater patruelis*] Ita etiam locuti Sueton. cap. 29. Cæs. Justinus VII. 6. Lactant. Lib. XIII. Met. Arg. fab. I. Spartianus Caracalla cap. 3. Vellej. Lib. I. cap. I. Sulpicius Severus, & alii. Gloss. Steph. *Frater patruelis*, ἀνεψιός. Gloss. Nomicæ: Φράτηρ πατρουέλις, ἐξάδελφος ἀπὸ πατρός. Leg. πατρός.

e *Quæ irâ Minervæ abjurgata sunt*] Supplet Cl. Schefferus, *quæ ei ira* &c. Et sane id postulat orationis nexus. Micyllus frustra volebat *abjudicata* pro *abjurgata*. *Abjurgare* est jurgio seu litigio, abjudicare, ut bene interpretatur Barthius. *Iurgium* enim est judicium, unde *abjurgare* idem, quod ab-

Ulyssi data. Ajax [f] furia accepta, per insaniam pecora sua & seipsum vulneratum occidit eo gladio, quem ab Hectore muneri accepit, dum cum eo in acie contendit.

CVIII. *Equus Trojanus.*

ACHIVI cum per decem annos Trojam capere non possent, Epeus monitu Minervæ equum miræ magnitudinis ligneum fecit, eoque sunt collecti, Menelaus, Ulysses, Diomedes, Thessander, Sthenelus, [b] Acamas, Thoas, Machaon, Neoptolemus. Et in equo scripserunt, [c] *Danai Minervæ dono dant*; castraque [d] transtulerunt

judicare. Sulpitius Severus Lib. II. *Ithacius in jurgiis solitus* h. e. judiciis. Gloss. Vett. *Jurgium*, δίκη, ἀγωνία, ἀμφισβήτησις, φροντιστήριος, ἀπολογία. Festus: *Jurgatio juris actio.* Cæterum jurgium illud inter Ulyssem & Ajacem super Palladio fuisse narrat Dictys Lib. v. pag. 137. Sed ab Hygino stant Homerus Odyss. A. 544. Ovid. XII. Metam. Schol. Hypothes. Ajacis Flagell. Sophoclis, aliique.

f *Furiâ acceptâ*] H. e. dolore & insania correptus, ut loquitur Schol. Vet. Hor. ad II. Sat. 3. Furia est furor. Martialis Lib. II. epigr. 43. *At me, quæ passa est furias* &c. Apulej. Junior cap. 4. *Mentes in furiam mittit.* Fulgent. I. Myth. cap. I. *Domini furiam evitantes.* & cap. 6. *Furiam concipere.* Sic Virgil. Æn. IV. 474. *Concepit furias.* Vide ibi Servium. Forte & heic *concepta* scribendum. Hesiod. Θεογ. 472. Τίσασθαι δ' Ἐρινῦς πατρὸς ἰοῦσ. h. e. furorem.

Ad CAP. CVIII.

a *Thessander*] *Therſander* audit cap. 69. Dictys in Catal. Græcorum ducum *Thessandrum* appellat quoque. *Thessandrus*, inquit, *Polynicis. Tisandrum* Virgil. Æn. II. 261. sed Servius *Thessandrum*, ut edi curavit Nob. Heinsius: quod firmat auctor Orig. Gentis Romanæ. Videtur non heri sane, vel nudius tertius illo loco vitium cepisse Virgilium, cujus ex eo loco verba ita adducit in Cruquii editione Vetus Horatii interpres ad Lib. IV. od. 9. *Tisandrus Steneluſve duces.* Melius Badius & Henricus Petri in suis: *Tersandrus Steneluſque duces.* Θέρσανδρος enim Græcis est. Vide Apollod. Lib. III. pag. 158.

b *Acamas*] Virgil. Æn. II. 260. est *Athamas.* quem Demophoontis filium facit Servius. Sed perperam, ut ostendit Nob. Heinsius ad epistol. Sabini pag. 525. Tzetzes in Lycophronem pag. 79. edit. Steph. Ὁ Ἀκάμας ὁ υἱὸς τοῦ Θησέως. quod & pag. 87. repetit. Fuit ergo frater Demophoontis, non filius *Acamas.* Ita enim, non *Athamas*, ejus recensio exhibet. quod procul dubio probandum. Acamas enim inter Græcorum duces fuit. Cretensis Dictys Lib. I. *Postremi omnium Demophoon atque Acamas fuere.* Vitiosa ergo, quæ idem scribit, vel librarius Lib. v. pag. 135. *Æthram & Clymenam Demophoon atque Athamas habuere.* Auctoribus illis, quos ad Sabinum Vir illustris laudat, addendus & Diodorus Lib. IV. pag. 264. & Hesych. in Ἀκάμαντα. Est idem ille Acamas, qui ad Helenam repetendam mittitur cum Diomede apud Isacium in Lycophr. & Parthenium cap. 16. Erot.

c *Danai Minervæ*] Titulus hic erat ferro incisus. Accius in Deiphobo, ut refert Servius ad Æn. II. 17. inscriptum eum ita fuisse prodit: *Minervæ donum armipotentes Danai abeuntes dicant.* Schol. Hom. ad Iliad. β. 278. Ulyssem excogitasse lignei hujus equi fabricam, atque ideo à Poëtâ πολύτροπον appellatum memorat. Alii Prylin Mercurii filium Græcis monstrasse eam volunt. Vide Scholiast. Lycophron. pag. 45. ed. Steph.

d *Transtulerunt. Tenedo*] *Tenedum* mal-

runt Tenedo. Id Trojani cum viderunt, arbitrati sunt hostes abisse. Priamus equum in arcem Minervæ duci imperavit, [e] feriatique magno opere ut essent, edixit. [f] Id vates Cassandra cum vociferaretur, inesse hostes, fides ei habita non est. Quem in arcem cum statuissent, & ipsi noctu lusu atque vino lassi obdormissent, Achivi ex equo, aper-

mallet Micyllus. Non opus est. Justinus Lib. xxv. 4. *Cum copias Chersoneso transposuisset.* Quod nolim à viro docto sollicitari. Lact. Argum. Lib. xiii. Met. Ovid. fab. 2. *Thracia cum esset appulsa.* Nec hoc mutari à Rænerio merebatur. Vide Not. ad cap. 15. Cæterum an verum sit, quod docent (liceat mihi usurpare verbum Servii) artigraphi, dativum pro ablativo poni, de eo in multis, quæ adducunt, exemplis, haud immerito addubites. Dissuadent id tot exempla, in quibus τὸ *in*, quod heic subaudiri posse recte censet Cl. Schefferus, in motu ad locum cum ablativo ponitur, de quibus egimus ad cap. 92. Suadere contra videntur cum illa, quæ ad cap. 15. diximus, tum illud Julii Obsequentis cap. 43. *Ne unquam Romæ reverteretur.* ut & hoc in Fragm. Trag. pag. 33. edit. Coner. *Forte Dominum Capuæ exierat.* & Isidor. Orig. Lib. vi. 5. *Romæ primus librorum copiam advexit Æmilius Paulus.* Sed & ista, modo mendâ vacent, si ellipsin suppleas, aliter explicare possis. Nimirum *reverti Romæ, exire Capuæ* esset *in* vel *ad urbem Romæ reverti, in* vel *ad urbem Capuæ exire.* Atque ita capio, quod ex vetere aliquo scriptore hausisse is omnino videtur, illud Charisii Lib. II. *Domi venit*, hoc est, inquam, *in ædes domi.* Quod ejusdem illius modo laudati Fragmenti pag. 42. sequitur corruptum est; sed leviculâ mutatione restituas, si legas, *ègastris.* Amphoras enim modo appellaverat. Γάστρα & γάστρη, vas ventricosum, à γαστὴρ sic dictum. *Gastrum* vas æneum cum angusto fundo exponi in Glossis Arabico-latinis invenit Vossius, ut testatur ipse in de Vitiis Sermon. Lib. III. cap. 13. Verum non ad ænea tantum, sed & fictilia extendendum esse hoc vocabulum, vel ipse Petronius pridem editus nos docet. Addam & hoc, ὡς ἐν παιδιᾷ, excidisse videri viro magno, quæ Festus habet *in Cingulo*, & istos Horatii versiculos Lib. I. epist. 13. *Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum, Ut vinosa glomos furtivæ Pyrrhia lanæ.* cum ejusdem operis Lib. I. cap. 10. *glomi* & *glomos* inter barbara numeraret. Tenedo, ut è diverticulo in viam redeamus, nomen dedisse Tennem *Gysis* filium scribit Servius ad Æn. II. 21. Corrige *Cycni* ex Homeri Schol. ad Iliad. A. 38. & Eustath. in Dionys. p. 78. quibus dicas etiam perperam *Homitheam* appellari Tenis sororem à Servio, cum nomen ei *Leucothea* fuerit. Sed *Hemithea* vocatur à Cononе. atque ita in Servio scribendum. Frat autem hic Cycnus Neptuni filius, ut idem tradit. Leucophrys ante appellata ea insula: male enim Ἀδυάρη in Leidensi & Basileensi istorum Scholiorum editionibus exhibetur, pro Ἀδυάρνε, quomodo rectè Bedrotiana. Historiam prolixè narrat Tzetzes in Lycophron. pag. 46. edit. Bas. Adde Ciceronem III. de natura Deorum. Cononem cap. 28. apud Photium, Heraclid. περὶ πολ. & quæ notavi ad cap. 276.

e *Feriati*] Hor. Lib. IV. od. 6. *Male feriatos Troas, & lætam Priami choreis Falleret aulam.*

f *Id cum vates*] Τὸ *id* velut natum ex ultimâ præcedentis vocis syllabâ, deleri jubet Cl. Schefferus. Videri tamen potest τὸ *id* pro *ob id* positum, ut cap. 122. *Id Aletes Ægisthi filius cum resciisset, ex Atridarum genere neminem superesse, regnum Mycenis occupare cœpit.* 174. *Id Althæa mater, ut audivit filium suum tantum facinus esse ausum* &c. Terent. A. I. 1. vers. 130. *Et id nunc operam do.* Eun. v. 6. 4. *Nunc id prodeo.* Multa id genus congessit Popma in de Antiq. Locut. Lib. II. cap. 2. Adde quæ notavi ad cap. 16. & 34.

g *Si-*

aperto à [g] Sinone, exierunt, & portarum custodes occiderunt, socioſque, ſigno dato, receperunt, & Troja ſunt potiti.

CIX. *Iliona.*

PRIAMO Polydorus filius ex Hecuba cum eſſet natus, Ilionæ filiæ ſuæ dederunt eum educandum, quæ [a] Polymneſtori regi Thracum erat nupta, quem illa pro filio ſuo educavit. Deiphilum autem, quem ex Polymneſtore procreaverat, pro ſuo fratre educavit, ut, ſi [b] alteri eorum quid foret, parentibus præſtaret. Sed cum Achivi, Troja capta, prolem Priami extirpare vellent, Aſtyanacta Hectoris & Andromachæ filium [c] de muro dejecerunt: & ad Polymneſtorem legatos miſerunt, qui ei Agamemnonis filiam nomine Electram pollicerentur in conjugium, & auri magnam copiam, ſi Polydorum Priami filium interfeciſſet. Polymneſtor legatorum dicta non repudiavit, Deiphilumque filium ſuum imprudens occidit, arbitrans ſe Polydorum filium Priami interfeciſſe. Po-

g *Sinone*] Sinon hic nepos Autolyci fuit, filius Æſimi. Autolycus enim ex Amphithea genuit Æſimon & Anticliam. Vide Tzetzen ad Lycophr. pag. 58. Αἴσιμος ἦ ὁ Ἀντικλείας ἀδελφὸς γνῶ &c. Sinon ipſe apud Tryphiod. in Trojæ Haloſ. Αἴσιμον κεκλήσεται ὑμὲν πολεῖς γνήσιον. Mirifice corruptus in iſtâ genealogiâ Servius ad Æn. II. 79. *Autolycus quidam fuit fur, qui ſe varias formabat in ſpecies. Hic habuit liberos, Siſyphum, unde natus eſt Sinon, & Autolycum, unde Ulyſſes.* Scrib. *Æſimum* & *Anticliam.* Alioqui non conſobrini, ut mox ipſe ſubjungit, ſed patrueles forent Ulyſſes & Sinon.

Ad CAP. CIX.

a *Polymneſtori*] Ita & à Servio Æn. III. 49. Schol. Horat. ad II. Sat. 3. Lactantio Argum. Lib. XIII. Met. Ovid. aliiſque nonnullis hoc vocabulum ſcribitur. Sed Græcam originem ſi reſpicias, *Polymeſtor*, & mox *Deipylus*, præferas. quanquam Πολυμήστωρ Græcè quoque exaratum video apud Charisium Lib. I.

b *Alteri eorum quid foret*] Mallem *altero*. Servius ad Æn. II. 77. QUODCUNQUE *vetuſtâ voce mortem ſignificari Lucilius docet in* XII. *Hunc ſi quid pueris nobis me & fratre fuiſſet. hoc eſt, ſi mors me vel fratrem oppreſſiſſet.* Ennius apud Feſtum in ME. *Si quid fuerit humanitus ut teneatis.* Vel legendum, ut Scheſſerus malebat, *fieret.* Ælius Stilo apud Feſtum in *Ordinarium. Quid mihi fieret, ſi non ego ſtipendia in ordine omnia ordinaria meruiſſem.* Parcit heic Hyginus verbis male ominatis, ut Vellejus Lib. II. cap. 32. *Si quid huic accideret.* Salluſt. v. Hiſtoriarum. *Si Pompejo humani quid eveniſſet.* In Teſtamento Cuſpidii: *Si quid de eo accidiſſet.* Item: *Si quid humanum Lampridio contigerit.* Ita παθεῖν τι pro *exſtinctum eſſe*, apud Schol. Apollon. I. vers. 1063.

c *De muro dejecerunt*] *Fatis enim prædictum fuerat, puerum, ſi ſupervixiſſet, ultorem patriæ & parentum futurum.* Servius ad Æn. II. 457.

d *Be*

Polydorus autem ad oraculum Apollinis de parentibus suis sciscitatum est profectus. cui responsum est, patriam incensam, patrem occisum, matrem in servitute teneri. Cum inde rediret, [d] & vidit aliter esse, ac sibi responsum fuit, se Polymnestoris esse filium, ab sorore [e] Iliona inquisivit, quid ita aliter sortes dixissent? cui soror, quid veri esset, patefecit, & ejus consilio Polymnestorem luminibus privavit, atque interfecit.

CX. [a] *Polyxena.*

Danai victores cum ab Ilio classem conscenderent, & vellent in patriam suam quisque reverti, & prædam quisque sibi duceret, ex sepulchro vox Achillis dicitur prædæ partem expostulasse. Itaque Danai Polyxenam Priami filiam, quæ virgo fuit formosissima, propter quam Achilles, cum eam peteret, & [b] ad colloquium venisset, ab Alexandro & Deiphobo est occisus, ad sepulcrum ejus eam immolaverunt.

CXI. *Hecuba.*

Ulysses Hecubam Cissei filiam, vel, ut alii autores dicunt, Dymantis Priami uxorem, Hectoris matrem, in servitutem cum duceret, illa in Hellespontum mare [a] se præcipi-

d *Et vidit*] Suspicatur eruditissimus Perizonius scripsisse Hyginum, *ut vidit*. Etsi non de nihilo, non necessario tamen. Conjungit enim non semel noster diversos modos. Vide notas ad cap. 148. Sed recte idem ille amicus noster in sequentibus post *ut fuit* excidisse *ratus* censet.

e *Iliona*] Sic repositi pro *Ilionea* ex Servio, Horatio, aliisque.

Ad CAP. CX.

a *Polyxena*] Et hanc & alias de Polyxenâ fabulas congessit Servius ad Æn. III. 322.

b *Ad colloquium venisset*] Servius. *Quam cum Trojani fraude promisissent, Paris post Tymbræi Apollinis simulacrum latuit, & venientem Achillem ad fœdus missâ vulneravit sagittâ.* Describit eam cædem non impolite Dictys Lib. IV. pag. 106. Tzetzes ad Lycophr. pag. 53.

Ad CAP. CXI.

a *Se præcipitavit*] Serv. ad Æn. III. 6. *Cum captiva duceretur, flendo in canem conversa est, cum se præcipitare vellet in maria.* Confer Schol. Eurip. ad Hecub. 1259. Tzetzen Chil. III. 74. Schol. Juv. ad Sat. X. 271. Plaut. Menæch. V. 1. Ob rabiem nempe, qua in Græcos invehebatur, canis dicta est. Vet. Epigr. 11. Catal. Pith. *A cane non mirum est subito periisse Pelasgum, Nam rabies Hecubæ durat in Argolicos.* Hinc *Empusa*, h, e, spectrum quoddam caninum

cipitavit, & canis dicitur facta esse, unde & [b] Cyneum est appellatum.

CXII. *Provocantes inter se, qui cum quo dimicarunt.*

MENELAUS cum Alexandro, Alexandrum Venus eripuit: Diomedes cum Ænea, Æneam servavit Venus. Idem [a] cum Glauco, [b] in hospitio cognito discesserunt: idem cum Pandaro & Glauco alio: Pandarus & Glaucus occiduntur. Ajax cum Hectore [c] donificantes discessere: Ajax Hectori donavit balteum, [d] unde est tractus; Hector Ajaci gladium, unde se interfecit. Patroclus cum Sarpedone, Sarpedon occiditur. Menelaus cum Euphorbo,

num est Theocrito in Arâ, ut pridem ab aliis observatum. Vide Eustath. in Dionys. p. 96. ed. Steph.

b *Cyneum*] Micyllus *Cynossema*. Ut hoc mihi non persuadet, ita scio sepulcrum Hecubæ dictum fuisse κυνὸς σῆμα. Vide Strabon. Lib. XIII. Auson. Epitaph. Hecub. Tzetz. ad Lycophron. p. 59. Capellam Lib. VI. Dictys Lib. V. pag. 137. *Sepulcrum ejus apud Abydum statuitur, appellaturque Cynossema, ob linguæ proterviam impudentemque petulantiam.* Ob quam & lapidatam vult Lycophron. Cæterum τὸ *mare* ex præcedentibus huc mallem revocare, & collocare post τὸ *Cyneum*. Hyginus infra cap. 243. *In mare se præcipitavit, unde Cyneum mare dictum est, quoniam in canem fuerat conversa.*

Ad CAP. CXII.

a *Cum Glauco*] Hippolochi filio. Hom. Iliad. Z. 206.

b *In hospitio cognito*] Cum Diomedes cognovisset Glaucum esse veterem patris sui Tydei hospitem. Verba ejus sunt apud Homerum: Ἦ ῥά νύ μοι ξεῖνος πατρώϊός ἐσσι παλαιός. Ausonius Perioch. Il. *Paterna inter se hospitia recordati.* Sed Nob. Heinsius monuit me legendum esse, *hi hospitio cognito discesserunt*, & referendum ad tesseram hospitalem. Posse tamen vulgatum defendi censet illo Petronii: *Dum in hoc dictorum æstu totus incedo.* Et Hor. I. Sat. 9. *Ibam forte via sacra, sicut meus est mos, Nescio quid meditans nugarum totus in illis.* In Petronio antiqua lectio fuit, *motus incedo*, quam defensum it contra Duzam Sciopp. Verisc. cap. 4. Frag. Trag. exhibet, *in mortis*, quod proxime ad τὸ *motus* accedit. Illis, quæ Scioppius adducit, addi potest locus Corippi Lib. III. pag. 49. *Commotus in ira.* Et quod Petronius ipse paulo inferius habet, *in cursu fatigatus.* Conferendus Sanctius Minerv. Lib. IV. p. 366. ubi ablativum, quem absolutum vocant, sæpe à præpositione *in* disertim expressâ regi ostendit.

c *Donificantes*] H. e. dona invicem dantes. Dictum ut *Votifico*. Gloss. Isid. *Votificantibus, dona libantibus.* Vide Hom. Iliad. H. 303. Daretem pag. 174. edit. Blau.

d *Unde est tractus*] Pro, *à quo tractus est.* Servius ad Ecl. IX. 6. *Hector dedit Ajaci gladium, quo se Ajax postea interemit. Ajax vero Balteum, quo circa muros patriæ tractus est.* Idem ad Georg. I. 163. *Genus vehiculi omni parte dentatum, unde feruntur* (leg. *teruntur*) *frumenta.* Exscripsit Isidorus Lib. XX. Orig. cap. 14. *Tribula genus vehiculi, unde teruntur frumenta.* Deut. XXV. 4. *Os bovis terentis in aream.* Ad Æn. I. 644. *Cœlum est, unde operantur argentarii.* Georg. IV. 39. *Genus est herbæ, unde tinguntur vestes.* Ecl. I. vers. 2. *Culmo, stipula: unde rustici cantare consuevernnt.* Horat. Lib. II. od. 12.

Unde

bo, Euphorbus occiditur, [e] qui postea Pythagoras est factus, & meminit suam animam in corpora transisse. Achilles cum [f] Asteropæo, Asteropæus occiditur. Idem cum Hectore, Hector occiditur: idem cum Ænea, Æneas fugatur: idem cum Agenore, Agenorem servavit Apollo: idem cum Penthesilea Amazone [g] Martis & Otreræ filia, Penthesilea occiditur: Antilochus cum Memnone, Antilochus occiditur: Achilles cum Memnone, Memnon occiditur: Philoctetes cum Alexandro, Alexander occiditur: Neoptolemus cum Eurypylo, [h] Eurypylus occiditur.

CXIII. *Nobilem quem quis occidit.*

ACHILLEM Apollo [a] Alexandri figura. Hector Protesilaum, idem [b] Antilochum: Agenor Helenorem, idem [c] Clonium: Deiphobus Ascalaphum, idem [d] Autonoum: Ajax

Unde periculum Fulgens contremuit domus. Schol. *Unde. à quibus. Ter. E prædonibus, unde emerat, se audisse dicebat.* Noster cap. 58. *In speciem arboris eam commutavit, unde Myrrha fluit.* Cap. 126. *Accipiet harundinem, unde vitium ejiciat.* Ribuar. Tit. 5. *Digitus, unde sagittatur.* Ovid. VI. Met. 719. *Sed tamen abfueram, sed & hæc erat, unde redibam, Criminis exemplum.* De Hectoris morte omnes consentiunt. Ajacem autem Anticlides à Paride occisum vult, ut refert Tzetzes ad Lycophron. p. 82.

e *Qui postea Pythagoras est factus*] Horat. vide Lib. 1. od. 28. & Scholiasten ad eandem, Gelliumque Lib. IX. cap. 2.

f *Asteropæo*] Ita scripsi pro *Asteropeo* ex Gr. Ἀστεροπαίῳ. Vide Hom. Iliad. Φ. 140.

g *Martis & Otreræ filia*] Ergo soror Hippolytæ erat. Vide notas ad cap. 30. Servius ad illa Virgil. Æn. 1. *Penthesilea furens. Martis & Otreres filia fuit* &c.

h *Eurypylus*] Occisum à Pyrrho etiam Scholiastes Juvenalis narrat ad Sat. VI. 654. Sed quod Telephi eum facit filium, de eo dubitabam, cum vidi idem tradi à Servio ad Eclog. VI. 72. & Schol. Hom. Odyss. Λ. 520.

Ad CAP. CXIII.

a *Alexandri figurâ*] Vide supra cap. 107. & Virg. Æn. VI. 57.

b *Antilochum*] Atqui Antilochus est interfectus à Memnone; ut scripsit cap. 112. Quod confirmat Pindarus Pyth. od. VI. Hom. Odyss. Δ. 187. Dictys Lib. IV. Ab Hygino stat Ovidius I. Heroid. vers. 15. *Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore vitium, Antilochus nostri causa doloris erat.* Vide ad illum locum Incomp. Heinsium. Si tam clarus esset, quam quos alii jam divinarunt, posset etiam *Anchialus* ex Hom. Iliad. E. 609. in locum Antilochi substitui; sed ut in multis aliis, ita & in hac narratione diversos videtur secutus auctores Hyginus. Voss. Lib. II. Art. Gram. p. 252. victum quidem ab Hectore Antilochum, etsi non occisum, ex Homero ostendit.

c *Clonium*] Recte *Clonium* Cl. Schefferus. Ita enim Hom. Iliad. O. 340. Notavimus idem vitium superius cap. 97.

d *Autonoum*] De Antonoo nihil comperi. De Ascalapho habes Iliad. N. Autonoos duos novit Homerus; quorum alter Trojanus erat, occisus à Patroclo Iliad. Π. 694. alter Græcus occisus ab Hectore Iliad. Λ. 301. Atque hunc eum ipsum esse arbitror, quem heic occisum

Ajax [e] Hippodamum, idem [f] Chlonium: Agamemnon [g] Hippodamantem, idem Glaucum: Ajax Locrus [h] Carcanum, idem [i] Gavium: Diomedes Dolonem, idem [k] Rhesum: Eurypylus [l] Nireum, idem Machaonem: Sarpedon [m] Tlepolemum, idem [n] Antippum: Achilles Troilum: Menelaus Deiphobum: Achilles Astynomum, idem Pylachantum: Neoptolemus Priamum.

CXIV. *Achivi qui quot occiderunt.*

ACHILLES numero 72. [a] Antilochus numero 2. Protesilaus numero 4. [b] Peneleus numero 2. [c] Eurypylus numero 1. Ajax Oilei numero 24. Thoas numero 2. [d] Leitus numero 20. Thrasymedes numero 2. Agamemnon numero 16. Diomedes numero 18. Menelaus 8. Philocteta numero 3. Meriones numero 7. Ulysses numero 12. Idomeneus numero 13. Leonteus numero 5. Ajax Telamonius numero 28. Patroclus numero 53. Polypœtes numero 1. Teucer numero 30. Neoptolemus 6. [e] fit numerus 362.

CXV. *Tro-*

sum à Deiphobo tradit Hyginus. Certe sine ullo scrupulo *Antonoum* in *Antonoi* locum substituerim.

e *Hippodamum*] *Hippothoum* Cl. Schefferi probo. Habetur Iliad. P. 313.

f *Chlonium*] An & heic *Clonium* reponendum? Certe inter Priamidas est etiam Clonius apud Apollodorum. Sed cum de ejus cæde nihil legisse meminerim, non valde placet. *Caletor*, quem apud Hom. Iliad. O. 419. interficit Ajax, nimium abit à vulgatâ scripturâ. *Cleopolemum* conjicit Cl. Schefferus. *Chthonium* Nob. Heinsius.

g *Hippodamantem*] Nisi heic alios, quam Homerum, sequutus est auctores, probo *Iphidamantem* Schefferi. Vide Hom. Iliad. A. 221.

h *Carcanum*] *Gargasum* ex cap. 115. Schefferus.

i *Gavium*] *Agavum* ex Dicty idem.

k *Rhesum*] Eetionis hic erat filius. Vide Dictyn Lib. II. pag. 67. Hom. Iliad. K. Quanquam aliter Apollodorus. Adde Servium ad Æn. I. 473. & de Priami cæde eundem ad Æn. II. 506.

l *Nireum*] Apud Dictyn Lib. IV. interficit *Peneleum* & *Nirea*.

m *Tlepolemum*] Hic Herculis erat filius, de quo Homerus in Catalogo, & Diodorus Lib. IV.

n *Antippum*] Scripserim *Antiphum*, cujus mentio facta inter duces cap. 97.

o *Pylachantum*] De hoc altum silentium apud Homer. Iliad. T. ubi bene multos ab Achille occisos recenset.

Ad CAP. CXIV.

a *Antilochus num.* 2.] *Phalcem* & *Mermerum* occidit Iliad. Ξ. 513.

b *Peneleus*] *Choræbum* apud Virg. Æn. II. 424. *Ilionea* apud Homerum Iliad. Ξ. 496. occidit.

c *Eurypylus*] Apud Homerum duos interficit, *Apisaonem* Iliad. Λ. *Hypsenorem* Iliad. E.

d *Linus*] Hic non numeratur inter Græcorum duces, sed *Leitus*, quem libenter credo Cl. Scheffero in locum Lini esse substituendum.

e *Fit numerus* 362.] Cl. Schefferus 329. Sed numeros omnes præcedentes sanos esse quis præstare ausit?

Ad

CXV. *Trojani qui quot occiderunt.*

HECTOR numero 31. Alexander numero 3. Sarpedon numero 2. Panthous numero 4. Gargasus numero 2. Glaucus numero 4. Polydamas numero 3. Æneas numero 28. Deiphobus numero 4. [a] Clitus numero 3. [b] Acamas numero 1. Agenor num. 2. [c] fit numerus 88.

CXVI. [a] *Nauplius.*

ILIO capto, & divisa præda, Danai cum domum redirent, ira deorum, quod fana spoliaverant, & quod Cassandram [b] Ajax Locrus à signo Palladio abripuerat, tempestate & flatibus adversis [c] ad saxa Capharea naufragium fecerunt: in qua tempestate Ajax Locrus fulmine est à Minerva ictus, quem fluctus ad saxa illiserunt, unde [d] Ajacis petræ sunt dictæ. Cæteri noctu cum fidem deorum implorarent, Nauplius audivit, sensitque tempus venisse ad persequendas filii sui Palamedis injurias. Itaque, tanquam auxilium eis afferret, facem ardentem eo loco extulit, quo saxa acuta & locus periculosissimus erat. Illi credentes humanitatis causa id factum, naves [e] eo duxerunt. Quo facto, plurimæ eorum confractæ sunt, mili-

Ad CAP. CXV.

a *Clytus*] Κλεῖτος est Iliad. O. ubi interficitur à Teucro. Scribe ergo, *Clitus*.

b *Athamas*] Lege, *Acamas*, qui aliquoties memoratur Homero. Dux erat Thracum. Vid. Iliad. E. 462. M. vers. 100. est Antenoris filius. Consentit Dictys 11. pag. 58. Dares in copiarum Priami indiculo: *De Thracia Pyrus & Acamas.*

c *Fit numerus* 88.] Imo uno minor erit. Sed error, ut recte censet Cl. Schefferus, procul dubio est in numeris superioribus.

Ad CAP. CXVI.

a *Nauplius*] Hujus argumenti fabula fuit Sophoclis, quam Ναύπλιος Πυρκεύς inscripsit, cujus Hesychius meminit.

b *Ajax Locrus*] Cap. 97. *Ajax Oilei & Rhenes Nymphæ filius, Locrus.* De Palladio digna lectu habet Tzetzes in Lycophron. pag. 64.

c *Ad Saxa Capharea*] Virg. Æn. XI. 260. *Euboicæ cautes ultorque Caphareus.* Consule ad eum locum Servii commentarium, & ad Æn. 1. vers. 45. Adde Etymol. in Καφηρίς. Corruptè apud Tzetzen in Lycophronem Καφηρὶς ἀκρωτήριον Εὐβοίας dicitur. Scribe Εὐβοίας. Ovid. 1. Trist. *Quicunque Argolica de classe Capharea fugit, Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.* Propert. Lib. III. El. 5. *Saxa triumphales fregere Capharea puppes.* Adde Sen. Agam. vers. 458.

d *Ajacis petræ*] Πέτραι Γυραῖαι dicebantur. Vide Schol. ad Iliad. N. 66. Γυραῖαι sunt Isacio in Lycophr. p. 69.

e *Eo duxerunt*] Mavult *direxerunt* Nob. Heinsius.

militesque plurimi cum ducibus tempestate occisi sunt, membraque eorum cum visceribus ad saxa illisa sunt: si qui autem potuerunt ad terram natare, à Nauplio interficiebantur. At Ulyssem ventus detulit ad [f] Maronem, Menelaum in Ægyptum, Agamemnon cum Cassandra in patriam pervenit.

CXVII. *Clytemnestra.*

CLYTEMNESTRA Tyndarei filia, Agamemnonis uxor, cum audisset [a] ab Oeace, Palamedis fratre, Cassandram sibi pellicem adduci: [b] quod ementitus est, ut fratris injurias exequeretur: tunc Clytemnestra cum Ægistho filio Thyestis cepit consilium, ut Agamemnonem & Cassandram interficeret: quem [c] sacrificantem securi cum Cassandra interfecerunt. At Electra, Agamemnonis filia, Orestem fratrem infantem sustulit, quem demandavit in Phocide Strophio, cui fuit [d] Astyochea Agamemnonis soror nupta.

CXVIII. *Proteus.*

IN Ægypto Proteus senex marinus [a] divinus dicitur fuisse, qui in omnes se figuras convertere solitus erat. Quem

f *Ad Marathonem*] Omnino cum Cl. Scheffero corrigendum *Maronem*. Vid. cap. 125. ubi idem vitium eodem modo corrigitur à Micyllo, qui tamen heic tantum notat ad Ismarum aliis dici perveniſſe. Sane Ismarum habebat ille Maro. Vide Hom. Odyss. I. 198. Sileni filium facit Nonnus Dionys. Lib. XIV. p. 255.

Ad CAP. CXVII.

a *Ab Oeace*] Mallet Cl. Schefferus *Orace* ex Apollod. Lib. III. Sed Apollodorus ille corruptus eo loco, & pro Ὀρακος restituendum ibi Οἰακος. Dictys Lib. VI. *Oeax Nauplii filius Palamedis frater.* Docuit hoc me ad Dictyos Lib. I. Mercerus. Confirmat ejus emendationem Schol. Eurip. ad Orest. vers. 432. Ναυπλίου γὰρ ἦν Κλυμένης τ' Ἀτρέως ἐγγύτατα Οἰαξ ἦν Παλαμήδης.

b *Quod ementitus est ut fratris injurias exequeretur*] Includenda hæc parentheſi.

c *Sacrificantem*] Vulgatior est opinio, quam refert Triclinius ad Elect. 195. occisum eum à Clytæmnestra, cum induere vellet tunicam, nec capitis, nec manuum habentem exitum. Vide Senec. Agam. actu V. & quæ Vossius habet Lib. I. Orator. p. 118.

d *Astyochea*] Scholiastes Euripidis ad Orest. vers. 764. & 1235. *Anaxibiam* appellat. At ad vers. 33. Κυδραγόραν. In quo denuo à se ipso dissentit. Nam ad vers. 1235. Κυδραγόραν, & cum Strophii patre Criso nuptam dicit.

Ad CAP. CXVIII.

a *Divinus*] H.e. futurorum præscius, μάντις. Geneal. *Python draco divinus.*

Iva

Quem Menelaus, [b] Idotheæ filiæ ejus monitu, catena alligavit, ut sibi diceret, quando [c] domum repetitionem haberet: quem Proteus edocuit iram deorum esse, quod Troja esset devicta; ideoque id fieri debere, quod [d] Hecatombe Græce dicitur, cum [e] centum armenta occiduntur. Itaque Menelaus Hecatomben fecit. Tunc demum post octavum annum, quam ab Ilio decesserat, cum Helena in patriam redit.

CXIX. *Orestes.*

ORESTES Agamemnonis & Clytemnestræ filius, postquam in puberem ætatem venit, studebat patris sui [a] mortem exequi. Itaque consilium capit cum Pylade, & Mycenas venit ad matrem Clytemnestram, dicitque se [b] Æolium hospitem esse, nunciatque Orestem esse mortuum, quem Ægisthus populo necandum demandaverat. Nec multo post Pylades Strophii filius ad Clytemnestram venit, [c] urnamque secum affert, [d] dicitque ossa Orestis con-

Ita satis Latine ille alioqui satis barbarus Dares: *Calchas Thestore natus divinus.* Vet. epigr. Lib. IV. Catal. Pith. *Nunc si nos audis, atque es divinus Apollo.* Gloss. Philox. *Divinus*, μάντις.

b *Idotheæ*] Eurynomen eam aliis dictam refert Zenodotus apud Eustath. ad Hom. Odyss. Δ. pag. 174. edit. Bas.

c *Domum repetitionem*] *Domus repetitio* una vox est κ' τὴν κρητικὴν Barthii. Immo *domum repetitio* dicendum divisis vocibus, ut *domum reditio* apud Cæsar. B. G. Lib. I. Verbalia in IO, ut loquuntur technici, antique casum verbi regunt, unde derivantur. Adde quæ præterea notabimus infra ad cap. 125.

d *Hecatombe*] Ita scripsi pro *Hecatomben*, quomodo perperam editi omnes præferunt.

e *Centum armenta*] Ergo armentum est quilibet bos, ut jumentum. Lactant. Argum. Lib. I. Met. *Quia erat speciosior cæteris armentis*, i. e. bubus. Aliam ἐτυμολογίαν excogitat Hom. Schol. Διὰ ἑκατὸν βόσιν, ὃ ἐστιν ἐξ ἑκατὸν ζώων. Quam argutiorem puto, quam veriorem. Vide potius Hesychium, & Etymol. in Ἑκατόμβη. Hecatomben expressit Ovid. II. Trist. el. I. *Sed tamen ut fuso taurorum sanguine centum, Sic capitur minimo thuris honore Deus.* Senec. Hippol. 499. *Fruge nec sparsi sacra Centena nivei colla submittunt boves.*

Ad CAP. CXIX.

a *Mortem exequi*] Ἀνὴ Ϝ vindicare, ulcisci. Locutio est Hygino frequens. Cap. 116. *Persequi injurias.* 117. *Exequi injurias*, & similia, quæ congessi ad cap. 58. Ea phrasi præter Livium, & alios sæpe usos ostendit summus Gronovius ad illius Lib. I. cap. 59.

b *Æolium hospitem esse*] Apud Sophoclem Electr. vers. 44. jubetur simulare Phocensem pædagogus.

c *Urnam*] Tzetzes ad Lycophron. pag. 67. Ἐθος ἦν τοῖς ἀλλαχοῦ τ' πατρίδος τεθνηκόσιν κλαίειν, & τὴν τέφραν αὐτῶν εἰς κρατῆρας & λάρνακας & ἀμφιπόλους εἰς τὴν πατρίδα πομίζειν. Confer Cic. Lib. II. Leg. Propert. Lib. III. el. 10. *Neve aliquid de te flendum referatur in urna. Sic redeunt illis qui cecidere locis.*

d *Dicitque ossa*] Cl. Schefferus, *dicitque ea ossa.*

condita esse. quos Ægisthus lætabundus hospitio recepit. qui occasione capta, [e] Orestes cum Pylade, noctu Clytemnestram matrem & Ægisthum interficiunt. Quem Tyndareus cum accusaret, Oresti à Mycenensibus [f] fuga data est propter patrem, quem postea furiæ matris exagitarunt.

CXX. *Iphigenia Taurica.*

ORESTEM furiæ cum exagitarent, Delphos scisciatum est profectus, quis tandem modus esset ærumnarum: responsum est, ut in [a] terram Tauricam ad regem Thoantem, patrem Hypsipyles, iret, indeque de templo Dianæ signum Argos afferret: tunc finem fore malorum. Sorte audita, cum Pylade [b] Strophii filio sodale suo navem conscendit, celeriterque ad Tauricos fines devenerunt. [c] Quorum fuit institutum, ut qui intra fines eorum hospes venisset, [d] templo Dianæ immolaretur. Ubi Orestes & Pylades cum in spelunca se tutarentur, & occasionem captarent, à pastoribus deprehensi, ad regem Thoantem sunt deducti. Quos Thoas suo more [e] junctos in templum Dianæ, ut immolarentur, duci jussit, ubi Iphigenia Orestis soror fuit sacerdos. Eosque ex signis atque argumentis, qui essent, quid venissent, post-

e *Orestes cum Pylade*] Hæc glossam resipiunt, & videntur delenda. Idem vitium jam alibi non semel notavimus. Vide quæ superius dicta ad cap. 29.

f *Fuga data est*] Servius ad Æn. x. 497. *Sola Hypermestra servato Lynceo fugam dedit.* Schol. Hor. ad Lib. III. od. 2. *Ab omnibus factum est, præterquam ab Hypermestra, quæ Linum* (leg. *Lynceum*) *fuga data servavit.* Salust. Catilin. Cap. 51. *Non animam eripi, sed exilium permitti jubent.*

Ad CAP. CXX.

a *Terram Taurinam*] Recte *Tauricam* Cl. Schefferus. Supra cap. 98. *In terram Tauricam detulit.* Cap. 261. *Translata ad Tauricam civitatem.*

b *Strophii filio*] Vide cap. 117. Perperam *Strophicus* dicitur Servio ad Æn. III. 331.

c *Quorum fuit institutum*] Taurorum nempe. Ita enim gentem eam appellant Lact. Lib. 1. cap. 21. Sallust. apud Juvenal. Scholiast. ad Sat. XV. vers. 116. Clemens Admonit. ad gentes pag. 27. ed. Morell Minutius Felix pag. 34. ed. Leid. aliique.

d *Templo Dianæ*] Valde sanguine gaudebat illa Scythica Diva. Vide Cassiod. Var. v. 42. Ovid. IV. Trist. El. 4. III. P. El. 2.

e *Junctos*] Mallem, *vinctos*. Quod firmat luculentus locus Tzetzæ ad Lycophron. p. 200. Πυραχμώνην δὲ μετὰ Πυλάδου, ἐκ κομιδῆς παρὰ βασιλέως, ἔχοντα δέσμιον σὺν τῷ Πυλάδῃ πρὸς Θόαντα τὸν βασιλέα. Multa veterum loca idem vitium occupavit, quo-

postquam resciit, [f] abjectis ministeriis, ipsa cœpit signum Dianæ avellere. Quo rex cum interveniſſet & rogitaret, cur id faceret: illa ementita est, dicitque [g] eos sceleratos signum contaminasse: quod impii & scelerati homines in templum essent adducti, signum expiandum ad mare [h] ferre oportere, & jubere eum interdicere civibus, ne quis eorum extra urbem exiret. Rex sacerdoti dicto audiens fuit. Occasione Iphigenia nacta, signo sublato, cum fratre Oreste & Pylade in navem ascendit, ventoque secundo ad insulam [i] Zminthum ad Chrysen sacerdotem Apollinis delati sunt.

CXXI. [a] *Chryses.*

AGAMEMNON cum ad Trojam iret, [b] & Achilles in

quorum non exiguam partem alicubi à Nob. Heinsio correctam legisse memini. An inter illa etiam illud Pompeiani de amne concreto Lib. IV. Catal. Pith. *Postquam tristis hyems frigore junxit aquas*, manum ejus medicam expertum sit, quoniam locus mihi excidit, nescio: hoc certum habeo, *vinxit aquas* in illo versiculo esse legendum. Ita *flumina necti*, & *undæ alligari* dicuntur apud Petronium; nec non ὕδωρ πεδᾶσθαι à Græcis. Anthol. Lib. I. Sect. XXIII. epigr. I. Ἐς τὸ Θρηϊκὸν κρυμὸν πεπεδημένον ὕδωρ.

f *Abjectis ministeriis*] H. e. abactis ministris, ut bene Schefferus interpretatur. Ministeria pro ministris, ut servitia pro servis, conjugia pro conjugibus, dominatio pro dominis, & id genus sexcenta alia, eleganter dicuntur. Cyprianus Sermon. de Lapsis. *Non in sacerdotibus religio devota, non in ministeriis fides integra.* Quintil. decl. 2. *Non torsit ministeria cœci.* Et, *Ministeria luminum summi.* Decl. 18. *Hoc ministeria narrant.* Apulej. Milesx. *Ministeria publica annulum* &c. Sic *officia* pro officialibus dixit Corippus Lib III. pag. 45. *Omnis sacrorum vis affuit officiorum.* Et pag 48. *Officia stratos jussu monituque jubentis Erexere viros.* Tertull. de Anim. cap. 37. *Nos officia divina angelos credimus.* Cap. 40. *Cum officia pulsantur. Magisterium* pro magistro Ambrosius: *Factus est cæteris magisterium perseverantiæ, qui electus erat ad infirmitatis exemplum.*

g *Eos sceleratos*] Cl. Scheffero rectius videtur: *Eo scelerate signum contaminasse, quod impii & scelerati* &c. Ego δεικτικῶς ista verba de Oreste & Pylade accepi, quos simulanter sceleratos facit Iphigenia, ne fraudem strui rex sentiret. Sed ea, quæ statim subduntur, *quod impii & scelerati homines in templum essent adducti*, videntur mihi glossam redolere; vel, si retinere velis, ita collocanda: *Illa ementita est eos sceleratos signum contaminasse, dicitque, quod impii & scelerati homines in templum essent adducti, signum* &c.

h *Ferre oportere*] Cl. Schefferus, *ferre se oportere.* Ego antehac conjeci, unica literâ mutatâ, *ferri oportere.* Quid si illud *se* subaudiendum esse dicas? Non esse id insolens, nemo ignorat, nisi qui veteres non legit. Tibull. I. el. 7. *Et simulat transire domum.* Ter. Eun. I. sc. 2. *Venturum ad me constituit.* Curt. Lib. VIII. II. *Constituit daturum.* Et sexcenta id genus alia.

i *Zminten*] Lege, *Zminthim* vel *Sminthum.* Vide notas ad cap. 106.

Ad CAP. CXXI.

a *Chryses*] Hoc caput non fuisse ita à Hygino divisum à præcedentibus, sicut nunc est, recte videtur censere Cl. Schefferus.

b *Et Achilles*] Illud &, ut natum

in Mœsiam venit, & [c] Chryseidam Apollinis sacerdotis filiam [d] adduxit, eamque Agamemnoni dedit in conjugium. Quod cum Chryses ad Agamemnonem deprecandum venisset, ut sibi filiam redderet, non impetravit. Ob id Apollo exercitum ejus [e] partim fame * prope totum consumpsit. Itaque Agamemnon Chryseida gravidam sacerdoti remisit. Quæ cum diceret se ab eo intactam esse, [f] suo tempore peperit Chrysen juniorem, & dixit se ab Apolline concepisse. Postea Chryses Thoanti eos cum reddere vellet, Chryses audiit senior, Agamemnonis Iphigeniam & Orestem filios esse, [g] qui Chrysi filio suo quid veri esset patefecit, eos fratres esse, & Chrysen Agamemnonis filium esse. Tum Chryses, re cognita, cum Oreste fratre Thoantem interfecit, & inde Mycenas cum signo Dianæ incolumes pervenerunt.

CXXII. *Aletes.*

Ad Electram Agamemnonis & Clytemnestræ filiam, sororem Orestis, nuncius falsus venit, fratrem cum Pylade in Tauricis Dianæ esse immolatos. [a] Id Aletes Ægisthi

ex ultima vocis præcedentis syllaba, dele cum eodem Scheffero.

c *Chryseidam*] Astynome ejus erat nomen ὠμφον. Vide notas ad cap. 106.

d *Adduxit*] Schefferus, *abduxit*. Vide notas ad cap. 8.

e *Partim fame*] Suppleo *partim pestilentiâ*. Cap. 2. *Civitas tota partim fame, partim morbo interiret*. Videre præter Micyllum Barthius quoque & Clar. Scheffer. eum hiatum. Et quis non videat, qui unquam Homeri poësin inspexerit? Iliad. A. 61. Εἰ δὲ ἐμῷ στέλεαι τε δυμῷ ἐ λοιμὸς Ἀχαιοῖς. Quod autem Apollinem pestilentiæ auctorem facit Poëta, ex Ægyptiorum id disciplina habet, qui λοιμικὰς νόσους ἡλίῳ ἀναπιθέσι, teste Clemente Alexandrino Lib. v. Strom. Confer Hom. Schol. Iliad. A. 50. Heraclid. in Homeri Allegoriis p. 12. Eustath. p. 24.

f *Suo tempore*] H. e. mensibus actis, ut loquitur Phædrus; ἐν καιρῷ ἐκτελεσθέντι ut Græci.

g *Qui Chrysi*] Quærit Cl. Scheffer. quis sit ille *qui*? Quid si dixero eum esse Chrysen seniorem? ut hoc velit Hyginus: Qui Chryses senior filio suo, *ei τῇ ejus*, hoc est, filio Agamemnonis Chrysi, quid verum esset patefecit. *Suus* pro *ejus* usurpatum huic scriptori etiam cap. 78. & 109. Ut *se* pro *eum* cap. 60. nec tamen non Latinè. Vide Mariangelum in Auctario pag. 68. ed. Amstel. Gruteri Inscript. pag. 112. 355. 557. 798. Addam & hoc, secundum quosdam Iphigeniam etiam & Chrysen esse germanos. Tzetz. in Lycophr. Ἔτεροι δέ φασιν, ὅτι Ἠλέκτρας, ὅτι Κλυταιμνήστρας λέγουσι τὴν Ἰφιγένειαν, φασὶ δὲ, ἐκ τοῦ Χρυσηΐδος καὶ Ἀγαμέμνονος (leg. Ἀγαμέμνονος) ἐ Ἀγαμέμνονος καὶ γένους παῖδες Χρύσης ἐ ἡ ῥηθεῖσα Ἰφιγένεια. Eadem legas apud Etymol. magni auctorem in Χρυσόπολις. Perperam Χρυσάπολις legitur apud Tzetzen.

Ad CAP. CXXII.

a *Id Aletes*] H. e. *ob id*. Vid. Not. ad cap. 108. Mox *superesse* reposui ex Mi-

sthi filius cum resciisset, ex Atridarum genere neminem supereſſe, regnum Mycenis obtinere cœpit. At Electra de fratris nece Delphos scisitatum est profecta. Quo cum veniſſet, eodem die Iphigenia cum Oreste venit eo. Idem nuncius qui de Oreste dixerat, dixit Iphigeniam fratris interfectricem esse. Electra ubi audivit id, truncum ardentem ex ara sustulit, voluitque inscia sorori Iphigeniæ oculos eruere, nisi Orestes interveniſſet. Cognitione itaque facta, Mycenas venerunt, & Aleten Ægisthi filium Orestes interfecit, [b] & Erigonam ex Clytemnestra & Ægistho natam voluit interficere: sed Diana eam rapuit, & [c] in terram Atticam sacerdotem fecit. Orestes autem Neoptolemo interfecto, [d] Hermionem Menelai & Helenæ filiam [e] abductam conjugem duxit. Pylades autem Electram Agamemnonis & Clytemnestræ filiam duxit.

CXXIII. *Neoptolemus.*

NEOPTOLEMUS, Achillis & Deidamiæ filius, ex Andromacha [a] Eetionis filia, captiva, procreavit [b] Amphialum. Sed postquam audivit Hermionen sponsam suam Oresti esse datam in conjugium, Lacedæmonem venit, & à Menelao sponsam suam petit. Cui ille fidem suam infirmare noluit, Hermionenque ab Oreste abduxit, & Neoptolemo dedit. Orestes injuria accepta, Neoptolemum

Micylli editione, pro *supereſſet*, quod Commeliniana & Leidensis exhibent.

b *Et Erigonam*] Ante hæc verba posuerim τὴν δὲ στυγερὰν, & scripserim, *Etiam Erigonam*. Dictys Lib. VI. *Brevique denupta adultero Erigonen ex eo edit*. Scribe, ut heic habes, *Erigonam*, vel *Erigonen*. Adde Etymol. auctorem in Αἰγίσθος. Hephæstion Lib. IV. *Helenam* vocatam tradit.

c *In terram Atticam*] Pro *in terra Attica*. Dictum ea de Syntaxi jam superius ad cap. 41.

d *Hermionen*] Hanc solam ex Menelao & Helenâ natam Homerus subindicat. Sed alii etiam filios Nicostratum, Æthiolam, Maraphium, & Diæthum ex illis ortos memorant, ut Eustath. in Hom. Iliad. pag. 303. annotavit.

e *Adductam*] *Abductam* heic, & cap. seq. *abduxit* lege cum Cl. Scheffero. Adde notas ad cap. 8. Quidam Erigonam duxisse volunt, ut annotavit Tzetzes ad Lycophron. p. 200. ed. Steph.

Ad CAP. CXXIII.

a *Eetionis filia*] Ita & Homerus, Dictys, & Serv. ad Æn. II. 456.

b *Amphialum*] Quos heic auctores habeat Hyginus ignoro. Molossum cum aliis Servius eum appellat ad Æn. III. 297. & 319. ut & Isidorus Orig. Lib. XIV. 4. Unde Molossia dicta pars Epiri.

mum Delphis sacrificantem occidit, & Hermionen recuperavit; [c] cujus ossa per fines Ambraciæ sparsa sunt, quæ est in Epiri regionibus.

CXXIV. [a] *Reges Achivorum.*

PHORONEUS Inachi filius, Argus Jovis filius, [b] Peranthus Argi filius, [c] Triops Peranthi filius, Pelasgus Agenoris filius, Danaus Beli filius, Tantalus Jovis filius, Pelops Tantali filius, Atreus Pelopis filius, Temenus Aristomachi filius, Thyestes Pelopis, Agamemnon Atrei, Ægisthus Thyestis, Orestes Agamemnonis, Clytus [d] Temeni filius, Aletes Ægisthi, Tisamenus Orestis, Alexander Euryslhei.

CXXV. *Odyssea.*

ULYXES cum ab Ilio in patriam Ithacam rediret, tempestate ad Ciconas est delatus, quorum oppidum Ismarum expugnavit, prædamque sociis distribuit. Inde ad Lotophagos, homines minime malos, qui Loton [a] ex foliis flore

Schol. Eurip. Hypoth. Andromachæ: Παῖδα ἔτικτεν ἐκ αὐτῆς Μολοσσόν. Idem ad vers. 24. Γῆμας ἦν ἵνα σπονδὴ παῖδα ἐξοίσῃ τῷ Νεοπτολέμῳ, ἄλλων τριῶν (leg. τρεῖς) λεγόντων, Πύῤῥου, Μολοσσοῦ, Αἰακίδου. Schol. Pind. ad Nem. od. VII. Τέτρωται γὰρ ὑπὸ Μολοσσοῦ τοῦ Νεοπτολέμου καὶ Ἀνδρομάχης τέκνον ἄλλως ἢ Μολοσσία. Invenies ibidem varias causas, ob quas cum Delphos sacrificatum iverit, tum & occisus illic & sepultus sit.

c *Cujus ossa*] Neoptolemi sive Pyrrhi. Vide Ovid. Ib. vers. 303.

Ad CAP. CXXIV.

a *Reges Achivorum*] *Argivorum* Heinsius. Quod probandum omnino. Tatianus Orat. Contr. Græcos p. 172. Γεγόνασιν Ἀργείων βασιλεῖς οὗτοι, Γναχὼς, Φορωνεὺς, Ἄπις, Κέκροψ, Τριόπας, Ἀργεῖος, Φίρβας &c. Corrig. Κέκροψ & Ἄργος. Vide Not. ad cap. 145.

b *Peranthus*] *Pirantus* cap. 145. audit. Græcis est Πείραν θος. Scribendum ergo utrobique *Peranthus* vel *Piranthus*. Nam Græcam dipthongum ει in E vel I vertunt Latini.

c *Triops*] Quod Cl. Schefferus conjecerat, *Triopas*; id noster ipse firmat cap. 145.

d *Temenei*] Lege *Temeni*. Vide notas ad cap. 219.

Ad CAP. CXXV.

a *Ex foliis rore procreatum*] Vexatissimus hic locus. Barthius ex membranis, laudante Scheffero, emendat, *ex foliis florem procreatum*. Ubi ita emendaverit Barthius, hauddum comperi. Adversariorum Lib. VIII. cap. 6. membranas suas habere ait, *ex foliis rore procreatum*. Ego malim, *ex trifolii flore procreatum*. Gloss. Steph. *Trifolium*, Λωτὸς, τρίφυλλον. Dioscorides Lib. IV. cap. 3. Λωτὸς ἥμερος, οἱ δὲ τρίφυλλον. Scio alios, inter quos & Pli-

flore procreatum edebant, [b] idque civibus tantam suavitatem præstabat, ut qui gustabant, oblivionem caperent [c] domum reditionis. Ad eos socii duo missi ab Ulysse, cum gustarent herbas ab eis datas, ad naves obliti sunt reverti; quos vinctos ipse reduxit. Inde ad Cyclopem Polyphemum, Neptuni filium. huic responsum erat ab augure Telemo Eurymi filio, ut caveret, ne ab Ulysse excæcaretur. Hic media fronte unum oculum habebat, & carnem humanam epulabatur. Qui postquam pecus in speluncam redegerat, molem saxeam ingentem ad januam opponebat. [d] Qui Ulyssem cum sociis inclusit, sociosque ejus consumere cœpit. Ulysses cum videret ejus immanitati atque feritati resistere se non posse, vino, quod [e] à Marone acceperat, eum inebriavit, seque Utim vocari dixit. Itaque cum oculum ejus trunco ardenti exureret, ille clamore suo cæteros Cyclopas convocavit, eisque spelunca præclusa dixit, Utis me excæcat. Illi credentes eum deridendi gratia dicere, neglexerunt. At Ulysses socios suos ad pecora alligavit, & ipse se ad arie-

Plinius est Lib. XVII. 17. arborem fuisse velle. Sed cum Hygino herbam facit etiam Apostolius Cent. XII. 40. ad proverbium, Λωτῷ ἔρασαι. Εἴ τι ἄρα, inquit, τὸ λωτὸν, λήθην ἐμποιεῖν. Dispiciant, qui me ingenio & eruditione magis pollent. Moschopulus pag. 48. ed. Steph. Λωτὸν κοινῶς κηρύξυλον, ἢ τὸ ἀνθος· ἱστέον καθ' Ὅμηρον, ὡς εἰς πρόφασιν χρήσιμον τοῖς ζώοις. Tangit locum Homeri Iliad. ξ. quem & Plinius respexit Lib. XXII. 21. Versus est 348. Λωτὸν δ' ἱρσίνλα &c. Schol. Λωτὸς, εἶδος χόρτου ἐλείου, διὸ ὡς ἱρσίνλα, ὅ ἐστι δρεπτόδη.

b *Idque civibus*] Barthius ex MS. *Idque cibi genus.* quod probo.

c *Domi reditionis*] Correxeram, *Domum reditionis*, quod legisse memineram cap. 118. *Quando domum repetitionem haberet.* Et apud Dictyn Cretensem Lib. II. *Domuitionem cupiebant.* Lib. I. *Domuitionem confirmans.* Cum video id jam olim feciſse in Observationibus τ' μοικρείτων Gronovium. Glossæ Steph. *Domitionem*, ἐπάνοδον. Scrib. cum Vulcanio, *Domuitionem.* Apulejus Hermagora, laudante Fulgentio: *Pollincto ejus funere, domuitionem paramus.* Et in Metam. *Coragio itaque perfecto, omnis domuitionem parant.* Priorem locum adducit in POLLINCTOR; posteriorem in CHORAGIUM. qui legitur sub finem Lib. IV. sed paulo aliter. Utitur & Lib. I. & XI. eadem voce. Alia exempla ex aliis tibi suppeditabunt Vossius in de Construct. cap. 8. & Schottus Nod. Cicer. Lib. IV. cap. 10. Verbalia illa in IO construuntur ut verba, unde derivantur. Plautus Mostell. II. 2. *Quid illi reditio etiam huc fuit?*

d *Qui Ulyssem*] Cl. Schefferus ante hæc incisum mallet poni, & legi *qua*, ut ad *molem* referatur.

e *A Marathone*] Micyllus, *Marone.* Nil pote melius. Ita enim eum appellat Hom. Odyss. I. 197. Vide Eustath. pag. 347. ed. Bas. Tibullus Panegyrico: *Cessit & Ætnæa Neptunius incola rupis Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho.* Confer Plinium Lib. XIV. 4. *Merum Ismarium* vocat Propert. Lib. II. 24.

arietem: & ita exierunt ad Æolum [f]Hellenis filium, cui ab Jove ventorum potestas fuit tradita. Is Ulyssem hospitio [g]libere accepit, folleisque ventorum ei plenos muneri dedit: socii vero aurum argentumque credentes, cum accepissent, & secum partiri vellent, folles clam solverunt, ventique evolaverunt. Rursum ad Æolum est delatus, à quo ejectus est, quod videbatur Ulysses numen deorum infestum habere. Ad Læstrygonas, quorum rex fuit [h]Antiphates * devoravit, navesque ejus undecim confregit, [i]excepta nave, qua sociis ejus consumptis, evasit in insulam [k]Ænariam ad Circen Solis filiam, quæ potione data homines [l]in feras bestias commutabat. ad quam Eurylochum cum viginti duobus sociis misit, quos illa ab humana specie immutavit. Eurylochus timens,

f *Hellenis filium*] Ita tradit etiam Astron. II. 18. in quo ἐμόψηνον habet Plin. Lib. VII. 56. Sed Æolum illum ventorum regem Hippotæ alii, alii Neptuni, quidam Jovis faciunt filium. Servium vide ad Æn. I. vers. 56. Schol. Hom. ad Odyss. K. vers. 2. Αἴολος ὁ δύο. Ἕτερος μὲν Ἱππότου τοῦ Μιμαντος. ἕτερος ὁ Ἕλλου (leg. Ἕλληνος) ὃς λῶ Διὶ, ὃν καὶ Ἡσίοδος μέμνηται. Tres ad eundem locum facit Eustath. quem consule. Longe aliter, quam vulgus, hanc historiam narrat Parthenius Erot. c. 2.

g *Libere accepit*] Ἀντὶ τοῦ *liberaliter*. Rarum illud, nec usquam legisse memini, nisi apud Servium ad illud Virg. Georg. I. 124. *Omnia liberius nullo poscente ferebat. Alii*, inquit, *liberius pro liberalius accipiunt*. Ita *libertas* pro *liberalitas* & *abundantia* usurpare idem videtur ad ejusdem libri vers. 9. *Intellexit id pabuli libertate fieri*. Usitatius foret *liberaliter hospitio excipere*, ut habes hoc ipso capite inferius; vel *liberali hospitio*. Cap. 130. *In hospitium liberale venit*. In Servii loco posteriori pro *libertate* puto legendum, *ubertate*. Cassiod. Var. Lib. VIII. epist. 10. *Ut quod ab illo Martio viro didicerat verbis, in camporum libertate monstraret*. MS. Cod. cujus excerpta penes me sunt, *in camporum ubertate*.

h *Antiphates * devoravit*] Quo loco asteriscus est positus, desideratur, *deinde venit, qui socios ejus devoravit*, vel simile quid.

i *Excepta nave*] Mallem, *nave una*. Nam deesse aliquid bene vidit Micyllus Auson. Perioch. X. *Ibi amissis unâ minus navibus, Circeum littus accessit*.

k *Ænariam*] Meminit ejus insulæ Obseq. cap. 114. Vellejus II. c. 10. Cicero ad Atticum X. 13. Sueton. Tiber. cap. 56. ut antiquæ editiones repræsentant. *Inarime* est Homero, auctore Solino cap. 9. Festus: *Ænariam appellavere locum, ubi Æneas à Troja veniens classem appulit*. Ita quidem & Plinius vult Lib. III. cap. 6. Sed falli utrumque, & *Enariam* ab enaribus, hoc est, similis dictam contendit ad Solinum pag. 97. Salmasius. In quo ei præivit ad Æn. IX. 715. Servius. Conferendus omnino Vossius Etymol. in voce SIMIA. Lactantius ad Theb. IV. 550. *Hæc igitur Circe in insulâ Maeoniâ delatos ad se in feras mutabat*. Leg. *Maeoniæ*. Livius enim Lib. 94. Inarimen in Mæoniæ partibus fuisse dicit apud Servium. Tzetzes in Lycophron. pag. 131. Ἦλθον εἰς Αἰαιλίαν νῆσον τῆς Κίρκης. Leg. Αἰαίλιον. Adde notas ad cap. 127.

l *In feras bestias*] Curt. V. 4. *Quasi feras bestias ipsos posse deprehendi*. Nepos in Datam. cap. 3. *Ut si feram bestiam captam duceret*. Ausonius: *In ferarum ora conversi sunt*.

m *Me-*

mens, qui non intraverat, inde fugit, & Ulyſſi nunciavit, qui ſolus ad eam ſe contulit: ſed in itinere Mercurius ei remedium dedit, monſtravitque quomodo Circen deciperet. Qui poſtquam ad Circen venit, & poculum ab ea accepit, remedium Mercurii [m] monitu conjecit, enſemque ſtrinxit, minatus, niſi ſocios ſibi reſtitueret, ſe eam interfecturum. Tunc Circe intellexit, non ſine [n] divina voluntate deorum id eſſe factum: itaque fide data, ſe nihil tale commiſſuram, ſocios ejus ad priſtinam formam reſtituit, ipſa cum eodem concubuit, ex quo filios duos procreavit, [o] Nauſiphoum & Telegonum. Inde proficiſcitur ad lacum Avernum, ad inferos deſcendit, ibique invenit [p] Elpenorem ſocium ſuum, quem [q] ad Circen reliquerat, interrogavitque eum quomodo eo perveniſſet. cui Elpenor reſpondit, ſe ebrium per ſcalam cecidiſſe, & cervices fregiſſe: & deprecatus eſt eum, cum ad ſuperos rediſſet, ſepulturæ traderet, & ſibi in tumulo gubernaculum poneret. Ibi & cum matre Anticlia eſt locutus de fine errationis ſuæ. Deinde ad ſuperos reverſus, Elpenorem ſepelivit, & gubernaculum, ita ut rogaverat, in tumulo ei fixit. Tum ad Sirenas [r] Melpomenes muſæ & Acheloi filias venit, quæ partem ſu-

m *Monitu conjecit*] Cl. Scheſſerus, *monitu eo conjecit*. h. e. in poculum. Quod amplector. Cærerum moly illud Homeri verbaſcum eſſe autumat Apulejus de Herbis cap. 7. E ſanguine natum in Circes inſulâ interfecti gigantis narrat Hephæſtion apud Photium p. 482. Tzetzes ad Lycophron. pag. 111. Μῶλυ δέ ἐστιν ἡ τοῦ ἰατροῦ τὸ ἄγχιστον πήγανον. Adde quæ idem habet pag. 131. & Plin. Lib. xxv. cap. 4.

n *Divina voluntate deorum*] Illud *Deorum* Gloſſatoris eſſe cenſet Scheſſerus. Mihi magis ſuſpectum *divinâ*. Cap. 63. *Quod ſua voluntate noluit, id deorum factum*. cap. 273. *Deorum factum eſt numine*. Κατὰ δαίμονα, ἢ θείαν βούλησιν dicerent Græci. Lactant. ad Theb. IV. *Tunc Circe ſenſit ſine voluntate Deorum non eſſe factum, fideque datâ ſocios ei reſtituit.*

o *Nauſiphoum*] Micyllus *Nauſithoum*. Id ab Homero ipſo firmari ait Cl. Scheſſerus. Locum Homeri fruſtra quæſivi. Sed apud Heſiodum Θεογ. 1016. *Nauſinoum* & *Nauſithoum* Ulyſſi ex Calypſone editos invenio; ex Circe autem vers. 1013. *Agrium* & *Latinum*. Tzetzes Chil. v. 16. ex Circe ſuſtuliſſe Ulyſſem hoſce tres ait *Auſonem*, *Telegonum* & *Caſiphonem*. Iſacius ad Lycophron. Κίρκης δ' Ὀδυσσεὺς Τηλέγονον καὶ Κασιφόνην. Unius *Telegoni* tantum meminit ad Statium Lactantius.

p *Elpenorem*] *Elpenorem* ſcribendum, cum Græcis ſit Ἐλπήνωρ. Fabulam habes Odyſſ. K.

q *Ad Circen*] Pro *apud*, ut ſæpe noſter cum optimis. Fallit ergo & fallitur Donatus in libello de octo partibus: *Neque apud amicum vado recte dicitur, neque ad amicum ſum.*

r *Melpomenes*] Ita & infra cap. 141. & in Geneal. tradit. Lactantius autem Ar-

ſuperiorem muliebrem habebant, [s] inferiorem autem gallinaceam. [t] Harum fatum fuit tamdiu vivere, quamdiu earum cantum mortalis audiens nemo prætervectus eſſet. Ulyſſes monitus à Circe Solis filia, ſociis cera aures obturavit, ſeque ad [u] arborem malum conſtringi juſſit, & ſic prætervectus eſt. Inde ad Scyllam Typhonis filiam venit, quæ ſuperiorem corporis partem muliebrem, inferiorem ab inguine piſcis, & ſex canes ex ſe natos habebat: eaque ſex ſocios Ulyſſis, nave abreptos, conſumpſit. In inſulam Siciliam ad Solis pecus ſacrum venerat, quod ſocii ejus cum coquerent in aheno, mugiebat: monitus id ne attingeret, ab Tireſia, & à Circe Ulyſſes: itaque multos ſocios ob eam cauſam ibi amiſit. [x] Ad Charybdinque perlatus ter die obſorbebat, terque eructabat: [y] eo monitu Tireſiæ prætervectus eſt. ſed ira Solis, [z] quod pecus ejus erat violatum, cum in inſulam ejus veniſſet, & monitu Tireſiæ [a] vetuerat violari, cum Ulyſſes condormiret, ſocii involarunt pecus: [b] itaque cum coquerent, carnes ex aheno dabant balatus. Ob id Jovis navem

mali. valk: in acad: ad annip: ii 4.

Argum. Lib. 1. Met. Ovid. & Servius ad v. Æn. vers. 864. earum matrem Calliopen faciunt. Alii Terpſichoren. Vid. not. ad Geneal.

s *Inferiorem gallinaceam*] Pedes gallinaceos habuiſſe tradit Fulgentius Lib. 1. Myth. Conſule Spanhem. in de Nummis pag. 224.

t *Harum fuit fatum*] Lactant. Argum. Lib. v. Met. fab. 9. *Harum ita fuit fatum* &c.

u *Arborem malum*] Tò *malum* à gloſſâ eſſe cenſet Cl. Schefferus. Non puto. Virg. Æn. v. 504. *Adverſique infigitur arbore mali.* Hieron. Lib. 11. epiſt. 13. edit. Canis. *In ſummâ mali arbore ſedeat & inde regendæ & circumflectendæ navis dicta prædicet.* Accedit huc, quod noſter id genus appoſitionibus delectetur, ut oſtendimus ad cap. 140. Servius ad Æn. v. 487. *Malus, arbor & navis, generis eſt maſculini.* Lege, *Malus, arbor navis, & generis eſt maſculini.*

x *Ad Charybdinque perlatus ter die abſorbebat*] *Ad Charybdin perlatus, quæ ter die abſorbebat*, ex MS. emendat Barthius, laudante Cl. Scheffero. Sed illud *obſorbebat* puto poſſe retineri, ut *obſorbere* dictum ſit, quemadmodum *obducere* pro exhaurire apud Plaut. & Petron. Nob. Heinſius legit *Ad Charybdin denique perlatus, quæ* &c. Conveniunt hæc Hyginiana cum illis, quæ in Charybdis deſcriptione apud Hom. habes Odyſſ. M. Virg. Æn. 111. 420. Ovid. VII. Met. 62. Euſtath. pag. 481. παλιρροίαις illam in Siculo freto quotidie bis tantum fieri oſtendit.

y *Eo monitu*] Recte, *eam monitu* Cl. Schefferus.

z *Quod pecus ejus erat violatum*] Theo in Aratum: Ω'ρίωνι ἢ ὁ ἥλιος, ἐπεὶ οἱ ἀρόται βίας τ' ὄφων τὴν ἀλλοτ' ἀπόλειπον, πρόφης πορεύεσθαι ὄντες &c.

a *Vetuerit*] *Vetuerat* Schefferus. Mallet tamen quis *vetuiſſet* propter præcedens *veniſſet*. Sed vide notas ad cap. 148. & 165.

b *Itaque cum*] *Idque cum* Nob. Heinſius.

c In

vem ejus fulmine incendit. Ex his locis errans, naufragio facto, ſociis amiſſis, enatavit [c] in inſulam Ææam. Calypſo [d] Atlantis filia nympha, quæ ſpecie Ulyſſis capta, anno toto eum retinuit, neque à ſe dimittere voluit, donec Mercurius Jovis juſſu denunciavit Nymphæ, ut eum dimitteret. [e] Et ibi facta rate Calypſo omnibus rebus ornatum eum dimiſit; eamque ratim Neptunus fluctibus disjecit, quod Cyclopem filium ejus lumine privaverat. Ibi cum fluctibus jactaretur, [f] Leucothee, quam nos matrem Matutam dicimus, quæ in mari exigit ævum, [g] baltheum ei dedit, quo ſibi pectus ſuum vinciret, ne peſſum abiret; quod cum feciſſet, enatavit. Inde in [h] inſulam Phæacum venit, nuduſque ex arborum foliis [i] ſe obruit, qua [k] Nauſicaa Alcinoi regis filia, veſtem ad flumen [l] lavandam tulit. ille erepſit è foliis, & ab ea petit

c *In inſulam Ææam*] Atqui illa in Ogygia habitabat teſte Homero Odyſſ. A. 85. Plin. III. 10. Auſon. Perioch. Od. IV. & V. Tzetze ad Lycophr. pag. 232. aliiſque. Cum Hygino heic tamen facit Mela Lib. I. cap. 7. *Circa Siciliam in Siculo freto Ææe, quam habitaſſe Calypſo dicitur.* Cæterum, ſi heic cum Cl. Scheffero *Ogygiam* reponi velis, non difficulter, ut in præcedentibus pro *Ænariam* reponam *Ææam*, mihi dabis.

d *Atlantis filia nympha*] Deeſſe poſt hæc verba *habitabant*, vel ſimile quid, arbitror.

e *Et ibi*] Τὸ & non male inducit Cl. Schefferus.

f *Leucothoe*] *Leucothee*, vel *Leucothea* ſcribendum eſſe oſtendimus ad cap. 2. Λευκοθέη eſt Hom. Odyſſ. E. 334.

g *Baltheum*] Sine aſpiratione ſcribunt hoc nomen alii. *Calanticam* appellat Auſon. Odyſſ. Perioch. v. Κρήδεμνον Homerus vers. 346. Scholiaſtes κεφαλόδεσμον interpretatur. Immo & κεκρύφαλον ad Iliad. Ξ. vers. 184. Gloſſ. Steph. *Cacantica*, καὶ ζώνης. Lege cum Vulcanio *Calantica*, quæ explicatio valde huic loco eſt conveniens. Ζώνη enim ζωστὴρ, hoc eſt, *balteus*. Sed Ciceroni apud Nonium eſt tegmen capitis: *Tunc cum vincirentur pedes faſciis, cum calanticam capiti accommodares.* Quanquam ibi *Calanticam* habet Mercerii editio, ut & ultima Arnobii Lib. II. Servius in IX. Æn. *Pilea virorum ſunt, mitræ fœminarum, quas Calanticas dicunt.* Diſtinguit à mitris Ulpianus Pandect. Lib. 38. *Ornamentorum hæc, vittæ, mitræ & ſemimitræ, calantica, acuſve* &c. Ἄμπυκα appellat Lycophr. p. 121. Ubi interpres: Εἴτι ἡ κεφαλοδέσμιον γυναικεῖον. Lege, κεφαλοδέσμιον. Et pag. 232. Δίδωκε τὸ κρήδεμνον αὐτῆς.

h *Inſulam Phæacum*] Corcyram puta. Vide Serv. ad Æn. III. 291.

i *Se obruit*] Barthius ex MS. profert Adverſ. VIII. 6. *operuit*. Homerus quidem Odyſſ. E. vers. 491. Ὣς δ' ὑπὸ θάμνοισι φύλλοισι κεκάλυπτο. Vulgatum tamen præfero, quia è foliis erepſiſſe mox ſequitur. Ad hoc *obruere* familiare huic ſcriptori eſt verbum. Cap. 147. *Clam in igne obruebat.* 171. *Titionem in media regia obruit.* 195. *Corium in terram obruerunt.* Apitius Lib. I. *Si hordeo obruas, illæſas invenies.* Vellejus II. 19. *Nudus ac limo obrutus.*

k *Nauſicaa*] Ita recte ediderunt Micyllus & Commelinus. Perperam *Nauſica* Lugdunenſis.

l *Lavandum tulit*] Lego *lavandam*. Alluſit ad hanc fabulam Ovid. Priap. c. 69.

tit ut sibi opem ferret. Illa misericordia mota, pallio eum operuit, & ad patrem suum eum adduxit. Alcinous hospitio liberaliter acceptum donisque decoratum, in patriam Ithacam dimisit. Ira Mercurii iterum naufragium fecit. Post vicesimum annum, sociis amissis, solus in patriam redit. Et cum [m] ab hominibus ignoraretur, domumque suam attigisset, procos, qui Penelopen in conjugium petebant, obsidentes vidit regiam, seque hospitem simulavit: at Euryclia nutrix ipsius, dum pedes ei lavat, ex cicatrice Ulyssem esse cognovit. Postea procos, Minerva adjutrice, cum Telemacho filio & duobus servis interfecit sagittis.

CXXVI. *Ulyssis cognitio.*

ULYSSES ab Alcinoo rege Nausicaæ patre cum esset muneribus dimissus, naufragio facto, nudus Ithacam pervenit, ad quandam casam suam, ubi erat nomine Eumæus sybotes, [a] hoc est, subulcus pecoris. quem canis cum agnosceret, & ei blandiretur, Eumæus eum non recognoscebat, quoniam Minerva eum, & habitum ejus commutaverat. Eumæus eum rogavit, unde esset.

c. 69. *Hujus & Alcinoi mirata est filia membrum Frondenti ramo vix potuisse tegi.* Ἐγχύνητο nempe, non ποσσίβατο. Hybreas in controversia de illo, qui tribada deprehenderat, & occiderat, ut est apud Senecam Contr. 2. Lib. 1. Ἐγώ σ' ὡς ἐζήτουσα ποσσὶν ἄνδρα, γαστρὶ ἐγχύνῃ ἢ ποσσίβατον. Ita lego illum locum. Notus est hellenismus. Ut *Vir* apud Latinos, ita & ἀνὴρ apud Græcos pro virilitate ponitur. Vide Lucian. p. 147. Tom. II. ed. Bened. Quod sequitur in eadem controversia, εἶδε φιλάβρητα μετὰ ἄλλων, verterim, *ecce virorum amantem adulterum cepi.* Ita tribada appellat, quod mulier nata vir esse desideraret, & virile negotium ageret. Dignum Thebano ænigmate monstrum, de quo Martial. 1. 91. Hierocles in Facetiis: εἶδε ὡς περᾷ καὶ ἔξω περιπατεῖ. *Vide ut comedat & ambulet.* Gloss. Philox. *Vide*, εἰδὲ, βλέπε. leg. εἶδε.

m *Ab hominibus ignoraretur*] Malim *omnibus.* Nisi forte putas homines opponere eum cani, à quo agnitus fertur cap. 126. Cicero Lib. 1. ep. 10. *Illo si veneris, tanquam Ulysses, cognosces tuorum neminem.* Lepide sermonem convertit ab Ulysse ad ipsius Valerii humilitatem ac solitudinem, ut recte animadvertit Manutius.

Ad CAP. CXXVI.

a *Hoc est, subulcus pecoris*] A glossa hæc esse suspicor. Neque enim Hygini est interpretari semper Græcanica vocabula. Vide cap. 26. 30. 188. 190. 199. Facit id tamen cap. 12. *Monocrepis, id est, uno pede calceatus.* 71. *Epigoni, id est, filii.* 92. *Eride, id est, discordia.* 188. *In haliœetum, id est, aquilam marinam.* 200. *In Dædalionem, id est, accipitrem.* Barthius hæc legit, *Quem canis pecoris.* Cl. Schefferus mutat tantum

Unable to display this page

bunt, & pecora ejus consumunt. Tunc Minerva effigiem suam ei restituit. Subito sybotes ut vidit Ulyssem esse, tenens amplectensque lachrymari cœpit præ gaudio, & admirari quid esset illud, quod eum immutaverat. Cui Ulysses ait, Crastino die perduc me in regiam ad Penelopen. Quem cum duceret, Minerva [f] ei iterum faciem mendici transformavit. Quem cum Eumæus ad mnesteras perduxisset, & [g] cum ancillis discumberent, ait ad illos: Habetis ecce alterum mendicum, qui cum Iro vos delectet. Tunc Melanthius unus ex mnesteribus ait: Imo inter se luctentur, & victor accipiet [h] ventriculum fartum & harundinem, [i] unde victum ejiciat: qui cum luctati essent, & Ulysses [k] Irum applosisset, atque eum ejecisset, Eumæus in mendici persona Ulyssem ad Eurycliam nutricem perduxit, dicitque eum socium Ulyssis fuisse,

ta diurna dolo. Ovid. III. Am. El. 9. *Tardaque nocturno tela retexta dolo.* Eleganter Apulej. *Omnem calumniæ textum retexo.*

f *Ei iterum faciem mendici*] Barthius, *Ei iterum faciem in mendici.* Quod amplectitur Cl. Schefferus. Ego mallem tamen, *Eum iterum in faciem mendici.* Virg. Æn. XII. 623. *In faciem conversa Methysci.* Noster cap. 189. *Commutat eum in hospitis figuram.*

g *Cum ancillis discumberent*] Cl. Schefferus, *cum ancillis illi discumberent.* Est tamen, cur dubitare possis, si consideres illa, quæ ad cap. 8. annotavi.

h *Ventriculum farsum*] An *fartum?* Auson. Perioch. Odyss. 18. *Caprini ventris omentum.* Ἔντερον est τοῖς ὁ Deuter. XVIII. 3. Homer. vers. 44. γαστέρα αἰγὸς appellat. Glossæ Isidor. *Scrutulus, ventriculus fartus.* In notis Tyronis p. 167. inter cibaria invenio numerari *Sucriculum.* Fort. *ventriculum.* nisi *vericulum* mavis à veru. Sed verius videtur *utriculum.* Sanè *utriculum porcelli* habes apud Apic. Lib. VIII. cap. 7. Possis tamen excusare *farsum* per archaismum. *Farsum* vetustissimos dixisse ostendit *farsura*, quo Tertullianum usum observat Scaliger ad Varron. pag. 242. Petron. Fragm. Trag. pag. 54. *Nisi epidipnis esset allata, turdis iligine*, (leg. *siligine* cum Nob. Heinsio) *uvis passis, nucibusque farsis.* Ita antiquus codex habuit, non *fartis*, ut ediderunt. Apitius Lib. IV. cap. 2. *Mittes longanones* (leg. *longabones*) *porcinos ex jure Tarentino farsos, concisos* &c. Lib. V. cap. 3. *Pisa farsilia.* VIII. 7. *Porcellus farsilis.* Adde, quæ observavit Borrichius in suis cogitationibus ad Vossii Librum de Vitiis Sermon.

i *Unde*] I. e. quâ. Vide not. ad cap. 112.

k *Irum applosisset*] Ita rectè Leidensis & Schefferi editio, ut conjectaverat quoque Barthius, nisi quod *terræ* addi volebat. *Iterum* malè Commelinus & Micyllus ediderunt: quorum ille tamen in erratis, ita ut heic legitur, legendum esse benè monuit. Plena oratio est, *Irum terræ applosisset.* Apulejus VI. Met. *Protinus terræ applodo.* Et IX. *Terræ graviter applodit.* Sueton. Aug. 96. *Afflixit & ad terram dedit.* Domit. cap. 23. *Solo affligi juberet.* Curt. IX. 7. *In terram aricta vit.* Hom. de Iro Od. Σ. 97. Κάδ δ' ἔπεσεν κονίηισι μακὼν, σὺν δ' ἤλασε ὀδόντας, Λακτίζων ποσὶ γαῖαν. Malui antehac *afflixisset.* Sed *affligo* & *applodo* idem. Gloss. Cyrill. Προσρήσσω, *inlido, applodo, adlido, adfligo. Plodo* archaicum est pro *plaudo.*

Dio-

fuisse, [l]* cui cum vellet, Ulysses ei os compressit, atque Penelopen [m] & eam præmonuit, ut arcum & sagittas ejus daret procis, ut qui ex iis eum intendisset, eam uxorem duceret. [n] Quæ cum fecit inter se certarent. & nemo [o] post intenderet, [p] Eumæus ait deridendi gratia, [q] demus * non pateretur Melanthius qui erat * Eumæus arcum seni tradidit. Ille omnes procos confixit, excepto Melanthio servo. Is clam procis deprehensus est, cui nares & brachia & reliquas partes membrorum minutatim secuit, [r] atque [s] domum suam cum conjuge potitus est. Ancillas autem suas jussit corpora eorum ad mare deferre, in quas rogatu Penelopes post cædem procorum Ulysses animadvertit.

CXXVII. *Te-*

Diomedes Lib. 1. *Plaudo frequens est apud veteres plodo, cà consuetudine, qua an syllaba cum o commercium habet, ut cum dicimus clanstra & clostra, canda & coda, & similia.* Sanè coda, copo, plodo invenias etiam in Fragm. Petron. Trag. cui & *lotam* pro *lautam* puto restituendum pag. 36. *Etiam videte, quam porcus ille silvaticus lotam comederit glandem.* Ita lego, pro *totam glandem.* Intelligit autem *Thebaicas & caryotas*, de quibus loquutus erat in præcedentibus.

l * *Cui cum vellet*] Merito locus hic ἀσήμως. Desunt enim heic illa, quæ habes capite præcedenti. Postularet historia & contextus fabulæ ex Hom. Odyss. vers. 477. & seqq. *At Eurielia, dum pedes ei lavat, ex cicatrice Ulyssem esse cognovit. Quæ cum exclamare eum esse Ulyssem vellet, Ulysses ei os compressit.* Vel cum Ausonio Periocho XIX. *Quæ cum multa alia quærere vellet* &c.

m *Et eam*] *Etiam* Cl. Schefferus. Accedo ejus conjecturæ, cum mox sequatur, *quæ cum fecit.*

n *Quæ cum fecit inter se certarent*] Conjectavi antehac, *Quæ fecit. Cum inter se* &c. Cl. Schefferus in indice subaudiri per ellipsin *ut* putat. At in notis ad hunc locum emendat: *Quæ cum fecit, & inter se certarent.* Quod præfero, cum sciam diversos modos etiam alibi à nostro copulari. Vide not. ad cap. 148. Sed Nobil. Heinsius emendat: *Qui cum confestim inter se certarent.*

o *Post intenderet*] In Micylli editione, *post intendere.* Inde fecerim, *posset intendere.* Quod & Micyllo visum fuit. Confer Priap. c. 69.

p *Eumæus ait deridendi gratia*] Incisum ponam post τὲ ait. Simulat Eumæus se favere procis.

q *Demus * non pateretur*] Locus palam defectus est. Forte scripsit, *Demus etiam huic mendico experiundi potestatem. Cum non pateretur Melanthius, qui erat fautor protervia procorum, Eumæus arcum* &c. Vide Hom. Odyss. XX. & XXI. apud quem non Eumæus, sed Telemachus Ulyssi tradit arcum.

r *Atque*] *Itaque* Cl. Schefferus, hoc est, *& ita.* Non malè.

s *Domum suam potitus est*] Plaut. Amphitr. 1. 1. *Ut salvi potiremur domum.* Ne corrigere velis cum Micyllo, *domo sua.* Servius ad Æn. III. 278. *Legimus & per accusativum, sed uti non possumus.* Terentius: *Patriam potitur commodam.* Lege, *patria commoda.* quomodo rectè adducit Diomedes Lib. 1. Locus est Adelph. v. sc. 4. vers. 17. Creberrimè eâ syntaxi usum Justinum ostendit in Indice Freinshemius. Confer Sanctii Minerv. Lib. III.

CXXVII. *Telegonus.*

TELEGONUS Ulyssis & Circes filius, missus à matre ut genitorem quæreret, tempestate in Ithacam est delatus: ibique fame coactus, agros depopulari cœpit. Cum quo Ulysses & Telemachus ignari arma contulerunt. Ulysses [a] à Telegono filio est interfectus: quod ei responsum fuerat, ut à filio caveret mortem. Quem postquam cognovit qui esset, jussu Minervæ, [b] cum Telemacho & Penelope in patriam redierunt, in insulam [c] Ææam ad Circen Ulyssem mortuum deportarunt, ibique sepulturæ tradiderunt. Ejusdem Minervæ monitu Telegonus Penelopen, Telemachus Circen duxerunt uxores. [d] Circe & Telemacho natus est Latinus, qui ex suo nomine

Ad CAP. CXXVII.

a *A Telegono*] Hor. Lib. III. od. 29. *Telegoni juga parricidæ.* Ad quem locum, ut & ad Epod. I. consule veterem Commentatorem. Parthenius Erot. cap. 3. alios secutus est auctores: Καὶ ἐμὲ πολιὼ χρῆναι, ἢ τὸδε ἀπειρχάσθαι, φοβεῖς τ' αὐτὸς ἰὼν τῇ χθυσέᾳ τραφθεὶς ἀκρίνδην θαλασσίας πτυχῶν ἐπιλάθεται.

b *Cum Telemacho & Penelope redierunt*] Diximus de istâ syllepsi ad cap. 6. Curt. IV. 5. *Pharnabazus cum Apollonide & Athenagora vincti traduntur.* Nepos Phocion. cap. 2. *Demosthenes cum cæteris plebiscito in exilium erant pulsi.*

c *Ææam*] Lege *Ææam*, ut habet margo editionis Micylli. Cretensis Dictys Lib. VI. *Telegonum, quem Circe editum ex Ulysse apud Ææam insulam educaverat.* Confer Servium ad Æn. VII. 10. VIII. 385. Perperam etiam Tzetzes in Lycophron. pag. 116. ed. Bas. Εἰς τὴν Αἰαιὰν νῆσον Κίρκης. Leg. Αἰαίλιν. Hom. Odyss. K. vers. 135. Αἰαίλιν δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ' ἔνθα δ' ἔναιε Κίρκη. Ibi Scholiastes: Αὐτὴν ἔνιοί φασι τὸ νῆσον Κιρκαῖον ὄρος πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ. Convenit hoc cum illis, quæ Strabo tradit Lib. V. pag. 255. edit. Xylandri. Idem Scholiastes ad Odyss. I. 32. *Ææam* dici Circen ait ἐξ Αἰαίας ἥτις ἐστὶ τῆς Τυρρηνίας ἢ Κολχίδος. Αἰαία γάρ, inquit, ἡ πόλις τῆς Κολχίδος. An scribendum Αἶα? Ita putes. Strabo Lib. I. pag. 42. Ἦτι Αἶα δείκνυται ἄχρι φάσεως πόλις. Nec aliter Scholiastes Pindari Pyth. od. IV. pag. 105. edit. Francof. aut Apollonius & ejus Scholiastes Argon. II. 419. Quibus & Tzetzes accedit ad Lycophr. pag. 161. Αἶα πόλις Κολχίδος. Facit tamen cum Homerico illo interprete Etym. magni auctor in Αἰαίη. Αἰαίη, inquit, ἡ Μήδεια, ἀπὸ τοῦ Αἰαίλιον δολόεσσαν. εἰρηται ὃ ἔστι Αἰαίης πόλεως Ἀπολλωνίας. Ad quem locum Sylburgius: Ἀπολλωνίας *si auctor scripsit, fortasse significare voluit Ææam alio nomine Apolloniam fuisse dictam, aut legendum,* Ἀπολλάνιος. Posterius verum est. Verba enim Apollonii sunt, Αἰαίλιον δολόεσσαν. At ab *Ææa* non potest formari adjectivum *Ææus*, sed ab *Æa*, Αἶα. Hyginus cap. 125. *Ænariam* vocat Circes insulam. Ænariam ponit inter illas insulas Mela, quæ Italico littori objacent. An igitur Ænaria Circæa illa terra est, cujus Lib. VII. meminit Virgilius? Non memini hoc legisse. Puto apud Hyginum etiam illo loco *Ææam* rescribendum.

d *Circe & Telemacho*] Ita & Galatas apud Festum in *Roma*. Constant. Geopon. Lib. XI. cap. 3. Cl. Schefferus corrigit, *Circe ex Telemacho.* Non video rationem. Servius ad Æn. XII. 164. di-

mine [e] Latinæ linguæ nomen imposuit. Ex Penelope & Telegono natus est Italus, qui [f] Italiam ex suo nomine denominavit.

CXXVIII. *Augures.*

[a] AMYCUS Elati filius, [b] Mopsus Ampyci filius, Amphiaraus [c] Oeclei vel Apollinis filius, Tiresias [d] Eueris filius, [e] Manto Tiresiæ filia, Polyidus Cœrani filius, [f] He-

diversus ab Hygino abit. *Latinus*, inquit, *secundum Hesiodum in ἀκτὴ Ὀγυγίᾳ Ulyssis & Circes filius fuit, quam multi etiam Maricam dicunt.* Scribe Θεογονίᾳ in Servio. Nam locus ille, ubi hoc tradit Hesiodus, legitur Θεογ. vers. 1013. Eandem genealogiam refert ad Æn. I. 277. In quo ὁμώνυμον habet Stephanum in Πεκίνῳ, & Eustath. in Dionysium. Ad Æn. III. 171. scribit: *Appellata Ausonia ab Ausonio Ulyssis & Calypsus filio: & primo pars, postea omnis Italia nominata.* Lege, *Auson.* Festus: *Ausoniam appellavit Auson Ulyssis & Calypsus filius* &c. Adde Schol. Apollon. IV. 557. Eustath. in Dionys. pag. 17. Ulyssi ex Circe natum scribit, additque Ethnicographum Atlantis eum & Calypsus facere filium. Callias Agathoclis prodidit, Latinum illum fuisse unum è manu Trojanorum fugientium, Ilio capto. Tzetzes ad Lycophron. Herculis filium ex Fauni uxore p. 183. & 186.

e *Latinæ linguæ*] Mallet Cl. Schefferus, *terræ*. Videri tamen potest linguam pro gente posuisse. Zachar. cap. VIII. 23. Δέκα ἄνδρες ἐκ πασῶν γλωσσῶν τῶν ἐθνῶν. Lactant. III. 25. *Populumque ex omni linguâ, & conditione, & sexu, & ætate conflari.* Servius ad Æn. VIII. 322. *Quidam ferunt à Latino dictum Latium, alii ipsum Latinum à Latio.* Sed istum Latinum Fauni filium rectius faciunt alii. Vide Augustin. C. D. XVIII. 16.

f *Italiam*] Varro II. R. R. cap. 5. à bubus habere eam nomen existimasse quosdam scribit. *Græcia enim*, inquit, *antiqua, ut scribit Timæus, tauros vocabat* Ἰταλούς. Unde Festus: *Italia dicta, quod magnos Italos, hoc est, boves habebat.* Et Tzetzes, qui se tam multæ lectionis esse gloriatur, Chiliad. I. 36. Τυρρηνοὶ γὰρ Ἰταλὸν ἠγάλοι πως τὸν ταῦρον. Quibus adde, quæ Isacius habet ad Lycophron. pag. 183. Servius ad Æn. I. 26. *Italus rex Siculorum profectus à Sicilia venit ad ea loca, quæ sunt juxta Tiberim, & ex suo nomine appellavit Italiam.* Adde Jun. Animad. Lib. I. cap. 22. In alia omnia abit doctissimus Bochartus in Canaan Lib. I. cap. 33.

Ad CAP. CXXVIII.

a *Amycus Elati*] *Ampycus* Cl. Schefferus ex Pausania. Sed ille non Elati, sed Titæronis erat filius, ut vult Tzetzes ad Lycophron. pag. 127. ed. Bas. Steph. pag. 143.

b *Mopsus Ampyci*] Vide supra cap. 14. Clemens Strom. Lib. I. Μόψος Ἀπόλλωνος ἢ Μαντοῦς. Sed ille alius fuit ab hoc Ampycide. Bene alterum ab altero distinguit Tzetzes in Lycophron. pag. 143. Lactantio ad Stat. Theb. III. 521. est *Apollinis & Himantis filius.* Scribe *Mantus* vel *Mantonis*, cujus & Conon cap. 6. meminit apud Photium. Tiresiæ facit filium Eustath. in Dionys. p. 60. Cicero I. de Div. *Amphilochus & Mopsus Argivorum reges fuerunt, sed iidem augures.*

c *Oeclei*] Cl. Schefferus *Ioclei*, quod Pausaniæ sit Ἰοκλῆς. Sane & apud Schol. Hom. Odyss. A. 326. invenio, Ἀμφιάραος ὁ Ἰοκλέους. Perperam. Scribe Οἰκλέους. Nihil in Hygino esse mutandum ostendi ad cap. 70. Solinus cap. 8. *Catillus Amphiarai Oeclei avi jussu* &c.

d *Eurymi*] *Eueris* vel *Eueri* scribendum esse monui ad cap. 68. & 75.

e *Manto*] Vide Scholiast. Eurip. ad Phœniss. vers. 846.

[f]Helenus Priami filius, Cassandra Priami filia, Calchas Thestoris filius, [g] Theoclymenus [h] Thestoris filius, [i] Telemus Protei filius, Telemus [k] Eurymi filius, Sibylla Samia, alii [l] Cymæam dixerunt.

CXXIX. *Oeneus.*

LIBER cum ad Oeneum Parthaonis filium in hospitium venisset, Althæam Thestii filiam, uxorem Oenei, adamavit. Quod Oeneus ut sensit, voluntate sua ex urbe excessit, simulatque se sacra facere. At Liber cum Althæa concubuit, ex qua nata est Deianira. Oeneo autem ob hospitium liberale muneri vitem dedit, monstravitque quomodo sereret: fructumque ejus ex nomine hospitis [a] Oenos ut vocaretur, instituit.

CXXX. *Ica-*

f *Helenus*] Schol. Eurip. Hecub. vers. 87. Ἑλένη ⸗ Κασσάνδρας ἐν ναῷ Ἀπόλλωνος ὄντων, ἐλθόντες ὅρκιοι, ⸗ τὰ αὐτῶν ἀφελεόξαντες ὅπλα, ὅπως ὀξυχάλκοις εἰργάσαντο, ὡς μίνως τὸν Θησέα ἀκέων βυλαῖς, ⸗ μάντεις ἄκρους εἶναι.

g *Teoclimenus*] *Theoclymenus* est scribendum ex Homero, Clemente, & Ausonio Perioch. Odyss. XV.

h *Thestoris filius*] Πολυφείδης est pater Theoclymeni Homero Odyss. O. 249. & Schol. ad Odyss. O. 223. An ergo *Polyphydis* pro *Thestoris* scribendum? Non convenire heic Hygino cum Homero pridem & Micyllus animadverterat.

i *Telemus Protei filius*] Micyllus ex Euripidis Helenâ: *Theonoe Protei filia.* Agnoscit sane illam Conon cap. 8. Cl. Schefferus mallet *Telegonus*, qui inter Protei filios recensetur ab Apollod. Lib. II. Tzetze in Chiliad. I. 36. & Isacio in Lycophron. pag. 26. Nisi longiusculè à vulgata scriptura abiret, reponerem, *Tenerus Phœbi filius.* Hic enim vates audit apud Pind. Schol. ad Pyth. od. XX. & Lycophronianum interpretem.

k *Eurymi filius*] Hinc *Eurymides* est Ovid. XIII. Met. 771. & Ib. vers. 270. Cyclopum vates fuit, cujus & Theocritus meminit Eid. VI. 23. Schol. Οὗτός ἐστιν ὁ Τήλεμος, ὁ παρ' Ὁμήρῳ Εὐρυμίδης, ἢ Εὐρύμαχος, καλούμενος, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο. Tolle illa, ἢ Εὐρύμαχος. Locus est Homer. Odyss. I. 509. Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο.

l *Cymeam*] *Cymæam* per diphthongum scribendum. Capella Lib. II. *Sibylla vel Erythræa, quæque Cumæa est, vel Phrygia.* Etiam ibi *Cymæa* MS. Cod. Leid. Bibl. quod archaicum est. Vide Popmam in de Antiq. Locut. Lib. I. cap. I. Plures augures si desideres, recensitos invenies à Clemente Lib. I. Strom. pag. 335. edit. Morell.

Ad CAP. CXXIX.

a *Oenon ut appellaretur*] Rectè *Oenos* Cl. Schefferus, hoc est, οἶνος. Consimile vitium nos observavimus ad cap. 118. Illud præcedens *fructum* in errorem induxit librarium, qui hellenismum non videbat. *Fructum instituit ut œnos appellaretur*, dictum est ἀντὶ τοῦ, *instituit ut fructus Oenos appellaretur.* Vide not. ad cap. 34. Servius ad Georg. II. 98. *Vinis de Græco traxit. nam οἶνον dicunt.* Et ad Georg. I. 9. *Circa hunc Staphylus Oenei pastor cum animadverteret ex capris unam esse pinguissimam, intellexit id pabuli libertate fieri; secutus itaque eandem, cum vidisset uvis vesci, admiratus & novitatem & dul-*

cedi-

CXXX. *Icarius & Erigone.*

CUM Liber pater ad homines esset profectus, ut suorum fructuum suavitatem atque jucunditatem ostenderet, ad [a] Icarium & Erigonam in hospitium liberale devenit. iis utrem plenum vini muneri dedit, jussitque ut in reliquas terras propagarent. Icarius plaustro onerato, cum Erigone filia & [b] cane Mæra in terram Atticam ad pastores devenit, & [c] genus suavitatis ostendit. Pastores cum immoderatius biberent, ebrii facti, conciderunt: qui arbitrantes Icarium sibi [d] malum medicamentum dedisse, fusti-

cedinem, decerptum fructum pertulit regi, qui cum liquorem expressisset, à suo nomine vocavit Oenon, ab inventore Staphylen. Glossæ MSS. Bibliothecæ Leidensis: *Oviſta filius Tnen* (leg. *Staphylus Oenei*) *regis pastor cum videret caprum sæpius à grege discedere & plenioremreverti, secutus, uvam depascentem invenit, quam decerpsit & gustavit. Cujus dulcedine inductus eam expressit, & cum humorem ejus bibisset, quem* (leg. *cum*) *& suavem sensit, ac per hoc de Acheloo fluvio, in cujus ripa uva fuerat inventa, aquam miscuit vino, atque ita cum potum optimum fecisset, speciem uvæ & potum optimum obtulit regi. Qui* (leg. *quem*) *cum ille probasset, uvam inventoris nomine vocari jussit, vinum Græco verbo Tnon* (leg. *Oenon*) *à suo nomine appellavit.* Hinc ergo non *vinum* tantum, sed & *vinus* dixerunt Latini. Petron. Fragm. Trag. *Vinus mihi in cerebrum abit.* Interp. Anonym. Cosmogr. Godofred. p. 17. *Vinum habundantem.*

Ad CAP. CXXX.

a *Icarium*] Infr. cap. 224. 243. 254. *Icarus* appellatur. Atque ita quoque scribitur apud Servium ad 1. Georg. 68. Festum in *Oscillum*. Tibullum Paneg. Propertium Lib. II. el. 24. Ovid. Ib. vers. 611. x. Met. 450. Scholiast. Germanici Fabulâ Canis, & Gloss. MSS. in Georg. Virg. 1. Sed noster ut heic, ita & Lib. II. Astron. cap. 4. *Icarium* cum Apollodoro Lib. III. Luciano Dial. Junonis & Jovis Tom. I. p. 156. ed. Bened. & Dial. de Saltat. pag. 931. Plutarch. Parall. 9. Tzetze ad Hesiod. p. 130. edit. Heinsianæ. Schol. Hom. ad Iliad. X. 29. Odyss. E. 272. & Ampelio cap. 2. vocitat. Moneo insuper edit. Venet. anni 1482. & 3. MSS. Astron. Hyg. Lib. II. 4. & 40. disertim repræsentare *Icarum* & *Icarus*, quæ temerè à Criticis postea mutata exisse limes, præsertim cum & Morellius *Icarum* semper in suis legi testetur. Immo confudisse scriptores posterioris ætatis patrum Penelopes & Erigones nomina non frustra existimat Perizonius noster.

b *Cane Mera*] *Mæra* scribendum ex Apollod. Lib. III. pag. 197. Astron. Hyg. loco modo laudato edit. Venet. & Hesychio, cujus verba opportunè heic laudat Cl. Schefferus. Fuit & Orionis canis Μαῖρα. Tzetzes ad Lycophron. p. 61. Μαῖρα νῦν ὁ κύων ὁ τῆς μιᾶς τῶν Ὡρίωνος μαίρας καλουμένης. Revera eadem est canis. Vide nostrum Astron. II. 35. *Neæra* appellatur à Schol. Germanici ed. Hervag. quod benè in *Mæra* transformavit Sanctandreana. Meminit hujus canis præterea Ælian. Lib. VII. Anim. cap. 28. Schol. ad Iliad. Homeri X. 29. & Lucianus Θεῶν ἐκκλησίᾳ, sed more suo σκωπτικῶς. An eadem sit Mæra, cujus Naso facit mentionem Lib. VII. Metam. vers. 363. dicere non habeo.

c *Genus suavitatis*] Infr. cap. 274. *Significantes suavitatem invenisse*, h. e. suavem potum vini. Sed Nob. Heinsio legendum videtur, *genus suave vitis.*

d *Malum medicamentum*] Ita & German. Scholiast. in hac fabula. Noster

fustibus eum interfecerunt. Icarium autem occisum canis ululans Mæra, Erigonæ monstravit, [c] ubi pater insepultus jaceret. Quo cum venisset, super corpus parentis in arbore suspendio se necavit. ob quod factum Liber pater iratus, Athenienſium filias [f] simili pœna afflixit. De ea re ab Apolline responsum petierunt: quibus responsum est, quod Icarii & Erigones mortem neglexissent. Quo responso, de pastoribus supplicium sumpserunt, & Erigonæ [g] diem festum oscillationis pestilentiæ causa instituerunt, & ut per vindemiam de frugibus Icario & Erigonæ

cap. 132. *Quod diceret illud malum medicamentum esse. Venenum* simpliciter in hac fabula appellat Servius ad Lib. II. Georg. 389. Venenum nempe quidlibet, quod efficit aliquid contra naturam. Vide Quintil. Declam. 246.

c *Ubi pater*] Mallet Cl. Scheſſerus, *& ubi* &c. Non arbitror esse opus. *Ululare aliquem*, ut *flere aliquem*, & Astron. II. 4. *Lacrymari obitum domini.* Petronius Frag. Trag. *Maligne illum uxor ploravit.* Apulej. III. Met. *Fortunas meas ejulabam.* Horat. II. od. 9. *Ploravit Antilochum.* Elegantissima esset oratio, & haud paulo eruditior, si illud *pater* deleretur. Sed Scholiastes Germanici, qui hæc partim transscripsit, cum Hygino: *Icarum autem occisum canis, qui cum eo fuerat, Mæra nomine, ululans, Erigonæ ejus filiæ monstravit, ubi pater insepultus jaceret.* Et cur non *ululare aliquem* rectè, cum *ululatus* rectè dicatur cum ululatu invocatus? Stat. III. Theb. 158. *Ululata Lucina.*

f *Simili pœna afflixit*] Servius: *Sed post aliquantum tempus Athenienſibus morbus immissus est talis, ut eorum filia furore quodam compellerentur ad laqueum.*

g *Diem festum oscillationis*] Referendum hoc ad κωλυτήρια. Vide Servium ad illa Virgilii Georg. II. 389. *Oscilla ex altâ suspendunt mollia pinu.* Scholiastes German. *Quod factum est ab Athenienſibus, qui diebus festis institutis aras constituerunt, ideo quia illam pendentem conspexerunt, quod est apud Græcos, ex quo factum est ut soli oscilo jactarentur homines.* Corrupta heic quædam & omissa. Primum pro *aras* repone *æoras* vel αἰώρας. Vide Hesych. & Etym. magnum in Αἰώρα. Deinde post illa verba *apud Græcos*, interpone αἰωρεῖσθαι cum Leopardo Emendat. Lib. VI. cap. 14. Turneb. Adverſ. Lib. XX. 24. Nec illa sana *soli oscilo*, ex quibus binis vocabulis fecerim unum, *oscillo*. *Oscillum* autem est αἰώρα & κίνησις. Aliter *oscilla* dicuntur larvæ & φορτωτεῖα, de quibus Scaliger ad Auson. pag. 160. Quo & illud ex Cyrilli Glossario pertinet, Περσωπεῖα, *oscilla*. Et quod Varro ait apud Servium ad Æn. XII. 603. *Suspendiosis, quibus justa fieri fas non sit, suspensis oscillis veluti per imitationem mortis parentari.* Nisi & hoc potius ad αἰώρας & κινήσεις referendum est. Consule Mercurial. in de Art. Gymnast. Lib. III. cap. 8. & ante omnes Salmasium notis ad Tertull. Pall. pag. 130. Nostrum Astron. II. 4. Festum in *Oscillum*. *Laqueos pensiles* interpretantur Gloss. MSS. in I. Georg. Virg. *Et postmodum cum filia ejus Erigone mortem quæreret, quæ cum reperisset corpus ejus, laqueo finivit vitam. Unde Athenienses filias suas laqueis infigebant. Post cujus interitum cum multi Athenienses tali morte interirent, oraculum consuluerunt, quibus responsum, Erigones mortem expediendam*, (leg. *expiandam*) *eandem placandam. Tunc instituerunt ludos, & dies festos agere, & arboribus laqueos pensiles inligare, in quibus se huc illuc * ferentur. ques laqueos oscilla vocaverunt.* Pro oribus ad humanam speciem arte simulatis accepit oscilla Lactantius in XI. Theb. 644. *Pinus autem, in quâ pe-*

pen-

næ primum [h] delibarent: qui deorum voluntate in astrorum numerum sunt relati. Erigone signum Virginis, quam nos Justitiam appellamus; Icarius arcturus in sideribus est dictus; canis autem Mæra, canicula.

CXXXI. *Nisus.*

LIBER cum in Indiam exercitum duceret, [a] Nyso nutricio suo, dum ipse inde rediret, regni Thebani potestatem tradidit: sed posteaquam inde reversus est Liber, Nysus regno cedere noluit. Liber cum nutricio contendere noluit, passusque est eum regnum obtinere, dum occasio sibi regni recuperandi daretur. Itaque post annum tertium cum eo redit in gratiam, simulatque in regno se sacra facere velle, quæ Trieterica dicuntur, quoniam post tertium annum faciebat, militesque muliebri ornatu pro Bacchis introduxit, & Nysum cepit, regnumque suum recuperavit.

CXXXII. *Ly-*

pendit, (Erigone) *regionem illam umbra sua vastabat. Ut placaretur exstincta, ora in humanam speciem ipsi formata in eadem arbore suspendebant, & pastorum congressibus cantibusque diem illum celebrem faciebant. quod Virgilius aliud agendo perstrinxit: Tibique Oscilla ex altâ suspendunt mollia pinu.* Confer Macrob. Saturn. 1. cap. 7. & 11. Etym. magni auctor originem ejus festi deducit ab Erigonâ Ægysthi & Clytemnestræ filia in Αἰώρᾳ. Festus autem in *Oscillum* & Glossographus MS. in 1. Georg. Virgil. à morte Latini regis. De Festi loco videndus Vives ad Augustini C. D. Lib. XVIII. cap. 18.

h *Delibarent*] Ita reposui pro *deliberarent*. quod in principe & Commelini editione conspicitur. Atque ita scribendum esse cum in margine Micyllus, tum & in erratis Commelinus monuerat. Schol. German. *Ex oraculo responsum est cessaturam pestilentiam, si per annos singulos de frugibus & vindemia Icaro & Erigonæ delibaretur.* Primum de frugibus delibare est ἀπάρχεσθαι. Hesych. Ἀπάρχαι, ἀπαρχὰς φορήσαι. Ἀπαρχὴ *initia* transtulit vetus interpres Siracid. cap. 7. vers. 35. *Libare, si proprietatem sermonis respicias, fundere significat, tractumque de Libero quodam, qui in Græciâ usum repperit vitis*, ut notat Isidorus. At non ego credulus illi. Libare est ex Græco λείβειν. Melius Servius ad Georg. 1. 7. *Quamvis Sabini Cererem panem appellent, Liberum Lebasium; dictum autem, quia Græce* λείβειν *res divina dicitur.* Festus: *Janual libi genus, quod Jano tantummodo libatur.* Leid. Cod. *delibatur.* Ælianus: Ὁ γοῦν Πύθιος ἔχρησεν, εἰ βέλοιτο τυχεῖν σωτηρίας, Ἰκετείῳ θύειν, καὶ Ἠριγόνῃ τῇ τότε παιδί, καὶ τῷ κυνὶ &c.

Ad CAP. CXXXI.

a *Nisō*] Melius per y scripseris, ut factum cap. 167. ubi iterum de isto Bacchi nutricio agit.

CXXXII. *Lycurgus.*

LYCURGUS [a] Dryantis filius, Liberum de regno fugavit: quem cum negaret deum esse, vinumque bibisset, & ebrius matrem suam violare voluisset, tunc vites excidere est conatus, quod diceret illud malum medicamentum esse, quod mentes immutaret. Qui insania ab Libero objecta, uxorem suam & filium interfecit, ipsumque Lycurgum Liber pantheris objecit in Rhodope, qui mons est Thraciæ, cujus imperium habuit. Hic traditur unum pedem sibi pro vitibus excidisse.

CXXXIII. *Hammon.*

LIBER in India cum aquam quæreret, nec invenisset, subito ex harena aries dicitur [a] exiisse: quo duce Liber cum aquam invenisset, petit ab Jove, ut eum in astrorum numerum referret; qui adhuc hodie [b] æquinoctialis aries dicitur. In eo autem loco, ubi aquam invenerat, templum constituit, quod Jovis Hammonis dicitur.

CXXXIV. *Tyrrheni.*

TYRRHENI qui postea Tusci sunt dicti, cum piraticam

Ad CAP. CXXXII.

a *Driantis*] Δρύας Græce Lycurgi pater dicitur. Ergo *Driantis* scribendum, quemadmodum rectè exaratum est cap. 242. ut jam notavit Schefferus. Nimium nimirum multa sunt cum in hoc scripto, tum apud Servium, Scholiasten Germanici, aliosque id genus scriptores, in quibus ista vocalium Y & I facta est confusio, sicut monui jam superius quoque.

Ad CAP. CXXXIII.

a *Exiisse*] Sic cap. 9. *Ex qua serpentes plurimos exiisse. Exilire* eo sensu usurpat Lactant. ad III. Theb. 476. vers. 257. *At ille illu scorpii interit, quem terra in ultionem Dianæ exilire compulerat.*

b *Æquinoctialis aries*] Alii illum esse autumant, qui Phrixum & Hellen vexerit. Ampelium vide Lib. Mem. cap. 2. Lactant. ad III. Theb. 476. Nostrum Astron. II. 20. Schol. German. Ariete; quem non parum errare censet doctiss. Antonius Borremansius Var. Lect. cap. 19. Cum Scholiaste tamen illo facit Ampelius: *Aries eis aquam demonstravit, & ob id à Libero Jovis Ammon est appellatus, eique fanum magnificum fecit ad eum locum, ubi aquam invenit.* Sed nec Festus satis Hammonem ab ariete distinguit: *Hamo*, inquit, *cognominatus, quia in arena putatur inventus, quæ Græcè hoc nomine ἄμμος appellatur. Cui cornua adfiguntur arietis à genere pecoris, inter quod inventus.* Pro *Hamo* Leidensis Bibliothecæ codex rectius habet *Hammo*. Adde quæ Servius habet ad Æn. IV. vers. 196.

Ad

cam facerent, Liber pater impubis in navem eorum conscendit, & rogat eos, ut se Naxum deferrent. Qui cum eum sustulissent, atque vellent ob formam constuprare, Acœtes gubernator eos inhibuit, qui injuriam ab eis passus est. Liber ut vidit in proposito eos permanere, remos in thyrsos commutavit, vela in pampinos, rudentes in hederam. deinde leones atque pantheræ prosiluerunt: [a] qui, ut viderunt, timentes in mare se præcipitaverunt, [b] quos & in mari in aliud monstrum transfiguravit. nam quisquis se præcipitaverat, in delphini effigiem transfiguratus est, [c] unde delphini Tyrrheni sunt appellati, [d] & mare Tyrrhenum est dictum. Numero autem fuerunt duodecim, his nominibus: [e] Ethalides, Medon, Lycabas, Libys, Opheltes, [f] Melas, Alcimedon, Epopeus, Dictys, Simon, Acœtes. hic gubernator fuit, quem ob clementiam Liber servavit, & [g] Proreus.

CXXXV. *Laocoon.*

Laocoon [a] Acœtis filius, Anchisæ frater, Apollinis

Ad CAP. CXXXIV.

a *Qui ut viderunt*] Malim, *quæ ut viderunt*. Sic fab. 201. *Qui cum solito more involasset*. lego *quæ*, nempe pecora. Nob. Heinsius mallet *Tusqui* pro *Tusci*, quemadmodum sæpe id vocabulum exaratum in membranis.

b *Quod &*] Scribendum, *quos &*. Quod & Micyllo notatum.

c *Unde delphini Tyrrheni*] Nob. Heinsius ita capiebat: *Ex hac nautarum transfiguratione ducunt originem delphini, qui adhuc in mari Tyrrheno sunt frequenter*. Puto tamen *Tyrrhenum piscem* κατ' ἐξοχὴν dictum delphina. Seneca Agamem. vers. 451. *Tyrrhenus omni piscis exsultat freto*. h. e. delphin. De mari Tyrrheno vide quæ ad Æn. 1. vers. 71. Servius, & Bœclerus ad Patere. Lib. 1. cap. 1. congessere.

d *Et mare Tyrrhenum*] Melius *ut mare* cum Heinsio legas.

e *Ethalides*] Hic Æthalion est Ovid. III. Met. 647.

f *Melas*] Ovid. vers. 117. est *Melanthus*.

g *Proreus*] Ita Micyllus edendum curavit. Sed audi quid ad eum locum annotet: *Hic in veteri exemplari omissus erat, quemadmodum apud Ovidium contra Simonis nulla mentio fit*. Atqui *Proreus*, Plauto *Proreta*, Græcis πρωρεὺς dictus, apud Ovidium est Melanthus, cum audiat *proræ tutela*. Pro nomine ergo proprio, quod est officii, accepit Micyllus? Ita videtur Scheffero. Ego ut antehac dubitavi, ita adhuc vereor id affirmare. Fieri potuit, ut ex nomine officii proprium finxerit Ovidius. Certe præter alios etiam Nob. Heins. qui MSS. cum editis contulit, majusculâ à capite literâ id vocabulum describendum curavit. Accedit huc, quod illud *Proreus* magis Græcum sit, quam ut pro appellativo usurpare voluisse videatur Naso: ne dicam jam, duodecim velle Hyginum in navi ea fuisse nautas. At Proreus hic si omittatur, undecim tantum comparebunt. Propter ea tamen, quæ sequuntur, *Hic gubernator* &c. ante Acœten cum posuerim.

Ad CAP. CXXXV.

a *Acœtis filius, Anchisæ frater*] Atqui Anchisæ pater erat *Capys*, ut post

linis sacerdos, contra voluntatem Apollinis cum uxorem duxisset, atque liberos procreasset, [b] sorte ductus ut sacrum faceret Neptuno ad littus: Apollo occasione data, [c] à Tenedo per fluctus maris dracones misit duos, qui filios ejus [d] Antiphantem & Thymbræum necarent. quibus Laocoon cum auxilium ferre vellet, [e] ipsum quoque nexum necaverunt. Quod Phryges idcirco factum putarunt, quod Laocoon hastam in equum Trojanum miserit.

CXXXVI. *Polyidus.*

[a] GLAUCUS Minois & Pasiphaæ filius, dum [b] ludit pila, cecidit in dolium melle plenum; quem cum parentes quærerent, Apollinem sciscitati sunt de puero. Quibus [c] Apollo respondit: Monstrum vobis natum est, quod si quis solverit, puerum vobis restituet. Minos sorte audita, cœpit monstrum à suis quærere: cui dixerunt natum esse vitulum, qui ter in die colorem mutaret [d] per quaternas horas, primum album, secundo [e] rubeum, [f] dein-

Micyllum recte ex Apollodoro & aliis notavit Cl. Schefferus. An ergo *Capyos* reponendum pro *Acœtis*? Ennius apud Philargyrium ad Georg. III. vers. 35. *Assaraco natus Capys optimus, isque pium ex se Anchisen generat.* Supra cap. 94. Anchisen Assaraci filium facit; in quo itidem abit ab aliis. Deinde Laocoon non Acœtis, sed Antenoris erat filius, si Tzetzen audimus ad Lycophr. p. 95.

b *Sorte ductus*] Virgil. Æn. II. 201. *Laocoon ductus Neptuni sorte sacerdos.* Ad quem versum consule Servii commentarium.

c *A Tenedo*] Ita & Virgilius & Petronius. Sed Bacchylides apud Servium, loco modo laudato, *A Caledonis insulis* venisse dicit. Lego *Calydnis*. Καλύδναι enim vocantur à Scholiaste Lycophroniano.

d *Antiphantem & Thymbræum*] Thessandrus apud Servium ad Æn. II. 211. Ethronem & Melanthum eos nominat. Quos autem angues *Curissus* & *Peribœam* appellat Lysimachus, Πόρκης & Χαρίβοια dicuntur à Tzetze, ut utervis ex altero videatur emendandus.

e *Ipsum quoque nexum*] Hoc esset, voluminibus & spiris suis implicitum, tergoribus ligatum, ut loquitur Petronius Trojæ Halosi. Sed Cl. Schefferus mallet *innexum* vel *nexu*.

Ad CAP. CXXXVI.

a *Glaucus Minois*] De tribus Glaucis consule Palæphatum cap. 36. & duobus sequentibus.

b *Ludit pila*] Apollod. ἐ μὲν διὰ κόων. al. μιᾶς legitur.

c *Apollo respondit*] Responsum ita refert Tzetzes ad Lycophr. Ἔδοξε αὐτοῖς χρησμὸς, ἐκεῖνον εἰπεῖν περὶ τῆς παιδὸς τῆς αὐτῶν ἰωμένου, ἢν δὲ ἀναιρήσειν αὐτὸν, ὃς εἴπῃ τίνι ὅμοιός ἐστιν ὁ τράγος. Μίνως βοῦς ἢ ἐν τοῖς ἀγροῖς.

d *Per quaternas horas*] A glossatore hæc esse existimat Tollius.

e *Rubeum*] Gloss. Steph. Κιρρὸς, *rubeus*. *Rebeus*, ἐρυθρός. leg. *rubeus*. Capel-

[f]deinde nigrum. Minos autem ad monstrum solvendum augures convocavit. qui cum [g]non invenirentur, Polyidus Cœrani filius [h]Bizanti monstrum demonstravit, [i]eum arbori [k]moro similem esse: [l]nam primum album est, deinde rubrum, cum [m]permaturuit, nigrum: tunc Minos ait ei, Ex Apollinis responso filium mihi oportet restituas. Quod Polyidus dum auguratur, vidit noctuam super cellam vinariam sedentem, atque apes fu-

gan-

pella Lib. 1. *Minio rubeoque igne rutilantes*, Palladius Mart. Tit. 14. *Murini maximè coloris, aut rubei.* Auctor Ovid. Vetulæ. *Sic tamen, ut rubeus vincatur ab albo.* Comparet ea vox etiam in notis Tyronis. Adde Erythræum Indice Virgiliano, & Alciat. Parerg. II. 1. Fulgentius Lib 1. cap. 11. *Erythræus Græcè rubeus dicitur.* Isidor. Orig. XVII. 9. *Rubia dicta, quod radix ejus sit rubea.* Eugesippus de distantiis locorum Terræ Sanctæ: *In Hebron habetur quidam ager, cujus gleba rubea est.* Et sic sæpe ille. Vossio tamen ea vox se probare non potuit III. Vit. Serm. cap. 43. Nec valde Rodolpho Agricolæ epistolâ ad Alex. Hegium.

f *Deinde*] *Denique* scribendum esse censet Cl. Schefferus.

g *Non invenirentur*] *Inveniret* scribendum esse monui antehac, & subaudiendum monstrum. *Invenire* enim, *demonstrare* & *solvere monstrum* idem est, τὸν θέσν nempe vituli illius εἰκόνα, ut loquitur Apollodorus in hac fabulâ Lib. III. Εὑρεῖν αἴνιγμα non dissimiliter dixit Palæphatus cap. 7. Cl. Schefferus hoc amplius censet legendum, *non invenirent, tum* &c. Sulpic. Sever. Hist. Sacr. Lib. 1. *Quod cum à prudentibus Ægyptiorum non posset absolvi.* Plane, ut *solvere monstrum* heic Hyginus.

h *Bizanti*] Cl. Schefferus totum locum hunc satis obscurum sic constituit, *virenti demonstravit eum arbori moris similem esse.* Si satis constaret, quod vero tamen non dissimile esse arbitror, Cœranum illum, cujus mentionem facit Apostolius Cent. VI. 95. hujus Polyidi fuisse patrem, rescriberem *Byzantius.* Dices Argivum eum facere Palæphatum cap. 27. & Tzetzen ad Lycophron. pag. 129. ed. Steph. Corinthium Pind. Olymp. od. XIII. & Clementem scribere Lib. 1. Strom. pag. 334. Πολύϊδος ὁ Ἀργεῖος ὁ Μαντεύς. Respondere possum, origine Byzantium fuisse, & Byzantio habitatum concessisse Argos vel Corinthum.

i *Eum arbori*] Palam est respici ad vitulum. Quamobrem illud *monstrum*, quod modo præcessit, delendum censet Cl. Schefferus. Dubito nihilominus. Videtur mihi rem magis, quam proximè præcedentem vocem spectasse auctor, quemadmodum non uno feciisse loco hunc scriptorem ipse observat.

k *Arbori moro*] Veteres *arbori mori*, inquit Cl. Schefferus. Atqui princeps editio exhibet, *arbori moro.* quod non temerè mutaverim. Sic *arbor malus, arbor laurus, arbores populi* habes apud nostrum. Vid. Not. ad cap. 140. Si quid mutandum esset, libenter rescriberem *rubi moro.* Nam morus est rubus. Isidor. XVII. 7. *Morus à Græcis vocata, quam Latini rubum appellant, eo quod fructus vel virgulta rubent.* Scholiast. Horat. ad Lib. 1. od. 23. *Rubus species est mori. Sic in Italia nominantur à rusticis.* Isacius. εἶναι ὁμοίαν εἶναι βάτῳ καρπός. Quam conjecturam firmant sequentia, *nam primum album est.*

l *Nam primum*] Si præcedentia verba à vitio libera sunt, scribendum, *nam morum primum.* Propter præcedens *moro τὸ morum* repetere supervacaneum duxit indoctus librarius.

m *Permaturavit*] Scribo, *permaturuit.* Ovid. IV. 165. *Nam color in pomo est, cum permaturuit ater.* Celsus II. 24. *Quæ in arbore bene permaturuerunt.* Lactant. Firm. Lib. II. cap. 11. *Eosque, cum maturassent, natura cogente, ruptos animalia tenera profudisse.* Legerim & istic, *maturuissent.*

n *Au-*

gantem. [n] augurio accepto, puerum exanimem de dolio eduxit. Cui Minos ait, Corpore invento, nunc spiritum restitue. Quod Polyidus cum negaret posse fieri, Minos jubet eum cum puero in monumento includi, & gladium poni. qui cum inclusi essent, draco repente ad corpus pueri processit. quod Polyidus æstimans eum velle consumere, gladio repente percussit, & occidit. altera serpens [o] pacem quærens, vidit eam interfectam, & progressa herbam attulit, atque ejus tactu serpenti spiritum restituit. idemque Polyidus fecit. Qui cum intus vociferarentur, quidam præteriens Minoi nunciavit, qui monumentum jussit aperiri, & filium incolumem recuperavit, Polyidum cum multis muneribus in patriam remisit.

CXXXVII. *Merope.*

POLYPHONTES Messeniæ rex Cresphontem Aristomachi filium cum interfecisset, ejus imperium & [a] Meropen uxorem possedit.

CXXXVIII. *Phi-*

n *Augurio accepto*] Ante hæc verba ponendam curavi τελείαν στιγμήν. Male enim hactenus conjuncta sunt cum precedentibus.

o *Parem quærens*] Par est conjux. Ovid. Fast. 32. *Potat & accumbit cum pare quisque sua.* Et Lib. IV. 98. *Et docuit jungi cum pare quemque sua.* Art. A. II. 483. *Cerva parem sequitur.* Gloss. Steph. *Compar*, σύζυγος. Catull. Carm. 69. *Nec tantum niveo gavisa est ulla columbo Compar.* Et ita etiam Naso Art. Am. III. 359. Amor. III. el. 5. Cæterum quæ heic Polyido Astron. II. 14. Æsculapio tribuuntur. Merentur cum hac fabula conferri, quæ ex Xantho refert Plin. Lib. XXV. cap. 2.

Ad CAP. CXXXVII.

a *Meropem*] Corrupte scriptum hoc, ut cap. 184. *Ad Meropem venit.* Μερόπη est Græcis. Vide Apollod. sub finem Lib. II. Sæpe admissum id peccatum in his fabulis, ut cap. 126. *Penelopem.* 164. 251. *Eurydicem.* 179. 251. *Semelem.* 186. *Melanippem.* 67. 242. *Iocastem.* Dices apud Vellejum scriptum Lib. I. *Mitylenem.* Just. XII. 15. *Roxanem.* Et XIII. 7. *Cyrenem.* Petron. *Helenem.* Sidon. c. VI. *Calliopem*, & sexcenta alia apud alios. Sed & illæ scriptiones mihi vitiosæ sunt. Servium & cæteros Latinorum poëtarum Scholiastas, apud quos non minus frequenter, quam apud Hyginum, occurrunt, nihil moror. Sed unde illa scribendi ratio orta? Inde, opinor, quod barbaro sæculo, quo ab indoctis hominibus descripti plerique libri, in recto casu dixerint, *Meropis* vel *Meropes.* Certè *Syncopis* pro *Syncope* invenitur apud interpretem Bingyzlæ, *Hellen*, *meletes*, aliaque apud Lactant. Cassianum, & Isidorum, pro *Helle* & *Melote.* Lactantium puta Statii interpretem. *Daphnis* pro *Daphne* est apud Servium ad Æn. III. 91.

Ad

CXXXVIII. *Philyra, quæ in tiliam versa est.*

SATURNUS Jovem cum quæreret per terras, [a] in Thracia cum Philyra Oceani filia, in equum conversus, concubuit, quæ ex eo peperit Chironem centaurum. qui [b] artem medicam primus invenisse dicitur. Philyra postquam inusitatam speciem se peperisse vidit, petit ab Jove, ut se [c] in aliquam speciem commutaret: quæ [d] in arborem Philyram, hoc est, tiliam, commutata est.

CXXXIX. *Curetes.*

POSTQUAM [a] Opis Jovem ex Saturno peperit, petit Juno ut sibi eum concederet, quoniam Saturnus Orcum sub Tartara dejecerat, & Neptunum sub undas: [b] quod

Ad CAP. CXXXVIII.

a *In Thracia*] In Thessalia contigisse hoc narrat Philargyrius ad Georg. III. 93. apud quem hanc fabulam invenies, ut & apud Apollon. Schol. in Argon. Lib. I. vers. 554. & 1235. Germ. Schol. in Centauro.

b *Artem medicam invenisse*] Vide infra cap. 274.

c *In aliquam speciem*] Certum habeo scripsisse Hyginum, *in aliam speciem*. Astron. II. 28. *In aliam figuram se convertisse*. Lycophronis interpres de Myrrha: Ἤθελε τοῖς Θεοῖς εἰς ἑτέραν φύσιν μεταλλαγῆναι.

d *In arborem Philyram*] Philargyrius: *Quidam Philyram in florem conversam esse dicunt, vel in arborem, unde liber philyrinus, quo coronæ illigantur*. Gloss. Philox. *Tilia*, Φίλυρα κέρνος. Forte scripsit, Φίλυρα κέρνς. ut ad fabulam alludatur. Schol. Horat. ad Lib. I. od. 38. philyram corticem arboris tiliæ interpretatur: quo sensu Plinius Lib. XVI. 14. *philyras tenuissimas* dixit. Capella Lib. II. *Alia ex papyro quæ cedro perlita fuerant videbantur: alii carbasinis voluminibus complicati* (MS. Leidensis, *impliciti*) *libri; ex ovillis quoque multi tergoribus; rari vero in philyræ cortice subnotati*. Pro illis, *quæ cedro perlita fuerant*, membranæ Biblioth. Leidensis exhibent, *quæ cedriâ perlita fuerat*. Longè optimè. *Cedria* est resina ex cedro, ut interpretatur glossa interlinearis. Isidorus Lib. XVII. Orig. cap. 7. *Hujus ligni resina cedria dicitur, quæ in conservandis libris adeo est utilis, ut perliti ex eâ nec tineas patiantur, nec tempore consenescant*. Celsus Lib. V. XVIII. 35. *Cedriæ cyathus unus*. Servius ad Æn. VI. 180. *Cedria dicta est quasi καυμάτινε δρυὸς ὑγρόν*, id est, *arboris humor ardentis*. Volebam idem vocabulum restituere Frag. Trag. pag. 35. edit. Blau. *Omnia domi nascuntur, lana, credræ, piper*. Volebam, inquam, *cedria*. Sed Nob. Heinsius docuit me legendum esse, *Lanæ, ceræ* &c.

Ad CAP. CXXXIX.

a *Opis*] Ἀρχαϊκῶς ἀπὸ τοῦ Ops. Gloss. Bened. *Opis*, Pῖα. Festus: *Opis dicta est conjux Saturni*. Fulg. Lib. I. *Opis ejus uxor, eo quod opem esurientibus ferret, dicta est*. Lactantius Lib. I. 13. *Idem sororem suam Rheam, quam Latinè Opem dicimus, cum haberet uxorem*. Ita *trabis* pro *trabs* apud Jul. Obs. cap. 60. *Bovis* pro *bos* in Fragm. Tragur. *Nucis* pro nux, *Suis* pro sus apud antiquos, de quibus Scaliger ad Festum. Glossæ Latino-Græc. *Scrobis*, Βόθρος Græco-Lat. Ἀπόκρισμα, ῥίπισμα, *Scobis*. Gracchus apud Servium ad II. Georg. 288. *Abunde fossa scrobis est*. Servius ipse ad ejusdem libri vers. 372. apud antiquiores *frondis* nominativum esse observat. *Gruis*, *suis* in Not. Tyr. p. 179. Ennius apud Lactantium Lib. I. 14. *Pluton Latinè est Diespiter, alii Or-*

cum

[b] quod sciret, [c] si quis ex eo natus esset, se regno privaret. Qui cum Opem rogaret, [d] ut esset, quod illa peperisset, illa [e] lapidem involutum ostendit, eum Saturnus devoravit. Quod cum sensisset, cœpit Jovem quærere per terras.

cum dicunt. Sed antiquum MS. *diis pater* præfert, ut notat Isæus. Unde suspicio mihi incidit scripsisse Ennium *Ditis pater.* Quod quo est ἀρχαϊκώτερον, eo ei videtur convenientius. Petron. *Has inter sedes Ditis pater extulit æra.* Adde notas ad cap. 40.

b *Quod sciret, si quis ex eo natus esset, se interficeret*] An scribendum? *Quod sciret, ut, si quis ex eo natus esset, se interficeret.* Non videtur id abhorrere ab Hygini stylo. Astron. II. 10. *Alii plures dixerunt, ut gloriata sit, se forma Nereidas præstare.* Cap. 42. *De quo plures scripserunt, ut patris insciente curru vetus incenderit terras.* Supra cap. 63. *Huic fuit fatum, ut, quod peperisset, Acrisium tolleret.* Vide ibi Not. Si nihil mutandum putes, adducere possis illa cap. 166. *Optionem à Jove accepit, si quid ab iis petiisset, impetraret.* Sed & ea mihi ὕποπτα viderentur, & eadem medicina curanda, nisi ita quoque Lactantius loqueretur Argum. Lib. XI. fab. 3. *Optandi Deus ei veniam dedit, si quid vellet, à se peteret.*

c *Si quis ex eo natus esset*] Cl. Schefferus, *ex eâ.* Non necesse existimo, cum *ex eo* pro *ex se* posuisse potuerit. Cap. 80. *Deprecatus est, ut liceret ei.* αὐτῇ *sibi.* Scilicet Cœlum ac Tellurem cecinisse illum à filio suo deturbatum iri imperio. Apollod. vide Lib. I. & Hesiod. Θ. 464. Servius, nescio quo auctore, vaticinatam ei hoc Themidem scribit ad Æn. III. 104. Scholiastes ad Stat. IV. Theb. 785. Proteum. Adde quæ eadem de re Lactantius prodit Lib. I. cap. 14. sed longè ab his diversa.

d *Ut esset, quod illa peperisset*] Ego antehac explicavi, *ut ederet.* Memineram enim legisse cap. 55. *Jecur exesset* 149. *Cor exesset.* In Gloss. Philox. *Esse,* ἐδέειν, ἔδειν. Apud Macrobium. Sat. II. cap. ult. *Se bibere & esse ut viveret.* Unde *comesse* apud Phædrum I. 20. apud Varronem *comest* pro comedit. Adhoc arbitrabar illa, quæ scripsi ad Antonini cap. 4. de sexu nimirum, quod occultaretur, satis persuasum fuisse videri Saturnum. Atque ita quoque accepisse video hunc locum Nob. Heins. ad Ovid. III. Art. am. vers. 757. cum ex hoc loco laudaret *esset* pro *ederet.* Postea in mentem venit, latius, quam Schefferus volebat, illud *ut esset* posse accipi, pro *cujusmodi* nempe, vel *quale esset.* Ter. Andr. *Sic hic est Crito.* Phorm. *Sic est ingenium.* Quod Barthius *esse* heic interpretatur *vivere,* plane ἄπιστον est. Verum interim, quod *esse* vivere, & *non esse* significare interiisse observat. Innumera sunt apud utriusque linguæ scriptores exempla. Ovid. IX. Met. *Vellem nulla forem.* II. 579. *Qui nullus erat.* In Catal. Pith. Lib. III. *Oppia jam non est, erepta est Oppia Firmo.* Matth. Euang. II. 28. Οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. Aristot. Eth. I. cap. 2. Μὴ ποτὲ δὲ δαίμονας τοὺς μὴ ὄντας. Eurip. Hecub. 683. Ἀπωλόμην, οὐκέτ' εἰμὶ δή. Schol. Apollon. ad Lib. II. Argon. vers. 140. Ἀπόνῳ αἰακῷ ἴσην τεθνηκότῳ, ὥσπερ ἐ ἀφεϊνῳ ζῶντι. Anton. Lib. cap. 2. Αὐτὸν ἴσασι, *eum victurum esse.* Adducere hæc placuit, quoniam, quod Barthius producit, cum à fontibus dissideat, minus convenit. Forsan etiam non male hic reponi *ubi esset*, dixi ad Antoninum. Immo ita omnino legendum esse suadet Lactantius, qui identidem Hyginum exscribit ad Theb. Stat. IV. 785. Hem tibi hominis verba: *Itaque cum Opem rogasset, ubi esset, quod pepererat, illa lapidem ei involutum veste monstravit, quem Saturnus voravit.*

e *Lapidem involutum*] Lactantium si respicias, dicas hinc excidisse quædam. De lapide illo Apostol. Cent. X. 71. Βαίτυλος δέ ἐστιν ἐσπαργανωμένος λίθος, ὃν Κρόνος κατέπιεν αἰτῇ Διός. Pithœus in Excerptis Vett. Gloss. *Achis est lapis, per quem Saturnus Jovem devoravit.* Sed βαίτυλος etiam est Etymologicographo & Hesychio, quos vide in ea voce. Apud Hesiod. Schol. pag. 280. Ἀγαθοκλῆς ὁ Βαζυλαίτιος φησὶ τὸν Ῥέαν ὑπ Ποσειδῶνος δέξασθαι τὸ λίθον.

ras. Juno autem Jovem [f] in Cretensi insula detulit. [g] Adamantæa pueri nutrix eum in cunis in arbore suspendit, ut neque cœlo, neque terra, neque mari inveniretur. & ne pueri vagitus exaudiretur, impuberes convocavit, eisque clypeola ænea & hastas dedit, & jussit eos circum arborem euntes [h] crepare, qui Græce Curetes sunt appellati. aliis [i] Corybantes dicuntur; [k] hi autem Lares appellantur.

CXL. *Py-*

λίδιον. Lactantius Firm. Lib. 1. cap. 20. *Quid, qui colunt lapidem informem atque rudem, cui nomen est Terminus? Hic est, quem pro Jove Saturnus dicitur devorasse.* Aliter fabulatur Hesiodus Θεογ. vers. 98. in cujus Schol. leg. Περιανθοσ.

f *In Cretensi insula*] Vide notas ad cap. 92.

g *Adamantæa*] Scribendum censeo *Adrastea*, quod & Cl. Scheffero venit in mentem. Apollod. Lib. 1. Καὶ τοῦτον μὲν δίδωσι τρέφεσθαι Κούρητί τε καὶ παῖς Μελισσέως παισὶ νύμφαις Ἀδρασείᾳ καὶ Ἴδῃ. αὗται μὲν οὖν τὸ παιδίον ἔτρεφον τῷ τῆς Ἀμαλθείας γάλακτι. De Amalthea Schol. Callim. ad Hymn. 1. Οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ αἶξ τὸν Δία τρέφασα. leg. ἡ τὸν Δία &c. Si quis *Amalthea* heic legi malit, advocare poterit Lactant. Lib. 1. cap. 22. *Didymus in libris* ἐξηγήσεως Παιδαγωγικῆς *ait Melissea quendam Cretensium regem primum Diis sacrificasse, ac ritus novos sacrorumque pompas introduxisse. Hujus duas fuisse filias Amaltheam & Melissam, quæ Jovem pueram caprino lacte & melle nutrierunt.* Statianus interpres loco modo laudato: *Amalthea nutrix, ne vagitus pueri audiretur, Corybantes posuit.* Confer German. Schol. Erichthonio, Anton. Lib. cap. 19. Schol. Hom. ad Iliad. Ο. 318. & quæ notavimus infra ad cap. 182. Hæc scripseram, cum ita ad me Nob. Heinsius in literis: Pro *Adamantæa* utique corrigendum *Amalthea*, ut ex Nasone liquet copiose hanc fabulam persecuto in Fastis Lib. IV. ubi Cybeles sacra enarrat, & Jovis natalem.

h *Crepare*] Vide Lucian. περὶ ὀρχήσεως Tom. 1. pag. 914. edit. Bened.

i *Alii Corybantes dicuntur*] Scripserim, *aliis*, nisi mavis *dicunt* pro *dicuntur*. Serv. ad Æn. III. 104. *Sed nonnulli eosdem Curetes & Corybantes dicunt.* Etiam *dactyli Idæi* iidem, qui Corybantes & Curetes, secundum nonnullos. Consule Pausaniam in Eliacis, Schol. Arat. pag. 112. Apollonii ad Lib. 1. Argon. 1129. Strabon. Lib. X. Diomedem Lib. III. & ante omnes Arnobium Lib. III. extremo. Sed quia non omnes eosdem faciunt, possit videri Hyginus velle alios esse Corybantes. Certe eorum tanquam diversorum facit mentionem Ovid. IV. Fast. 209. *Pars clypeos sudibus, galeas pars tundit inanes Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.* Servius ad IV. Georg. 153. *Quem Ops Saturni uxor Curetibus, Corybantibus & Idæis Dactylis custodiendum dedit in monte Cretæ.* Seneca Hercule Oet. vers. 1877. *Nunc Curetes, nunc Corybantes Arma Idæa quassate manu.* Lucian. περὶ Ὀρχησ. pag. 913. Ἐν Φρυγίᾳ μὲν τοὺς Κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δὲ τοὺς Κουρῆτας ὀρχεῖσθαι παλαιὸν. Tzetzes in Lycophron. pag. 19. Οἱ μὲν Κουρῆτες Δακτύλοι νύμφης Κρήσσης καὶ Ἀπόλλωνος παῖδες, οἱ δὲ Κορύβαντες, Θαλείας καὶ Ἀπόλλωνος. Idem legas apud Apollod. Lib. 1. Quamobrem miror, quid Servius ad Æn. III. vers. 111. sibi velit, *Jasonis* eos faciens filios. quam genealogiam legisse alibi haud memini. Putabam *Apollinis* corrigendum. Sed monuit me Nob. Heinsius, etiam apud Diod. Lib. V. Jasionis & Cybeles constitui filium Corybantem. Scribe ergo apud Serv. *Jasionis*. Sed ut quamplures eos diversos faciant, non puto tamen eos heic sequi Hyginum. Veteres Glossæ Curetes & Corybantes etiam confundunt. *Indigetes*, ἐμίδιοι, Κουρῆτες. Cyrill. Lex. Κουρῆτες, οἱ ἀεὶ τὰ παιδία, *Indigetes, Corybantes.* Eos Cabiros aliter dictos fuisse docuit me Clemens Admon. ad Gentes pag. 12.

k *Hi autem lares appellantur*] Illud *autem* heic est ἐξηγηματικὸν, ut cap. 101.

CXL. *Python.*

[a] PYTHON Terræ filius, [b] draco ingens. Hic ante Apollinem [c] ex oraculo in monte Parnasso responsa dare solitus erat. huic ex Latonæ partu interitus erat fato futurus. Eo tempore Jovis cum Latona Poli filia concubuit. hoc cum Juno resciit, facit ut Latona ibi pareret, quo Sol non accederet. Python ubi sensit Latonam ex Jove gravidam esse, persequi cœpit, ut eam interficeret. At Lato-

101. Statianus interpres: *Ne vagitus pueri audiretur, Corybantes posuit. quia Curetes Latine lares familiares appellantur.* Diomedes de Curetibus initio Lib. III. *Hos quidam tres putant, qui lares esse creduntur, Damnameneus, Acmon, Celmon.* Ita quidem edidit in corpore Vett. Grammat. Putschius. Corrigit Nobil. Heins. ad Ovid. Metam. pag. 86. *Celmis.* Est mihi vetus editio, quam Soter dedit Coloniæ anno 1533. in qua legitur *Celmus.* quod annotandum duxi propter Ovidianum illud *Celme.* Firmat Nob. viri emendationem poëta ille Apolloniano Scholiastæ laudatus ad Lib. I. vers. 1129. Alius σείλμις est, qui & σείλμος dicitur à Nonno p. 371. Vetus sane vitium sit oportet, quod Ovidio oblatum est, cum & Lactantius in Argum. *Casus relaturam Celmi* &c. Cicero libr. de universitate: *Quos Græci δαίμονας appellant, nostri opinor, lares.* Adde Tzetz. ad Hesiod. p. 41. ed. Heins. Barthius ex suo MS. *Latine lares appellantur,* Hygino restituit. Sed vidi qui Barthii MSS. parum fidei haberent. Ad summam, lares iidem, qui genii; & genii, qui indigetes. Vide notas ad Fulg. Lib. III. cap. 5.

Ad CAP. CXL.

a *Python terræ filius*] Vide Not. ad Geneal. Scholiastes in Hom. Catal. vers. 26. Πυθὼν πόλις Φωκίδος. τὸ φοίτησον ἡ Παρνασσὸς πάλαι ἐκαλεῖτο, ἐὰς δὲ παρακειμένης ὄχθης, ἔπειθε Πυθὼν. ὕστερον ἡ Δελφοί. καὶ Πυθὼν μὲν ἐπὶ κατασπᾷ (leg. κατασπᾷ) αὐτὸς ὁ δράκων, ὁ τὸ μαντεῖον φοίτησον φυλάσσων. Adde quæ idem habet ad Iliad. I. 405. Hypoth. Pyth. Pind. Scholiast. ad Od. I. Ἐκαλεῖτο ἡ φοίτησον Νάπη, εἶτα Παρνάσσος, εἶτα Κίρρα, εἶτα Πυθώ. Plura suppeditabunt Etym. magni auctor in Πυθώ. Schol. Apollon. ad Lib. I. vers. 207. & Heinsius Aristarchi sui cap. I. ubi veriorem Etymologiam eruit.

b *Draco ingens*] Δελφύνην eum draconem appellat Apollon. Argon. II. 708. ut & Heliodorus apud Isacium. Apollodorus Lib. I. pag. 17. Δελφύνην δρακαινάν semiferam fuisse puellam autumat. Etym. auctor in Ἑκαέργος Δελφίνα vocat, ut & Tzetzes. Unde Δελφίνιος Ζεὺς Apollo Lycophronis p. 43. Schol. Callim. Hym. IV. 90. Τερπάνδρου ὁ Δελφίνης. Existimo scribendum Δελφύνης, & referendum ad ὄφιν, qui versu proximo sequitur. Non enim Δελφώνη tantum, sed & Δελφύνης dictum illud monstrum. Vide Eustath. in Dionys. p. 64.

c *Ex oracule responsa dare*] Ælian. Ποικ. Ἱστ. Lib. III. cap. I. Ὅτι τὸν Πύθωνα τὸν δρακοντα κατέξθυσεν ἐπὶ φυλάττοντα τὸν Δελφὸν, ἡ Γῆς ἐχέσης τὸ μαντεῖον. Alii, ut Juvenalis Scholiast. ad Sat. I. vers. 82. Themidem ante Apollinem oracula tenuisse tradiderunt. Sed Themis eadem, quæ Tellus, ut didicimus ex Æschyli Scholiaste Prometh. vers. 209. & aliis. Pausan. tamen in Phocicis diversas facit, & primo Tellurem, deinde Themidem, tandem Phœbum responsa dedisse Delphis refert. Aliter paulo, Scholiastes Pindari Hypoth. Pyth. Εἶτα ἱδρυθὲν ὑπὸ τὸ μαντεῖον ἐν ᾧ φοίτησον νῦν ἐχρησμῳδησεν, εἶτα Θέμις. Πυθὼν δὲ τότε κυκλοτερὴς φοίτησος, ἐν ᾧ φοίτησος Διόνυσος ἐδημίσθησε.

d *Vetus*

Latonam Jovis jussu [d] ventus Aquilo sublatam ad Neptunum pertulit. ille eam tutatus est; sed ne rescinderet [e] Junonis factum, in insulam eam Ortygiam detulit, quam insulam fluctibus cooperuit. Quod cum Python eam non invenisset, Parnassum redit. At Neptunus insulam Ortygiam [f] in superiorem partem retulit, quæ postea insula Delus est appellata. [g] Ibi Latona [h] oleam tenens, parit Apollinem & Dianam, quibus Vulcanus sagittas [i] dedit donum. Post diem quartum quam essent nati, Apollo matris pœnas executus est. nam Parnassum venit, & Pytho-

d *Ventus aquilo*] Nepos cap. 2. Milt. *Vento boreâ.* Valde arrisisse patet huic scriptori id genus appositiones. Cap. 126. *Seque ad arborem malum adstringi jussit.* 136. *Eum arbori moro similem esse.* 152. *In arbores populos conversæ sunt.* 103. *In arborem laurum commutavit.* Dictys Lib. v. *Avis aquila cum stridore magno immittit se.* Macrob. 1. Sat. 12. *Sacrificant sub arbore caprifico.* Schol. Juvenal. Sat. xv. 3. *Ventum Africanum* dixit, quem absolutè *Africum* dicunt alii. Adde his, quæ notavit ad rei venaticæ scriptores Ulitius pag. 375. Freinshem. ad Justinum Lib. xxxvj. 3.

e *Junonis factum*] Ovid. III. Met. 336. *Neque enim licet irrita cuiquam Facta Dei fecisse Deo.*

f *In superiorem partem retulit*] Emergere è fluctibus fecit, unde Δῆλος appellata. Vide Serv. Æn. III. 75. Ovid. VI. Met. 333.

g *Ibi*] In insula Delo, unde Delius; & quidem in monte Cyntho, unde Cynthius. Schol. Hor. ad Lib. 1. od. 21.

h *Oleam tenens*] Cur hoc fecerit, dicat Schol. Apollon. ad Lib. 1131. Ἔστι δὲ ἐπὶ ταῖς κυήσαις τὸ παραμυθίαν λαμβάνεσθαι, καὶ ἀποκρίζειν ἑαυτὰς τὰ ἀλγηδόνια. Varro apud Vibium Sequestrum: *Quos magno Anchiale partus adducta dolore, Et geminis capiens tellurem Oaxidá palmis.* Diomedes Lib. III. *Ajunt in Idam montem insulæ Cretæ fugiendo delatam, manus suas imposuisse memorato monti, & sic infantem ipsum edidisse, & ex manuum impressione emersisse Curetas, sive Corybantes, quos à montis nomine & à qualitate facti Idæos Dactylos appellarunt,* Catullus in Dian. carm. 35. *Magna progenies Jovis, Quam mater prope Deliam Deposivit olivam.* Hoc est, μεγάλην ἀπεθήκατο κάλαμον, ut loquitur Callimachus. A Theognide in Gnomis palmam tenuisse dicitur. Neuter falsum dicit. Palmam enim & olivam tenuit. Hom. Schol. ad Iliad. Λ. 9. Ἐκεῖσε δὲ ἐλθοῦσα δρεψαμένη (leg. δρεξαμένη) δύο φυτῶν ἐλαίας καὶ φοίνικος διδύμους ἀπεκύησε. Tzetzes in Lycophron. p. 71. Δάφνης καὶ φοίνικος ἀψαμένη. Ovid. VI. Met. 235. *Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ, Edidit invitâ geminos Latona noverca.* Fuerunt etiam, qui duas amplexam illam laurus dicerent. Servius ad Æn. III. 92. *Aut quia traditur Latonam duas laurus amplexam Dianam & Apollinem enixam.* Sed cum Ovidio & Homeri Schol. facit Ælianus Var. Hist. Lib. v. cap. 4. In versibus Varronis ex Vibio adductis scribendum *Oeaxida*, ut syllaba prima producatur. Sumsit eos Varro ex Apollon. 1. vers. 1130. ubi legitur, Δρεξαμένη γαίης Ὀγυξίδος ἐλάσησι. Vide Schol.

i *Dedit donum*] Distinctionem pravam esse censet Cl. Schefferus, & post hæc verba incisum, post τὸ *nati* ponit τετάρτην ὑποστιγμήν. Non accedo. Sententia, quam ponit vulgata distinctio, non est inepta. Nam si Diana, ut fabulantur, potuit matri præstare officium obstetricis, simul esset nata, potuit Apollo die à partu quarto interficere Pythonem. Vide Schol. Hor. ad Lib. III. od. 22. Lactantium ad Stat. Achill. Lib. II. vers. 9. Macrob. 1. Sat. 17. *Apollinem in primâ infantiâ belluam confeciisse.* Lucian. Dial. Marin. Tom. 1. pag. 205. ed. Bened. Τὴν δεκα-

thonem sagittis interfecit; [k] inde Pythius est dictus: ossaque ejus in [l] cortinam conjecit, & in templo suo posuit, ludosque funebres ei fecit, qui ludi Pythia dicuntur.

CXLI. *Sirenes.*

SIRENES Acheloi fluminis & Melpomenes Musæ filiæ, Proserpinæ raptu aberrantes, ad Apollinis terram venerunt, ibique Cereris voluntate, quod Proserpinæ auxilium non tulerant, volaticæ sunt factæ. His responsum erat, tam diu eas victuras, quam diu cantantes eas audiens nemo esset prætervectus: quibus [a] fatalis fuit Ulysses. Astutia enim sua cum præternavigasset scopulos, in quibus morabantur, præcipitarunt se in mare: à quibus locus [b] Sirenides cognominatur, qui est inter Siciliam & Italiam.

CXLII. *Pandora.*

PROMETHEUS Iapeti filius, primus [a] homines [b] ex

κενὰ δὲ, ὅτε νεῶ ἐξοιχρεῖ ἀντλῶ ἐκφοβῶν, τὰ νηγνὰ, ἰπειδὰ τηχθῆ, ἀντικα μέτεισι ὃ πιωρήσ. Nec mirum hoc magis, quam quod de Mercurio narrant, eum tertio die à nativitate in cunis fabricasse lyram. Vide Schol. Arat. p. 35. ed. Lond.

k *Inde*] Malim *unde*. Lactant. Argum. Lib. I. Met. fab. 8. *Unde etiam Apollo Pythius est appellatus, Indique Pythii.* Ovidius: *Instituit sacros celebri certamine ludos, Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.*

l *Cortinam*] Hinc *Cortinipotens* Apollo dictus Lucillio. Quid autem Cortina, & unde dicta sit, anquirit Servius ad illa Virgil. Æn. III. 92. *Mugire ex adytis cortina reclusis.* Adde quæ notavi ad cap. 32.

Ad CAP. CXLI.

a *Fatalis*] Fatifer & exitialis. Flor. III. 15. *Fatale Capitolium Gracchis.* IV. 7. *Fatalis arena Pompejo.* Seneca Agam. 677. *Danaumque fatale munus* &c. Quo sensu *mortale* usurpat Cyprianus Tract. de Bon. Patient. & Gregorius Dial. Lib. I.

b *Sirenides*] Ex hoc loco corrigit Ausonium Vossius ad Melam pag. 169. & pro *Siredones* in eo restituit *Sirenides*. Sed omnia ista verba: *His responsum erat* &c. usque ad fabulæ finem sub Servii nomine laudat. Lactantius Argum. Lib. V. Met. fab. 9. Plin. Lib. III. Aristoteles libro Θαυμασ. ἀκουσμ. & Isacius in Lycophr. pag. 116. *Sirenusas* appellant. Cl. Scheffero legendum videtur *Sirenitis* ex Strab. Lib. VI. Sed *Sirenitis* ibi regionis, non insularum est nomen. Νῆσοι autem *Sirenusæ* sunt Aristoteli, Tzetzæ Τρεῖς ἄκραι τῆ Ἰταλίας. Στρωμνῶν: Eustath. ad Dionys. p. 49.

Ad CAP. CXLII.

a *Homines*] Mallet Cl. Schefferus *hominem*, ut *hominem* opponat mulieri. Sed illa oppositio nihilominus constabit, si *homines* retineas. Hominem mulieri cum alii opponunt non raro, tum & jurisconsulti. Paulus Recept. Sent. Lib.

[b] ex luto finxit. Postea Vulcanius Jovis jussu ex luto mulieris effigiem fecit: [c] cui Minerva animam dedit, cæterique dii alius aliud donum dederunt; ob idque Pandoram nominarunt. Ea data in conjugium [d] Epimetheo fratri: inde nata est Pyrrha, quæ mortalis dicitur prima esse creata.

CXLIII. *Phoroneus.*

Inachus Oceani filius [a] ex Archia sorore sua procreavit Phoroneum, qui [b] primus mortalium dicitur regnasse. Homines ante secula multa sine oppidis legibusque vitam exegerunt una lingua loquentes, sub Jovis imperio. Sed postquam Mercurius sermones hominum [c] in-

Lib. v. Tit. 24. *Quod si eo homo vel mulier perierit, supremo supplicio afficiuntur.* Et sacri scriptores. Deuteron. xxii. vers. 22. Ἐὰν δ' ἐπὶ ἀνδρὶ ἀνδρὶ κοιμώμενον μετὰ γυναικὸς &c. Matth. cap. xix. vers. 10. Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός. Adde Pfoch. Diatrib. tmem. 619. Drus. ad Sulpic. Sever. Lib. i. Meurs. Crit. Part. ii. 6. Barth. Advers. Lib. xlii. 10. Dausq. ad Basil. Orat. pag. 151.

b *Ex luto*] Quod eleganter quidam non aqua, sed lacrymis maceratum eum dixit. Vide Stobæum Sermon. i. p. 21.

c *Cui Minerva animam dedit*] Lucianus de Prometh. pag. 16. Tom. i. edit. Bened. Ἀργεῖοι ἀνδρὶ ᾧ, συνεργάζετο δέ τι ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνεύσαι τὸν πηλὸν, καὶ ἔμψυχα ποιῆσαι τὰ πλάσματα. Lactant. Argum. Lib. i. Met. Ovid. fab. 2. *Hominem ex humo imbri mollita finxit, cui Minerva spiritum immisit.* Aliter Fulgentius Lib. ii. cap. 9.

d *Epimetheo fratri*] Frater is erat Promethei, ut cum aliis tradidit ipse etiam noster in Genealogiâ. Sed huic seriem orationis postulare observat Cl. Schefferus, ut ipsius Pandoræ intelligamus fratrem. quod tamen cum omnibus mythologis pugnat. Ovid. Met. Lib. i. fab 7. Pyrrha est Epimethei filia, soror patruelis Deucalionis. Eustath. in Iliad. pag. 18. Pandora Deucalionis & Pyrrhæ filia. Melius cum Hygino convenit Scholiorum brevium auctori ad Hom. Iliad. A. vers. 10. & Proclo ad Hesiod. pag. 30. ed. Heins. cujus tamen verba miror pag. 46. Πανδώρας καὶ Ἐπιμηθέως γίνεται Δευκαλίων καὶ Πύρρα. Atqui Deucalion erat Promethei filius ex Asiâ.

Ad CAP. CXLIII.

a *Ex Archiâ*] *Melissam* eam appellat Apollodorus initio Lib. ii. Schol. Euripid. ad Orest. vers. 933. *Meliam.* ut & Æschyli ad Prometh. vers. 921. & Homeri Iliad. A. 30. Quod rectius videtur. Certe inter Oceaninas etiam noster supra recensuit Meliam. In alia omnia abit Hieron. Chron. Euseb. *Phoroneus, Inachi filius & Niobes, leges primum judiciaque conscripsit. Quidam hujus filiam arbitrantur.*

b *Primus dicitur regnasse*] Lact. ad iv. Theb. Stat. vers. 589. *Hic est, qui primus Junoni sacrificasse dicitur, ut Dardanus Jovi. Phoroneus autem Inachi filius, qui primus mortalibus regnavit, cujus filiam Nioben, quia alia Tantali est, Jupiter primo mortalem dicitur compressisse.* Lege *è mortalibus* & *primam* pro *primo* ex Hygin. cap. 145. Idem Schol. ad Lib. i. vers. 541. *Iasus & Phoroneus antiqui reges Argivorum fuere, qui primi Junoni sacrificaverunt.*

[c] interpretatus est, unde [d] Hermeneutes dicitur esse interpres (Mercurius enim græce Hermes vocatur) [e] idem nationes distribuit; tum discordia inter mortales esse cœpit: quod Jovi placitum non est. Itaque exordium regnandi tradidit Phoroneo, ob id beneficium, quod [f] Junonis sacra primus fecit.

CXLIV. *Prometheus.*

HOMINES antea ab immortalibus ignem petebant, neque in perpetuum servare sciebant: [a] quod postea Prometheus in [b] ferula detulit in terras, hominibusque monstravit, quomodo cinere obrutum servarent. [c] Ob hanc rem Mercurius Jovis jussu deligavit eum in monte Caucaso ad saxum clavis ferreis, & aquilam apposuit, quæ cor ejus exesset. quantum die ederat, tantum nocte [d] crescebat. hanc

c *Interpretatus est*] H. e. interprete Scheffero, cœpit aliis linguis instituere sermones, & sic auctor exstitit variarum linguarum. Schol. Horat. ad Lib. III. od. 10. *Notum est Mercurium haberi inventorem sermonis, palæstræ, lyræ & furtorum. Verborum excogitator & nominum* audit apud Arnobium Lib. III. Sed veriora sunt, quæ de eo refert Diodorus Lib. V. pag. 342. Quem consule.

d *Unde Hermeneutes dicitur esse interpres (Mercurius enim Græce Hermes vocatur)*] Facile credo Cl. Scheffero hæc omnia includenda esse parenthesi; nec refragor reponenti *& interpres*, quanquam non valde id necessarium. Videtur enim velle interpretis vocabulum apud Græcos à Mercurio ducere originem. Scholiastes Horatianus: *Qui pacem ambiunt, oratione utuntur, cujus ipse Deus est: hinc caduceatores dicti, qui pacem petunt; quemadmodum feciales, qui bella denuntiant. Græce autem* Ἑρμῆς *dicitur ἀπὸ τῆ* Ἑρμηνείας. Adde August. C. D. Lib. VII. 14. Fulgent. Lib. I. Myth. cap. 22. Euseb. Præp. Euang. p. 29. edit. Rob. Stephani.

e *Idem nationes*] Arbitratur *item* scribendum Cl. Schefferus. Videor idem vitium detexisse cap. 57. Heic tamen ista correctione nihil opus videtur. Ovid. VIII. Met. 134. *An inania venti Verba ferunt; idemque tuas, ingrate, carinas?*

f *Junonis sacra primus fecit*] Correxeram *Junoni sacra*, quod librarium τὸ *s* geminasse existimarem. Quid tamen dubitare me aliquantulum faciat dixi ad cap. 40. ubi similiter scripsit, *Sacra Deæ Veneris per aliquot annos non fecerat.* Sed quo magis examino, eo magis id mihi videtur nimium insolens. Lactant. ad Stat. Theb. Lib. I. vers. 252. *Phoroneus rex Argivorum, qui primus dicitur Junoni templa dicasse, & sacrificiorum instituisse solennia.* Clemens Paræn. pag. 28. *Seu Phoroneus ille fuerit, seu Merops, seu aliquis alius, qui iis posuerunt templa & altaria, etiam sacrificia eis primi obtulisse dicti sunt.* Adde Arnob. Lib. VI. pag. 191. edit. Leid.

Ad CAP. CXLIV.

a *Quod postea*] H. e. ob quod. Cap. 136. *Quod Polyidus æstimans* &c. Vide notas ad cap. 16.

b *Ferula*] Vide Serv. ad Eclog. VI. vers. 42. Ferula est νάρθηξ, de quo Proclus ad Hesiod. Ἔργ. Α. pag. 24. edit. Heins. Ἔστι πυρὸς ὄντως φυλακτικὸς ὁ νάρθηξ, ἀπίαν ἔχων μαλακότητα ἐ τρέφων τὸ πῦρ ἐ μὰ δύσοσμον νῦσαν ἀναθυμίασιν.

c *Ob hanc rem*] Aliam præterea causam affert Schol. Æschyli Prometh. 1021. & noster Astron. II. 15.

d *Crescebat*] Cl. Scheff. *recrescebat.*

Su-

hanc aquilam post [c] triginta annos Hercules interfecit, eumque liberavit.

CXLV. *Niobe sive Io.*

[a] Ex Phoroneo & Cinna nati Apis & Nioba: hanc Jupiter [b] mortalem primam compressit: [c] ex ea natus est Argus, qui suo nomine Argos oppidum cognominavit. Ex Argo & Euadne [d] Crinus, [e] Piranthus, & [f] Basus nati

Sane in re simili ita loquitur cap. 55. *Qui jecur ejus exesset, quod cum lunâ recrescit.* Astron. II. 15. *Quæ assidue noctu renascentia jecora exesset.* Audacius Paulinus *recretas vires* dixit pro *renatis.* Gloss. Steph. *Recrementum*, σπίασμα, ἀπόκριμα. leg. *retrimentum.*

c *Triginta annos*] Ex Æschyli sententia reponendum esset xxxiv. Vide Astron. II. 15. Alii dicunt ab ipso Jove resolutum, *quod cum monuisset à Thetide abstinere, quod de ejus semine nasceretur, qui eum regno pelleret, sicut ipse Saturnum patrem, cui post sacramentum, quod eum nunquam se soluturum juraverat, annulum de ipsis vinculis clauso de monte Caucaso lapide dedit, ad pœnæ præteritæ indicium*, ut ait Servius loco modo laudato. Pro *clauso* mallem *clausum.* Hyg. Astron. *Annulos lapide & ferro conclusos.* Vel *incluso.* Isidor. Orig. XIX. 32. *Prometheus fertur circulum ferreum incluso lapide digito circumdedisse.* Plin. Proœm. Lib. 36. *Fragmentum saxi incluſum ferro ac digito, circumdatum, hoc fuisse annulum, & hoc gemmam.*

Ad CAP. CXLV.

a *Ex Phoroneo & Cinna*] *Laodice* est Apollod. Lib. II. *Telodice* Tzetzæ in Lycophron. pag. 38. Schol. Euripid. ad Orest. vers. 933. qui tamen multipliciter in Scholiis ad eum locum corruptus videtur, hunc in modum γλυκαλογεῖ. Γνάξ ᾗ ἐ Μελίας Φορωνεὺς ἐ Πηγὴς ἐγένετο. Φορωνέως ᾗ ἐ Πειθὰς ἐγένετο Αἰγιαλεὺς Ἄπις. ἀπὸ ᾗ Εὐφόπης Νιόβη. Pro Ἄπις videtur scribendum, ἐ Ἄπις. Nisi mavis ἅπαις ex Tzetze. Sed non males. Est enim Apis Phoronei filius etiam Schol. Hom. A. 30. Unde Ἄπια Peloponnesus Eustath. in Dionys. p. 59. Deinde *Ægialeus* Apollodoro & Tzetzæ non filius, sed frater est Phoronei. Nec Πηγὴς caret suspicione. *Phegeus* est Augustino C. D. Lib. 18. cap. 3. Puto utrobique scribendum *Phegeus.*

b *Mortalem primam compressit*] Euseb. Præpar. Lib. II. pag. 35. ed. Steph. Ζεὺς γὰρ πρώτην μὲν ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ τῇ Φορωνέως. ἐφάτην δὲ Ἀλκμήνην τὴν Ἡρακλέους μητέρα. Schol. Stat. Theb. IV. 589. *Phoroneus. Hic est qui primus Junoni sacrificasse dicitur, ut Dardanus Jovi. Phoroneus autem Inachi filius, qui primus mortalibus* (leg. *è mortalibus*) *regnavit, cujus filiam Nioben, quia alia Tantali est, Jupiter primo mortalem dicitur compressisse.* Hieronym. Chron. Euseb. *Nioba primæ omnium mulierum mixtus est Jupiter, ut Græci perhibent, de quâ nascitur Apis, quem Serapin cognominant.*

c *Ex ea*] Et Apide, ut vult Schol. Hom. ad Iliad. A. 115.

d *Crinus*] Κρίνας est Apollodoro & Euripidis Scholiastæ cum loco modo adducto, tum ad Phœn. vers. 1124. quanquam ibi de matre variat. Ἄργος inquit, ὁ Διὸς γαμεῖ Πειθὼ τὴν Ὠκεανοῦ θυγατέρα. τοῦ δὲ γένος Κρίνας &c. *Crinasus* ergo pro *Crino* restituendus Hygino; quod & Cl. Scheffero visum. Nec aliter eum appellat Augustin. C. D. Lib. XVIII. cap. 8.

e *Piranthus*] Πείρανθος est Apollodoro, *Piranthus* ergo scribe potius. Euripid. Scholiast. cum Pausaniâ Πείρασον appellat.

f *Basus*] *Iasus* existimo scribendum. Ἔκβασον vocat Euripid. Scholiast. à quo hisce tribus duo alii adjunguntur, *Epidaurus* nempe & *Tiryns.* Notavit Ægius ad Apollod. in antiquis codicibus inveniri Ἔκβασος, pro Ἴασος, ut videatur & ille Ἔκβασον hunc nominasse.

ti. [g] ex Pirantho Callirhoe, Argus, [h] Aristorides, [i] Triopas. [k] hic * [l] ex hoc Eurisabe Anthus, Pelasgus, Agenor. ex Triope & Oreaside Xanthus & Inachus, [m] ex Pelasgo Laris, [n] ex Inacho & Argia Io. Hanc Jupiter dilectam compressit & in vaccæ figuram convertit, ne Juno eam cognosceret. Id Juno cum rescivit, Argum, cui undique oculi refulgebant, custodem ei misit. hunc Mercurius

g *Ex Piranthe Callirhoe*] Cl. Scheffe-rus cum Scaligero rescribendum suspicatur, *ex Pirantho & Callirhoe*.

h *Aristorides*] Videtur hoc vocabulum olere glossam ejus, qui meminisset Argum. apud Ovid. 1. Met. 624. Aristoridem dici, ut Ἀρίστορ ὁ υἱὸς ab Asclepiade apud Apollodorum, qui hunc Agenoris facit filium. Ab Asclepiade Stat. Eurip. Scholiastes ad Phœn. 1124.

i *Triopas*] Τριόπας Euripidis interpreti est Phorbantis & Euboeæ filius, cui calculum dat Pausanias.

k *Hic* *] Illud *hic* delendum puto, ut ex seq. *hoc* natum.

l *Ex hoc Eurisabe*] Bene & interponit legitque, *ex hoc & Eurisabe* Scheffe-rus. Sed quem per illum *hunc* intelligemus? *Iasum*, ut putat Scheffe-rus, suadente id Apollodoro p. 59. quod Iasum Agenoris patrem faciat. Sed Pausaniam & Homeri ac Euripidis Scholiastas si respicias, *Triopam* dicas intelligendum. Pausanias Corinthiacis: *Argo Pirasus est natus & Phorbas: Phorbanti Triopas: Triopa Iasus & Agenor.* Homeri interpres ad Iliad. Γ. 75. Ἰασὼ ὁ Παλαίχθονος Τριόπα παῖδες. quibus tertium Agenorem adjungit. Euripideus ad Orestem: Τριόπα δὲ ἐκ Σαΐδος ἐγήματο δίδυμε κόρε Παλαιχθονὸς ὁ Ἰασὼς νοσφίσας δὲ Ἀγήνωρ ὁ Σαΐδος. Censebam a primo ex his verbis corrigendum Hyginum, & reponendum, *ex hoc & Soide*. Sed turbare videtur, quod mox subnectit, *ex Triope & Oreaside*. Ubi pro *Triope* scripserim fidenter *Triopâ*, cujus mentionem etiam Astron. II. 14. facit. Dicamus duas habuisse uxores Triopam. ex priore natos Anthum, Pelasgum, & Agenorem; ex posteriore Xanthum & Inachum. Sed *Anthus* mihi suspectus. Hieron. Chron. Euseb. *Xanthus Triopa Lesbum condidit.* Leg. *Triopa*. Vide Diodor. Lib. v. p. 347.

m *Ex Pelasgo Laris*] Hic *Laris* nusquam mihi inventus. An scribendum *Lycaon?* Infra cap. 176. *Ad Lycaonem Pelasgi filium.* 225. *Lycaon Pelasgi filius.* Firmant conjecturam meam illa Hesiodi ab Eustathio & Strabone laudata, Τέσσις ἐξεγένετο Λυκάονι αἰπὺ θέσθαι, Ὅν ποτε παῖδα Πελασγός. Et Tzetzes in Lycophron. pag. 83. ed. Steph. Πέλαγος (leg. Πελασγὸς) ὁ τοῦ Διὸς καὶ Νιόβης, ὃς καὶ Λυκάονα παῖδα ἐκ Μελιβοίας ἔσχεν (leg. ἔσχε) Κυπλίου. Adde Scholiast. German. Arctophylacis fabulâ.

n *Ex Inacho & Argia Io*] Schol. Euripidis: Ἔστι δὲ ὁ Λάρισσος Ἰὼ ἐγήματο. Cui, quod ad patrem attinet, accedit Pausanias. Cum Hygino tamen Castor apud Apollodorum & complures tragici faciunt. Quam non inter se in casis hisce historiis tradendis consentiant veteres, videre potes ex subjecta tabella.

Stemma IUS.

Secundum Pausaniam.	Secundum Hyginum.	Secundum Apollod.
Inachus.	Inachus.	Inachus.
Phoroneus.	Phoroneus.	Phoroneus.
Niobe.	Niobe.	Niobe.
Argus.	Argus.	Argus.
Phorbas.	Piranthus.	Iasus.
Triopas.	Triopas.	Agenor.
Iasus.	Inachus.	Argus Panoptes.
IO.	IO	Iasus.
		IO.

o For-

rius Jovis jussu interfecit. At Juno [o] formidinem ei misit, [p] cujus timore exagitata, coegit eam ut se in mare præcipitaret: quod mare Ionium est appellatum. Inde in Scythiam transnavit, unde [q] Bosphorus fines sunt dictæ. inde in Ægyptum, ubi parit [r] Epaphum. Jovis cum sciret suapte propter opera tot eam ærumnas tulisse, formam suam ei propriam restituit, deamque Ægyptiorum [s] esse fecit, quæ Isis nuncupatur.

CXLVI. *Pro-*

o *Formidinem ei misit*] Pro, *immisit*. Vide notas ad cap. 30. Ovid. I. Metam. 725. *Horriferamque oculis animoque objectat Erinnyn Pellicis Argolicæ.* Apollodorus in hac fabula: Τὴ βοῒ οἶστρον ἐμβάλλει. Schol. Horat. ad Artem: *Oestro agitata & in vaccam mutata in Ægyptum pervenit.* Atque ita Virgilius quoque III. Georg. 152. *Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras Inachiæ Juno pestem meditata juvencæ.* Servius: *Nota est fabula Io Inachi filiam à Jove Junonis adventu conversam esse in vaccam, cui Juno immisit œstrum: quo toto orbe fatigata, tandem aliquando venit ad Ægyptum, & illic in Isin conversa est. Transit autem per mare angustum, quod bosphorum appellatum est, nunc autem Hellespontum dicitur.* Oestrum μύωπα βοῶν· ἱκανῶς appellat Coluthus. *Quem Romani asylum dicunt, Græci œstrum.* Lactant. ad Stat. Theb. Lib. I. vers. 32. Sed μύωπα ab œstro distinguit Scholiastes Theocriti ad Eid. VI. 28. frustra ut puto. Vide Schol. Hom. ad Odyss. X. vers. 300. Sed ille secum dissentit, & ad vers. 299. omnino diversos esse vult οἶστρον & μύωπα. Gloss. Stephani. *Asilus, furor,* οἰστρομανία. *Furiosus,* οἰστρόλης. Sophocles: Τῆς οἰστροπλήκτου Ἰνάχου κόρης. Schol. Τῆς οἴστρῳ ἢ μανίᾳ πληγείσης. Confer Tzetzen ad Lycophron. p. 72. Oestrum quoque furiam interpretatur Philargyrius. Nimirum formidinem incutere furiarum est. Formidinem autem idolum fecerunt pagani. In Genealogiâ habes superius, *Ex Marte & Venere Harmonia & Formido.* Schol. Æschyli ad Prometh. vers. 563. φάσμα interfecti Argi, quem canem facit fuisse, ei objectum scribit.

p *Cujus timore exagitatam coëgit eam*] Barth. ad Stat. Tom. III. pag. 46. legit, *Exagitatam coëgit ut se.* Cl. Schefferus nihil mutat, sed illis hæc accenset, quæ, ut ait, non tam vitiosa, quam plebeio sermonis generi propria sunt. Ego unica literula addita scribendum putem *exagitatam coëgit eam ut se* &c. Amat noster istas trajectiones vocum.

q *Bosphorus fines sunt dictæ*] Cl. Schefferus, *Bosphori fines sunt dictæ.* Nob. Heinsius conjectat, *unde Bosphorus ejus fines sunt dictæ.* ut velit Scythiam Bosporo terminari. Ita sane Tanais *Asiam & Europam finis interfluere* dicitur apud Curt. Lib. VII. cap. 7. Vide tamen an placere & hoc possit, quod postea mihi in mentem venit, *unde Bosporus Mœotis fauces sunt dictæ.* Nam Bosporum heic Cimmerium sive Mœoticum intelligere debemus, de quo Eustath. ad Dionys. p. 24. *Mœotis* autem pro *Mœotidis* potuisse scribere Hyginum, disces ex iis, quæ dixi ad cap. 10. Schol. Horat. ad od. 13. Lib. II. *Bosporus Ponti sunt fauces, ubi propter angustias assidua naufragia sunt.* Capella Lib. VI. p. 221. *Dehinc Ponti ora, fauces Bosphori.* Uterque Bosporus fauces audiunt, ille Mœotidis, hic Ponti. Στόμα Πόντου Æschylo Pers. vers. 880. Adde Moschopul. περὶ χαράξ. pag. 84. Quod ait mare Ionium appellatum, de eo vide Tzetzen ad Lycophron. p. 504. De Bospori vocabulo multis disputat Schol. Apollon. ad Lib. II. 168. Possis etiam: *Unde Bospori fauces* &c. στόμα βοσπόρου apud Dionys.

r *Epaphum*] Ex Telegono. Euseb. Chron. Ovid. I. Met. 748. *Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem Creditur esse Jovis.* Idem hic est, qui Osiris, Apis, & Serapis sive Sarapis. Vid. Herod. Thaliâ, & Lactant. Lib. I. cap. 21.

s *Esse fecit*] Sedigitus apud Gellium Lib. XV. 24. *Nono loco esse facile facio*

CXLVI. *Proserpina.*

PLUTON petit ab Jove Proserpinam filiam ejus & [a] Cereris in conjugium daret. Jovis negavit Cererem passuram, ut filia sua in Tartaro tenebricoso sit: sed jubet eum rapere eam, [b] flores legentem [c] in monte Ætna, qui est in Sicilia. in quo Proserpina dum flores cum Venere & Diana & Minerva legit, Pluton quadrigis venit, & eam rapuit. Quod postea Ceres ab Jove impetravit, ut dimidia parte anni apud se, dimidia apud Plutonem esset.

CXLVII. *Triptolemus.*

[a] CUM Ceres Proserpinam filiam suam quæreret, devenit ad [b] Eleusinum regem, cujus uxor [c] Co-

Luscum. Ovid. VI. Met. 75. *Stare Deum pelagi longoque ferire tridente Aspera saxa facit.*

Ad CAP. CXLVI.

a *Cereris in conjugium daret*] Post *τὸ Cereris* excidisse *sibi* arbitror.

b *Flores legentem*] Legisse narcissos ajunt, cum raperetur. Vide Scholiast. Sophocl. ad Oedip. Colon. vers. 674.

c *In monte Ætnâ*] An in Ætna legebat flores, cum in raptoris manus incideret, Proserpina? & hoc est, quod ad Nem. A. tradit Pindari Scholiastes? Περισσὸν πρὸς τὸς τ' Αἴτνης διατρίψασαι λειμῶνας, ἁρπάσθη παρὰ τ' Πλάτωνος. Sed ibi urbem Ætnam intelligere videri possit, de quâ Barth. ad Stat. Tom. II. pag. 934. An potius scribendum *in nemore Ennæ*? Arnobius Lib. V. *Consimiliter in alterâ fabulâ Hennæ nemus & flores quid sunt?* Confer Jul. Firm. in de F. P. R. Ovid, IV. Fast. 421. Diodorum Lib. V. Cic. IV. Verr. Sed mutare quicquam nos vetat luculentus locus Aristotelis libro πρὶ θαυμ. ἀκουσμ. cap. 116. p. 101. edit. Sylburg. quem videre operæ erit pretium. Lactant. ad Stat. V. Theb. vers. 357. *Ut Proserpinam circa cacumen Ætnæ flores legentem raperet.* In Argum. Lib. V. Met. Ovid. fab. 6. *Uti Proserpinam circa Ætnam flores legentem cum Minerva atque Diana raperet.* Ad locum ergo, quo rapta est, respexit Seneca Herc. Fur. vers. 660. cum de Proserpina diceret? *Quam tota irritâ Quæsivit Ætnâ mater.* Columella Lib. X. *Æquoris Ætnæi vernantia lilia carpsit, Raptaque Lethæi conjux modo facta tyranni.*

Ad CAP. CXLVII.

a *Cum Ceres*] Hanc fabulam tantum non iisdem verbis narrat Servius ad Georg. I. vers. 19. ut utrumvis ex altero descripsisse eam palam sit. Lactantius, qui & ipse ad II. Stat. Theb. 382. *aulæo* Hyginum expressit, quin furti reus sit, non est dubitandum.

b *Eleusinum regem*] Vulgo tradunt Triptolemi patrem Celeum regem Eleusiniorum, & ad eum divertisse Cererem. Παυσανίας δὲ Τριπτόλεμον Ἐλευσῖνος λέγει. Φησὶ γὰρ Δήμητραν πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, ut testatur Apollodorus Lib. I. Pausanias Atticis: Ἐλευσῖνα δὲ ἥρωα, ἀφ' ὃ τὴν πόλιν ὀνομάζεσι. An ergo scribendum *Eleusinem*? Non puto. *Eleusinum* nominant quoque Servius, Lactantius, & noster rursus cap. 275. Ὀνομάζη δὲ, ait Harpocration, ἡ πόλις Ἐλευσὶς ὑπὸ Ἐλευσίνου τ' Ἐρεχθ. quæ totidem verbis exhibet Etym. magni auctor in voce ΕΛΕΥΣΙΣ. Sive illud Ἐλευσίνα refe-

[c] Cothonea puerum Triptolemum pepererat, [c] seque nutricem lactantem simulavit. Hanc regina libens nutricem filio suo recepit. Ceres cum vellet alumnum suum immortalem reddere, [e] interdiu lacte divino alebat, noctu [f] clam

feras ad rectum in ης, sive in ος, parum referre existimo. Novimus veteres dixisse Γόλος & Γοὰτης, *Accestes* & *Aceſtus*, *Zetes* & *Zetus*, & id genus alia valde ἀδιαφόρως. Lactant. ad XII. Theb. 628. *Ceres a Dite filiam raptam dum quærit, hoſpitio regis Eleuſi fertur fuiſſe ſuſcepta.* Leg. *Eleuſini.* Non tamen valde ei repugnem, qui terminatione latina usum Hyginum statuere velit, ut *Titani* pro *Titanes* cap. 150. & 167. Sane adjective *Eleuſina lampas*, *Eleuſina Ceres* habemus apud Arnobium & Capellam. In loco illo Apollodori modo laudato τὸ Δήμητραν à mala videtur esse manu. Non ignoro quidem Tzetzen dixisse ad Hesiodum pag. 18. edit. Heins. Ἔρχεται Δήμητραν εἰς Ἀθήνας ἐλθεῖν. Moschopulum ad eundem pag. 5. Δήμητραν τὸν σῖτον ἐν τοῖς καρποῖς. Schol. Theocrit. ad Eid. XVII. Τῷ Δήμητραν λέγῃ ἐν τῷ Περσεφόνῃ. Sed cultiori utitur dictione Apollodorus, quam ut barbarè cum posterioris ævi Scholiastis loqui potuisse censendus sit. Certe in Etym. magni auctore, qui & ipse Δήμητραν & Δήμητρα in recto frequentat, atro id carbone notavit Sylburgius. Invenitur tamen Δήμητραν etiam apud Euseb. Præp. Euang. p. 34. & 52. ed. Steph. apud Hesych. in ΑΓΡΑΙ Δημήτρας. Cæterum Panyasis illius, quem hic sequitur Hyginus, corruptum vocabulum non semel apud German. Scholiasten; tanquam in Dracone, *Ut Panasis Heracleat refert.* Legendum esse *Panyasis Heraclea*, ostendi ad Antoninum Lib. cap. 20. atque ita quoque exhibet edit. Sanctandreana. Præter Panyasin Heracleam scripsit etiam Herodorus, ut docet nos Heinsius ad Hesiod. pag. 84. Immo & Crispinus, si Fulgentio fides in voce *Antistare*. Panyasis restituendus quoque Tzetzæ Proleg. in Lycophron. Γεγόνασι δὲ ὁμοίως πεντὲ πέντε, Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Παίνυσις, Ἀντίμαχος, ἐν Πεί-σανδρος. Leg. Πανύασις. Cæterum Pisander ille surrogandus mihi videtur in Thessandri locum qui Servii comment. occupavit ad Æn. II. 211. Scripsisse & eum Heracleam didicimus ex Suidâ & Athenæo. Cæterum Scholiastes Nicandri ab uxore Hippothoontis hospitio exceptam Cererem memorat, longe alios secutus auctores.

c *Cothonea*] Ita & Lactantius. Servius, *Cyntinea*. *Metaniram* dici à Pausania notat Micyllus. Atque ita quoque eam appellat Apollodorus Lib. I. Lœscherus Pausaniæ interpres in suo codice inveniſſe Μεγάνειραν videtur. Atque ita legitur etiam apud Diomed. Lib. III. p. 113. ed. Soter. Vitiosam eam esse scripturam disces ex Nobiliss. Heinsii notis ad Ovid. IV. Fast. 537. Sed Tzetzes ad Hesiod. Ἔργ. pag. 7. docuit me quosdam Triptolemi matrem facere *Polymniam*. Propius ergo à vulgata scriptura discesserimus, si Hygino restituamus *Polymnia* vel *Polymnea*. MSS. certè Lactantii repræsentant *Hionia*. *Nœra* est in marmore Arundeliano. Νῶρις Schol. Hephæst. pag. 81. Nicandri Scholiastes illam Metaniram non Eleusini, sed Hippothoontis facit uxorem pag. 72. edit. Col. Cum Polymnia inventrix feratur φυτουργίας, optimè omnium heic *Polymnia* scribi existimem.

d *Seque nutricem lactantem ſimulavit*] Τὸ *nutricem* deletum vellet Cl. Schefferus. Ego nil temerè putem mutandum. Servius habet: *Seque nutricem pueri amore ducta ſimulavit.* Lactantius: *Seque nutricem ſimulabat. Lactantem nutricem* existimo dixisse Hyginum, quia & *aſſa nutrix* est, quæ lac non præstat infantibus, sed solum diligentiam adhibet, ut loquitur Schol. Juvenal. ad Stat. XIV. 208.

e *Interdiu lacte divino*] Servius; *cum lacte divino*. Mallem *cum lacte* &c. Immo ita legi debet etiam apud Hyginum, qui τὸ *cum* malè omisit.

[f] clam in igne obruebat. Itaque præterquam solebant mortales, crescebat. Et sic fieri [g] cum mirarentur parentes, eam observaverunt. Cum Ceres eum vellet in ignem mittere, pater [h] expavit. Illa irata Eleusinum exanimavit; at [i] Triptolemo alumno suo æternum beneficium tribuit. [k] nam fruges propagati * currum draconibus junctum tradidit, [l] quibus vehens orbem terrarum frugibus [m] obsevit. Postquam domum rediit, [n] Celeus eum pro benefacto in-

f *Clam in igne*] Deest *noctu*. Supplendum ergo, *noctu clam in igne*. Servius habet: *Noctu in ignem clam obruebat*. Lactantius: *Noctu clam igne eum obruebat*. Apollod. Lib. 1. Τὰς νύκτας εἰς πῦρ κρύβδην τὸ βρέφος. Idem feciſſe Thetidem Achilli ſuo idem refert, ut & Lycophron apud Hom. Schol. ad Iliad. Π. 36. & Tzetz. ad Lycophron. pag. 39. Geminum germanum eſt, quod in vita Eliæ memorat Epiphanius: Καὶ ὅτι, inquit, ἔτικτεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ἰδὼν Σωβὲκ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὀπλασίαν, ὅτι ἄῤῥην λδικφυεῖς περσηνέγκαν, & ὅτι εἰ πυρὶ αὐτὸν ἐκαυμγάκαν &c.

g *Cum mirarentur parentes, eam* &c.] Ita diſtinguo. Male inciſum erat poſitum ante τὸ *parentes*. Servius: *Id ſic fieri cum pater admiraretur*. Unde vides Hygino in præcedentibus eſſe reſtituendum, *id ſic fieri*. Lactantius habet: *Cum hoc pater miraretur*.

h *Expavit*] Servius & Lactantius, *exclamavit*. quod puto rectius. Tzetzes in Lycophron. Γδοῦ δὲ Πηλέως τὸν Θέτιν βίλκσαν αὐτὸν εἰς τὸ πῦρ, & βοήσαντος, σωλύσαι ταυτὸν πρὸς Νηρηΐδας ἀποχωρῆσαι.

i *Triptolemo alumno*] Deiphontem Triptolemi fratrem Cereris alumnum facit Apollodorus. Schol. Nicandri Celeum conjectum in ignem à Cerere narrat pag. 32. Ἡ Δημήτηρ Κελεὸν λαβοῦσα ἀνέπτετο εἰς ὕδωρ. Βυλομένη ὃ ἀπαθανατίσαι, σωνέχως εἰς τὸ πῦρ ἔβαλλεν &c.

k *Nam fruges propagati*] Servius habet: *Nam ad fruges portandas currum draconibus junxit, dedit que* &c. Censeo ex Hygino in Servio referibas *propagandas*, præsertim cum & Lactantius exhibeat: *Fruges ei propagandas, & currum draconibus junctum tradidit*. Schol. German. Fab. Canis: *Juſſit ut in reliquas terras propagaret*. Hyginum forte non male reſtituas, ſi *propagatum* legas pro *propagati*, quanquam non valde diſplicet, quod Cl. Schefferus conjecit, *propagare*, non tantum, quia legi cap. 27. *Reſponſum accepit mortem cavere*. 88. *Exit ſanguinem abluere*. 145. *Deam eſſe fecit*. Sed quod & optimi ſcriptores ita loquantur. Ovid. in hac fabulâ v. Met. 660. *Rurſuſque per æëra miſit Mopſopium juvenem ſacros agitare jugales*. Horat. 1. od. 23. *Frangere perſequor*. Æn. v. 248. *Magnum dat ferre talentum*. Propert. Lib. 1. el. XVI. *Mittit me quærere*. Cælius 1. Hiſtor. *Mittit viſere*.

l *Quibus vehens*] Lactantius & Servius: *Quibus ille vectus*. Sed Hyginianum elegantius eſt. Sueton. Neron. 34. *Terra marique prætervehentes*. Apul. 1. Mil. *Equo indigena peralbo vehens*. Nepos Timoth. cap. 2. *Circumvehens Peloponneſum*. Unde *vector* qui vehitur. Nec diſſimile *geſtans* de eo qui geſtatur apud Sueton. Domit. cap. XI. Adde quæ ad Juſtin. Lib. XI. cap. 7. congeſſit Freinshemius, & Anal. Lib. III. cap. 9. Voſſius.

m *Obſevit*] Servius, *obſervit*. Lege ex Hygino & Lactantio *obſevit*. Idem vitium occurrit apud noſtrum cap. 277.

n *Celeus*] Servio eſt *Cephalus*, Lactantio *Cepheus*. Ubique emendandum eſſe *Celeus* vel tyrunculus non rudiſſimus videat. Apollodorus Lib. 1. Δήμητρα μὲν Κελεὸς εἰς τὴν Ἐλευσῖνα ὑπεδέξατο. Virg. 1. Georg. 165. *Virgea præterea Celei vilisque ſupellex*. Ad quem verſum Servius: *Id eſt, vaſa viminea, qualia Ceres Celeo quondam monſtravit*. Cubant ergo in vitio & illa ad vers. 19. *Quod munus ei Ceres dedit propter humanitatem patris Icari*. Lege *Celei*.

interfici jussit: [o] sed re cognita, jussu Cereris Triptolemo regnum dedit: [p] quod ex patris nomine Eleusinum nominavit. [q] fierique sacrum instituit, quæ Thesmophoria græce dicuntur.

CXLVIII. *Vulcanus.*

Vulcanus cum resciit Venerem cum Marte clam concumbere, & se virtuti ejus obsistere non posse, catenam ex adamante fecit, & circum lectum posuit, ut Martem astutia deciperet. Ille [a] cum ad constitutum venisset, concidit cum Venere in plagas, adeo ut se exolvere non posset. Id Sol cum Vulcano [b] nunciasset, ille eos nudos

lei. Vel *Rhari* potius cum doctissimo Perizonio nostro ex Pausaniâ in Atticis pag. 10. Confer Ovid. Lib. IV. Fast. 508. & seqq. Vossii notas ad Just. Lib. II. 6. Etym. magn. in Ἄρρη. Restituendum idem vocabulum Lactantio in Stat. Lib. VII. Theb. vers. 407. *Eleusis civitas Atticæ regionis est, in qua regnavit Celeus, qui Cererem, dum filiam quæreret, liberalissimè suscepit hospitio.* Legendum *Celeus* esse quis dubitet?

o *Sed re cognita, jussu*] Ita & Lactantius habet. Corrigatur ergo Servius, in quo corrupte legitur: *Sed per cognita jussa Cereris Triptolemo regnum tradidit.*

p *Quod ex patris nomine*] Servius auctior heic est: *Qui accepto regno oppidum constituit, quod ex patris nomine Eleusinum nominavit.* Et Lactantius: *Ibique oppidum constituit, quod ex patris sui nomine appellavit Eleusinum.* Et sane apud nostrum quoque cap. 277. *Eleusinum* oppidi non regni vocabulum. Sed ubique videtur scribendum *Eleusinam.* Gloss. MSS. ad illa Georg. I. Virg. *Puer monstrator aratri: Alii Triptolemum Celei filium dicunt, alii Osirim putant; ob quam* (leg. *ob quam rem*) *ab Ægyptiis inter Deos sit relatus; Triptolemus Celei regis Eleusinæ filius fuit, qui usum serendi primus mortalibus tradidit. Bene autem de nomine tacuit, & generaliter ait puer. Nam non unus in toto orbe monstravit, sed diversi in diversis locis.* Et paulo post: *Eleusina civitas Græciæ haud longe ab Athenis, in qua cum regnasset Celeus, & Cererem quærentem filiam suscepisset hospitio, pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ.* Hieron. Chron. Euseb. *Eleusinæ regnavit Celeus.* Tullius ipse I. Nat. Deor. *Omitto Eleusinam sanctam illam & augustam, ubi initiantur gentes* &c. Πόλιν Ἐλευσῖνα appellat Schol. Homer. Iliad. Σ. 491. *Eleusinum* tamen ἐθνικὸν invenitur apud Æthicum.

q *Fierique sacrum instituit*] Legerim cum Servio: *Cererique sacra primus instituit.* Quod & Lactantius suadet, qui in suos commentarios prorsus eadem transtulit: *Cererique sacra primus instituit, quæ Thesmophoria Græcè appellantur.* Etiam agon Cereris celebratus fuit Eleusine, de quo Pind. Schol. ad Isthm. od. I. Ὅτι ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρός ἐστιν ἀγών, ᾧ στέφανος ἦν κριθαί.

Ad CAP. CXLVIII.

a *Cum ad constitutum venisset*] Ad constitutum puta locum vel tempus. Varro R. R. Lib. III. cap. 5. *Qui tam sero ad constitutum veniisset.* Petron. *Et nos metu criminis non veniremus ad constitutum.* Juvenal. III. 12. *Hic ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ.*

b *Nunciasset, ille eos*] Cl. Schefferus, *& ille eos.* Sed hic pro *vidit* mallet aliquis *vidisset.* Neque enim satis bene tempora perfecta diversorum modorum (de futuris observarunt id jam alii)

vi-

dos cubantes vidit, [c] deos omnes convocavit, * viderunt. Ex eo Martem id ne faceret pudor terruit. Ex eo conceptu nata est Harmonia, cui Minerva & Vulcanus vestem sceleribus tinctam muneri dederunt: ob quam rem [d] progenies eorum scelerata extitit. Soli autem Venus ob indicium [e] ad progeniem ejus semper fuit inimica.

CXLIX. *Epaphus.*

JUPITER Epaphum, quem ex Io procreaverat, Ægypto oppida communire, ibique regnare jussit. Is oppidum primum Memphim, & alia plura constituit: & [a] ex Cassiopeia uxore procreavit filiam Libyen, à qua terra est appellata.

CL. *Ti-*

videntur posse copulari. Facit id tamen noster cap. 165. *Minerva & Venus cum eam irriderent, quod & cæsia erat & buccas inflaret.* Cap. 27. *Cum proditus esset, ut mendacium morte puniretur, & illa aliter esse vidit.* Astron. II. 24. *Quod prima fuerit Herculis hæc certatio, & quod cum inermis interfecit.* Lib. I. cap. 8. *Cum sol pervenit & efficiat.* Quintil. Declam. XIV. *Si, quantum affirmas, miseraris ac diligis.* Ita & Colonienſis ed. anni 1521. Sed legerim, *miseraris ac diligis*, ut Colinæus edidit. Idem tamen Declam. XVIII. *Date, Judices, patrem, qui filium mori velit & credit.* Sic editi omnes. Fulgent. Mythol. II. 9. *Quod mundus & celeri quadam volucritate versetur, & cadaverum nascentium occidentiumque perennitate depascitur.* Capella Lib. I. *Et licet hic cursor Apollinei plerumque axis celeritate vincatur, ac remorata statione consistens captat demum festinata prævertere.* Florus Lib. II. 15. *Quod adversus Numidas semel paravisset classem, & exercitum, frequens autem Masinissæ fines territabat.* Adde notas ad cap. 125. & 126. Notandum interim tamen, quod ad cap. 4. nobis dictum, copulativam particulam & tam sæpe in hoc scripto omitti, ut non tam librarii vitio, quam studio ab auctore ipso factum id videri possit.

c *Deos omnes convocavit * viderunt*] Barthius ex MS. *Deos omnes convocat. Dii riserunt.* Cl. Schefferus mavult, *Deos omnes convocavit: ii riserunt.* Utraque correctio convenit cum circumstantiis fabulæ. Hom. Odyss. θ. ubi adulterium hoc perquam festivè depingit: Ἄ'σβεσ& δ' ἄρ' ἐκερτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσι, Τέχνας εἰσορόωσι πολύφρονος Ἡφαίστοιο.

d *Progenies eorum*] Armoniæ & cui nupta fuit, inquit Schefferus. Adi ejus notas ad cap. 7. Sed pro *Armonia* rectius scripseris *Harmonia* ex Geneal. ubi rectè habet, *Ex Marte & Venere Harmonia & Formido.* Ἁ'ρμονία est Hesiodo Θ. 975. Nupsit autem Cadmo. Vid. cap. 6. & 155.

e *Ad progeniem ejus semper infesta fuit*] Fulgent. Lib. II. *Illa dolens quinque filias Solis amore succendit, id est, Pasiphaen, Medeam, Phædram, Circen, Dircen.* Et Servius de Pasiphae ad Ecl. VI. 52. *Ob iram scilicet Veneris, quæ irata Soli, quod se, ut quidam, Anchisæ, ut alii, Marti conjunctam prodidisset, sobolem ejus inhonestis amoribus subjecit, ut Circen, Medeam, Pasiphaen.* Vide præterea Ovid. Epist. IV. Heroid. vers. 53. Senecam Hippol. vers. 124.

Ad CAP. CXLIX.

a *Ex Cassiopeiâ*] Nihil heic mutandum. Illustrant hanc fabulam illa Lactantiana ad Theb. IV. 737. *Jupiter E-*

pa-

CL. *Titanomachia.*

POSTQUAM Juno vidit Epapho ex pellice nato tantam regni poteſtatem eſſe, curat in venatu ut Epaphus necetur: Titanoſque hortatur, Jovem ut regno pellant, & Saturno reſtituant. Hi cum conarentur in cœlum aſcendere, eos Jovis cum Minerva & Apolline & Diana præcipites in Tartarum dejecit. Atlanti autem, qui dux eorum fuit, cœli fornicem ſuper humeros impoſuit, qui adhuc dicitur cœlum ſuſtinere.

CLI. *Ex Typhone & Echidna nati.*

Ex Typhone gigante & Echidna [a] Gorgon, [b] canis Cerberus triceps, draco, qui mala Heſperidum trans oceanum ſervabat: Hydra, quam ad fontem Lernæum Hercules interfecit: Draco, qui pellem arietis [c] Colchis ſervabat: Scylla, quæ ſuperiorem partem mulieris, [d] inferiorem canis, & canes ſex ex ſe natos habebat: Sphinx, quæ in Bœotia fuit: Chimæra in Lycia, [e] quæ priorem partem leonis figuram, poſteriorem draconis habebat, media ipſa Chimæra. Ex Meduſa Gorgonis filia & Neptuno nati ſunt, Chryſaor, & equus Pegaſus: ex Chryſaore & Callirhoe, Geryon trimembris.

CLII. [a] *Ty-*

paphum, qui hoc petiverat, in Ægyptum oppida communire, ibique regnare juſſit. Oppidum Memphin & alia plura conſtituit, & ex Caſſiopâ uxore ſuſcepit filiam Libyen, quæ poſtea in Africa regnum poſſedit, cujus nomine terra Libyes (leg. *Libye*) *eſt appellata.*

Ad CAP. CLI.

a *Gorgon*] Hic in Genealogiâ ex Ceto Stheno, Euryalen, & Meduſam generaſſe dicitur.

b *Canis Cerberus triceps*] Heſiod. Θ. 312. & Tzetzes Chil. 1. 36. quinquaginta, Horat. Lib. II. od. 13. centum ei capita tribuit ſequutus Pindarum. Vide Schol. Heſiod. ad Θεογ. pag. 277. ed. Heinſ. & Horatianum p. 114. ed. Cruq. qui centicipitem dici cenſet Cerberum *propter multitudinem anguium, qui è capite ejus eminebant.*

c *Colchos*] Subaudiri vult *ad* ſive *apud* Cl. Schefferus. Ego ex Geneal. *Colchis* legere malim. *Draco*, inquit, *qui pellem auream Colchis ſervabat.* Durum illud alterum, &, ut puto, ſine exemplo inauditumque.

d *Inferiorem canis*] Idem tradidit in Geneal. Cap. autem 125. *Inferiorem partem piſcis habuiſſe dicitur.* Quod convenit cum denariis gentis Pompejæ. Vide Spanhem. in de Numm. p. 233.

e *Quæ priorem partem*] H. e. ſecundum priorem partem. Heraclitus περὶ ἀπίστων cap. 15. Ταύτην Ὀνύμπορος εἰκοσογραφῶν φησι, Πρόσθε λέων, ὄπισθε δὲ δρακων, μέση δὲ χίμαιρα. Lege ὄπισθεν δὲ δρακων, μέση δὲ χίμαιρα. Vide ſupra cap. 57.

Ad

CLII. [a]*Typhon.*

[b]TARTARUS ex Terra procreavit Typhonem immani magnitudine, ſpecieque portentoſa, cui centum capita draconum ex humeris enata erant. Hic Jovem provocavit, [c]ſi vellet ſecum de regno certare. Jovis fulmine ardenti pectus ejus percuſſit. [d]cui cum flagraret, montem [e]Ætnam, qui eſt in Sicilia, ſuper eum impoſuit: qui ex eo adhuc ardere dicitur.

[f]PHAETHON Solis & Clymenes filius, cum clam patris currum conſcendiſſet, & altius à terra eſſet elatus, præ timore decidit in flumen Eridanum. Hunc Jupiter cum fulmine percuſſiſſet, omnia ardere cœperunt. Jovis, ut omne genus mortalium [g]cum cauſa interficeret, ſi-

Ad CAP. CLII.

a *Typhon*] Anton. Liberalis cap. 28. Τυφῶν ἐγένετο γῆς ὑὸς ἑξαίσιος δαίμων φῶς ἰσχύν. καὶ δι' ὄψιν πυρπλαγμένος. ἐπεύκεσαν γὰρ κεφαλαὶ πλείους ἑκατὸν χεῖρες, ἑκατὸν πῖρυγες. Puto excidiſſe voculam οἱ. Lego, ἐπεύκεσαν γὰρ οἱ. Lucianus Aſino: Καὶ ἄφνω πλησὶ ἐπεφύει αὐτῷ. Schol. Eurip. ad Phœn. 1161. Τυφὼς πρόσιος δαίμων, ἐπὶ τὸ σφοδρὸν ἡ ἀνέμου. Schol. Æſchyl. ad Prom. vers. 331. Μετὰ ταῦτα ἡ γῆ ἐν ἔρωτι μιγεῖσα τῷ ταρτάρῳ τὸν ἐκατοντακέφαλον Τυφῶνα ἐγέννησεν, ἁπάντων ἀνέμων ἀχρεῖα ἔχοντα κεφαλάς. De ortu Typhonis quæ ad Iliad. β. p. 261. ed. Baſ. refert Euſtath. etſi nimium mira ſunt, quia tamen prolixiora ſunt, exſcribere operæ pretium non duxi. Adeat ipſum, qui volet, & Tzetz. in Lycophr. p. 38. ed. Steph.

b *Tartarus ex terrâ*] Etymol. Τυφωεύς. Ἡσίοδος αὐτὸν γῆς γενέσθαι. Στησίχορος δὲ Ἥρας μόνης καὶ μυθικῶς Διὸς τεκνοῦσι αὐτόν.

c *Si vellet ſecum de regno certare*] Lactant. ad Stat. II. Theb. 595. *Ut, ſi vellet, ſecum de regno certaret.*

d *Cui cum flagraret*] Si vera eſt hæc ſcriptura, illa *ſuper eum* redundant, eſtque dictum ut illa Deuter. iv. 7. Ὅτι ποῖον ἔθνος μέγα, ὃ ἔστιν αὐτῷ θεὸς ἐγγίζων αὐτοῖς. & ix. 28. Ὅτι οὐκ ἠμπόδισας ἐκεῖθεν. Pſal. xix. 3. οὐκ ἔστι λαλιὰ οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐκ ἀκούονται φωναὶ αὐτῶν. *Quorum non audiuntur voces eorum*, tranſtulit vulgatus interpres. Sed rectius puto *ei cui* in *qui* mutaveris. Ita enim Lactantius ad Statii illum verſum modo laudatum, ubi hanc fabulam ex Hygino tranſcriptam inveni.

e *Ætnam ſuper eum impoſuit*] Lactantius, *Ætnam ei ſuperimpoſuit.* Statius: *Superimpoſito moles geminata Coloſſo.* Secundum Virgilium Æn. ix. 716. *Inarime Jovis imperiis impoſta Typhœo.* Ætna autem Encelado Lib. iii. 578. Sic idem pater ille Deorum Ophioni impoſuit montem ab eo dictum Ophionium, ut nos docet Hom. Schol. ad Iliad. Θ. 479. De verſu Virgiliano conſule Brodæum ad Q. Calabri Lib. xii. Claver. ad Claud. R. P. iii. 184. Voſſ. Etymol. in SIMIA. Male legitur in Lycophronis interprete p. 179. ἐν Ἀρίθμοις ὄρει. Scrib. Ἀρίμοις. Fuerunt etiam, qui Ætnam Briareo impoſitum dicerent. Vide Schol. Callim. iv. 14.

f *Phaëthon*] Etiam hoc peccatum ab illo eſſe, qui additis lemmatis in capita diſpeſcuit hanc mythologiam, recte obſervat Cl. Schefferus. Longè enim hæc alia à præcedenti fabula.

g *Cum cauſa*] H. e. *Cum Phaëthonte*, inquit Schefferus. Vide ſi verius ſit, *ſub prætextu vel obtentu aliquo.* Cauſa enim ſæpe quælibet προφάσεως dicitur.

h *In*

simulavit se id velle extinguere: amnes undique irrigavit, omneque genus mortalium interiit, præter Pyrrham & Deucalionem. At sorores Phæthontis, quod equos injussu patris junxerant, [h] in arbores populos commutatæ sunt.

CLIII. *Deucalion & Pyrrha.*

CATACLYSMUS, quod nos diluvium [a] vel irrigationem dicimus, cum factum est, omne genus humanum interiit, præter [b] Deucalionem & Pyrrham, qui [c] in montem Ætnam, qui altissimus in Sicilia esse dicitur, fugerunt. Hi propter solitudinem cum vivere non possent, [d] petierunt ab Jove, ut aut homines daret, aut eos pari cala-

h *In arbores populos*] Virgil. Ecl. VI. 62. in alnos conversas fuisse canit. Æn. autem X. 190. in populos, ut noster heic vult, Schol. Germ. Eridano. Hom. ad Odyss. P. 208. & Diod. Lib. V. Nam in αἰγείρους eas conversas tradunt. Αἴγειρος autem proprie *populum nigram* denotat. Corrupte αἴχειρος dicuntur apud Homeri Scholiasten. Confer. Not. ad Geneal. Isidorus Orig. Lib. XVI. 9. *Electrum autem vocari fabulosa argumentatio dedit. Namque Phaëtonte fulminis ictu interempto, sorores ejus luctu mutatas in arbores populos, lacrymis electrum omnibus annis fundere; juxta Eridanum amnem: & electrum appellatum, quoniam sol vocitatus sit alector, plurimi poëtæ tradiderunt. Constat autem non esse succum populi, sed pineæ arboris.* Scrib. *elector*. Respexit Plin. Lib. XXXVII. 2. Perperam & cap. 23. ejusdem libri Isidor. *Sol enim à poëtis electron vocatur.* Plura infra ad cap. 154.

Ad CAP. CLIII.

a *Vel irrigationem*] Glossam esse autumat Cl. Schefferus, quod sequatur, *factum est*. Ego hoc amplius τὸ *factum* mutaverim in *factus*, ut ad *Cataclysmus* referatur; nisi *Cataclysmum* neutro genere scripsit, ut *thesaurum*, *Peloponesum*, & alia id genus inveni apud nonnullos deterioris ætatis scriptores. Certe *Cataclysmum* neutro genere videtur poni in notis Tyronis pag. 194. ut *baptismum* apud Cyprianum in Sententiis Concilii Carthag. *Cum non sit baptismum nisi in ecclesia unum.* Adde notas ad cap. 84. & 3.

b *Deucalionem*] Hic Promethei & Pandoræ filius fuisse traditur ab Hesiodo & Apollonio Lib. III. 1085. ad quem versum consule Scholia, & Lucianum in Deâ Syriâ; unde disces, Deucalioni quæ tribuuntur, ea maximam partem convenire Noacho. Triclinius in Pind. Olymp. 9. matrem Deucalionis Clymenen facit. Γαπετῶ, inquit, παῖδες Προμηθέως ⸗ Ἐπιμηθέως. Προμηθέως ⸗ Κλυμένης Δευκαλίων ὁ καὶ Ὀπούς καλούμενος. Ἐπιμηθέως ⸗ Πανδώρας, Πύρρα.

c *In montem Ætnam*] Servius ad Ecl. VI. 41. in monte Atho servatos eos prodit. Ovid. I. Met. 317. in monte Parnasso, quem Λαφιαστὴν vocatum primitus tradit Andron apud Apollon. Schol. ad Lib. II. vers. 713. & Etym. in Παρνασσός, quod ibi adhæserit ἡ λάρναξ τῆ Δευκαλίωνος, cujus Lucianus quoque meminit in de Saltatione p. 930. Tom. I. edit. Bened. Nihil tamen heic mutandum. Audi Scholiasten Germanici Aquario: *Nigidius Hydrochoon sive aquarium existimat esse Deucalionem Thessalum, qui maximo Cataclysmo sit relictus cum uxore Pyrrha in monte Ætna, qui est altissimus in Siciliâ.*

d *Petierunt ab Jove*] Immo à Themide quæsierunt rationem genus humanum

calamitate afficeret. Tum Jovis jussit eos lapides post se jactare. quos Deucalion jactavit, viros esse jussit: quos Pyrrha, mulieres. Ob eam rem Laos dictus: [e] Laos enim græce lapis dicitur.

CLIV. *Phæthon Hesiodi.*

[a] PHAETHON [b] Clymeni Solis filii & Meropes nymphæ filius, quam Oceanitidem accepimus, cum [c] indicio patris avum Solem cognovisset, impetratis curribus male usus est. nam cum esset propius terram vectus, vicino igni omnia conflagrarunt: [d] & fulmine ictus [e] in flumen Padum cecidit. Hic amnis à Græcis Eridanus dicitur, [f] quem Pherecydes primus vocavit. Indi autem quod calore vicini ignis sanguis in atrum colorem versus est, nigri sunt facti. Sorores autem Phaethontis, dum interitum deflent fratris, in arbores sunt populos versæ. Harum

manum reparandi. Auctores Ovidius, Arnobius, Lactantius, aliique. Cum Hygino tamen faciunt Apollod. Lib. 1. Tzetzes Chil. VIII. 134. Schol. German. Aquario. Eustath. ad Hom. Iliad. A. pag. 18. ed. Bas. Non ergo causa erat, cur erroris à Barthio & Elmenhorstio argueretur Hyginus. Majori jure notent Horat. commentatorem ad Lib. 1. od 2. ubi Apollinem ab illis consultum tradit.

e *Laos*] Scribo, λάας. Apollod. Lib. 1. Οὗτοι δὲ λαοὶ ἀνομάσθησαν ὅτι ἐκ λάας λίθου. Schol. German. *Ob quam rem* λαὸς *Græcè populus dicitur, quia* λάας *antiquitus lapis dicitur.* Confer Schol. Hom. ad Iliad. A. 10. Etym. magnum in Λαοί. Allusit huc Ovidius 1. Met. *Inde genus durum sumus experiensque laborum, Et documenta damus, qua simus origine nati.* Putes respexisse Virgil. 1. Georg. 63. *Unde homines nati durum genus.* Ubi Servius: *Nam & Græcè populi* λαοὶ *dicuntur à lapidibus.* λάοι *enim lapides dicuntur.* Lege, λάες. Lapides autem istos nova hominum semina sumserunt ex petra Agdo, narrante Arnobio Lib. v. Cæterum Etymologiæ hujus alias causas affert Schol. Pindari ad Olymp. 9. & Eustath. ad Homericum, quem laudavi modo, locum.

Ad CAP. CLIV.

a *Phaëthon Hesiodi*] In opere forte aliquo deperdito istam fabulam tradidit Hesiodus. In Θεογονίᾳ, quæ hodie exstat, Phaëthontem Cephali & Auroræ facit filium.

b *Clymeni solis filii*] Cap. 152. *Ex Clymene & Sole* dicitur natus. Atque ita & Ovidius 1. Met. Servius ad Ecl. VI. aliique. Quos hoc secutus sit auctores, nondum comperi.

c *Indicio patris*] *Matris* secundum Nasonem Met. 1. Heinsius.

d *Et fulmine*] *At fulmine* mallet Cl. Schefferus. Vide notas ad cap. 8.

e *In Padum*] Aristoteles in Admirandis *in lacum vicinum illi flumini* cecidisse refert.

f *Quem Pherecydes primus vocavit*] Sententia est & Schefferum, Pherecydem primum excogitasse vocabulum Eridani. Ego sententiâ non multum diversâ volui antehac, *Quem Pherecydes Padum vocavit.* h. e. quo nomine Pherecydes Padum vocavit: nisi mavis, *quem Pherecydes Padum putavit.* Vel, *quem Pherecydes primus Padum vocavit.* Schol. Germanici Eridano. *Ab Arato & Pherecyde Eridanus Padus esse putatur.* Servius Æneid. VI. 659. *Quæ*

ita

rum lachrymæ, ut Hesiodus indicat, in g electrum sunt duratæ: Heliades tamen nominantur. Sunt autem, Merope, Helie, Ægle, Lampetie, Phœbe, Ætherie, Dioxippe. Cygnus autem rex Liguriæ, qui fuit Phaethonti propinquus, dum deflet propinquum, in cygnum conversus est. Is quoque moriens flebile canit.

CLV. *Jovis filii.*

[a] LIBER ex Proserpina, quem Titanes [b] carpserunt: Her-

in Italia, id est, in Venetia Padus vocatur. Certum est à quodam poëta vocabulum Eridani esse fictum. Vide Herod. Thaliâ pag. 106. edit. Hervag. Eustath. ad Dionys. p. 10. Cato ille suppositicius in Originum libris: *Padus ante à duce Coloniarum Eridanus, sed à profunditate Botigon ab Hetruscis, & Botigum à Liguribus, & à circa arbore picea Gallice Padus appellatur.* Βόχρων est Theoni ad Aratum pag. 144. ed. Valder. quod mutat in Βόδινος Editor Londinensis. Servius ab Eridano Solis filio adpellatum vult ad Æn. VI. 659. Capella Lib. V. *Italia etiam Pado flumine memoranda, quem Græcia dixit Eridanum.* Certè Eridani vocabulum est antiquius. Diodorus Lib. V. *In ostia Padi delapsus est, qui quondam Eridani nomen habebat.* Si Βατραχομυομαχίαν Homerum, ut Martial. Apophoret. 183. & in voce Ἀχάϊς Thomas magister censent, habet auctorem, notum erat jam ante Pherecyden Eridani vocabulum. Legitur enim in eâ vers. 20. παρ' ὄχθας Ἠριδανοῖο. Confer Plin. Lib. III. cap. 16.

g *Electrum*] Philargyrius ad Georg. III. 522. *Quod à nobis succinum appellatur, electrum vocant Græci.* Servius ad Æn. VIII. 402. *Secundum Plinium in Naturali Historiâ sunt tria electri genera; unum ex arboribus, quod succinum dicitur* &c. Priscianus Periegesi: *Hic electra legunt alnis stillantia Celtæ, Succina quæ memorant, mellis vinive colore.* Videndi de electro Plin. Lib. XXXVII. cap. 2. Isidorus Lib. XVI. cap. 23. & 9. Cassiodorus Var. II. 2. Solinus cap. 33. Diodorus Lib. V. Alciatus Parerg. Lib. VII. cap. 4. Brodæus in Q. Calabri Lib. V. Hœlzlinus ad Apollon. IV. 604. Fabricius Commentario in poëtas Christianos, in vocibus *Electrum* & *Succinum*. Etym. magni auctor in Ἤλεκτρον. Eustath. in Dionys. vers. 293. Βερενίκιον vocari à vulgo notat Eustath. Odyss. pag. 150. ed. Bas.

Ad CAP. CLV.

a *Liber ex Proserpina*] Schol. Pind. ad Isthm. od. 7. Ὁ ἐκ Περσεφόνης γεγονὼς Ζαγρεὺς Διόνυσος. Adde Etym. magnum in Ζαγρεύς. Tzetzen in Lycophron. pag. 64. Athenagoras in Legat. pro Christ. p. 20. *Postea etiam Proserpinam filiam suam sub draconis specie violavit, & Dionysum ex eâ genuit.* Ampelius cap. 9. *Liberi quinque. Primus ex Jove & Proserpinâ. Hic agricolæ & inventor vini, cujus soror Ceres. Secundus Liber ex Merone & Flora, cujus nomine fluvius est Granicus. Tertius de Cabito, qui regnavit in Asiâ. Quartus ex Saturno & Semela, dicunt. Quintus Nisi & Hesionæ filius.* Non uno loco corruptus iste Ampelii locus. Pro *Merone* vide an restitui debeat *Melone*, quo nomine dictus olim Nilus, ut testatur Festus. Nilo enim natus secundus Dionysus à Cicerone dicitur Lib. III. de Nat. Deor. Pro *Cabito* reponam *Caprio* ex eodem: pro *Hesionæ*, *Thyonæ*. Euseb. Præpar. p. 34. ed. Steph. Τὸν υἱὸν τοῦτον Σαβάσιον ὀνομαζόμενον, ὃν Διὸς & Περσεφόνης γεγενῆσθαι. Idem est qui Osiris. Vide Tzetzen in Lycophron. pag. 44. aliosque.

b *Carpserunt*] H. e. διέσπασαν, discerpserunt, distraxerunt. Simplex pro composito suo more usurpat. Chrysol. Serm. XI. *Rabido dente carpuntur.* Cap. 167. *Liber Jovis & Proserpinæ filius à*

Hercules ex Alcumena, Liber ex Semele Cadmi & [c] Harmoniæ, Castor & Pollux ex Leda Thestii filia, Argus ex Nioba Phoronei filia, Epaphus ex Io Inachi filia, Perseus ex Danae Acrisii filia, Zethus & Amphion ex Antiopa [d] Nyctei filia: Minos, Sarpedon, & Rhadamantus [e] ex Europa Agenoris filia. Helena ex [f] Pyrrhâ Epimeti filia, [g] Ethalion ex Protogenie Deucalionis filia, Dardanus ex Electra Atlantis filia, Lacedæmon ex Taygete Atlantis filia, Tantalus ex Plutone [h] Himantis filia, Æacus ex Ægina Asopi filia, [i] Ægipan [k] ex capra Boetis

*[1] Ar-

Titanis est distractus. Arnob. Lib. v. *Ut occupatus puerilibus ludis distractus ab Titanibus Liber sit, ut ab iisdem membratim sectus, atque in ollulas conjectus, ut coqueretur.* Idem Lib. i. *Membratim ab Titanis discerptum sanorum consecratione maciatis.* Confer Euseb. Præp. Lib. ii. pag. 41. ed. Steph. Astron. ii. 7. *Quæ corpus ejus decerperent interfecti.* Ubi malim *discerperent*, quanquam videri possit *decerpere* posuisse pro *carpere*, ut *detruncare* pro *truncare*. Vitalis tumulo Ciceronis: *Qui casus graviter, qui detruncatus acerbè, Hoc Lamiæ debet, quod jacet in tumulo.* Et Cyprianus Serm. de stellâ & magis: *Avulsi à matrum uberibus detruncantur.* Benè ergo glossæ Steph. *Detruncat, διεφθειρεν.* Sed *discerperent* edidit, ut video, illo Hygini loco pridem Soter. Cæterum *carpere* de Cicerone ad eundem modum usurpat in ejus tumulo Vomanus: *Sed fortuna nocens miserando funere raptum Carpsit, & hoc voluit membra jacere loco.* Et Severus ex emendatione summi Gronovii: *Tanquam sola foret carpti Ciceronis imago.* Videndus præterea de hac fabulâ Clemens Paræn. pag. 11. ubi διέκοπτον habes, quod *discerpere* rectius, quam *decerpere* Latinè dicas. Gloss. Philox. *Discerptus, διακοπεις.*

c *Hermoniæ*] Omnino *Harmoniæ* cum Scheffero reponendum. Vide Geneal. cap. 6. & 148.

d *Nictei*] *Nyctei* scribe ex cap. 7. Νυκτεύς est Græcis. Sed jam supra monui e pro æ, i pro y, tenues pro adspiratis, frequenter poni apud hunc scriptorem, tanquam statim *Rhadamantus* pro *Rhadamanthus*.

e *Ex Europâ Agenoris filiâ*] Certè hos tres Europæ filios ex Jove facit quoque Homer. Scholiastes ad Iliad. M. 397. Servius autem ad Æn. i. 104. Sarpedonis matrem *Laodamiam*. Nimirum duo fuerunt Sarpedones, quorum alter Jovi ex Laodamiâ, alter ex Europâ natus.

f *Pyrrhe Pimeti filia*] Scribe, *Pyrrha Epimethei filia*. Schol. Pind. ad Olymp. Θ. Πύρρα ἡ Δευκαλίωνος γυνὴ, θυγάτηρ Ἐπιμηθέως. Adde notas ad cap. 142. An quisquam alius hanc Helenæ matrem faciat, fateor me cum Cl. Scheffero nescire.

g *Ethalion ex Protogenie*] Scribe, *Protogeniâ*. De Ethalionis vocabulo merito dubitat Cl. Schefferus. Longè certè aliter Schol. Pindari ad Olymp. od. Θ. Πύρρας δὲ Δευκαλίωνος Πρωτογένεια, ἧς δὲ Διὸς Ὄπους. Eadem legas apud Apollon. interpretem ad vers. 1780. Lib. iv.

h *Himantis filiâ*] Saturni filiam facit Schol. Pindari ad Olymp. Γ. Πλουτὼ γάρ, inquit, θυγατηρ Κρόνου. ἧς Ταίναρος ὁ πατὴρ Πέλοπος. Schol. Hesiod. ad Θεογ. vers. 355. *Oceani.*

i *Ægipan*] Scribe *Ægipan* cum Scheffero. Vide Poët. Astron. ii. 13. & 28. Schol. German. Capricorno. Lexic. Cyrilli. Αἰγίπαν, *Semicaper*. Meminit ejus quoque Apollod. Lib. i. cap. 18. Capella in recto *Ægipanus* videtur agnoscere, cum scribit Lib. vi. pag. 215. *Satyris Ægipanisque bacchantibus.* Adde not. ad Astron. ii. cap. 13.

k *Ex caprâ Boetis*] Poët. Astron. ii. 13. dicitur natus ex Ægâ Panos uxore. An ergo legendum, *ex caprâ Panos?* Etym. magni auctor Ægam Panos filiam facit, & eam primam Jovi nup-

tam

Unable to display this page

[b] Agenor & Bellerophon ex [c] Eurynome Nysi filia, Leuconoe ex Themisto Hypsei filia, [d] Rias ex Alcyone Atlantis filia, Abas ex Arethusa [e] Herilei filia, [f] Ephoceus ex Alcyone Atlantis filia: [g] Belus, [h] Actor, Dictys ex Agamede Augei filia: Euadne [i] ex Lena Leucippi filia, [k] Megareus ex Oenope Epopei filia, Cygnus [l] ex Calyce Hecatonis filia, [m] Ericlimenus & Antheus ex [n] Asty-

Grotius, ut notavit Cl. Schefferus, ad imagines Arateas, suspicatur scribendum, *Bœotus ex Melanippe Æoli filia.* Vide si magis forte placeat, ut reponatur ex cap. 186. & 252. *Bœotus & Æolus ex Melanippe Æoli filiâ.* Κατὰ Διόδωρον Lib. IV. eos ex Arne suscepit Neptunus, quæ Æoli erat filia. Tres Æoli fuere inter Æolidas. Vide eorum genealogiam à Rhodomanno accuratè descriptam ad Diodor. pag. 361.

b *Agenor*] Hic ab Euripidis Scholiaste ad Phœn. vers. 5. & Tzetze Chil. VII. 136. dicitur Neptuno natus ex Libye Epaphi filia.

c *Eurynome*] Ab Apollod. Lib. I. pag. 33. *Eurymede* dicitur Bellerophontis mater.

d *Rias*] Nob. Heinsius ad V. Fast. Ovid. vers. 499. restituit *Hyrieus.* Micyllus ex Pausania *Antas.* Heinsianam conjecturam præfero. Restituendum idem vocabulum Schol. Germanici fabulâ Pleiadum: *Cum Neptuno*, inquit, *Alcyone, ex qua Hercus.* Scrib. *Hyrieus.* Schol. Hom. ad Iliad. Σ. 488. Τέκνα ἐ Ποσειδῶνος ἐ Ἀλκυόνης. Idem legas ad Catal. vers. 3. *Hyrca* noster appellat Astron. II. 21.

e *Herilei filia*] Corruptum τὸ *Herile*: pro quo *Herilei* exhibent Micyllus & Commelinus. Quod quomodo restituerem hæsi aliquandiu. Arethusa est inter Hesperidas Atlantis filias ex Hesperide, ut quidam voluerunt, Hesperi filia. Palæphatus simpliciter Hesperi filias facit, ut & Servius ad Æn. IV. 484. Unde suspicabar scripsisse Hyginum, *Hesperi filia.* Nisi mavis, *Nerei filia.* Est enim Arethusa etiam Nereidum una. Sed prius præferam.

f *Ephoceus*] Hyperenorem appellat Apollod. Lib. III. pag. 168. Dicit enim ex Alcyone & Neptuno natos Τρίτωνα ἐ Εὐρύπυλον. Etiam illic Τρίτωνα scribere malim ex Anton. cap. 25.

g *Belus*] Hic à Pindari Schol. ad Pyth. Δ. Theon. in Aratum pag. 26. & Eurip. ad Phœn. vers. 5. Homeri ad Iliad. A. 42. nec non Tzetze Chil. VII. 136. ex Libye Epaphi filiâ natus dicitur. Quibus accedit Nonnus Dionys. Lib. III.

h *Actor*] Schol. Hom. ad Iliad. A. 749. Neptuni ex Molione est filius.

i *Ex Lenâ*] Emendo, *Pitanâ.* Schol. Pind. ad Olymp. VI. Εὐάδνη ἡ διαφ. μία μὲν Ποσειδῶνος ἐ Πιτάνης. Ἑτέρα ἡ Ἴφιδος &c.

k *Megareus*] Alius fuit Megareus, Jovis filius, cujus Etym. meminit in Γεράνια.

l *Ex Calyce*] An legendum? *Cycnus ex Harpalyce* vel *Harpale.* Scholiastes Pindari ad illa Olymp. B. Κύκνον θανάτου πόρον. παρεδίδοσαν. τὸν Ποσειδῶνος ἐ Σκαμανδροδίκης. οἱ ἡ Ἁρπάλης. *Scamandrodice* est etiam Isacio in Lycophron. pag. 47. Sed duo fuerunt Cycni, ut de matribus eorum controverti nihil mirum sit. Hæc scripseram, cum Nob. Heinsium in notis ad Ovid. Heroid. p. 171. vidi corrigere, *ex Calyce Hecataonis filia.* Adi ipsum, & mecum propemodum persuadebere ex Hygino corrigendum esse Scholiasten Pindaricum.

m *Ericlimenus*] Cl. Schefferus conjicit, *Eurypylus & Ancæus.* Ancæum Neptuni fuisse filium præter nostrum & Pausaniam etiam Scholiastes Apollon. ad Lib. I. vers. 185. docet. De Eurypylo auctores Apollodorus & Tzetzes Chil. I. 36. Sed potuit noster auctores alios sequutus fuisse. Ego, antehac conjectaveram, *Periclymenus & Anteus.* Antæus sanè Neptuni est filius Apollod. Lib. II. *Ancæus* in hoc in-

di-

n Astyphile Phœnicis filia, o Neleus & Pelias ex Tyro Salmonei filia, p Euphemus & q Lycus & r Nyctæus ex Celæno Ergei filia: Peleus, Arprites, Ancæus, s Mœpus ex Chiona Aquilonis filia. t Amymone item. * Cyclops Euphemus, u Metus ex Melite Busiris filia.

CLVIII. *Vulcani filii.*

a PHILAMMON, Cecrops, Erichthonius, b Corynetes, c Cercyon, d Philoctus *e Pinther.

CLIX. *Mar-*

diculo mox sequitur; nisi ibi *Antæum* reponendum. quod verum puto.

n *Astyphile*] *Astypalæam* eam nominant Pausanias & Apollodorus, ut jam notavit Cl. Schefferus. Addo illis Scholiasten Apollonii & Homeri ad od. x. vers. 19. Tzetzen in Lycophron. p. 78. ubi tamen perperam Ἀστυπαλαιὰ editur.

o *Neleus & Pelias*] Firmant id Apollod. Lib. I. & Pind. Schol. ad Olymp. Θ. Alii Cretheo eos natos volunt. Schol. Theocrit. ad Eid. 2. Ἐξ ἧς (Τυρὶς) ἐκ Κρηθέως Νηλεὺς. leg. Κρηθίας.

p *Euphemus*] Hic cap. 14. & à Schol. Apollon. ad Lib. I. vers. 179. dicitur natus ex Europâ Tityi filia. Aliter Hesiodus ἐν μεγάλαις ἠοίαις apud Pind. Schol. ad Pyth. od. IV. pag. 193. edit. Francof. Ἠὲ ἵν' Τιτυοῦ πυκινόφρονι Μακρίδι, ἣ τέκεν Εὐρημεύς, γαμαόχῳ ἐνοσιγαίῳ Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι πολυχρύσου Ἀφροδίτης Θεσπεσίῃ εἰδομένῃ.

q *Lycus*] Lycum Neptuni filium ex Celæno facit etiam Apollod. Lib. III. pag. 168. Sed illa Celæno non Ergei, sed Atlantis erat filia. Eratosth. Καταστ. cap. 23. Κελαινῷ, ἐξ ἧς Λύκῳ. Corrige Λύκῳ.

r *Nyctæus*] An *Nycteus*? Affirmares, nisi ille Nycteus non filius, sed nepos esset Neptuni. Nam Hyrieus Neptuni filius ex Nympha Cloniâ sustulit Lycum & Nyctea, teste Apollodoro. Tamen rescribo *Nycteus*. Non enim Νυκταίῳ, sed Νυκτεὺς viri est nomen Græcis.

s *Mœpus*] Puto scripsisse Hyginum *Eumolpus*. Hic enim ex Chionâ natus & Neptuno proditur ab Apollodoro Lib. III. p. 200. unde *Chionides* poëtis. Ovid. III. Pont. eleg. 3. *At non Chionides Eumolpus in Orphea talis.*

t *Amœmone*] Caput 169. si respicias, defectum hic esse dicas, & scribendum, *Nauplius ex Amymone Danaï filiâ.*

u *Metus ex Melite*] Heinsius in margine libri sui: Forte, *Amycus ex Melite.*

Ad CAP. CLVIII.

a *Philammon*] *Philammen*, qui in mentem venit Cl. Schefferо, inter Solis filios recensetur, cap. 161. An legendum *Philacmon*? Sic apud Virgil. Æn. VIII. 425. est quidam *Pyracmon*. Aptissimum nomen utrique ab incude. Non tamen huc facere videtur. Rescribendum putem *Palæmon* ex Apollod. Lib. I. pag. 43.

b *Corynetes*] Vide quæ notavimus ad cap. 38. ubi Neptuni eum facit filium.

c *Cercion*] Scribe *Cercyon* potius. Vide notas ad cap. 38. & Pausaniam in Atticis.

d *Philoctus*] Schefferus *Philætus*. Ego putem *Philoneus* scribendum, ex ὄγκῳ.

e *Pinther*] Conjectaveram *Spinther* ex Gr. σπινθήρ: quod cum & Cl. Scheffero venisse in mentem videam, hactenus retineo.

CLIX. *Martis filii.*

OENOMAUS [a] ex Asterope, Harmonia ex Venere, [b] Leodice ex Ce * [c] Lycus, [d] Diomedes, Thrax, [e] Ascalaphus, Ialmenus, Cycnus, Dryas.

CLX. *Mercurii filii.*

[a] PRIAPUS, [b] Echo, [c] Antian, Eurytus, Cephalus

Ad CAP. CLIX.

a *Ex Asterope*] Harpinam Asopi filiam facit Oenomai matrem Pind. Schol. ad Olymp. od. XIII. & Schol. Apollon. ad Lib. 1. vers. 752. Οἰνόμαος Ἄρεος ἢ παῖς ἐξ Ἁρπίνης τῆς Ἀσωποῦ, ἤτοι Εὐρυθόης τῆς Δαναοῦ. An ergo legendum *Eurythoe* pro *Asterope*? Nihil minus. Vide notas ad cap. 84. Tzetzes ad Lycophron. Στερόπης, ἢ ὑπερόχη, ἢ Ἁρπίνης τῆς Ἀσωποῦ ἐξ Ἄρεος Οἰνόμαος. Lege, τῆς Ὑπερόχης.

b *Leodice*] Locus hic corruptus sine dubio. Princeps editio *Leodo ex Ce**. Quod quomodo emendem nondum video. Commelinus, & eum secuti, ediderunt *Leodice*. Unde facile fieri posset, *Laodice*. Sed quod *Leodice* nomen sit muliebre, recte se habere non credit Cl. Schefferus, titulo capitis non nisi filios promittente. Atqui denominatio fit à potiore sexu non Latinè tantum, sed & usitatè satis. Serv. ad Æn. VIII. 130. *Tradunt Oenomaum, & Majam Martis & Asteropes filios.* Fulgent. 1. 2. *Cui etiam quatuor filios subjiciunt, primum Jovem, secundum Junonem* &c. Vide ibi not. Etiam in jure filii appellatione filia continetur. Vide Brisson. de jure Connub. p. 113. Sic *soceri* pro socero & socru apud Ovid. *Patres* pro patre & matre in Vet. Inscript. *Fratres* pro fratre & sorore apud Lactant. ad Stat. III. Theb. 560. *Deucalion & Pyrrha fratres idemque* (leg. ideinque) *conjuges. Avi* pro avo & avia Epistol. Salviani p. 296. *Quæ avos suos ex parentum primum reatu cæpit agnoscere. Reges* pro rege & regina apud Capellam pag. 15. edit. Grotii. *Regum conjugum uterque consentit.* Et pag. 19. *His igitur uterque regum indumentis decenter ornati.* Ita habent membranæ codicis Leidensis. Perperam vulgo omittuntur illa *uterque regum.* Senec. Hercul. Fur. vers. 1136. *Ite, fratres visite reges.* Plaut. Bacchid. Act. II. 3. *Vulcanus, Sol, Luna, Dies, Dei quatuor.* Manilius apud Varron. L. L. VI. *Latona parit casto complexu Jovis Deli Deos geminos*, id est, Apollinem & Dianam. Nec Græcis ignotum hoc loquendi genus. Basilius orat. 2. in Adam. Ἐν τούτοις μὲν οἱ τῆς ζωῆς πατέρες. h. e. Adam & Eva.

c *Lycus*] Ex Celæno Atlantis filia. Schol. Germ. Hyg. Astron. II. 21. Perperam Λεύκου legitur in Eratosthenis Καταστ. cap. 23.

d *Diomedes*] Hunc sustulit ex Cyrene. Vide Apollod. Lib. II.

e *Ascalaphus, Ialmenus*] Lyci & Pernidis facit filios cap. 97. Homerus autem Catal. vers. 20. Martis & Astyoches.

Ad CAP. CLX.

a *Priapus*] Hic aliis dicitur Bacchi & Veneris filius. Vide Schol. Apollon. ad Lib. 1. vers. 932. Diodorum Lib. IV. Ex Venere & Adonide natum tradit Tzetzes in Lycophron. pag. 134. ed. Steph.

b *Echo*] Scribe *Echion* ex cap. 14.

c *Antian*] Puto *Antias* scribendum. Sic corruptè pariter infra cap. 165. *Marsyan* pro *Marsyas.*

d *Creu-*

lus ex [d] Creusa Erechthei filia, Eurestus, [e] Aptale, Libys ex Libye Palamedis filia.

CLXI. *Apollinis filii.*

[a] DELPHUS, Asclepius [b] ex Coronide Phlegyæ filia, Euripides ex Cleobula. [c] Ilius ex Urea Neptuni filia, Argeus ex Eubœa Macarei filia, Philammon ex [d] Leuconoe Luciferi filia, Lycoreus [e] ex nympha, Linus ex Urania musa, [f] Aristæus ex Cyrene Penei filia.

CLXII. *Her-*

d *Creusa Erichthei*] Apollod. Lib. III. *Ex Herse Cecropis.*

e *Aptale*] Haud scio, an scripserit *Prylis.* Is enim filius fuit Mercurii ex Issa, ut tradit Lycophronianus interpres, quem corruptum censeo pag. 104. ed. Steph. Ἔνθα ἐκ Διὸς Ἔπαφος Ἔπαφον γένηται, ὃ Λιβύη, ἧς Βύβλος &c. Cum loquatur ibi de Ione, deleam τὸ Ἔπαφος. Et in Hygino pro *Palamedis* forte rescribendum *Epaphi.* Certe Epaphi filiam etiam pag. 106. idem Commentator facit. Et pag. 146. Λιβύη ἡ χώρα λέγεται ἀπὸ Λιβύης τῆς Ἐπάφου ἧς Μέμφις συνῳκίσε. Hieronym. Chron. Euseb. *Busiris Neptuni & Libyæ Epaphi filiæ filius.*

Ad CAP. CLXI.

a *Delphus*] Hunc Tzetzes, vel alium ei cognominem Neptuni & Melanthus facit filium.

b *Ex Coronide Phlegyæ*] Ita & inferius habes cap. 202. Scholiastæ Pindari Leucippus ejus pater est. Nam ex Phlegyâ præter Apollodorum Lib. III. etiam alii natum eum tradunt. Lactant. Argum. Lib. II. Met. fab. 7. *Coronidem Phlegyæ filiam, aut (ut alii volunt) Leucippi.* Phoronis est Euseb. Lib. II. pag. 36. ed. Steph.

c *Ilius ex Urea*] Hæc corrupta esse persuasissimum habeo. Apollodorus Lib. III. cap. 10. de Alcyone à Neptuno compressa: Ἣ συγγένετο μὲν ἐπὶ πόντου Αἰθούσῃ, τέκε δὲ Ἀπόλλωνι Ἐλευθῆρα τέκουσα κρηνίσιον. Forte κρήνισον. vel pone incisum post τὸ τέκουσα, ut ad Αἰθούσῃ referatur. Eleuther certe Apollinis & Æthusæ filius, non filia, ut docent Pausanias in Bœoticis, Stephanus in Ἐλευθεραί. Schol. Hesiod. in Theog. pag. 235. edit. Heins. Meminerunt præterea Æthusæ Julius Firmicus, Clemens Protreptico, & Arnobius Lib. IV. Tametsi longiusculè abeunt a vulgata scriptura, suspicatus tamen aliquando sum pro *Ilio Eleutherem*, pro *Urea Æthusam* restituendos Hygino. Nobil. Heinsius emendaverat in margine libri sui, *Phyllus ex Hyria.*

d *Leuconoë*] Repono, etsi timidè, *Leucothoë* ex cap. 14. & Ovid. IV. Met. 196. quanquam ibi patrem ejus non Luciferum, sed Orchamum facit. Noster infr. cap. 200. ex Chione Philammonem natum refert.

e *Ex nympha*] *Coryeia* nempe. Ita Scholiastes Apollon. ad Lib. II. vers. 713. Κίκλησι ἢ ἀπὸ Νύμφης Κωρυκίης, ἧς καὶ Ἀπόλλωνος Λυκωρεύς. Malim Κωρυκείας cum Etymol. in Λυκωρεία. Adde notas Cl. Schefferi.

f *Aristeus*] Sic corruptè scribitur etiam cap. 180. 181. Astron. II. 4. & apud Lactant. ad Thebaid. IV. 565. Emenda *Aristæus* ex Græco Ἀριστεύς. Vide Schol. Apollon. II. 502. Serv. ad I. Georg. 14. Just. XIII. 4. Quod E pro Æ interdum conspici observat in nummis Vir Illustr. Ez. Spanhemius, id ad libros non transtulerim; certè non ad Græca nomina, licet hac in re nimium sibi indulserint posterioris ætatis scriptores. Cæterum Cyrene secundum Diodorum Lib. IV. & Eustath. in Dionys. p. 32. non Peneo, sed Hypseo Penei filio erat nata. Etym. auctor Agreum ex Cyrene & Apolline natum tradit.

CLXII. *Herculis filii.*

[a] HYLLUS ex Deianira, Tlepolemus [b] ex Astyoche, [c] Leucites, Telephus ex Auge Alei filia, [d] Leucippus, [e] Therimachus, [f] Creontiades, [g] Archelous, [h] Ophites, [i] Deucalion, [k] Euhenus, [l] Lydus, & [m] duodecim Thespia-

Ad CAP. CLXII.

a *Hillus*] *Hyllus* scripserim per Y. Υλλος enim Græcis est. Vide Phlegontem, Apollodorum, & alios. Ovid. IX. Heroid. 44. *Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adest.* Quod Natalis Comes Myth. Lib. VII. cap. 1. *Hyllum* è Melita Ægei fluminis filiâ, *Hylum* autem è Deianira tradit natum, in eo fallitur & fallit. Uterque enim Hyllus est dictus. Vide Schol. Apollon. ad Lib. IV. 1149. Etym. in Υλλεων.

b *Ex Astyoche*] Ita & Homer. Catal. vers. 165. Apollod. Lib. II. Eustath. ad Iliad. P. 229. Scholiastes Hypothesi Trachin. Sophoclis. Sed Pindarus Tlepolemum ex Astydamiâ Amyntoris filiâ natum vult Olymp. VII. Alia est Astyoche Actoris filia, unde Marti nati Ascalaphus & Ialmenus in Catal. Hom. vers. 20.

c *Leucites*] Hunc nec Scheffserus, nec ego alibi invenimus. An scripsit, *Lysippus?* Ita dictus fuit, quem ex Praxitheâ suscepit.

d *Leucippus*] Scio illum numerari inter Thespiadas. Malim tamen heic *Ctesippus*, quo nomine duo de ejus filiis fuere appellati, quorum alterum ex Deianirâ, alterum ex Astydamiâ suscepit Ormenii Regis filia. Diodor. Lib. V.

e *Theromachus*] Hunc *Theremachum* appellat cap. 31. 32. & 7. Sed *Therimachus*, vel *Theriomachus* esse scribendum, demonstravi ad cap. 31.

f *Leontiades*] Micyllus in margine *Creontiades*. Quod amplector. Firmant id Apollod. Lib. II. Schol. Hom. ad Odyss. A. 269. Schol. Pindari ad Isthm. od. 4. ut & Tzetzes.

g *Archelous*] Cl. Scheffserus, *Agelaus*. Certe is refertur ab Apollod. Lib. II. Herculi ex Omphale natus. Cæterum *Archelous*, non *Archeolus* præferunt Micylli & Commel. editiones. Unde minima mutatione fieri posset *Archelaus*, si is alicubi inter Herculis filios compareret. Apud Euseb. Præp. Lib. II. pag. 35. ex servâ, cum Omphalæ serviret, natus ei *Cleolaus* proditur.

h *Ophites*] Etiam cap. 31. 32. & 72. hujus meminit. *Onites* corrigit Cl. Scheffserus. Quo auctore, nisi Natal. Comit. Myth. VI. cap. 1. cum diu me fugisset, inveni tandem *Oniten* & Isacio dici in Lycophron. pag. 2. Τὸν τέτταρες παῖδας αὐτῷ τεχθέντας ἀνεῖλεν, Ὀνίτην, Θηρίμαχον, Δημοκόωντα, & Κρεοντιάδην. Lactant. in IV. Theb. Stat. vers. 570. *Hic est ille Lycus, qui Megaram filiam suam Herculi dedit uxorem, & ob hoc à furore in furorem versus est, & filios Herculis ex Megara susceptos Oxea & Leontiadem occidit.* Lege, *Megara & Creontiadem.* Sed quis est ille *Oxeus?* an *Onites?*

i *Deucalion*] *Deicoon.* Cl. Scheffserus. Numerat quidem eum inter natos ex Megarâ Apollodorus Lib. II. Sed nimium abire videtur à vulgatâ scripturâ. Amplector tamen, cum nihil, quod propius accedat, inveniam, & cum Apollodoro in Chiliadibus Tzetzes, Dionysius, & Æneas Argivus faciant apud Pind. Schol. ad Isthm. od. IV. Nisi mavis *Democoon* ex Isacio in Lycophron. pag. 11.

k *Euhenus*] *Eueres* scribendum censet Cl. Scheffserus ex Apollod. Lib. II. Nondum acceſserim. Nam & cap. 242. Euhenum Herculis filium facit.

l *Lidus*] Scrib. *Lydus.* Unde *Lydia* dicta, quæ ante Mœonia erat.

m *Duodecim Thespiades*] Atqui quinquaginta & unus fuerunt. Τὰ πεντήκοντα δίδυμα τέκνα. Vide Schol. Hesiod. p. 235.

n *The-*

fpiades, quos ex [n] Theſpii regis filiabus procreavit.

CLXIII. *Amazones.*

OCYALE, Dioxippe, Iphinome, Xanthe, Hippothoe, [a] Otrere, [b] Antioche, Laomache, Glauce, Agave, Theſeis, Hippolyte, Clymene, Polydora, Pentheſilea.

CLXIV. *Athenæ.*

[a] INTER Neptunum & Minervam cum eſſet certatio, qui primus oppidum in terra Attica conderet, Jovem ju-

n *Theſpii regis*] Ita eum regem appellat quoque Tzetzes Chil. 1. 38. Θέσπις eſt Diodoro Lib. IV. pag. 234. cap. 12. Θέσπων Apollodoro Lib. III. Sed audi Ægium: *Nos autem* Θεσπίς *per τ ſcribi fecimus per π in ſecundâ, quod alioqui contra hiſtoriæ fidem legebatur, etſi omnes, quos vidimus, codices,* Θεσπὶς *habebant.* Ergo non debebas mutaſſe. Plures enim illud Θεσπὶς, quam Θεσπεὺς, habet auctores. Nimium nimirum facilis eſt confuſio iſtorum vocabulorum. Sic Ledæ patrem, quem *Theſtium* vocant Apollod. Lib. III. pag. 173. & Hyg. cap. 14. *Theſpium* appellat Scholiaſtes Apollonii ad Lib. I. 143. Sed corruptè, ut opinor. Quintus Smyrnæus Anthol. Lib. IV. Sect. 8. Τὸ πεντηκαιδέκατον τοῖον λυγρὸν ἔθλον ἔχων ἄεθλον, Μητρυιὴ πεπάκοντα συωλίξατο κούρας. Sed apud Tzetzen, qui in cæteris heic ferme cum Anthologiâ facit, Chil. 1. 36. idem Quintus ille tertium decimum laborem, ut reliquos, uno verſu abſolvit: Θεσπίου θυγατρῶν πεντηκοντάλοχον πόνον ἄθλων. Feciſſe illas quinquaginta omnes gravidas, ſed ſingulas ſingulis noctibus, & inde filios ſuſtuliſſe refert Apollodorus, qui eorum longum texit catalogum Lib. II. Pauſanias autem in Bœoticis, Clemens Protrept. Nazianzen. Orat. I. in Jul. & Arnobius Lib. IV. una extantlaſſe eum nocte laborem illum volunt. Adde Diodor. Lib. IV. Schol. Heſiod. Θεογ. 56. Athen. Lib. XIV. Antigonus Mirab. cap. 120. inter LXXII. liberos unicam tantum habuiſſe filiam Herculem refert. Ergo rotundo uſus numero eſt in *Cingulo* Feſtus, LXX. ſolummodo reliquiſſe liberos Herculem referens.

Ad CAP. CLXIII.

a *Othrepte*] Micyllus *Otrere*. Cl. Scheſſerus *Otriræ*, quemadmodum exaratur cap. 30. 223. Gr. eſt Ὀτρήρη; unde *Otrere* vel *Otrera* eſſet formandum, quorum poſterius habes cap. 112. Sed ſolenne eſſe noſtro, η Græcorum vertere in ī Latinum notavi jam ſuperius ad cap. 31. *Orithya* eſt Juſtino Lib. II. Sed valde ἰυζόγως *Otriria* inde exſculpſit Salmaſius. Nempe Ὀτρήρη & Ὀτρηρεία idem, ut Πλωτὼ & Πλωτὼπεια. Ex Ὀτρήρεια ergo *Otreria* vel *Otriria*: quarum poſterior pronunciatio arguit tamen deterius ſæculum. Adde not. ad cap. 223. Nob. Heinſio duo in unum coaluiſſe vocabula videbantur, & corrigebat *Otriria*, *Clyte*. Quod amplector ambabus ulnis. Servius ad Æn. III. p. 310. ed. Gen. *Alii à Caulo Clitæ Amazonis filio conditum tradunt.*

b *Antioche*] *Antiope*, quod conjicit Cl. Scheſſerus, probo. Vide cap. 30. Alia earum vocabula invenies apud Diodorum Lib. IV. p. 224. ubi inter alia habes Ἀνδρομάχη, Γλαύκη, Ἀναία. Conſer & Euſtath. in Dionyſ. pag. 109.

Ad CAP. CLXIV.

a *Inter Neptunum & Minervam*] Narrant hanc fabulam etiam Servius ad I. Georg. 13. & Lactantius ad Theb. Stat. VII. 19.

judicem sumpserunt. Minerva, quod primum in ea terra oleam sevit, [b] quæ adhuc dicitur stare, secundum eam judicatum est. At Neptunus iratus, in eam terram mare cœpit [c] irrigare velle. quod Mercurius Jovis jussu id ne faceret prohibuit. Itaque Minerva ex suo nomine oppidum Athenas condidit, quod oppidum in terris dicitur primum esse constitutum.

[d] ORPHEUS Eurydicen [e] nympham amavit, quam sono citharæ mulcens uxorem duxit. Hanc [f] Aristæus pastor dum amans sequitur, illa fugiens in serpentem incidit, & mortua est: [g] postque maritus ad inferos descendit, & legem accepit, ne eam conversus aspiceret. quam conversus aspiciens, iterum perdidit. [h] Myrrha cum patrem suum amaret, inebriavit, & sic cum eo concubuit. Quod pater resciens, utero plenam cœpit evaginato persequi gladio. illa in arborem myrrham est conversa: [i] quam pater gladio feriens, Adonis exinde natus est, quem Venus diligens * * * *

CLXV. *Mar-*

b *Quæ adhuc dicitur stare*] Hoc grande nimis sonat. Mallem, *exstare*. Ovid. 1. Heroid. v. 67. *Utilius starent etiam nunc mœnia Phœbi.*

c *Irrigare velle*] H. e. inundare. unde *irrigatio* pro cataclysmo cap. 153.

d *Orpheus Eurydicem*] Scrib. *Eurydicen*, ex Gr. Εὐρυδίκη. Vid. not. ad cap. 137. Fuit illa Dryadum una, ut innuit Virgil. Georg. III. 460. Cæterum hanc fabulam aliam esse à præcedenti, & propterea ab ea separandam, rectè censet Cl. Schefferus. Ego addo iisdem planè verbis illam legi apud Fulgent. Mythol. III. Lib. cap. 10. adeo ut ab inepto quodam interpolatore Hygino ex Fulgentio assuta videatur. Certè in Hyg. fabularum indiculo nulla ejus fit mentio.

e *Nympham*] Dryada puta. Servius IV. Georg. 460.

f *Aristæum*] *Aristæus* scribendum, ut ostendi ad cap. 161.

g *Postque*] Fulgentii editiones heic exhibent, *post quam*. Corrigendus ex illis Hyginus. Sequitur enim in eodem capite apud Fulgentium, *Post hanc artem exquirendam & elevandam vox canora descendit.*

h *Myrrha*] Ita quoque eam nominat Servius ad Ecl. x. 18. & Æn. v. 72. Noster *Smyrnam* cap. 58. ubi plenius hanc fabulam narrat, ut & cap. 275. capite autem 251. *Zmyrnam*. Vide notas ad cap. 58.

i *Quam pater gladio feriens* &c.] Soloœca oratio est, quâ etiam in hac fabula Fulgentius Lib. III. cap. 8. unde huc videtur translata, utitur. Adscribam ejus verba. *Minerva patrem suum amasse dicitur, cum quo ebriato concubuit. Cumque eam pater utero plenam rescisset, crimine cognito, eam evaginato cœpit persequi gladio. Illa in arborem Myrrham conversa est, quam arborem pater gladio percutiens, Adon exinde natus est.* Vide ibi notas nostras. Non puto illud ἀναπόλιστον ferendum in Petron. Fragm. Trag. p. 48. edit. Blau. *Dum hæc apophoreta jubemur sumere, respiciens ad mensam* &c. Legebam, *ut respicimus*. Sed Nob. Heinsius *respicientibus* emendat. Cæterum cum nec hæc fabula in indice heic signata appa-

re-

CLXV. *Marsyas.*

[a]MINERVA tibias dicitur prima ex osse cervino fecisse, & ad epulum deorum cantatum venisse. Juno & Venus cum eam irriderent, quod & cæsia erat, & [b] buccas inflaret, fœda visa, & in cantu irrisa, in Idam sylvam ad fontem venit: ibique cantans in aqua se aspexit, & vidit se merito irrisam: unde tibias ibi abjecit, & imprecata est, ut quisquis eas sustulisset, gravi afficeretur supplicio. Quas Marsyas [c] Oeagri filius pastor unus [d] ex *turis invenit: quibus assidue [e] commeletando, sonum suaviorem indies faciebat, adeo ut Apollinem ad citharæ

reat, persuasissimum habeo eam quoque à nimis liberali manu huic scriptoxi obtrusam.

Ad CAP. CLXV.

a *Minerva*] Quomodo Minerva tibias inveneric, non insulsè narrat Pindari Scholiastes ad Pyth. od. XII. Hinc ergo tibicines Minervam colunt. Festus: *Minusculæ quinquatrus appellabantur Idus Juniæ, quod is dies festus erat tibicinum, qui Minervam colebant.* Scholiast. Horat. ad Lib. 1. od. 1. Euterpen invenisse tibiam autumat. Sed consulendus de tibiarum & αὐλητικῆς inventoribus Casaubonus ad Athen. Lib. XIV. cap. 2.

b *Buccas inflaret*] Graviter, ut solet, Arnobius Lib. II. *Idcirco animas misit, ut inflandis bucculas distenderent tibiis, cantantibus ut præirent obscœnis?* Aristænetus Lib. 1. ep. 14. Τί ἂν μᾶλλον ὦ νέοι διαῤῥήγνυσθε τὰς γνάθους ἐμφυσῶντες τῷ σύριγγι. Confer Fulgent. Lib. III. cap. 9.

c *Oeagri*] Sed Apulejo in Floridis. Nonno Dionys. Lib. X. Philippo Anthol. Lib. 1. Sect. XI. Plutarcho in Libro de Music. & Tzetzæ Chil. 1. hist. 15. si credimus, Hyagnis ejus pater fuit. Forte *Hyagni* scribendum αὐχαίκος pro *Hyagnis*. Videtur *Marsyam* ejus patrem facere Eustath. in Dionys. p. 104. Ἐδίδαξε δὲ Μάρσυν ὁ αὐλητὴς πατέρα. Quæ verba pessimè vertit Bertrandus: *Qui Marsyam Auletis patrem tubarum ludum docuerat.*

d *Ex *Turis*] Barthius conjicit *Curiosis* vel *Satyris*. Posterius, quod etiam Micyllo visum, probo. Vide Tzetzæ locum modo laudatum, & Philippum Anthol. Lib. 1. Sect. XI. num. 5. qui eum Νυμφαγενῆ Σάτυροι salutat. Ovid. VI. Fast. 703. *Inventam Satyrus primum miratur; at usum Nescit, & inflatam sentit habere sonum.* Salmasius ad Solinum hoc legit, *ex Tityris*. Procul dubio ex sua correctione, ut sæpe solet ὁ πάνυ. De Tityris Ælianus Ποικ. ἱστ. Lib. III. cap. 40. *Comites Bacchi fuerunt Satyri, quos nonnulli Tityros appellant.* Schol. Theocriti ad Eid. Z. vers. 72. Ὁ δὲ Τίτυρος ὄνομα πύρριον αἰπόλου. πῶς δὲ παρὰ Δωριεῦσι τὸν σατύρους Τιτύρους λέγεσθαι. Puto legendum, Τίτυρος δὲ τοὺς Δωριεῦσι λέγεσθαι. Servius ad Æn. IV. 58. *Marsyas minister ejus* (Bacchi) *per civitates in foro positus libertatis indicium est.*

e *Commeletando*] *Meditari* dictum esse quasi *melitari*, observat Servius ad illum Virgilii versum Ecl. 1. *Silvestrem tenui musam meditaris avenâ.* Μελέτη autem tibicinum est, dum artem discunt, docente ad Solinum Salmasio. Etiam *meditari* de iis qui fidibus discunt, usurpant Latini. Sueton. Neron. 20. *Paulatim meditari & ipse exercerique cœpit.* Diomedes Lib. 1. *Medito & meditor item differunt. Nam, ut putat Plinius, meditare est secum cogitare: meditari voce dicere.* Confer Sciopp. Suspect. Lect. Lib. IV. cap. 2. & Reinesium in Scholiis ad Petron. Frag. Trag. p. 294.

[f]Ci-

ræ cantum in certamen provocaret: quo ut Apollo venit, Musas judices sumpserunt. Et cum jam Marsyas inde victor discederet, Apollo [f] citharam versabat, idemque sonus erat: quod Marsya tibiis facere non potuit. Itaque Apollo victum Marsyan [g] ad arborem religatum [h] Scythæ tradidit, [i] qui eum membratim separavit. Reliquum corpus [k] discipulo Olympo sepulturæ tradidit, è cujus san-

f *Citharam versabat*] H. e. ad aliud modulationis genus citharam accommodabat, ut interpretatur Salmasius ad Solin. pag. 119. Apollod. Lib. 1. Τῷ κιθάρᾳ σχήματα ἠγωνίζετο ὁ Ἀπόλλων. Gloss. MSS. in Fulgentium: *Marsyas quidam pastor erat, qui Apollinem Deum in certamen provocavit. Qui cum eo diu concertavet, eumque superare nequiret, versâ citharâ cantare cœpit. Quod cum Marsyas versis tibiis agere non valeret, cum ad arborem religavit, ipsum cauda porcina damnavit.* Diodorus Lib. III. pag. 192. citharæ sono congruam vocem applicuisse narrat, atque ita palmam meritum.

g *Ad arborem*] Pinum Longus in Pastoralibus, & Apollod. Lib. 1. fuisse volunt; alii φηγὸν faciunt.

h *Scythæ tradidit*] Defendit heic Hyginum Rubenius apud summum virum J. Fred. Gronovium ad Sen. de Irâ Lib. II. cap. 5. quem opportunè heic laudat Cl. Schefferus. Adde Salmas. ad Solin. p. 926. De Scythis ministris publicis apud Athenienses consule Meurs. Ceram. cap. 16. Etymol. Τοξότης, οἱ δημόσιοι ὑπηρέται. τοὺς δὲ αὐτοὺς & Σκύθας ἔλεγον & Σπεύσιμους. In Τοξότης, Σπευσίνιος appellat ὅτι Σπεύσινα τὰ περίττα καλαχήσιν αὐτός. Puto scribendum esse Πευσινίας & Πεύσινα, vel Πευσῖνα ex Schol. Aristoph. in Acharn. act. 1. sc. 2. Nec sanum τὰ Τολόπια.

i *Qui eum membratim separavit*] *Membratim separare* heic posuisse videtur pro διχόμειν κατὰ μέλη, quod Exod. 29. vel μελίζει διαιεῖν, quod legitur apud Apollon. Lib. II. vers. 628. *Membratim laniare* id dicit cap. 184. & German. Schol. in Lyrâ, *Membratim discerpere.* Apulejus Lib. VI. Met. *Membratim dissipare.* IX. *Membratim compilare.* Arnob. Lib. I. *Membratim lancinare.* Lib. V. *Membratim secare.* Julius Firm. in de E. P. R. *Artuatim lacerare, particulatim conscindere.* Gloss. Philox. *Membratim*, κατὰ μέλη. Cyrill. Μεληδὸν, *membratim, minutatim.* Gloss. Isid. *Artuatim, membratim.* Utitur & Plinius eâ voce Natal. Histor. XI. cap. 37. quæ deducta est à verbo *membro.* Censorinus cap. XI. *Infans membratur.* Cæterum διαιρεῖσθαι pro dilaniare etiam Græcis usurpatum video. Apollod. Lib. 1. pag. 33. Αἱ διαιρέντα σπαραττόντες ἔφυγον. Verum non dilaniatum Marsyan, sed cutem ei detractam narrant Ovidius, Apollodorus, Hephæstion, Palæphatus, Lucianus, Eustathius, alii. Hinc Cl. Schefferus suspicatur scribendum, *membratim cutem ei separavit. Cutem à carne separare id dicit* Apitius Lib. VIII. cap. 1. Istam cutem Celænis in victoriæ suæ monimentum suspendisse memorat Ælian. Var. Histor. Lib. XIII. cap. 21. Stat. IV. Theb. 186. & Lucan. III. 206. In Apollinis æde Sicyone collocat eam Ampelius cap. 8. si verba ejus emendes: *Marti autem corium quoque, remi Argenautarum.* Legendum putem *Marsyæ corium.* Sed Celænis fuisse suspensum illud corium verisimilius, cum Marsyas amnis juxta Celænarum oppidum fuerit, ut liquet ex Plin. Lib. XXXI. cap. 2. Confer Schol. Stat. Lib. II. Theb. 667.

k *Discipulo Olympo*] Vide Eustath. ad Iliad. A. pag. 21. Meminit ejus quoque Ovidius cum VI. Met. 393. tum III. Pont. eleg. 3. *At non Chionides Eumolpus in Orpheâ talis, In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.* Adde noitr. cap. 273. Plutarchus in libro de Musica non μαθητὴν modo, sed & παιδικὰ Marsyæ appellat.

] *Mar-*

sanguine flumen [1]Marsyas est appellatum.

CLXVI. *Erichthonius.*

VULCANUS Jovi cæterisque diis [a]soleas aureas ex adamante cum fecisset, Juno cum sedisset, subito in aere pendere cœpit. Quod cum ad Vulcanum missum esset, ut matrem, quam ligaverat, solveret, iratus quod de cœlo præcipitatus erat, negat se matrem ullam habere. Quem cum Liber Pater ebrium in concilio deorum adduxisset, pietati negare non potuit. Tum optionem à Jove [b]accepit, si quid ab iis petiisset, impetraret. Tunc ergo Neptunus, quod Minervæ erat infestus, instigavit Vulcanum, Minervam petere in conjugium. Qua re impetrata, in thalamum cum venisset, Minerva, monitu Jovis, [c]virginitatem suam armis defendit, interque luctandum ex

1 *Marsyan*] Scrib. *Marsyas*. Solin. cap. 53. *Qui proximat fluvius Marsyas dicitur*. Curt. III. 1. *Marsyas amnis fabulosis Græcorum carminibus inclutus*. Plin. Lib. v. cap. 29. *Marsyas ibi redditur ortus, ac paulo post conditus, ubi Marsyas certavit tibiarum cantu cum Apolline*. Palæphat. cap. 48. Εἶδον ἐγὼ πόλαμὸν ἐν Φρυγίᾳ. Μαρσύας ὄνομα ποταμοῦ. καὶ ἔλεγον οἱ Φρύγες, ὅτι τὸ ῥεῦμα ἐξ αἵματός ἐστι τοῦ Μαρσύου. Eadem habes apud Plutarch. Lib. de Flum. pag. 36. qui & Satyros ortos ex ejus sanguine addit ex Alexandro Cornelio. Apud Lactant. Argum. Fab. VI. Lib. Met. Ovid. & poetam ipsum fluvius is natus dicitur ex lacrymis Satyrorum, Faunorum, & Nympharum.

Ad CAP. CLXVI.

a *Soleas aureas ex adamante*] Cl. Schefferus non intelligere se ait, quomodo soleæ aureæ ex adamante fiant, & corrigit, *Solia aurea & soleas ex adamante*. Sanè soleæ nihil faciunt ad sessionem. Ego puto sufficere ad correctionem, si legas, *solia aurea*, vel *sellas aureas*. Sanè χρύσειον ἰδρύθλιον Junoni dat Callim. Hymn. IV. 228. Τὸ *ex* heic idem est quod *cum*, ut ipse observat ad cap. 25. Gemina germana his sunt illa cap. 73. *Monile aureum ex gemmis fecit*. Et cap. 25. *Coronam ex venenis fecit auream*. Festus: *Solia appellantur sedilia, in quibus non plures singulis possunt sedere*. Duriuscula commenta mea si tibi videbuntur, mi lector, nec assensum tuum impetrare possunt, impetrabunt certè, quæ à se ad hunc locum observata mecum communicavit doctissimus Jacobus Perizonius: Corrigendum censeo, *solia aurea nexa adamante*. Infra fab. 223. *Lapidibus variis & candidis vinctis auro*. Virg. I. Æn. 452. *Nexæ ære trabes*. Nisi forte quis præferat, *solia ex auro & ex adamante*. fab. 223. *Signum Jovis Olympii, quod fecit Phidias ex ebore & auro*. Virg. VI. Æn. 552. *Solidoque adamante columnæ*. Hæc ille. Cæterum de fabulâ hac videndus Servius ad Eclog. IV. vers. 62.

b *Accepit, si quid ab iis petisset, impetraret*] An legendum? *accepit, ut, si quid* &c. Vide quæ notavi ad cap. 139. Fulgentius in hac fabulâ Lib. II. cap. 14. *Promissum accepit, ut, quicquid vellet, præsumeret*. Causam hujus promissi longe aliam affert Etym. auctor in Ἐρεχθεύς.

c *Virginitatem armis defendit*] Ita quidem vulgo tradunt. Antigonus autem Hist. Mir. cap. 12. Φασὶν Ἡφαίστῳ δοθείσης Ἀθηνᾶς συγκαταλεχθῆναι αὐτῷ ἀφικομένῳ.

d *Quod*

ex semine ejus, quod in terram decidit, natus est puer; qui inferiorem partem draconis habuit: quem Erichthonium ideo nominarunt, [d] quod ἔρις Græce certatio dicitur, χθὼν autem terra dicitur. Quem Minerva cum clam nutriret, dedit in cistula servandum [e] Aglauro, Pandroso & Herse Cecropis filiabus. Hæ cum cistulam aperuissent, [f] cornix indicavit. illæ à Minerva insania objecta, ipsæ se in mare præcipitaverunt.

CLXVII. *Liber.*

Liber Jovis & Proserpinæ filius à Titanis est distractus, cujus cor contritum [a] Jovis Semelæ dedit [b] in potionem. Ex eo prægnans cum esset facta, Juno in Beroen nutricem Semeles se commutavit, & ait: Alumna, pete à Jove, ut sic ad te veniat, quemadmodum ad Junonem, ut scias [c] quæ voluptas est, cum deo concumbere. Illa autem instigata petit ab Jove, & fulmine est icta. ex cujus utero Liberum exuit, [d] & Nyso dedit nu-

d *Quod* ἔρις] Ita & Fulgent. Myth. Lib. II. 14. Scholiastes autem Homeri ἔστι ἐρὶς ἐ χθονὸς, ad Catal. vers. 54. quod & apud Tzetzen invenies in Lycophron. pag. 24. ed. Steph. Vide apud eos lepidam fabulam. Nam exscribere eam cui bono? Adde nostrum Astron. II. 13. Servium ad III. Georg. 113. Schol. German. Erichthonio. Augustin. C. D. XVIII. cap. 2. Lactant. Lib. I. cap. 17. Cæterum Tzetzes hunc Erichthonium ex Minervâ Cranai filiâ susceptum memorat à Vulcano. Sed alibi aliter. Vide notas ad Fulgent. II. 14.

e *Aglauro, Pandroso*] Fulg. Lib. II. *Duabus sororibus Aglauro & Pandoræ commendavit.* An legendum *Pandroso*? Ita censeres, nisi mox subderet, *Pandora enim universale munus dicitur.* Sanè *Pandroson*, non *Pandoram* eam appellant præter Hyginum Ovid. II. Met. 561. Schol. Homer. Iliad. A. 334. Antigonus Mirabilium cap. 12. Apollod. Lib. III. Schol. German. Erichthonio. Sed quam *Aglaurum* Pausanias, Ovidius, Lactatius, sive Lactantius in Argumentis Met. Ovid. Schol. German. & Fulgentius appellant, *Agraulos* dicitur Apollodoro, Antigono, Polluci, Philochoro, Hesychio, & Etymologicographo.

f *Cornix*] Coronis Coronei filia, quæ in cornicem conversa est. Vid. Ovid. II. Met. fab. 8.

Ad CAP. CLXVII.

a *Jovis Semelæ dedit*] Barthius ad Stat. Tom. III. pag. 670. *Jovi Semele dedit.* perperam. Cor distracti illius Liberi non possidebatur à Semele, sed à Pallade Jovi fuit allatum, ut narrat Hom. Schol. Iliad. A. 200. Deinde, ex potione, quam Jupiter bibit, quomodo prægnans fieri Semele potuit?

b *In potionem*] Hoc est, in philtrum, ut idem ibidem explicat. quod probo. Sic *potionare* pro philtrum dare Suetonius usurpat Calig. cap. 50.

c *Quæ voluptas est*] Politius est, quod legitur cap. 179. *Ut scias, inquit, quæ voluptas sit.*

d *Et Nyso*] Nutricium eum Bacchi fuisse scribit etiam cap. 131. & 179. qui-

Unable to display this page

terfecerunt. Sola [c] Hypermeſtra Lynceum ſervavit. Ob id cæteræ dicuntur apud inferos [f] in dolium pertuſum aquam ingerere. Hypermeſtræ & Lynceo fanum factum eſt.

CLXIX. *Amymone.*

[a] AMYMONE Danai filia, dum ſtudioſe in ſylva venatur, Satyrum jaculo percuſſit: eam Satyrus voluit violare. Illa Neptuni fidem imploravit. quo Neptunus cum veniſſet, Satyrum abegit, & ipſe cum ea concubuit. ex quo conceptu naſcitur Nauplius. Id in quo loco factum eſt, Neptunus dicitur [b] fuſcina percuſſiſſe terram, & inde aquam profluxiſſe, qui Lernæus fons dictus eſt, & Amymonium flumen.

AMYMONE Danai filia miſſa eſt à patre aquam petitum ad ſacrum faciendum: [c] quæ dum quærit, laſſitudine obdormiit: quam Satyrus violare voluit. Illa Neptuni fidem imploravit. quod cum Neptunus fuſcinam in Satyrum miſiſſet, illa ſe in petram fixit. Satyrum Neptunus fugavit. qui cum quæreret in ſolitudine à puella, illa ſe aquatum miſſam eſſe dixit à patre: quam Neptunus compreſſit. Pro quo beneficium ei tribuit, juſſitque ejus fuſcinam de petra educere. [d] quæ cum eduxiſſet, tres [e] ſi-

e *Hypermeſtra*] Ita & Servio appellatur in hac fabula ad Æn. x. 497. Ὑπερμήστρα autem Apollodoro eſt & Schol. Euripid. pag. 200. edit. Steph. ſed corruptiſſime ibi Ἀυγείδες audit, qui Heſiod. Aſpid. 327. Αυγείδες, aliis Αυγειὲς eſt. Sed in Heſiodo & ejus Scholiaſtis an non rectius Αυγεῶ ſcribatur quam Αυγεῶ, viderit Clariſſ. Grævius. Αυγείως quoque ſcriptum inveni apud Euſtath. in Dionyſ. p. 104. *Hypermneſtram* & *Linum* eos appellat non minus vitioſe Horat. Schol. ad Lib. III. od. 2. quanquam τὸ *Linum* etiam in Scholiaſte Germanici invenias, ut animadverſum pridem Nob. Heinſio ad Heroid. 14. vers. 123. Cæterum præter Hypermneſtram etiam Bebrycen peperciſſe ſponſo ſuo tradit modo laudato loco Euſtathius.

f *In dolium pertuſum*] Hinc proverbium ortum, εἰς τετρημένον πίθον αἰθλεῖν. de quo conſule Apoſtol. Cent. VII. 84.

Ad CAP. CLXIX.

a *Amymone*] A Gloſſatore repetitio hujus fabulæ eſt. Nam in indice, ut recte obſervat Micyllus, ſemel tantum ponitur. Exſcripſit & heic Hyginum Lactantius ad Stat. II. Theb. vers. 433.

b *Fuſcina percuſſit terram*] Schol. Eurip. ad Phœn. v. 195. Τρίαινα τόπος Ἄργους, ἔνθα τὴν τρίαιναν ὁρθὴν ἔχειν ὁ Ποσειδῶν συγχινήσας τῇ Ἀμυμώνῃ, ἐξ οὗ καὶ ἐκεῖνο ὕδωρ ἀνέβλυσεν. ὃ ἐξ τὴν ὀπὴν κλῆσιν ἔχει ἐξ Ἀμυμώνης. Vide & ſeqq.

c *Quæ dum quærit*] Lege *quam dum* &c.

d *Quæ dum eduxiſſet, &*] Dele τὸ & cum

[e] silani sunt secuti, qui ex Amymones nomine Amymonius fons appellatus est. ex qua compressione natus est Nauplius. Hic autem [f] fons Lernæus est postea appellatus.

CLXX. *Filiæ Danai quæ quos occiderunt.*

[a] IDEA Antimachum, Philomela Panthium, Scylla Proteum, Phicomone Plexippum, Euippe Agenorem, Demoditas Chrysippum, Hyale Perium, Trite Enceladum, Damone Amyntorem, Hippothoe Obrimum, Myrmidone Mineum, Eurydice Canthum, Cleo Asterium, Arcania Xanthum, Cleopatra Metalcem, Philea Philinam, Hyparete Protheonem, Chrysothemis Asteriden, Pyrante Athamantem, Armoasbus * Glaucippe Niavium, Demophile Pamphilum, Antodice Clytum, Polyxena Ægyptum, Hecabe Dryantem, Achamantis Echominum, Arsalte Ephialtem, Monuste Eurysthenem, Amymone Midamum, Helice Evideam, Amoeme Polydectorem, Polybe Iltonomum, Helicta Cassum, Electra Hyperantum, Eubule Demarchum, Daplidice Pugnonem, Hero Andromachum, Europome Atlitem, Pyranthis Plexippum, Critomedia Antipaphum, Pyrene Dolichum, Eupheno Hyperbium, Themistagora Podasi-

cum Scheffero & Heinsio. Præterea *quam* pro *quæ* rescribe.

e *Silani*] Aquæ fistulæ. Varro IV. L. L. *Fistula æquæ, fusus aquæ. Fistulas aquarias* vocat Capitolinus in Macrino & Balbino. *Canales* interpretatur Barthius Adv. Lib. X. cap. 20. *tubos*, unde aqua profluit, Scheffer. Celsus Lib. II. cap. 19. *Confert etiam aliquid ad somnum silanus juxta cadens. Tullios* etiam dictos ex Festo in ea voce didici. Restituendum id vocabulum Vett. Gloss. *Silvanus*, κρουνός. Putabat Græcam vocem esse vitiosam Stephanus, & propterea nullo accentu notavit. Sed vitiosa est Latina. Scrib. *Silanus*, κρουνός. Est autem κρουνός, σωλὼ, *aquæ ductus, fistula.* Glossæ eædem: *Fistula.* σωλὼ, σύριγξ &c. *Tubus*, σωλὼ. *Silanus*, κρουνός. Multus est, ut postea vidi, in silani voca-

bulo Gyraldus Part. II. Dialog. 18. Invenitur quoque in Not. Tyr. p. 171.

f *Fons Lernæus*] Apollod. Lib. II. *Amymone autem cum hoc concubuit, eique Neptunus Lernæos fontes indicavit.* Schol. Apollon. ad Lib. III. 1240. Λέρνη Κρήνη τῆ Ἄργους, ἱερὰ Ποσειδῶνος. Hesiodeus in Θεογ. 257. ed. Heins. Λέρνη λίμνη ἐν Ἄργει. Servius ad Æn. VI. 287. *Lerna Argivorum palus.* Adde Schol. Hom. ad Iliad. Δ. 171. Propert. Lib. II. 20. *Testis Amymone, latices cum ferret in arvis, Compressa & Lernæ pulsa tridente palus.*

Ad CAP. CLXX.

a *Idea Antimachum*] Multum ab his nominibus variant, quæ Apollodorus recenset Lib. II. p. 64. Conferant, quibus tantum ab re sua otii.

simum, Palæno Aristonon, Itea Antiochum, Erate Eudæmonem, Hypermestra Lynceum servavit: qui, cum Danaus periisset, primusque Abas ei nunciasset, [b] Lynceus circumspiciens in templo, quid ei muneri daret, casu conspexit clypeum, quem Danaus consecraverat Junoni, [c] quem in juventa gesserat: refixit, & donavit Abanti, ludosque consecravit, qui quinto quoque anno aguntur. qui appellantur [d] Aspis en Argo. [e] è quibus ludis cursoribus [f] corona non datur, sed clypeus. At Danaides post patris interitum, viros duxerunt Argivos, è quibus [g] qui nati, sunt appellati.

CLXXI. *Althæa.*

Cum Althæa Thestii filia una nocte concubuerunt Oeneus & Mars: ex quibus cum esset natus Meleager, subito in regia apparuerunt Parcæ, Clotho, Lachesis, Atropos. Cui fata ita cecinerunt: Clotho dixit, eum generosum futurum, Lachesis fortem: Atropos titionem ar-

b *Lynceus circumspiciens*] Abundat illud *Lynceus*. Vel leg. *Quod cum Danaus* &c.

c *Quem in juventa gesserat*] Videtur hic transpositio facta. Mallem, *Quem Danaus in juventa gesserat, & consecraverat Junoni:* Infr. cap. 273. *Detraxit clypeum, quod Danaus in juventâ gesserat, & Junoni sacraverat, & Abanti filio muneri dedit.*

d *Aspis & Argo*] Infr. cap. 273. ἀσπὶς ναυσώτις. Nob. Heins. in notis ad Ovid. Met. pag. 403. emendat ἀσπὶδ' ἐν Ἄργῃ. Ego conjectaveram, ἀσπὶς ἐν Ἄργῃ. quemadmodum postilla vidi etiam marginem libri Salmasiani præferre. Non dissimile est illud Astron. II. 4. *Et id* (sacrificium) *Aletidas appellant.* quanquam & ibi *Aletidas* minimâ mutatione rescribere possis.

e *E quibus ludis*] Tò e deleam, vel *in* ejus loco reponam. Sed prius rectius puto. Cap. 273. *Quibus ludis qui vicit, accipit pro coronâ clypeum.*

f *Corona non datur*] Schol. Pindari ad illa Olymp. VII. ὅτ' ἐν Ἄργῃ χαλκὸς, etiam coronam illis datam testatur. Τὸ ἔπαθλον, inquit, ἀσπὶς χαλκῆ. ὁ δὲ στέφανος ἐκ μυρσίνης. Proverbium vetus est apud Zenobium Cent. VI. 52. Ὡς τῷ ἐν Ἄργῃ ἀσπίδα καθελών στεφάνου. & alterum II. 3. Ἄξιος εἶ τῆ ἐν Ἄργῃ ἀσπίδος. Quod totidem verbis in suam συλλογὴν transtulit Apostolius Cent. III. 70. Sed ab illis paræmiographis proverbia ista non esse intellecta rectè advertit Nob. Heinsius. Lactantius ad II. Theb. 2510. *Euhippus Rex Argivorum mira felicitatis fuit, cujus clypeum, qui apud Argos nobiliter rem gessissent, accipiebat, ut illo per urbem incedens honestaretur. Unde proverbium apud illos, cum alicujus ignaviam irriderent, ut Callimachus ait,* * ὡς ἐν ΑCΠΙΟΛΤΟΝΣΛΘΝ. Procul dubio corrigendum, ὡς τῷ ἐν Ἄργῃ ἀσπίδα καθελών.

g *Qui nati, sunt*] Deest aliquid. Legendum, *qui nati, Danai sunt appellati.* Vide Serv. ad Æn. II. 5. Schefferus. Premo utrumque pollicem. Adde quæ idem Servius notavit ad Lib. X. 497. Scholiast. Hom. ad Iliad. A. 43. & 123.

ardentem aspexit in foco, & ait: Tam diu hic [a] vivit, quam diu hic [b] titio consumptus non fuerit. Hoc Althæa mater cum audisset, exiluit de lecto, atque titionem extinxit, & eum [c] in regia media obruit fatalem, ne ab igni [d] obrueretur.

CLXXII. *Oeneus.*

OENEUS [a] Parthaonis filius, Ætoliæ rex, cum omnibus diis [b] annua sacra fecisset, & [c] Dianam præteriisset, ea irata, [d] aprum immani magnitudine, qui agrum Calydonium vastaret, misit. Tunc Meleager Oenei filius se pollicetur cum delectis Græciæ ducibus ad eum expugnandum iturum.

CLXXIII. *Qui ad aprum Calydonium ierunt.*

CASTOR & Pollux Jovis filii, [a] Verusius Mercurii, [a] Parthecion Mercurii, Thebis, Æsculapius Apollinis,

Ad CAP. CLXXI.

a *Vivit*] *Vivet* Cl. Schefferus. quod probo. Meminerunt inter alios hujus fabulæ Apollodorus Lib. 1. pag. 25. Anton. Lib. cap. 2. Zenob. Cent. v. 33. Alii non δᾷδα, sed φυμάδα ἐλαίας fuisse volunt. Vide Isacium in Lycophron. pag. 86. ed. Steph.

b *Titio*] Isidorus Orig. XVII. 6. *Torris lignum adustum: quem vulgus titionem appellat, extractum ex foco semiustum & exstinctum.* Hoc hausit ex Lactant. Lib. IV. cap. 14. *Titionem enim vulgus appellat extractum foco torrem semiustum.* Apulejus Milet. VII. *Procurrit ad focum, ardentemque titionem gerens &c.*

c *In regiâ mediâ*] Ovid. VIII. 458. *Ille diu fuerat penetralibus abditus imis.*

d *Obrueretur*] Mallet Schefferus, *absumeretur.* Sed *obruo* est sepelio. Fulgent. *Nisi vanæ laudis pompam obrueris.* Sepelire autem recte ignis dicitur. Vid. cap. 72. Nob. Heinsius tamen *obrueretur* mallet. Quid si *ambureretur*? Hor. Lib. 1. Sat. ult. *Capsis quem fama est esse, librisque Ambusti propriis.*

Ad CAP. CLXXII.

a *Porthaonis*] *Parthaonis* forte legendum ex Ovidio, Statio, Apollodoro & Græcis nonnullis Scholiastis. Atque ita quoque noster ipse exhibet cap. 129. 175. 239. MS. tamen Pal. Apollodori Πορθάων exhibet. Nec deterius forsan, cum Πορθεὺς sit Homero & Antonino.

b *Annua sacra*] Lactant. Arg. Lib. VIII. Met. Ovid. fab. 4. *Quia in sacrificio cogendorum fructuum consulto præterierat Dianam.*

c *Dianam præteriisset*] Lucianus Tragœdo: Ἡ Ἄρτεμις τὴν ὁ Καλυδῶνος ἐφ' ὑβρίσαντι πέμψασα κάπρον τὸν Οἰνέως.

d *Aprum*] Hic natus dicitur ex sue Cromyoniâ, de qua cap. 38. Vide Lactant. Argum. VII. Met. fab. 23.

Ad CAP. CLXXIII.

a *Verusius, Parthecion*] Suspicor scripsisse Hyginum, *Eurytus, Echion.* Hi enim erant Mercurii filii. Vide cap. 14. & 160.

linis, [b] Iason Æsonis, Thebis, Alcon Martis, Thracia, Euphemus Neptuni, [c] Iolaus Iphicli, Lynceus & Idas Apharei, Peleus Æaci, Telamon Æaci, Admetus Pheretis, Laerta [d] Arcesii, Deucalion Minois, Theseus Ægei, [e] Plexippus, Ideus, Lynceus, Thestii filii, fratres Althææ: [f] Hippothous Cercyonis, [g] Cæneus Elati, [h] Mopsus Amyci, Meleager Oenei, [i] Hippasus Eurysti, Ancæus Lycurgi, [k] Phœnix Amyntoris, [l] Dryas Iapeti, [m] Enæ-

b *Iason Æsonis Thebis*] Apollod. Lib. 1. pag. 26. Ἰάσων Αἴσωνος ἐξ Ἰαλκοῦ. An ergo *Iolco* scribendum?

c *Iolaus Iphicli*] Vide notas ad cap. 103.

d *Arcippa*] Conjicit Micyllus *Arcesii*. quod & Scheffero in mentem venit ex Apollod. Locum Apollodori habes Lib. 1. pag. 43. Λαέρτης Ἀρκεισίου. Addo & Homeri calculo eam conjecturam firmari Odyss. II. 118. Μοῦνον Λαέρτεω Ἀρκεισιάδην ὀΐω ἔπεσθαι. Quem versum non intellectum pessimè vertit Giphanius, *Solum Laërtem Arcisii filium genuit*. Hinc *Arcesiades* à patre dictus Ulysses. Ridiculus est Diomedes Gram. Lib. 1. *Ut est Ulyssi agnomen Polytlas. Nam prænomen est, ut ait Ibycus*, Ulysses, *nomen Acrisiades, cognomen Odysseus*. Lege, *Arcesiades*, vel *Arcisiades*.

e *Plexippus, Ideus, Lynceus*] Cl. Schefferus non tantum mutilum locum, sed & in ordine peccatum suspicatur, restituitque ita: *Theseus Ægei, Idas, Lynceus Apharei, Plexippus, Iphiclus, Enhippus, Eurypylus Thestii filii, fratres Althææ*. Recenset quidem hos quatuor Thestii filios Apollod. Lib. 1. pag. 24. Sed eadem, quæ heic, habes etiam capite sequenti nomina. Ovidius duos tantum nominat, VIII. Met. 440. *Plexippum & Toxea*, quem in locum Lynceï substitui vellet Micyllus. Etiam Lactantius ad Stat. Thebaid. II. 481. & noster quoque cap. 244. duos solummodo, *Plexippum & Agenora* memorant. Nimirum tres vulgo videntur fuisse numerati. Lactantius Argum. Lib. VIII. Met. Ovid. fab. 4. *Quas* (exuvias) *Plexippus, Toxeus, & Agenor Thestii filii ereptas cum interim rependebrunt*. An scripsit igitur Hyginus, *Plexippus, Toxeus & Agenor*? Sed duo postrema vocabula cum plus justo à vulgatâ abeant scripturâ, possit videri alios sequutus auctores heic noster. Homeri Scholiastæ dicuntur ad Iliad. I. 563. Ἰφικλος, Πολυφάντης, Φάνης, Εὐρύπυλος, Πλήξιππος.

f *Hippotas Geryonis*] Scribendum esse *Hippothous Cercyonis* notat Cl. Schefferus. Non addit, quo auctore nixa sit sua emendatio. De *Hippothoo* ego antehac advocavi Ovid. Met. VIII. 307. quem Cercyonis facere filium in Arcadicis Pausaniam jam observo.

g *Cæneus Elati*] Cl. Schefferus *Cyllenes Elati*. Frustra heic eum esse ostendi ad Anton. Liberal. cap. 17. Vide nostrum cap. 14. & 242. Agnoscit illum Elatiden inter apri Calydonii oppugnatores etiam Ovid. VIII. Met. 306. *Et velox Idas & jam non fœmina Cæneus*.

h *Mopsus Amyci*] Immo *Ampyci*. Unde *Ampycides* Ovidio. Ita enim ille in prælii illius descriptione VIII. Met. v. 316. *Ampycidesque sagax & adhuc à conjuge tutus Oeclides*. Noster supr. cap. 14. *Mopsus Ampyci & Chloridis filius*.

i *Hippassus*] *Hippasus* scribe ex Ovidio: *Hippasus & primis etiamnum Nestor in armis*.

k *Phœnix Amyntoris*] Etiam de his dubitat Cl. Schefferus. Securos nos esse jubet Ovid. VIII. Met. 307. *Hippothousque Dryasque & cretus Amyntore Phœnix*. Confer nostrum cap. 257. Ovid. Epist. Heroid. III. 27.

l *Dryas Iapeti*] Martis filius est Apollod. Lib. 1. Δρύας Ἄρεος. Etiam à nostro cap. 159. inter Martis filios numeratur Dryas.

m *Enæ-*

[m] Enæsimus, Alcon, Denuxippus, Hippocoon Amyci, [n] Atalante Schœnei. [o] Quæ civitates auxilium miserunt Oeneo, [p] Tenerdos, Iolcos, Sparta, [q] Teurone, [r] Messe, [s] Perrhæbia, Phthia, [t] Magnesta, Salamin, Calydon, Thessalia, Oechalia, Ithaca, [u] Tegea, Creta, Dolopea, Athenæ, Magnesia & Arcadia.

CLXXIV. *Meleager.*

ALTHÆA Thestii filia ex Oeneo peperit Meleagrum. Ibi in regia dicitur titio ardens apparuisse. huc Parcæ venene-

m *Euatimus, Alcon*] Lege, *Enæsimus* ex Ovid. libri jam sæpius laudati vers. 362. Hippocoontis hic erat filius, ut etiam *Alcon*, tesse Apollodoro Lib. III. p. 173. qui ibidem inter ejus filios numerat *Alcinoum* & *Doryclea*. Ad summam; totus hic locus videtur mihi ita constituendus: *Enæsimus, Alcon, Doryceus, Alcinous Hippocoontis.* Alii excogitent alia.

n *Atlantes Pondæi*] Et fabula & verba postulant *Atalante Schoenei.* Quod & Micyllus videtur voluisse, in cujus editionis margine visitur, *Atalantæ Schoenei.* Diodorus Lib. IV. *Inter venationis socios Atalanta Schoenei filia simul erat.* Adsentiuntur Apollod. Lib. I. pag. 27. & Zenobius Cent. V. 33. Lactant. Argum. VIII. Met. fab. 4. Quibus adde, quæ ad Stat. IV. Theb. vers. 248. congessit Bernartius. Corruptus in hoc vocabulo etiam Servius Danielis ad Æn. III. 113. *Scyros*, inquit, *civitas est. exinde fuit Atlantes Cyrinei filia.* Lege, *Atalante Schœnei.* Rectè heic reponi *Atalante Schœnei*, docet ipse Hyginus cap. 244. & 270. Alii tamen hanc expeditionem tribuunt Atalantæ Iasii filiæ; quos inter & Callimachus est Hymno in Dianam vers. 216. Κύρω Ἰασίου ευκτίτου Ἀρκαδίοιο. quem secutus est Schol. Hom. ad Iliad. I. 544.

o *Quæ civitates*] Lemma hoc esse alterius capitis crede Cl. Scheffero.

p *Tenerdos*] Schefferus, *Tenedos.* Micyllus, *Thebæ*, *Argos.* Quod non omnino contemnendum.

q *Teurone*] Micyllus. *Pleuron.* Minori mutatione æquè benè scripseris, *Pleurone.* Cl. Schefferus conjicit, *Teutrania.* Quod nimium abit à veteri scriptura. An scribendum *Teuthrone?* Τεύθρωνα enim est urbs, cujus Pausanias meminit. non dixerim. Rectum est *Pleurone.* Schol. Hom. ad Iliad. I. 525. Καλυδώνιοι δὲ Παλαιφάτῃ φησὶν ὅτι πῶτον. Corruptè *Pleuros* à Lactant. I. Theb. 401. dicitur. Servius Æn. XI. 239. *Unde Diomedes habuit socios de tribus ejus civitatibus, quas habet Ætolia, Pleuron, Olenon, Calidona.* scrib. *Pleurona.*

r *Messe*] Restitui antehac *Messene.* Quod cum & Scheffero veniisse in mentem videam, nondum displicet.

s *Perrhæbia*] Ita rectè Micyllus. Male Commelinus & alii ediderunt *Parrhæbia.*

t *Magnesta*] Hoc vocabulum non tantum heic, sed & in fine capitis repræsentat Micylli editio. Posteriori loco non malè *Magnesta* restituit Commelinus. Quod & Vet. Comment. Horat. faciendum, apud quem ad Lib. III. od. 7. corruptè *Magnessa* dicitur, vel *Magnes*, ut quædam editiones habent. Docuit me quidem duplicem esse Magnesiam Schol. Apollon. ad Lib. I. vers. 584. ut & Plinius Lib. I. cap. 29. non tamen sit verisimile bis nominasse eam nostrum. Meminit etiam urbis Magnesiæ noster Astron. II. 37. *Larissa*, quod antehac conjectaveram, non placet amplius, cum & Thessalia heic exhibeatur. Cogitent eruditiores.

u *Tegea*] Scribe sine diphthongo cum Vellejo Lib. I. cap. I. Apollodoro, & Strabone. Servius *Tegæum* appellat ad Æn. V. 299. *Tegeum*, inquit, *oppidum est à Tegeo Arcadiæ filio.* Gloss.

nerunt, & Meleagro [a] fata cecinerunt, cum tandiu victurum, quam diu is titio esset incolumis. Hunc Althæa [b] in arca clausum diligenter servavit. Interim [c] ira Dianæ, quia Oeneus sacra annua ei non fecerat, aprum mira magnitudine, qui agrum Calydonium vastaret, misit. quem Meleager cum delectis juvenibus Græciæ interfecit, [d] pellemque ejus ob virtutem Atalantæ virgini donavit, quam Ideus, Plexippus, Lynceus Althææ fratres eripere voluerunt. Illa cum Meleagri fidem imploraſſet, ille intervenit, & amorem cognationi antepoſuit, avunculoſque ſuos occidit. [e] Id Althæa mater audivit filium ſuum tantum facinus eſſe auſum: memor Parcarum præcepti, titionem ex arca prolatum in ignem conjecit. Ita dum fratrum pœnas vult exequi, filium interfecit. At ſorores ejus, [f] præter Gorgen & Deianiram, flendo, deorum voluntate, in aves ſunt transfiguratæ, quæ Meleagrides vocantur. At conjunx ejus [g] Alcyone mœrens in luctu deceſſit.

CLXXV. *Agrius.*

MSS. ad Georg. 1. *Tegeus à Tegeo oppido Arcadiæ. Item Tegea Arcadiæ civitas, ut apud Pacuvium in Atalanta* &c. Τεγέα eſt Stephano.

Ad CAP. CLXXIV.

a *Fata cecinerunt*] Aſtron. II. 15. *Parcæ cecinisse ſervantur fata.*

b *In arcâ*] In arcâ clauſum fuiſſe titionem iſtum fatalem etiam Apollodorus Lib. I. pag. 25. & Zenobius Cent. V. 33. teſtantur. Supra tamen alios auctores ſequutus in tegiâ mediâ obrutum eum ab Althæâ dixit.

c *Ira Dianæ*] Cl. Schefferus mallet, *irâ Diana*. Niſi *ira Dianæ* heic idem valet, quod *irata Diana*, reſcripſerim *irata Diana*, Cap. 184. *Ob id irata Diana fecit* &c.

d *Pellem ejus*] *Et caput*, ut tradit Tzetzes in Lycophron. p. 86. Mox pro *eripere voluerunt*, malim, *ei eripere* &c.

e *Id Althæa*] Vel τὸ *id* expellendum cenſet Cl. Schefferus, vel legendum, *id Althæa mater ut audivit*. Poſterius præſtaro, niſi malis, *ut Althæa*. Lactantius: *Althæa mater Meleagri, ut fratrum cædem accepit*. Sed non valde ſapit Hygini ſtylum. Infr. cap. 188. *Hoc Neptunus ut vidit, in pecora commutatos conſumsit, procos in lupos convertit.* Lactantius Argum. fab. 26. Lib. VII. Metam. Ovid. *Quod ut illa comperit à marito ſe eſſe deceptam* &c. Juſtin. Lib. II. cap. 15. *Themiſtocles ut vidit ſpei urbis invideri.* Confer not. ad cap. 108.

f *Præter Gorgen & Deianiram*] Anton. Lib. cap. 2. *Duæ autem de filiabus Althææ Gorge & Deianira ſervantur formam non mutaſſe beneficio Bacchi, cui eam gratiam Diana fecerit.* Quod & Ovidius firmat VIII. Metam. 543.

g *Alcyone mœrens deceſſit*] Althæa autem mater, filio exſtincto, ſibi manus attulit, ut refert Homeri Schol. ad Iliad. I. 558. Stat. II. Theb. 481. & Diodorus Lib. IV. nec non Ovid. VIII. Met. 532. & Heroid. IX. vers. 157. Sed hic ferrum per viſcera exegiſſe, illi laqueo gulam ſibi fregiſſe volunt. Cæterum quam Alcyonen heic Hyginus, Cleopatram vocat Antoninus cap. 2. Nimirum τὴν Κλεοπάτρην φησὶν ὁμώνυμος ὁ Ἀντωνῖνος ἐκλῦσαι δι' ὃ τὴν μητέρα Μαρπήσσης διελὼν Ἀπόλλωνι καλοῦσιν, ὅτι ἐμίγη αὐτῇ Ἀπόλλων,

CLXXV. *Agrius.*

AGRIUS Parthaonis filius, ut vidit Oeneum fratrem [a] orbum liberis factum, egentem regno expulit, atque ipse regnum possedit. Interim Diomedes Tydei filius & [b] Deipyles, Ilio devicto, ut audivit avum suum regno pulsum, pervenit in Ætoliam cum [c] Sthenelo Capanei filio, & armis contendit cum [d] Lycopeo Agrii filio. Quo interfecto, Agrium egentem è regno expulit, atque [e] Oeneo avo suo regnum restituit, postque Agrius regno expulsus, ipse se interfecit.

CLXXVI. *Lycaon.*

AD Lycaonem [a] Pelasgi filium Jovis in hospitium venisse

λων, ut Scholiastes Homeri annotavit, qui turpi mendo inquinatus est loco modo laudato. Μελέαγρος, inquit, καὶ ἀρχὰς τῇ μητρὶ μιωτῶν, ὡς ἔοικε τῇ παιδί. Leg. καὶ ἀρχάς. Hom. Iliad. ι. 562. Ἐξ ἀρίων μητρὸς κεχολωμένος.

Ad CAP. CLXXV.

a *Orbum liberis*] Tò *orbum* expellit Cl. Schefferus, legitque, *ut vidit Oeneum liberis factum egentem regno expulit.* Ego nihil mutem. Duo enim notare mala mihi videtur Hyginus, orbitatem sive ἀπαιδίαν, & egestatem.

b *Deiphyles*] Scribe sine aspiratione, *Deipyles.*

c *Sthenelo*] Qui fuit amicus Diomedis, de quo cap. 257. & Eustath. ad Iliad. p. 279. Alius fuit Sthenelus, cujus filius Cometes Ægialiam Diomedis uxorem vitiaverat, ut narrant Servius ad Æn. XI. 269. Tzetzes ad Lycophr. pag. 168. & 201. ed. Steph. & Schol. Hom. ad Iliad. E. 412. Sed corruptè *Ægialeam* Priscianus in Periegesi, & *Ægialam* appellat Servius, quæ *Ægialia* erat, ut scimus ex Antonino, Dionysio Periegete & Homeri interprete. Eustathius ad Iliad. p. 429. adulterum fuisse Sthenelum Cometæ filium refert. Lapsum putabam memoria minus fida, aut corruptum incuriâ μεταγραφέως: sed video idem illum denuo tradere ad Dionys. p. 69. ed. Steph. Quod tamen pugnat cum narratione aliorum. Servius ad Æn. VIII. vers. 9. *Cum Cillabaro, ut Lucilius, cum Cometa, ut plerique tradunt.*

d *Opopa*] *Lycopeo* benè conjicit Schefferus. Λυκωπεὺς enim inter filios Agrii numeratur apud Apollodorum Lib. 1, pag. 30. Narrant præter Hyginum historiam hanc Antoninus Liberalis cap. 37. Apollodorus Lib. 1. Tzetzes ad Lycophron. pag. 91. & Homeri Scholiast. ad Iliad. ξ. 120. quanquam ibi non patri Diomedi, sed filio Tydeo id facinus tribuit. Cæterum inter Agrii filios etiam deformitate sua nobilem illum Thersiten numerat Hom. Schol. ad Iliad. β. 212. quicum & Hesychius facit in Ἄγριον.

e *Oeneo avo*] Ita & Antoninus. Apollodorus autem genero ejus Andræmoni regnum tradidisse tradit.

Ad CAP. CLXXVI.

a *Pelasgi filium*] Ita & German. Schol. Arctophyl. Vide infr. cap. 225. & supr. notas ad cap. 145. Mercurii filium facit Schol. Theocrit. ad Eid. 1, 124.

se dicitur, & filiam ejus [b] Callisto compressisse, ex quo natus est Arcas, qui ex suo nomine terræ nomen indidit. Sed [c] Lycaonis filii Jovem tentare voluerunt, deusne esset: carnem humanam [d] cum cætera carne commiscuerunt, [e] idque in epulo ei apposuerunt. Qui postquam sensit, iratus mensam evertit, Lycaonis filios fulmine necavit. Eo loco postea Arcas oppidum communivit, quod [f] Trapezos nominatur. Patrem Jupiter in lupi figuram mutavit.

CLXXVII. *Calysto.*

CALLISTO Lycaonis filia ursa dicitur facta esse, ob iram Junonis, quod cum Jove concubuit. [a] Postea Jovis in stellarum numero retulit, quæ Septentrio appellatur. quod signum loco non movetur, neque occidit. Tethys enim Oceani uxor, nutrix Junonis, prohibet eam in Oceanum occidere. [b] Hic ergo septentrio major, de qua [c] in Creticis versibus: [d] *Tu-*

b *Calysto*] *Callisto* scribendum ex Gr. Καλλιςώ.

c *Lycaonis filii*] Ipsum Lycaonem filium suum Nyctimum interfectum Jovi apposuisse ex aliis tradit Clemens Protrept. pag. 23. & Tzetzes ad Lycophron. pag. 18. edit. Steph. Alii Arcadem fuisse voluerunt. Vide nostr. cap. 4. Astron. 11. Eratosthenem in Καταστερ. cap. 8. Schol. ad Stat. VII. Thebaid. 414. *Lycaon pater Helice* (leg. *Helices*) *ursæ fuisse dicitur, qui dolore stupratæ à Jove filiæ Deos humanarum carnium cibis violavit.* Ex hoc facto παιδοφονὲς dicitur Nonno Dionys. Lib. XVIII. Alii tamen ἕνα παῖδα τῶν ἐπιγωρίων fuisse volunt, quem mactaverint Lycaonis filii. Vide Schol. Lycophron. p. 84.

d *Carnem*] *Et carnem* Schefferus. Vide tamen not. ad cap. 4.

e *Cum cætera carne*] Volui aliquando, *cum suilla carne*. Arnob. Lib. IV. *Invitatum ad jus mensæ pro suillis visceribus prolem nescium Lycaonium pransitasse.* Sed nihil opus est, cum & II. Astron. cap. 4. scribat; *Cum alia carne concisum pro epulis apposuisse.* & Tzetzes in Lycophron. p. 84. Τὰ τότε κρέατα συμμίξαντες τοῖς ἄλλοις κρέασι.

f *Idque in epulo*] Non repudio quidem, mallem tamen, *idque cibi epulo.* Cap. 88. *Epulis Thyestæ apposuit.*

g *Trapezos*] Ita scribitur quoque apud German. Schol. Arctophylace. Mallem tamen *Trapezus*, ut est apud Melam Lib. 1. cap. 19. & nostrum cap. 275. *Arcas Jovis filius in Arcadia Trapezunta.* ex gr. Τραπεζοῦς. Non tamen valde videtur necesse. Sic Ovid. II. Met. 224. *Agriodos* format ex Gr. Ἀγριόδους. *Tripos* Lactant. ad 1. Theb. Stat. vers. 509. ut & Servius ad Æn. III. 92. ex Τρίπους, vel Attico Τρίπως. *Propos* pro *propus* apud nostrum Astron. III. 21. *Melampos* apud Charis. Lib. 1. Malè Τραπεζῆς & Τραπεζοῦσι dicitur apud Lycophronis interpretem p. 84. ed. Steph.

Ad CAP. CLXXVII.

a *Postea Jovis*] Forte, *post eam Jovis*, vel *postea cum Jove.*

b *Hic ergo*] Malim, *hæc ergo*, ut ad Callistonem referatur. Sequitur enim, *de quâ.* Lactant. ad III. Theb. 685. *Illa ἀρκτος μείζων Latinè septentrio major appellatur. Eadem est, quæ Helice.*

c *In Creticis versibus*] Barth. MS. habe-

[d] Tuque Lycaoniæ mutatæ semine nymphæ,
Quam gelido raptam [e] de vertice Nonacrinæ
Oceano prohibet semper se tingere Tethys,
Ausa suæ quia sit quondam [f] succumbere alumnæ.

Hæc igitur ursa à Græcis ἑλίκη appellatur. Hæc habet stellas in capite septem non claras, in utraque aure duas, in armo unam, in pectore claram unam, in pede priore unam, in extrema coxa claram unam, in femine posteriori duas, in pede extremo duas, in cauda tres, omnes § numero viginti.

CLXXVIII. *Eu-*

bere ait *Cretais*. quod idem est. Ovid. VII. Met. 435. *Cretæi sanguine tauri.* Verisimilis quidem, nescio tamen, an vera ejus correctio, *Aratais*. Certe necessaria non videtur. Forte innuit versus, in quibus res Creticæ narrabantur. Sic *carmina Cypria* laudantur à Pausaniâ Lib. X. Homer. Schol. Iliad. A. vers. 5. & Agathostenes (leg. *Aglaosthenes*) *Asiatica carmina* scripsisse dicitur apud German. Scholiasten. Apud eundem in Coronâ legas: *Qui Cretica conscripsit refert.* Lege *Cretica*, ut Sanctandreanam postea vidi rectè præferre editionem. Hygin. II. Astron. *Ut ait, qui Cretica conscripsit.* Eucrates Ῥοδιανὸς fecit apud Hesych. in Ἐλάτην.

d *Tuque Lycaoniæ*] Hunc versum ita constituit Cl. Schefferus. *Tuque Lycaonio mutata è semine nympha.* Quid si apostrophe non ad Helicen, sed ad Antophylacem institui dicatur? Id si mihi des, nihil esse mutandum, sed tantum *è* post *mutatæ* inserendum, facile etiam dabis. Fuerunt enim, qui Callistonem in ursam mutatam enixam Arcada voluerint. Vide Schol. German. Theo in Aratum: Ὀργιδεῖσαν τὴν Ἄρτεμιν ποιῆσαι αὐτὴν, ἢ ὅτι τοκὰς ἤρξεν ἢ κληθῆναι Ἀρκάδα. Idem scribunt cum noster Astron. II. cap. I. tum Eratosthenes in Catasterismis. cujus verba in suum commentarium transtulit Theo. Hæc scripseram, cum *mutate è semine* legendum sibi videri Nob. Heinsius mihi indicavit. Refert ergo & ipse verba illa ad Arcada.

e *De vertice Nonacrinæ*] Putem scribendum *Nonacrino*, hoc est, de vertice montis Nonacris. Astron. II. *Quæ res gesta in Nonacri monte Arcadiæ.* Lactant. Argum. Ovid. Lib. I. fab. 12. II. fab. 5. *Circa Nonacrinum montem Arcadiæ.* Et Lib. IV. fab. II. *Dum igitur circa montem Nonacrinum moratur.* Sed vide ibi, quæ annotata à nobis. Meminit ejus montis & Plinius Lib. II. cap. 103. Loensis Miscell. Lib. III. 10. retinet *Nonacrinæ*, & subaudit *petræ* vel *rupis*. Mihi nimis id durum videtur.

f *Succumbere alumnæ*] Id est, *Junonis pellicem agere*, quæ Tethyos erat alumna. Hinc illa apud Ovid. II. Met. 528. *At vos si læsæ tangit contemtus alumnæ.* Hygin. II. Astron. I. *Quod Tethys Junonis sit nutrix, cui Callisto succubuerit, ut pellex.* Lexic. Cyrilli: Παλλακὴ, *Concubina, succuba.* Gloss. Arabico-Lat. *Succuba, pellex.* Ovid. VI. Heroid. 153. *Quod gemit Hypsipyle lecti quoque succuba nostri.* Sed *subnuba* ibi restituit è melioribus codicibus Nob. Heinsius. Festus: *Pellices nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solum fœminæ, sed etiam mares. Succubonem* dixit Titinnius. Apulejus V. Met. *Meæ formæ succubam.* & X. *Velut ancillam tori succubamque primo suspicari.*

g *Numero viginti*] Astron. III. cap. I. numerat XXI. German. Schol. cum Theone in Aratum XXIV.

CLXXVIII. *Europa.*

EUROPA [a] Argiopes & Agenoris filia, Sidonia. Hanc Jupiter [b] in taurum conversus, à Sidone Cretam transportavit: & ex ea procreavit Minoem, Sarpedonem, Rhadamanthum. Hujus pater Agenor suos filios misit, ut sororem reducerent, aut ipsi in suum conspectum non redirent. Phœnix in Africam est profectus, ibique remansit: inde Afri Pœni sunt appellati. Cilix suo nomine Ciliciæ nomen indidit. Cadmus cum erraret, Delphos devenit: ibi [c] responsum accepit, ut à pastoribus bovem emeret, qui Lunæ signum in latere haberet, eumque ante se ageret. ubi decubuisset, ibi fatum esse, eum oppidum condere, & ibi regnare. Cadmus sorte audita, cum imperata perfeciſſet, & aquam quæreret, ad fontem Castalium venit, quem [d] Draco Martis filius custodiebat: qui cum socios Cadmi interfeciſſet, à Cadmo [e] lapide est interfectus: [f] dentesque ejus, Minerva monstrante, sparsit & aravit, unde [g] Sparti sunt enati. Qui inter se pugnarunt, ex quibus quinque superfuerunt, id est, Chthonius,

Ad CAP. CLXXVIII.

a *Agriopes*] Apollod. Lib. III. pag. 128. Telephassam ejus matrem facit. Schol. Hom. ad Catal. vers. 1. Phœnicem ejus patrem, ex sententiâ Hesiodi & Baechylidæ, ut testatur ipse ad Iliad. M. 397. Vid. not. ad cap. 6.

b *In taurum conversus*] Fulgent. Lib. Myth. 1. *Sicut Europam in tauro rapuisse fertur, id est, in navem tauri picturam habentem, & Isidem in vaccâ, similiter in navem hujusce picturæ.* Lege *in nave* & *habente* ex membranis Bibliothecæ Leidensis, quas cum editis contulimus. Adde Festum in *Europam*.

c *Responsum accepit*] Responsum illud invenies apud Euripidis Scholiasten ad Phœniss. vers. 641. ita ut fuisse narrat Hyginus. Scholiastes autem Æschyli ad Ἑπτὰ vers. 492. deum respondisse narrat, μὴ πρὸ ἐξελθεῖν τῆς ἴσης τοῦ ἐυρεθῆναι ἀκαλινθεῖν.

d *Draco Martis filius*] Vide Apollod. Lib. III. pag. 136. Schol. Euripidis ad Phœniss. vers. 5. & quæ ad Anton. Liberal. cap. 2. à nobis notata sunt.

e *Lapide*] Ita & Hellanicus. Pherecrates apud Euripidis Schol. advers. 666. Phœn. gladio interfectum ait. Ovid. III. Met. 90. hastâ.

f *Denteſque ejus*] Schefferus, *dentes qui ejus*. Non improbo quidem. Vide tamen quæ ad cap. 8. dixi.

g *Spartæ*] Ita & Schottus Cononis cap. 37. transtulit. perperam. Legendum, *Sparti*. Σπαρτοὶ enim Græcis dicuntur. Vide Schol. Pind. ad Pyth. od. v. p. 222. edit. Francof. Etymol. in Φοινικῆν. Σπαρτὸς ἀνδρωπος sunt Theodoreto. Σπαρτὲς λεὼς Lycophroni Thebani. Hieronymus Chronico Eusebiano: *Propter repentinos quosdam de terrâ contractus ex omni parte confluentes Spartos vocatos.* Lactant. Lib. III. cap. 4. *Tanquam Sparti illi poëtarum, sic se invicem jugulant.* Adde Censorin. cap. 4. Gell. Lib. XVII. cap. 3.

h *Pe-*

nius, Udæus, Hyperenor, [h] Pelorus, & Echion. Ex bove autem, quem secutus fuerat, [i] Bœotia est appellata.

CLXXIX. *Semele.*

CADMUS Agenoris & Argiopes filius ex Harmonia Martis & Veneris filia procreavit filias quatuor, Semelen, Ino, Agaven, Autonoen, & Polydorum filium. Jovis cum Semele voluit concumbere. Quod Juno cum resciit, specie immutata in Beroen nutricem, ad eam venit, & persuasit, ut peteret ab Jove, ut eodem modo ad se, quomodo ad Junonem, veniret: Ut intelligas, inquit, quæ sit voluptas cum deo concumbere. Itaque Semele petiit ab Jove, ut ita veniret ad se. Qua re impetrata, Jovis cum fulmine & tonitribus venit, & [a] Semelen conflagrata. Schol. Horat. ad Epod. v. *Vestem pellici sua datam una cum ipsa & totâ domo conflagrari fecit.* Apulejus de mundo: *Cum Orientis regiones Phaëthontis ruina, ut quidam putant, conflagratæ perierunt.* Gloss. Steph. *Flagro, flagratus sum*, καίομαι. Propert. 1. el. 13. *Flagrans amor Herculis Hebes.* De fabula hac ita Scholiastes Hom. ad Iliad. ξ. 323. Ζεὺς ᾧ μὲ δυνάμῳ αἰσθόμενος, παρεχίνησ εἰς τ Θάλαμον αὐτῆς ἐρ' ἁρμῷ & βεβλῆσις ὁμῦ, & κεραυνὸς ἦσαν. Σεμέλη δὲ διὰ τ φόβον ἐκλειπέσης, ἐξαμβλωσεν τὸ βρέφ & ὁ Ζεὺς ἐκ τ πυρὸς ἁρπάσας, ἐκέρασε τῷ μηρῷ. Totum hoc scholion, ut & quæ præcesserunt proximè, καὶ πόθεν descripta sunt ex Apollod. Lib. III. pag. 138. Sed malè omissum ἐξαμβλωθέν. Scribe ergo, ἐξαμβλωσαν τὸ βρέφ & ἐξαμβλωθὲν ὁ τῷ &c. Habet præterea pro παρεχίνησ Apollodorus παρεχένησ. Quod etsi parum refert, monendum tamen est. Quod autem femori Jovis insutum Bacchum fingunt, eo ex semine Jovis natum eum innuere voluerunt. Femur enim pudendam partem viri & mulieris notare observavit Heinsius Aristarchi cap. 1. ut & Fessel. Adversar. Sacr. Lib. II. cap. 24. Sibylla apud Lactant. Lib. I. cap. 8. Οὐ δυσὶ κὰ ἄρσεσι Ἐκ μιᾶς μήτρας τὸ θεὸς τὸ πολυπλόκ εἶναι.

[h] *Pelorus*] Schol. Eurip. ad Phœn. vers. 675. est Πέλωρ. Sed ad vers. 946. Πέλωρ & ex Æschylo. Pro Τ'πελώρ apud Pausaniam Τ'γελώρ videtur inveniisse in suo codice Læscherus. Vertic enim *Hysterenor*. Corruptè. Nam *Hyperenor* est etiam Hellanico ad Apollon. III. 1185. Restituendum idem nomen Lactantio ad Theb. III. 285. ubi corruptè *Hyperion* dicitur, & *Tydeus*, qui fuit *Udæus*. Iisdem nominibus, quibus heic ab Hygino recensentur, appellantur etiam ad Isthm. od. I. à Pindari Scholiaste.

[i] *Bœotia*] Ovid. III. Met. v. 13. *Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.* Alii à *Bœoto* Neptuni filio appellatam Bœotiam prodiderunt. Vide Schol. Hom. ad Catal. vers. I.

Ad CAP. CLXXIX.

[a] *Semelem conflagravit*] Scribendum esset, *Semelen*. Vid. not. ad cap. 137. Sed heic legere malim *Semele. Conflagravit* est κατέκαυσεν. Παρεκτείνω enim hoc verbum usurpat cap. 154. & 243. Certum interim activam antiquitus habuisse significationem. Cicero Lib. IV. ad Her. 13. *Quomodo urbs acerbissimo concidit incendio conflagrata?* Avienus Phænomenis Aratæis: *Nec cum flagrata emittunt marmora cælas.* Capella sub initium Lib. VI. *Dispendia lini per-*

conflagravit. Ex utero ejus Liber est natus, quem Mercurius ab igne ereptum, Nyso dedit educandum, [b] & Græce Dionysus est appellatus.

CLXXX. *Actæon.*

ACTÆON [a] Aristæi & Autonoes filius, pastor, Dianam lavantem speculatus est, & eam violare voluit. Ob id irata Diana fecit, ut ei cornua in capite nascerentur, & à suis canibus [b] consumeretur.

CLXXXI. *Diana.*

[a] DIANA cum in valle opacissima, cui nomen est [b] Gargaphia, æstivo tempore fatigata ex assidua venatione, se ad fontem, cui nomen est Parthenius, perlueret, Actæon Cadmi nepos, Aristæi & Autonoes filius, eundem locum petens ad refrigerandum se & canes, quos exercuerat, feras persequens, in conspectum deæ incidit: [c] qui ne loqui posset, [d] in cervum ab ea est conversus. Ita pro cervo laceratus est à suis canibus. quorum nomina, masculi, Melampus, Ichnobates, * [c] Echnobas, Pamphagos, Dorceus, Oribasus, Nebrophonos, Lælaps, Thes-

b *Et Græce Dionysus*] Supr. cap. 167. *Unde Dionysus est appellatus, & bimater est dictus.*

Ad CAP. CLXXX.

a *Aristei*] *Aristæi* scribendum esse dixi ad cap. 161. Fabulam notissimam luculenter narrat Ovid. III. Met. vers. 131. & seqq.

b *Consumeretur*] Actæonem canes hi, ut equi dominum Diomedem, absumserunt. Vid. Fulg. III. Myth. Palæph. cap. 3. Nimirum viscera nostra sunt opes, ut vita victus. Ovid. Heroid. I. *Viscera nostra tuæ diripiuntur opes.*

Ad CAP. CLXXXI.

a *Diana cum*] Omne hoc principium usque ad canum nomina iisdem pœne verbis legitur in Argum. Lactant. III. Met. Ovid.

b *Gargaphia*] Inter nobiles Bœotiæ fontes præter Plinium & alios etiam Capella Lib. VI. memorat Gargaphien valli cognominem. Adde Etym. in voce Ἀ'ργαφίη. Corruptus est ergo Vibius Sequester, *Garga Eubœæ, ubi Actæon laceratus est à canibus.* Lege *Gargaphie Bœotiæ.*

c *Qui ne loqui posset*] Lactant. ut ad Ovidium adduci à commentatoribus video, *qui ne eam rem eloqui posset.* Tu vide notas nostras ad Lactantium, & lege heic, *Quæ ne eloqui.*

d *In cervam*] Lactantius & Fulgent. Lib. III. *in cervum.* Quod præfero, cum sequatur *pro cervo.* quanquam Lactantius *pro fera.*

e *Echnobas*] *Ichnobas* reponerem, nisi præcessisset *Ichnobates.* Forte scripsit, *Chionabas.* Cl. Scheffer. hunc, ut natum ex proximè præcedenti, deleri jubet.

Theron, Pterelas, Hylæus, Nape, Ladon, Pœmenis, [f] Therodanapis, * Aura, Lacon, [g] Harpyia, [h] Elion, Dromas, Thous, Canache, Cyprius, Stictе, Labros, Arcas, Agriodus, Tigris, Hylactor, Alce, Harpalus, Lyciſca, Melaneus, Lachne, Leucon. [i] Item tres qui eum Gnoſius * conſumpſerunt fœminæ, [k] Melanchætes, Agre, Therodamas, Oreſitrophos. Item alii autores tradunt hæc nomina: Acamas, Syrus, Æon, Stilbon, Agrius, Charops, Æthon, [l] Corax, [m] Boreas, Draco, Eudromus, Dromius, Zephyrus, Lampus, [n] Hæmon, Cyllopotes, Harpalycus, Machimus, Ichneus, [o] Omelympus, Ocydromus, [p] Borax, Ocythous, [q] Pachitos, Obrimus. Fœminæ, Argo, Arethuſa, Urania, Theriope, Dinomache, Dioxippe, Echione, Gorgo, [r] Cyllo, Harpyia, [s] Lyncæſte, Leæne, Lacæna, Ocypote, Ocydrome, Oxyroe, Orias, [t] Sagnos * Theriphone, [u] Volatos, Chediætros.

CLXXXII. *Ocea-*

f *Therodanapis*] Etiam hunc, ut ex *Theron* & *Nape* conflatum, idem inducit. Ego conjeci antehac *Theriomachus*.

g *Harpya*] Scrib. *Harpyia*. Malè etiam inferius *Arpyia*.

h *Elion*] Micyllus ex Ovid. III. Met. 219. *Aello*. Quod niſi ſatis placet, poſſis etiam ſcribere, *Echion*.

i *Item tres, qui eum Gnoſius conſumſerunt*] Pro *eum Gnoſius* Barthius legit, *cum oſſibus*, quod in MS. inveniret *cum ſuis*. Sed illud *item tres* viſum mihi ſemper etiam ὕπαλον. An ſcripſit? *Hi mares, qui eum cum oſſibus* &c. Dices in præcedentibus multa eſſe fœminina nomina. non nego. Sed ſi conſideres, quod ſequitur, *Fœminæ* &c. facile vides id, quod volo, flagitare oppoſitionem. Confuſionem nominum diverſi ſexus imputa librario.

k *Melanchætes*] Scrib. *Melanchætes*, & mox *Theridamas* ex Ovidio.

l *Coran*] Conjicit *Corus* Cl. Scheffe-rus. Malim *Corax*. Sic à celeritate *Coraces* dicti olim & *Phœnices* Cleoſthenis equi, ut refert Pauſan. Lib. VI.

m *Boreas*] An *Bores*? Apollod. Lib. III. Σπαρτὸς τ' ἦν, Ἄργος τε Βόρης τ' αἰχμητὴς ἀλίθων. Non putem. Sed ſcripſerim potius Βορᾶς apud Apollod. pro Βόρης, ex Βορέης. Aptum id nomen ad velocitatem denotandam, & epitheto conveniens. Noſter ſupra cap. 84. *Equos aquilone velociores habuit*.

n *Hemon*] Scribe cum diphthongo *Hæmon*, & paulo inferius *Lacæna*.

o *Omelympus*] Reſcripſerim *Melampus*. At jam in priori indiculo fuit *Melampus*. Quid tum poſtea? Etiam Harpyia fuit; quæ tamen heic iterum ponitur.

p *Borax*] *Boras* ſuſpicatur ſcriptum fuiſſe Scheſſerus, quod apud Apollodorum ſit Βόρης. Mihi veriſimilius videtur *Borus* h. e. Βόρος, *vorax, edax*. niſi à Βόρος formatum eſt Βόραξ, ut à λαῖλαψ λάβραξ lupus piſcis. Moſchopulus, Βόραξ λαίμαργος, pag. 84. περὶ γραδῶν.

q *Pachitos*] An ſcripſit *Pachylus* ex παχυλὸς craſſus? Equidem ſic cenſeo. & mox pro *Arethuſa* ſcribo *Arethuſa*.

r *Cyllo*] Puto Hyginum ſcripſiſſe *Aëllo*. niſi ex Gr. κυλλὸς finxit hoc vocabulum.

s *Lyncæſte*] An *Lycaſte*?

t *Sagnos*] Cl. Scheſſerus emendat *Agnos*. Dubito. Mallem *Agrios*, vel *Lachnos*.

u *Volatos, chediætros*] Etiam hæc cor-

CLXXXII. *Oceani filiæ.*

OCEANI filiæ, Idothea, Althæa, [a] Adrasta. alii dicunt [b] Melissei filias esse, Jovis nutrices, quæ nymphæ [c] Dodonides dicuntur. alii Naiades vocant: quarum nomina, Cisseis, Nysa, Erato, [d] Eriphia, [e] Bromie, [f] Polyhymno: hæ in monte Nysa [g] munere alumni potitæ sunt

corrupta monstrosè; sed quo modo restituenda sint, non habeo dicere.

Ad CAP. CLXXXII.

a *Adrasta*] Mallem *Adrastea*, quanquam non ignorem ab Ἄδραστη formari Ἀδράστεια. Apollod. Lib. 1. Τοῖς Μελισσέως παισὶ Ἀδραστείᾳ τε καὶ Ἴδῃ. Callim. Hymn. Jovis vers. 47. Σὲ δ' ἔθρεψαν Ἀδράστεια. Nec *Althæa* mihi satis placet. Vide an totus locus ita constitui non malè possit: *Ida*, *Amalthea*, *Adrastea*. His enim appellantur nominibus Jovis nutrices ab aliis. Lactant. Lib. 1. *Capella est Amaltheæ nymphæ, quæ uberibus suis infantem aluit.* Germanici Scholiastes fabulâ Erichthonii *Themidiam Althæam* Jovis nutricem faciens, quid sibi velit nescias. Verba ejus adscribam: *Datur Jovis infans nutriendus Themidi Althæa, quæ fuit domina capræ* &c. Sed credo legendum, *Themidi & Amaltheæ*. Musæus, quem auctorem laudat Hygin. Astron. II. 13. *Athemidem* & *Amaltheam* eas vocat. Corrige *Themidem*, ut margo habet Micylli. Habet ea Hyginus ex Eratosthenis κατ' ἀστερισμοὺς, cap. 13. Schol. Homeri ad Iliad O. 318. Τὸ δὲ παιδίον εἰς Κρήτην διακομισθὲν ἐδόθη Θεμιδὶ καὶ Ἀμαλθείᾳ, ἣ ἦν αἲξ &c. Vult Amaltheæ nomen capræ fuisse, cum alii diversa faciant. Sed cum eo faciunt Nonnus Dionys. Lib. XVI. & noster Astron. II. 13. Theo in Aratum pag. 23. qui & hoc addit, mulierem fuisse Arcadicam, quam post mortem stellis inseruerit Jupiter.

b *Melissi*] Schefferus, *Melissæ*. Imo *Melissei*. Hygin. II. Astron. *Parmeniscus autem ait Melissea quendam fuisse Cretæ regem, ad cujus filias Jovem nutriendum esse delatum.* Confer Lactant. Firm. Lib. 1. cap. 22.

c *Dodonides*] Schol. Hom. ad Iliad. Σ. 486. Φερεκύδης δὲ τὰς Ὑάδας Δωδωνίδας νύμφας φησὶν εἶναι, ἃς Διονύσου τροφάς. Schol. Germanic. Tauro: *In signo autem Tauri frons & facies Hyades appellantur, quas Phereades Athenæum nutrices Liberi dicit, quæ Dodonides nymphæ sunt.* Pro *Phereades Athenæum* legendum *Pherecydes Athenæus*, ut rectè exaratum in Pleiadibus.

d *Eriphia*] Ἔριφον dicitur Bacchi nutrix apud Etymol. auctorem in Ἔριφα, quod idem est. Ἔριφον, Ἐρίφεια. unde *Eriphia*.

e *Bromie*] Servio ad Ecl. VI. 15. est *Brome. Bacchus*, inquit, *à bacchatione, id est, insaniâ dictus, unde & comites ejus Bacchæ. Alii à Bacche nymphâ, quæ cum Brome sorore suâ eum nutriverat in monte Nysâ Anysa nutrice.* Lege *à Nysa nutrice dicto.* Νύσσα est auctori de Mundo pag. 11. Plinius Lib. V. 18. *Scythopolin, antea Nysam à Libero patre sepultâ nutrice ibi, Scythis deductis.* Ergo *Nysa* urbi & monti commune nomen. Nemes. Ecl. 3. *Nos etiam viridi Nysæ nutrimus in antro.* Euseb. Præpar. Lib. 1. pag. 34. ed. Steph. Εἰς τὸ ἐν τῇ Νύσῃ αὖτον, ἀείμβρον μιλαξὺ Φοινίσσης τε καὶ Νείλου. Adde quæ ad cap. 139. notavi. Nec tamen non defendi *Bromie* potest. Nempe à Βρόμιος Βρόμεια & Βρομεία, unde *Bromie*. Sed in Micylli editione visitur *Bromias* unde fecerim *Bromia*. Βρόμιος est Bacchus. Vide Etym. auctorem.

f *Polyhymno*] Cap. 192. *Polyxo* est, quod præfero. Vide illic annotata à nobis.

g *Munere alumni*] Bacchi videlicet. Vide infr. cap. 192. Rectè Micyllus suspicatur desiderari heic quædam, ex quibus intelligatur Bacchum ab his nutritum esse, & eundem postea Medeam rogasse, ut nutrices suas ex vetulis in ju-

sunt, qui [h] Medeam rogaverat, & deposita senectute [i] in juvenes mutatæ sunt, consecratæque postea inter sidera, [k] Hyades appellantur. alii tradunt vocitatas, [l] Arsinoe, [m] Ambrosie, Bromie, Cisseis, Coronis.

CLXXXIII. *Equorum Solis & Horarum nomina.*

[a] Eos, per hunc cœlum vertisolet: [b] Æthiops, quasi flammeus est, concoquit fruges. Hi funales sunt mares: fœminæ [c] Jugariæ, Bronte, quæ nos tonitrua appellamus, [d] Sterope, quæ [e] fulgitrua. Huic rei autor est Eu-

juvenes transformaret. Servius de Vergiliis ad 1. Georg. 219. *Has alii volunt Jovis, alii Liberi nutrices, alii vero ipsas fuisse adserunt Hesperidas.* Tangit hanc Bacchi nutricum transformationem Ovid. VII. Met. v. 297.

h *Medeam rogaverat*] Legendum esse *Tethyn* ostendit Nob. Heinsius ad Met. Ovid. p. 171. Seductus ergo pravâ Ovidii lectione non Hyginus tantum, sed & in Argumentis Lactantius.

i *In juvenes*] Phædr. Lib. II. cap. 3. *Animosque ejusdem pulcra juvenis ceperat.* Fruftra significatione, non structura esse commune censet Vossius Anal. Lib. 1. cap. 15. Apulejus VII. Met. p. 197. edit. Elmenh. *Visâ quadam honestâ juvene.* Capella Lib. III. *Feminini & communis, ut canis & juvenis.*

k *Hyades*] Ovid. v. Fast. 167. *Ora micant tauri septem radiantia flammis, Navita quas Hyadas Grajus ab imbre vocat. Pars Bacchum nutrisse putant: pars credidit esse Tethyos has neptes Oceanique senis.* Gloss. Cyrilli, Υ'άδες, *pluviæ.* Philox. *Suculæ*, Υ'άδες, δοκίδες. fort. Δοδωνίδες. Etymol. auctor in Υ'ης. Ο ὃ Φερεκύδης τὰς Σεμέλης ὕας λέγει, ἐπὶ τῆς Διονύσου τροφὸς ὕδας. leg. Υ'άδας. Confer Gell. Lib. XIII. cap. 9.

l *Arsine*] Rectè cum Grotio *Arsinoe* reponit Schefferus.

m *Ambrosie*] Cap. 192. *Ambrosia* dicitur. Sed Ἀμβροσία est etiam Nonno Dionys. XXXI. vers. 3. Diodoro Lib. v. p. 325. Bacchi nutrices dicuntur *Philia, Coronis, Cleis.* Pro *Cleis* putes reponendum ex Hygino, *Cisseis.* Sed nihil affirmo.

Ad CAP. CLXXXIII.

a *Eos*] *Eous* Micyllus. & sic eum Ovidius nominat II. Met. 153.

b *Æthiops*] Pro hoc & præcedenti apud Euripidis Schol. ad Phœn. 2. nominantur Χαρόψ & Αἰθών. quorum posteriorem videntur appellasse quoque *Phaëthontem.* Soph. Scholiastes ad Electr. vers. 825. Λέγει δὲ Φαέθων ὁ υἱὸς τοῦ Ἡλίου, ἐπὶ ὁ πατρὸς τῶν ἵππων ἀναβῆναι. Sed *Æthiopem* unum ex Solis equis esse dictum legas etiam apud Athenæum Lib. XI. pag. 465.

c *Locarie*] Veravit divinus Salmasius ad Solinum rescribendo *Jugariæ*, hoc est, Jugales. Jugales autem ἵπποι ὑπόζυγοι. Capella Lib. I. *Qui Phœbi antevolans sæpe jugalibus. Jugarius* dictum, ut *Juvarius* in Vett. Glossis.

d *Sterope*] Ἀστραπὴ est Scholiastæ Euripidis. Sed στεροπὴ, ἐπὶ ἀστραπὴ, ἐπὶ ἀστεροπὴ ταυτό ἐστιν, ut ait Diaconus ad Hesiod. Asp. p. 214. edit. Heins.

e *Fulgitrua*] Cl. Schefferus ex hoc loco *fulgitru* dixisse veteres, ut *tonitru* notari jubet. Ego *fulgetra* prætulerim. Servius ad Æn. VIII. 425. *Brontes à tonitru dictus est*, ἀπὸ τῆ βροντῆς. *Steropes à fulgetra*, ἀπὸ στεροπῆς. Nempe *Fulgetrum* & *Fulgetra* dixere. Idem Grammaticus ad vers. 431. *Fulgores terrificos, quas fulgetras dicunt.* Inter barbara τὸ *fulgitrua* ex hoc loco adduxit Vossius de Vit. Sermon. Lib. III. cap. 12.

Eumelus Corinthius. Item quos [f]Homerus tradit, [g] Abrax, Aſlo * Therbeeo. Item quos Ovidius, Pyrois, Eous, [h] Æthon & Phlegon. [i] Horarum vero nomina hæc ſunt, Jovis Saturni filii & Themidis filiæ, [k] Titanaide, Auxo, Eunomia, Pheruſa, Caria, [l] Odice, Euporie, Irene, Orteſie, [m] Thallo. Alii autores tradunt decem his nominibus Auge, Anatole, Muſia, Gymnaſia, Nimphes, Meſembria, Sponde, Elete, Acte, [n] & Hecypris, Dyſis.

CLXXXIV. *Pen-*

f *Homerus tradit*] Quis Homerus Hygine? Ὁ παλαιὸς duos tantum auroræ equos nominat Odyſſ. ψ. 246. *Lampum* & *Phaëthontem*. de quibus Tzetzes ad Lycophron. pag. 4. De Solis equis nihil apud eum repperi. Nec aliæ iſtæ ſunt bigæ Auroræ, quarum meminit Pedo El. de obitu Mæcen. Forte ſcripſerat auctor *Herodorus*. Fulgentius eos Lib 1. Myth. facit *Erythræum*, *Æſtæonem*, *Lampon*, & *Philogeum*. Adſcribam verba Fulgentii; idque eo libentius, quod videor inde deprehendere poſſe ætatem Scholiaſtæ Germanici. Sic ergo ille Planciades, & totidem pœne verbis Scholiaſtes: *Unde & ipſius* (Schol. *ipſis*) *equis condigna ſic nomina poſuerunt, id eſt, Erythreus* (Schol. *Erythræus*) *Lampos* (Schol. malè, *Lampros*) *Æſtæon, Philogeus* (Schol. *Philogæus*). *Erythreus Græcè rubeus* (Schol. *ruber*) *dicitur, quod à matutino lumine Sol* (amittit poſtremam vocem Scholiaſtes) *rubicundus exurgat: Æſtæon ſplendens* (Schol. *Incidus*) *dicitur, quod tertiæ horæ momentis vehemens inſiſtens Incidior fulgeat* (Schol. *quod tertiâ horâ inſtante* &c.) *Lampos vero ardens, dum ad umbilicum dici centratum conſcenderit circulum.* (Schol. *Lampos vero lucens vel ardens dicitur, quod ſit, dum ad umbilicum diei contra arcticum conſcenderit circulum:*) *Philogeus Græcè terram amans dicitur, quod horâ nonâ proclivior vergens occaſibus* (Schol. *occaſui*) *pronus incumbat.* Nec hæc tantum verba, ſed totum illud caput de Apolline, nec non de Lunâ & Endymione ex Fulgentii Mythologiâ deſumpta ſunt. Conferat, cui tantum ab re ſua otii eſt.

g *Abrax, Aſlo, Therbeeo*] Hæc vocabula procul dubio in mendo cubant. Quomodo corrigam non video. niſi pro *Abrax* ſuſpicor ſcribendum *Labrax*.

h *Æthon*] Dictus eo nomine & Pallantis equus apud Virgil. Æn. XI. 89. & Auroræ, ut notat Servius. Duos equos Solis nominat Martialis *Æthonem* & *Xanthum* Lib. VIII. ep. 21.

i *Horarum nomina*] Orpheus, Phornutus, Diodorus Lib. V. & Heſiodus tres tantum nominant, *Eunomiam, Irenen* & *Dicen*. Vide Schol. Pind. ad Olymp. XIII.

k *Titanaide*] Et vitioſum hoc nomen & trajectum mihi videtur. Legerim lubens: *Jovis Saturni filii & Themidis Titanidis filiæ*. Nam Themis erat μία τῶν Τιτανίδων, ut eſt apud Clementem Lib. 1. Strom. p. 309. Nec ignotum Latinis hoc vocabulum. Ennius apud Varronem VI. L. L. *Ut tibi Titanis Trivia dederit ſtirpem liberum.* Lactant. ad Stat. Lib. 1. Theb. *Sic autem Titan Titanis dicitur, ut Phœbus & Phœbe.* Suſpicor tamen ſcripſiſſe Hyginum *Titanida* terminatione Latinâ, ut *Chalcida, Aulida, Heroida* & ſexcenta alia. Ad hoc videtur mihi heic tantum novem voluiſſe enumerare, cum mox tanquam diverſam opinionem ſubjungat: *Alii auctores tradunt decem* &c.

l *Odice*] Ex Heſiodo & Orpheo aliisque *Dice* reſcribendum.

m *Thallo*] *Thalloten* hanc vocat Pauſanias in Bœoticis. Nihil tamen muto. Clemens Protreptico p. 16. Αὐξώ τε καὶ Θαλλοῦς. *Thallo* pro *Thallote* dictum ſit, ut Τελεσίλλα pro Τελεσιλλάνη, Εἰδοῖ pro Εἰδοθέα. Vide Etym. in Τιτώ.

n *Et Hecypris, Dyſis*] Poſterius vocabulum ſupervacuum, ut rectè cenſet

CLXXXIV. *Pentheus & Agave.*

PENTHEUS, Echionis & Agaves filius, Liberum negavit deum esse, nec mysteria ejus accipere voluit. Ob hoc eum Agave mater cum sororibus Ino & Autonoe, per insaniam à Libero objectam, membratim laniavit. Agave ut suæ mentis compos facta est, & vidit se Liberi impulsu tantum scelus admisisse, profugit ab Thebis, atque errabunda in Illyriæ fines devenit, ad Licotersen regem, quam Licoterses excepit. Cum qua Polyphontes, occiso Cresphonte, regnum occupavit. Filium autem ejus infantem Merope mater, quem ex Cresphonte habebat, [a] absconse ad hospitem in Ætoliam mandavit. Hunc Polyphontes maxima cum industria quærebat, aurumque pollicebatur, si quis eum necasset. Qui postquam ad puberem ætatem venit, capit consilium, ut exequatur patris & fratrum mortem. Itaque venit ad regem Polyphontem, aurum petitum, dicens se Cresphontis interfeciisse filium & [b] Meropes, Telephontem. Interim rex eum jussit in hospitio manere, ut amplius de eo perquireret. Qui cum per lassitudinem obdormisset, senex, qui inter matrem & filium internuncius erat, flens ad Meropen venit, negans eum apud hospitem esse, nec comparere. Merope credens eum esse filii sui interfectorem, qui dormiebat, [c] in Chalcidicum cum

set Cl. Schefferus. Præcesserunt enim jam decem, tum conjunctio est posita ante *Hecypris*. quod & ipsum vocabulum non caret suspicione vitii.

Ad CAP. CLXXXIV.

a *Absconse*] Improbaret hoc adverbium Servius, qui ad Georg. 1. 135. *Sanè*, inquit, *absconditum dicitur, non absconsum, quia conditum facit, non consum.* Lego, *quia condo conditum* &c. Sed Servium refellit aliorum auctoritas. Fulg. Lib. 1. 21. *Quod omne negotium semper sit absconsum.* Hilarius in Psalm. 54. *Absconsus ab eo fuisset.* Gennad. Catal. *Absconso nomine suo.* Firmicus Astron. 11. cap. 2. *Vides quam aptè, quam abconse* &c. Cyprianus, sive alius est auctor, in Revel. capitis Joan. Baptist. *In absconso uxor Herodis deposuerat.* Vetus interpres Eccles. cap. 1. vers. 39. *Et revelet absconsa tua*, τὰ κρυπτά σου. Et IV. 21. *Denudabit absconsa tua.* Plura vide ad Fulgent.

b *Meropis*] *Meropes* scribendum, & mox *Meropen*. Vide not. ad cap. 31. & 137. Meropes hujus mentionem facit Aristoteles Ethicor. Lib. III. cap. 1.

c *In Chalcidicum*] Festus Pauli: *Chalcidonicum genus ædificii ab urbe Chalcidâ dictum.* Scribo, ut heic habetur, *Chalcidicum.* Atque ita quoque repræsentat Scaligeri editio ex officinâ Patissonianâ. Sed perperam ibi legitur. *Chalcidicâ* pro *Chalcidâ*. *Chalcida* dictum pro *Chalcis*, ut *Elida* pro *Elis*, & sexcenta alia. Arnob. Lib. III. *In*

cum ſecuri venit, inſcia ut filium ſuum interficeret: quem ſenex cognovit, & matrem ab ſcelere retraxit. Merope poſtquam *[d] venit occaſionem ſibi datam eſſe, [e] ab inimico ſe ulciſcendi, redit cum Polyphonte in gratiam. Rex lætus cum rem divinam faceret, hoſpes falſo ſimulavit ſe hoſtiam percuſſiſſe, eumque interfecit, patriumque regnum adeptus eſt.

CLXXXV. *Atalanta.*

[a] SCHOENEUS Atalantam filiam virginem formoſiſſi-

Chalcidicis illis magnis & palatiis cœli. Et Lib. IV. *In Chalcidicis aureis cœnitare.* Lapis Ancyranus: *Cumam continens, & Chalcidicum templum Apollinis.* Turneb. Adverſ. Lib. XVIII. 33. Videor, inquit, obſervaſſe Chalcidicum pro cœnaculo poni. Quod enim Homerus ſcripſit, Γρηῢς δ' εἰς ὑπερῷα ἀναβήσετο καγχαλόωσα, convertit Auſonius Odyſſ. Perioch. XXIII. *Chalcidicum greſſu nutrix ſuperabat anili.* Idem & mihi venerat in mentem ex ejuſdem Perioch. Odyſſ. I. *Quem Penelope degreſſa Chalcidico, argumento tam miſerabilis offenſa materiæ, ut alia concinat hortatur.* Exprimere voluit illud Homeri vers. 328. Τὴ δ' ὑπερῴοθεν ὀρσὶ σὺν ἀγλαὸν υἱὸν ἑοῖο Δῖαν ἀοιδὴν Κέρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια &c. Florentius Chriſtianus ad Ariſtophanis Lyſiſtratam Chalcidicum ab ære dictum putat, ut ſit Homeri χαλκεβατὲς δῶ. In quo rationem eum fugiſſe liquet ex iis, quæ diximus modo. Cæterum quid ὑπερῷον ſit explicat Homer. Schol. ad Catal. vers. 21. Gloſſ. Steph. *Cœnaculum*, δειπνητήριον, ὑπερῷον, δίαιτα. Act. cap. XX. vers. 8. Ἐν τῷ ὑπερῴῳ. Vulg. Interp. *In cœnaculo.* Hoc ergo Chalcidicum eſt. Sed quid eſt *Virginal*? Iſidorus in Gloſſis: *Virginal, membra virginis, in quo habitat.* Corrigit Vulcanius, *Camera, in quâ* &c. Sed ſufficiebat *membrum virginis, in quo* &c. Membra enim conclavia ſunt. Apulej. ſub initium Lib. VII. Met. *Membra, in queis omne patrimonium condi ſolebat, curioſe perſpexerat.* Horat. Schol. ad od. 15. Lib. II. *Inde & in Juvenal. de membro hiemali: Et algentem rapiat cœnatio ſolem.* Columella Lib. I. cap. 6. *Modus autem membrorumque numerus aptetur univerſo conſepto, & dividatur in tres partes, urbanam, ruſticam, & fructuariam.* Virginal ergo παρθενὼν Iſidoro eſt, cum aliis idem ſit, quod κάρδια. De quo ad Phædri Lib. IV. cap. 14. Rigaltius & Rittershuſius. Nec aliter acciperem verba iſta, *membra virginis*, modo abeſſent altera illa, *in quo habitat.* quæ ab aliena manu videri poſſint profecta. Dixerat ſupra Iſidorus: *Cardulum, membrum fœminæ.* Lege, *Caducum.* Auſon. Epigr. 120. *Uxoris cœpit lingere membra ſuæ.* Sextus Platonicus in de Medicinis Anim. p. 30. Ed. Humelb. *Membrum vulpis.*

[d] *Venit*] Micyllus *vidit*, quod & ipſe videram. Firmat eandem conjecturam ex MS. ſuo Barthius. Cl. Schefferus tamen cogitare jubet lectorem, ſi forte ſcripſerit Hyginus, *poſtquam invenit*, h. e. intellexit. Non accedo.

[e] *Ab inimico ſe ulciſcendi*] Frontinus Lib. III. cap. 16. *Hannibal ſimili conſilio ſe ab inimicis ultus eſt.* Iſidorus Orig. XVI. 20. *A ferro ſanguis humanus ſe ulciſcitur.* Cyprianus Tractat. I. ex Proverb. cap. XIX. *Ulciſcar me de inimico meo.* Vet. Com. Horat. ad Epod. V. *Cum ſe de pellice ſuâ Creontis filia ulta eſt.* Joſu. cap. X. vers. 13. *Donec ulciſceretur ſe gens de inimicis ſuis,* Vellej. Lib. I. cap. I. *A Pyrrho Achillis filio virtute ſe vindicavit.*

Ad CAP. CLXXXV.

[a] *Schœneus Atalantam*] Duas fuiſſe Atalantas, alteram Schoenei, alteram Iaſi ſive Iaſii, notavi ex Euripidis Scholia-

simam dicitur habuisse, [b]quæ virtute sua cursu viros superabat. ea petiit à patre, ut se virginem servaret. Itaque cum à pluribus in conjugium peteretur, [c]pater ejus simultatem constituit, qui eam ducere vellet, prius in certamine, cursu cum ea contenderet, termino constituto, [d]ut ille inermis fugeret, hæc cum telo insequeretur: quem [e]intra finem termini * constituta fuisset, interficeret, [f]cujus caput in stadio figeret. Plerosque cum superasset, & occidisset, novissime ab [g]Hippomene Megalia-

liaste ad cap. 99. Quibus scholiis addo, quæ prodit Apollonianus interpres ad Lib. 1. vers. 769. Ἰάσονος συγατηρ, ὃν ἔγημε Μελανίων. ἐτέρα γάρ ἐστιν ἡ Ἀργεία ἡ Σχοινέως, ὃν ἔγημεν Ἱππομέδων. Iasii filia erat, quæ cum priscis heroibus expeditionem in aprum Calydonium suscepit, & Milanioni nupsit, ut voluit Propertius Lib. 1. el. 1. & alii, quos superius laudavi ad cap. 99. & 173. Sed istam expeditionem Apollodorus Lib. 1. Zenobius Cent. v. 33. Diodorus Lib. IV. Hyginus noster cap. 244. & 270. Schœnei filiæ tribuunt. Quæ cursu cum procis certabat, erat Schœneo edita, & Hippomeni, à quo superata erat, nupsit, ut heic, & apud Ovid. Lib. x. Met. Servium ad Æn. III. vers. 113. aliosque legimus. At enim & heic in alia omnia abeunt Palæphatus cap. 14. Apollodorus Lib. III. & Tzetzes Chil. XIII. 453. tribuuntque Iasidi, quod erat Schœneidis, & Milanioni, quod Hippomenis erat. Adeo confundunt omnia, nec constant sibi fabulatores. Lactantius ad Stat. Theb. Lib. VI. 563. avius à vera longè ratione vagatur. *Atalantæ*, inquit, *confundit historiam. Hanc enim Atalantam Hippomenis uxorem diximus filiam Siconei* (leg. *Schœnei*) *fuisse. Illam autem, qui* (leg. *quæ*) *cum procis cursu contendit, Oenomai filiam, uxorem Pelopis.* Immo tu, mi homo, Atalantam cum Hippodamiâ confundis. Melius rem gessit ad Lib. VII. 267. *Duas Atalantas esse certissimum est, unam Arcadam, cujus Parthenopæus est filius; aliam de Scyro nobilem cursu, quam Hippomenes cursu superavit projiciendo tria mala.* Atque hæc me docuerunt fabulatores, ad quos ille, qui contra mu-

lieres disputare se non ait, me ablegabat, ut discerem *Hippomenem & Milanionem unius ejusdemque viri esse nomina.* Id quod falsissimum est.

b *Quæ virtute sua cursu*] Emendat Cl. Schefferus, *virtute sua ac cursu.* Nihil mutem. Lactant. Argum. Ovid. Met. *Omnium virginum pernicissima erat.*

c *Pater ejus simultatem constituit*] Mallet Schefferus, *pater eis* &c. Cui non tantum favet, quod ipse legi notat cap. 22. *Iasoni simultatem constituit.* Sed & illud cap. 67. *Creonti simultatem constituit.* Nihil tamen puto mutandum. Nam quod in textu est, convenit cum illo, quod in re simili dixit cap. 84. *Simultatem constituit, se ei daturum.*

d *Ut ille*] Cl. Schefferus, *& ille.* Nihil opus est.

e *Intra finem termini consecuta esset*] Ita legendum esse in erratis monuit Commelinus. Atque ita quoque suum MS. velle ait Barthius. *Consequi* pro assequi crebrum est apud Curtium. *Constituta* perperam ediderat Micyllus.

f *Cujus*] Αὐτῆ ϝ & *ejus.* Vide not. cap. 21.

g *Hippomene Megarei*] *Hippomedon* est Apollon. Scholiastæ. Sed perperam, judice Nob. Heinsio ad Ovid. Artem pag. 350. An *Megareus* ejus pater fuerit, dubito. Edidit quidem ita in Argum. Lib. x. Met. Ovid. Rænerius. Sed *Macareus* præferunt aliæ editiones, quod præferat forte aliquis, cum Megareus apud Apollodorum Hippomenis dicatur fuisse filius. Nisi dicendum potius, nepotem avi habuisse nomen, ut Iphis habet apud Ovid. IX. Met. fab. ult. Quod verum puto. Vide Micyll. ad Ovidium p. 201. Hinc ergo *Megareius heros* vers. 659. Lib. x. Met.

garei & Meropes filio victa est. Hic enim à Venere [h] mala tria insignis formæ acceperat, edoctus quis usus in eis esset. [i] Qui in ipso certamine jactando [k] puellæ impetum alligavit. illa enim dum colligit, & ammiratur aurum, declinavit, & juveni victoriam tradidit. Cui Schœneus ob industriam libens filiam suam dedit uxorem. Hanc cum in patriam duceret, oblitus beneficio Veneris se vicisse, grates ei non egit. Irata Venere in monte Parnasso cum sacrificaret Jovi victori, cupiditate incensus, cum ea in fano concubuit. quos Jupiter ob id factum in leonem & [l] læam convertit, [m] quibus dii concubitum Veneris denegant.

CLXXXVI. [a] *Melanippe.*

MELANIPPEN Desmontis filiam, sive Æoli, ut alii poetæ dicunt, formosissimam Neptunus compressit,

Nasoni. Martis filius est Schol. Theocriti ad Eid. III. vers. 40. ubi itidem duas Atalantas habes.

h *Mala tria*] Tot etiam numerat Ovid. in Ibid. vers. 372. Hæc erant ex horto Hesperidum. Virg. Eleg. ad Messallam: *Felicem ante alias tanto scriptore puellam: Alter non fama dixerit ipse prior. Non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset, Quæ volucrem cursu vicerat Hippomenem.* Secundus versus restituitur à Scaligero: *Altera non fama, dixerit ipse, prior.* Mallem: *Altera non fama dixerit esse prior.* Notus hellenismus. Etiam Schol. Theocrit. Eid. III. 40. ex Hesperidum horto ea fuisse narrat. Aliter Naso vers. 644.

i *Qui in ipso*] Refcribo *quæ*, & refero ad mala.

k *Puellæ impetum alligavit*] H. e. tardavit puellam. In Catal. Pith. de malis Matianis: *Hæc poterant celeres pretio tardare puellas.* Lactant. Argum. x. Met. fab. XI. *Ut eorum cupiditate ejus tardaretur impetus.*

l *Læam*] Veteres *Lænam* habere ait Schefferus, unde ipse facit *Lænam.* Atqui Micylli, hoc est, princeps editio exhibet *Læam.* quod credo perperam scriptum pro *Leam.* quâ voce cum alii, tum Ovidius quoque utitur II. Fast. 88. *Et stetit infestæ proxima formæ leæ.* Metam. IX. 649. *Pectus & ora leæ caudam serpentis habebat.* & Stat. v. Theb. 204. *Hircanæ clausere leæ.*

m *Quibus dii concubitum Veneris denegant*] Falsissimum hoc esse ait Barthius Advers. Lib. XXVIII. 2. cum leones venere non minus utantur, quam quævis aliæ feræ. Defenderis Hyginum nullo negotio, si dixeris eum, *quibus* cum diceret, non omnes, sed illos duos novos leones intellexisse: vel leones non inter se, sed cum aliis animalibus coire, ut vult Servius ad Æn. III. 113. quem adire erit operæ pretium. De leone quod scribunt Antigonus Mir. cap. 25. & Firmicus in de E. P. R. satis refellunt Plinius Lib. VIII. cap. 16. & Leo Allatius ad Eustath. Hexaem. p. 156. Sed priorem explicationem nullus dubito, quin præferas Serviano commento.

Ad CAP. CLXXXVI.

a *Melanippe*] *Menalippe* quidem Juvenali dicitur Sat. VIII. 229. Varroni II. R. R. pag. 77. Gellio Lib. XII. cap. II. & illis, quos laudat ibi Thysius, nec non ab Hygino ipso cap. 252. & Astron. II. 18. Sed cum *Melanippe* à Pausa-

sit, ex qua procreavit filios duos. Quod cum Desmontes resciisset, & Melanippen excæcavit, & in munimento concluſit: cui cibum atque potum exiguum præstari jussit, infantes autem feris projici. Qui cum projecti essent, vacca lactans veniebat ad infantes, & ubera præstabat. Quod cum armentarii vidissent, tollunt eos ut educarent. Interim [b] Metapontus rex Icariæ à conjuge Theano petebat, ut sibi liberos procrearet, [c] aut regno cederet. Illa timens mittit ad pastores, ut infantem aliquem [d] explicarent, quem regi subderet. qui miserunt duos inventos. ea regi Metaponto pro suis suppoſuit. Postea autem Theano ex Metaponto peperit duos. Cum autem Metapontus priores valide amaret, quod formosissimi essent. Theano quærebat ut eos tolleret, & filiis suis regnum servaret. Dies advenerat, ut Metapontus exiret ad Dianam Metapontinam ad sacrum faciendum. Theano occasione nacta, indicat filiis suis [e] eos suppositititios priores esse. Itaque cum in venatione [f] exirent, [g] eos cultris interficite.

Illi

sania & Strabone appelletur, ut recte observat Cl. Schefferus, & à Clemente quoque Protreptic. pag. 20. Athenæo Lib. XII. Eratosthene Καλαστρ. cap. 18. ut mihi notatum, nihil muto. Nescio quid sibi velint, qui Græca vertunt, quod Μελανιππῳ qui Græcis est, Latinè appellent *Menalippum*, ut factum video ab interprete Apollod. Lib. 1. p. 30. & Schol. Juvenal. ad Stat. VIII. 229. Sic apud Apollon. Argon. II. 968. ubi in Græco est Μελανιππην, transtulit interpres *Menalippe*. Quid quod & apud Julium Firmicum in de E. P. R. & Arnobium Lib. IV. *Menalippe* hæc audit, quæ Clementi est Μελανιππη? Causam exputare necdum quivi. Certe istam literarum μετάθεσιν non probavit ad Varron. pag. 139. Scaliger; ubi ex *Menalippâ* facit *Melanippum*. Moneo etiam Astron. II. 18. ubi nunc *Menalippa* editur, veterem editionem Venetam anni 1485. repræsentare *Melancippam*. unde apparet *Melanippam* esse faciendum. Disertim enim Eratosthenes, Εὐριπίδης δέ φησι Μελανίππην εἶναι τὴν Χείρωνος θυγατέρα. Rectè ergo German. Scholiastes: *Euripides dicit Melanippen Chironis filiam esse*. Μεταλίππην tamen ediderunt apud Theophil. Lib. II. ad Autolyc. p. 85. Sed perperam, me judice.

b *Metapontus*] Sisyphi filius fuit, de quo Eustathius ad Dionysium p. 120. edit. Bertrandi.

c *Aut regno cederet*] Sic esse scribendum monuerunt Commelinus in Erratis, & Micyllus in margine suæ editionis, quæ exhibet * *ut regno cederet*.

d *Explicarent*] H. e. *aliunde erunerent*. Male ad hunc locum illustrandum Plauti verba ex Pœn. III. 5. *Rem meam explicavi postilla lucro*, adducit Barthius.

e *Eos suppositititios priores esse*] Barthius ex MS. *eos priores suppositititios esse*. Cl. Schefferus divinat, *eis priores suppositititios esse*, vel *eos suppositititiis priores esse*. Lector eligat, quod ei maxime arridet.

f *Exierint*] Ita legendum esse in erratis monuit Commelinus. *Exirent* ejus, ut & Micylli editio exhibent.

g *Eos cultris interficite*] Si quid mutandum sit, legerim potius *interficerent*, quam *interficere jubet* cum Micyl-

Illi autem matris monitu cum in montem exiſſent, prælium inter ſe commiſerunt. Neptuno autem adjuvante, Neptuni filii vicerunt, & eos interfecerunt. quorum corpora cum in regia allata eſſent, Theano cultro venatorio ſe interfecit. Ultores autem [h] Bœotus & Æolus ad paſtores, ubi educati erant, confugerunt. Ibi Neptunus eis indicat, ex ſe eſſe natos, & matrem in cuſtodia teneri. Qui ad Deſmontem pervenerunt, eumque interfecerunt, & matrem cuſtodia liberarunt, cui Neptunus lumen reſtituit. eam filii perduxerunt in Icariam ad Metapontum regem, & indicant ei perfidiam Theanus. Poſt quæ Metapontus duxit conjugio Melanippen, eoſque ſibi filios adoptavit, qui in Propontide ex ſuo nomine condiderunt, Bœotus Boetiam, Æolus Æoliam.

CLXXXVII. *Alope.*

ALOPE, [a] Cercyonis filia, formoſiſſima cum eſſet, Neptunus eam compreſſit: qua ex compreſſione peperit infantem, quem inſcio patre nutrici dedit exponendum. Qui cum expoſitus eſſet, equa venit, & ei lac præſtabat. Quidam paſtor equam perſequutus, vidit infantem, atque eum ſuſtulit. qui veſte regia indutum cum in caſam tuliſſet, alter [b] compaſtor rogavit, ut [c] ſibi eum infantem donaeyllo. Sed enim videtur, ut jam obſervavi ad cap. 88. rectam orationem immiſcere obliquæ.

h *Boetus*] Scribe, *Bœotus* & *Bœotiam*. Notavi ſuperius ad cap. 157. Confer Hom. Schol. ad Catal. vers. 1.

Ad CAP. CLXXXVII.

a *Cercyonis*] Vulcani hic erat filius. Vide ſupr. cap. 38. & infra cap. 238.

b *Compaſtor*] Ita *Compranſor* apud Cic. Philippicis. *Conſacerdos* apud Cyprianum Sermone de mortalitate, & Leon. epiſt. decret. 69. *Cohoſpes* apud Paulinum Cyth. *Conſocer* apud Sueton. Claud. cap. 29. *Compotrix* apud Ter. *Compoſſeſſor* in Gloſſis Steph. & Tertull. de Idol. cap. 14. *Conſponſor* in Gloſſis Iſid. *Collibertus* in Gloſſ. & Fragm. Trag. *Compercgrinus* apud Sidon. Lib. VIII. ep. 17. *Communiceps*, *compagani*, *compar* pro uxore aut marito in Vett. Inſcript. Minus Latine, ut & *Concivis* in Gloſſ. Steph. *Compresbyter*, *Condiaconus* & ſimiles voces ex diverſis linguis conflatas merito damnat Voſſius in de Vit. Sermon. Lib. IV. cap. 20. Repudianda ergo *Contheroletes* & *Coapoſtolus*, quorum illud apud Fulgentium, hoc apud Vincentium Lirinenſem invenio. Repudiandum etiam *Coëpiſcopus* apud Leon. & alios. *Coæqualis*, quod in Petronio quidam miratur, & barbarum cenſet Voſſius Lib. I. cap. 19. eſt apud Juſtinum quoque Lib. XXIII. cap. 4. Hieronymum Epitaph. Nepotiani & Tertull. contra Hermog. cap. 9. de Anim. cap. 33. Refugerunt tamen ejus uſum politiores, & *æqualis* dicere maluerunt. Vide Græv. ad Luc. Solœciſt. pag. 62.

c *Sibi eum infantem*] Cl. Schefferus no-

naret. Ille ei donavit sine veste. cum autem inter eos jurgium esset, quod qui puerum acceperat, [d] insignia ingenuitatis reposceret, ille autem non daret; contendentes ad regem Cercyonem venerunt, & contendere cœperunt. Ille autem qui infantem donatum acceperat, repetere insignia cœpit. quæ cum allata essent, & agnosceret Cercyon ea esse ex veste sciissæ filiæ suæ Alopes, nutrix [e] timens regis judicium, fecit infantem eum Alopes esse, qui filiam jussit ad necem includi, infantem autem projici. Quem iterum equa nutriebat. pastores iterum inventum infantem sustulerunt, sentientes eum deorum numine educari, atque nutrierunt, nomenque ei imposuerunt [f] Hippothoum. Theseus cum ea iter faceret à Trœzene, Cercyonem interfecit. Hippothous autem ad Theseum venit, regnaque avita rogavit. cui Theseus libens dedit, cum sciret eum Neptuni filium esse, unde ipse genus ducebat. Alopes autem corpus Neptunus in fontem commutavit, qui ex nomine Alopes est cognominatus.

CLXXXVIII. *Theophane.*

THEOPHANE [a] Bysaltidis filia, formosissima virgo. Hanc

notat perperam priores editiones habere, *ut sibi cum infantem.* unde ipse facit, *ut sibi cum infante eam.* At qui princeps editio, ut & Commeliniana, habent, *ut sibi eum infantem.* Quod non putem sollicitandum.

d *Insignia ingenuitatis*] Monumenta, quæ Græci γνωρίσματα appellant. Vide Donat. ad Ter. Eun. IV. 6. Noster supra cap. 37. *Indicium cognitionis* appellat. Vide ibi notas. Schol. Eurip. sub finem Phœniss. Σπάργανα αὐτῷ ἐδείκνυε. Atque illa erant γνωρίσματα, unde agnoscebatur Oedipus. Crepundia etiam appellabant. Gloss. Steph. *Crepundia*, γνωρίσματα, ἀρχαί. Corrigit Vulcanius, ἀρχαίως. Dubito. Videtur voluisse exprimere Latinum, *initia. Initia*, crepundia, παίγνια. Catull. Att. *Tympanum, tubam, Cybele, tua, mater, initia.* Vetus interpres Siracidæ cap. VII. 35. *Initia sanctorum* vocat τὰς ἀπαρχάς.

e *Timens regis judicium fecit*] Emenda, *Timens, regi indicium fecit*, ut legendum esse in Erratis bene monuit Commelinus. Quod & mihi in mentem venerat, cum adverterem illud *timens*, pro timore correpto eleganter dici. Cap. 186. *Illa timens mittit ad pastores.* Phædrus Lib. IV. cap. 17. *Totam timentes concacarunt regiam.* Barth. ex MS. emendat, *Timens regis indicium fecit.* Hoc esset dictum, ut *metuens divûm matertera* apud Persium Sat. II. 32. Præfero Commelinianam conjecturam. Quintil. Declam. XVIII. *Miseremini, Judices, ne nefandas suspiciones maritum ex ullius credatis traxisse judiciis.* Corrige, *ex ullius indiciis.* ut est in vetustis edd.

f *Hippothoum*] *Hippothoon* appellatur à Schol. Nicandri. Τ' ἀπὸ ἔχθη ὃ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἵππωδόωνθ', ὃς δὲ υἱὸς Ποσειδῶνος ἐξ Ἀλόπης Κερκύονος.

Ad CAP. CLXXXVIII.

a *Bisaltidis filia*] Ovid. VI. Met. 117. *Aries Bisaltida fallis.* Schol. German.

Hanc cum plures proci peterent à patre, Neptunus sublatam transtulit in insulam [b] Crumissam. Quod cum proci eam scissent ibi morari, nave comparata Crumissam contendere cœperunt. Neptunus ut eos deciperet, Theophanem in ovem commutavit formosissimam, [c] ipse autem in arietem, cives autem Crumissenses in pecora. quo cum proci venissent, neque ullum hominem invenirent, pecora mactare cœperunt, atque ea victu consumere. Hoc Neptunus ut vidit, in pecora commutatos consumi, procos inlupos convertit: ipse autem, ut erat aries, cum Theophane concubuit: ex quo natus est aries [d] Chrysomallus, qui Colchos Phryxum vexit. cujus pellem Æeta in luco Martis [e] habuit positam, quam Iason sustulit.

CLXXXIX. *Procris.*

PROCRIS [a] Pandionis filia. Hanc Cephalus [b] Deionis filius habuit in conjugio: qui cum mutuo amore tenе-

Ariete: *Genitum hunc arietem dicunt ex Neptuno & Theophane Altidis filia.* Unde Loensis Miscell. III. 10. *Bisaltis* vel *Bisaltæ* putat faciendum. Quod sic satis placet. *Bisaltas* populos Scythiæ, ut Servius vult, novit Virgilius III. Georg. 461. Thraciæ populi sunt Cononi cap. 20. & Tzetzæ in Lycophron. pag. 73. Macedoniæ Lib. IV. cap. 10. Nomen habent à Bisalte Solis & Terræ filio. Consule Stephanum.

b *Crumissam*] Schol. German. *Chrinissam* appellat. Loensis emendat *Crinissam*, hoc est, inquit, arietis insulam. Ita non deterius scriberes *Crioneſum*; sicut dicuntur *Macaroneſus*, *Hieroneſus*, *Chersoneſus*, *Peloponeſus*. Certè optime convenit cum fabulâ. Sed cui nimium à vulgatâ scripturâ recedere videbitur, scribere poterit *Crioniſam*. Sic *Sirenuſæ* dicuntur Sirenum insulæ à Lactantio & Aristotele. Ἄρνεια apud Etymol. Auctor. in Σκῦρος. Τερμὴν illam Ψ ῆ in ε advertas etiam in aliis. Velut à κλιὼν est ἀνεκλιψον. Sed αἱμοῤῥοῦσαν quæ est Marco cap. 5. *hæmorrhoiſſam* appellat Chrysologus Serm. 36. ut forsan dederit harum fabularum consarcinator, *Crioniſſa*. Dubitet tamen non nihil aliquis, & omnium optimè scribi putet *Crieniſſon*. Sic *Proconiſſos* est Sidon. Lib. II. epist. 2. quæ aliis *Proceneſos*. Non accedo. Placet præ omnibus *Crieniſſa*.

c *Ipse autem*] Deest *se*. Lege, *se ipse*, vel *ipse se*, ut placet Scheffero.

d *Chrysomallus*] Schol. Pindari: Φυξίῳ γὰρ Διῒ τὸ δίεγε ἀνίεμεσον. ἴνιοι δέ φασιν ὑπὸ Ἥρας φερέξε ἀναπεπταμένε τοῦ Ἄρεως τὸ Ἥρ Χρυσομάλλε κριὸς δίεγε.

e *Habuit positam*] H. e. dedicatam. Julius Obseq. Prodig. cap. 26. *Sacrificatum tum a Romanis, donaque in templo posita.* Vide quæ notavi ad illa cap. 3. *Pellem ejus inauratam in templo Martis posuit.*

Ad CAP. CLXXXIX.

a *Pandionis filia*] Servio ad Æn. VI. 445. est *Iphidis* filia. Nostro cap. 253. *Erechthei.* Quod rectum est. Vide Anton. Liberal. cap. 41. Tzetz. Chil. I. 20. Apollod. Lib. III. Ovid. VII. Met. 668. Schol. Hom. ad Odyss. Λ. 320.

b *Deionis filius*] Infra cap. 270. *Pandionis* filius dicitur, quod corruptum esse

nerentur, alter alteri fidem dederunt, ne quis cum alio concumberet. Cephalus autem cum studio venandi teneretur, & matutino tempore in montem exisset, [c] Aurora Tithoni conjunx eum adamavit, petitque ab eo concubitum, cui Cephalus negavit, quod Procri fidem dederat. Tunc Aurora ait: Nolo ut fallas fidem, nisi illa prior fefellerit. Itaque commutat eum [d] in hospitis figuram, atque dat munera speciosa, quæ Procri deferret. Quo cum Cephalus venisset, immutata specie, munera Procri dedit, & cum ea concubuit. tunc ei Aurora speciem hospitis abstulit. Quæ cum Cephalum vidisset, sensit se ab Aurora deceptam, & inde profugit in Cretam insulam, ubi Diana venabatur. Quam cum Diana conspexisset, ait ei: Mecum virgines venantur, tu virgo non es, [e] recede de hoc * tu. cui Procris indicat casus suos, & se ab Aurora deceptam. Diana misericordia tacta, dat ei jaculum, quod nemo evitare posset: & canem Lælapem, quem nulla fera effugere posset: & jubet eam ire, & cum Cephalo [f] concedere. Ea capillis demptis, juvenili habitu Dianæ voluntate ad Cephalum venit, eumque provocavit: quem in venatione superavit. Cephalus, ut vidit tantam potentiam canis atque jaculi esse, petit ab hospite, non æstimans conjugem suam esse, ut sibi jaculum & canem venderet. illa negare cœpit. regni quoque partem pollicetur: illa negat. Sed si utique, ait, perstas id possidere, [g] da mihi id, quod pueri solent dare. Ille amore jaculi & canis

esse ex *Deionis* rectè censet Nob. Heinsius ad Ovid. Met. p. 187. Cl. Schefferus ex Pausaniâ reponit *Deionei*. Nihil opus erat. Idem enim Δηΐων, qui Δηϊονεύς. Utroque vocabulo hunc hominem appellat Apollodorus. Δηΐων enim audit Lib. 1. quem Lib. II. Δηϊονέα vocat. Κέφαλος Δηΐονος est etiam Anton. Liberali cap. 41. Callim. Hymn. in Dian. vers. 209. Καὶ Κεφάλε ξανθῷ ἅλοχον Δηϊονίδαο. Schol. ἦγεν τὴν Πρόκριν. leg. Πρόκριν.

c *Aurora*] De illâ Apollod. Lib. 1. Ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν Ἀφροδίτη συνεχῶς ἐρᾷν, ὅτι Ἄρει συνεύδει.

d *In hospitis figuram*] Ovid. VII. Met. 723. *Immutatque meam (videor sensisse) figuram.*

e *Recede de hoc * tu*] Micyllus volebat, *de hoc cœtu*. Nihil puto esse verius, quanquam Cl. Schefferus mallet *recede hoc tu*, pro *ab hoc loco*. Ovid. in fabula Callistonis Lib. II. Met. 465. *Deque suo jussit secedere cœtu.* Contrarium est *recipere in cœtum* apud Phædrum Præfat. Lib. III.

f *Concedere*] Micyllus in margine, & in erratis Commelinus, *contendere*. Quod omnino probandum.

g *Da mihi quod pueri solent dare*] Astron. II. 15. *Mercedem petiisse ab eo, quæ sine detrimento ejus daretur. Pueri-*

canis incensus, promisit se daturum. qui cum in thalamos venissent, [h] Procris tunicam levavit, & ostendit se fœminam esse, & conjugem illius: cum qua Cephalus, muneribus acceptis, redit in gratiam. Nihilominus illa timens Auroram, matutino tempore secuta eum, [i] ut observaret, atque inter virgulta delituit. quæ virgulta cum Cephalus moveri vidit, [k] jaculum inevitabile misit, & Procrin [l] conjugem suam interfecit. ex qua Cephalus habuit filium [m] Archium, ex quo nascitur Laertes, Ulyssis pater.

CXC. *Theo-*

le corollarium, postquam illa multa tam jocosa facta essent, ad postremum quoque pro liberalitate suâ dedisse sibi Photidem gloriatur Apuleius. Martialis IX. 69. *Illud puerile popposci.* Anton. Lib. 41. Ἐπὶ αὐτῇ τὸ ὤρεξε ἐθελήσαι τὸ ἑαυτῆς χαρίσασθαι.

h *Procris tunicam levavit*] Ita infr. cap. 274. *Quibus Agnodice tunicam allevavit, & ostendit se fœminam esse.* Petron. *Hæc locutus sustuli tunicam Eumolpoque me totum approbavi.* Asconius Argum. Orat. pro Milon. *Et ille sine mora tunicam levaverat.* Tertull. Spect. 21. *Qui in publico necessitate vesicæ vix tunicam levet.* Ἀναύρασθαι τὴν ἀναζωλὴν dixit Dionysius Halicarnasseus. Ἀναύρασθαι πέπλους Orpheus apud Euseb. Præp. Lib. II. pag. 42. Ἀναύρασθαι τὰς μήτρας Tzetzes in Lycophron. pag. 202. *Reducere vestem* Auson. epist. 4. Confer Casaub. not. ad Hipparchiam Laert. p. 88.

i *Ut observaret*] Intellige de observatione insidiosa, quam *observantiam* nominat Astron. II. 42. Ter. Andr. I. 1. *Observes filium quid agat.* Quæ verba opportunè quoque adducit Servius ad IV. Georg. 212. ut probet *observare* interdum idem esse, quod *callidè advertere.* Donatus: *Observatio in duabus rebus est, in obsequio & speculando.* Martial. Lib. VII. 51. *Num quid Nympharum notos observat amores?* Ovid. II. Met. 544. *Dum vel casta fuit vel inobservata.* Ita *servare* Plautus accipit Asin. IV. 1. *Tuus servus servet, Veneri eas det, an viro. Custodire* apud Quintil. Decl. V. *Tu custodies utrum frequentius osculer.* & XVIII. *Hujus suspiria oculosque custodi.* Nec aliter τηρεῖν Græci interdum. Consule Gatak. de stylo Novi Instrum. cap. 17. Eleganter Theano epist. ad Nicostr. Γαμετὴς ἀρετή ἐστιν οὐχ ἡ παρατήρησις τῶν δρῶν, ἀλλ' ἡ συμφερομένη. Nobilis est locus Gen. III. 15. Αὐτός σε τηρήσῃ κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν. Corrigit Isaacus Vossius, vir undequaque doctissimus, τρώσῃ & τρώσεις. Chr. Schotanus præceptor quondam meus τειρήσεις, à τειρέω per μεταπλασμὸν pro τείρω, *vexo, contero.* Non putem posterius membrum ullâ indigere ἐπανορθώσει. Vetus sanè interpres jam olim legit τηρήσεις, cum vertat, *Tu insidiaberis calcaneo ejus.* Psalm. LVI. 6. Τῶν πτέρναν μου φυλάξωσι. Insidiosè scilicet, ut Psalm. LXXI. 10. Φυλάσσοντες τὴν ψυχήν μου. Confer Donat. ad Prolog. Adelph. Hesiod. Ἔργ. α. Οἵη φυλάσσοιτ' ἐν δίκης ἕδρῃσι θέμιν ἰδυῖα.

k *Jaculum inevitabile*] Quod proverbio præbuit originem, Πρόκελος ἀκόντια. Vide Eustath. ad Odyss. p. 440. A Minoe jaculum hoc & canem accepisse narrant Anton. Liberal. cap. 41. & Eratosthenes Κατ. cap. 33. Περὶ τούτου, inquit hic, ἱστορεῖται, ὅτι ἐστὶν ὁ δοθεὶς Εὐρώπῃ φύλαξ μὲν ἡ δρακοντόμορφος, (leg. ἀκοντόμορφος) ἀμφότερα δὲ ταῦτα Μίνως ἔλαβε. καὶ ὕστερον ὑπὸ Πρόκελος ὑγιαθεὶς ἐκ νόσου ἐδωρήσατο αὐτῷ.

l *Conjugem suam interfecit*] Non dissimile fuit fatum Leuconæ, quæ à maritis canibus lacerata periit. Parthen. cap. 10.

m *Archium*] *Arcesium* rectè corrigit Micyllus ex Hom. & Ovidio. Adjunge-

re

CXC. *Theonoe.*

[a]THESTOR mantis habuit Calchantem filium, & Leucippen filiam, & Theonoen, quam ludentem [b]à mari piratæ rapuerunt, & detulerunt in Cariam, quam rex Icarus sibi in concubinatum emit. Thestor autem, filia amissa, inquisitum profectus est, qui naufragio in terram Cariam venit, & in vincula est conjectus ibi, ubi & Theonoe morabatur. Leucippe autem patre & sorore amissis, [c]Delphos petit, an eorum foret investigatio. Tum Apollo respondit: [d]Pro meo sacerdote per terras vade, & eos reperies. Leucippe sorte audita capillos totondit, atque pro juvene sacerdote circum terras exit investigatum. Quæ cum in Cariam devenisset, & Theonoe eam vidisset, æstimans sacerdotem esse, in amorem ejus incidit, jubetque ad se perduci, ut cum eo concumberet. Illa autem, quia fœmina erat, negat id posse fieri. Theonoe irata, jubet sacerdotem includi in cubiculum, atque [e]aliquem ex ergastulo venire, qui sacerdotem interficeret. quem ad interficiendum mittitur senex Thestor, imprudens ad filiam suam, [f]* quam Theonoe non agnovit, datque ei gladium, & jubet eum sacerdotem interficere.

Qui

re illis potes Apollod. Lib. 1. Eustath. ad Hom. Odyss. p. 197. Vide porro notas ad cap. 173.

Ad CAP. CXC.

a *Thestor mantis*] Quos veteres illud *mantis* non agnoscere dicat Schefferus, ignoro. Certe Micyllus, qui princeps has fabulas publicavit, agnoscit. Cicero de Divin. *Divini sacerdotes, quos mantes vocant.*

b *A mari*] Volui antehac *ad mare*, & referre ad τὸ *ludentem*, non quod syntaxis illa, cujus exempla sexcenta apud alios reperire est, me offenderet, sed quod tautologiam quandam resipere videantur ista *à mari piratæ*. Piratas enim cum dicis *maritimos prædones*, ut eos appellat Arnob. Lib. VI. intelligis. Nunc dubito, cum videam Græcos πειρατὰς etiam ληϊστὰς quoslibet κακούργους & λῃστὰς appellare. Vide Hesych. in Πειρατάς. Οἱ ὁ apud Job. cap. XVI. 9. Βίλη πειρατῶν. Adde Hos. VI. 9. Gloss. Cyrill. Πειρατὴς, *prædo.*

c *Delphos petit*] Plenius loquitur cap. 67. *Delphos profectus est sciscitatum.* Quod postremum vocabulum non malè heic insereretur.

d *Pro meo sacerdote*] H. e. induta ejus personâ, ut rectè explicat Barthius Adv. x. 20. Sic cap. 24. *Ipsa ad Peliæ filias pro sacerdote Dianæ venit.*

e *Aliquem ex ergastulo*] Servum de ergastulo, ut loquitur Justinus Lib. 1. cap. 6.

f* *Quam Theonoe*] *Quem* conjecit Micyllus. Atque ita sententia esset, *quem patrem esse suum Theonoe non agnovit.* Cl. Schefferus retinet τὸ *quam*, & accipit de Leucippe.

Ad

Qui cum intrasset, & gladium teneret, Thestorem se vocitari dixit, duabus filiis Leucippe & Theonoe amissis: ad hoc exitium venisse, ut sibi scelus imperaretur. quod ille in se cum convertisset, & vellet ipsum se interficere, Leucippe audito patris nomine, gladium ei extorsit. Quæ ad reginam interficiendam ut veniret, patrem Thestorem in adjutorio vocavit. Theonoe patris nomine audito, indicat se filiam esse ejus. Icarus autem rex, agnitione facta, cum muneribus eum in patriam remisit.

CXCI. *Rex Midas.*

MIDAS [a] rex Mygdonius filius [b] Matris Deæ, [c] à Timolo * sum-

Ad CAP. CXCI.

a *Rex Mygdonius*] Cl. Schefferus, *Mygdoniæ*. Non opus est. Justin. Lib. v. 6. *Rex Cyprius*. 11. cap. 3. *Vexoris rex Ægyptius*. Nepos Iphicrate cap. 2. *Regi Ægyptio bellum inferre*. Hannib. cap. 10. *Pergamenus rex Eumenes*. Jul. Firmicus in de E. P. R. *Felius scilicet regis Cretici*. Vellejus 11. 18. & Solin. cap. 7. *Rex Ponticus*. Isidorus Orig. Lib. IX. cap. 2. *Iason Peliaci regis frater*. Puto legendum, *Iolciaci*, vel *Peliæ Iolci*. Sed errat Isidorus. Pelias enim non frater, sed patruus erat Iasonis.

b *Matris Deæ*] *Matris Deûm* vel *matris Idææ* legendum. Quorum posterius Scheffero probatur, cui nos libenter accedimus. Epit. Liv. Lib. 29. *Si mater Idæa deportata Romam esset*. Minucius Felix: *Testis mater Idæa*. Juvenal. Sat. XI. 192. *Idæum soleunne colunt*. Schol. *De Ida matre Deûm*. Lege *Idæa*. Lactant. Lib. 11. cap. 7. *Cum ex libris Sibyllinis Idæa mater esset accita*. Atque ita mater Deûm non Latinis tantum, sed & Græcis cognominatur. Vide Apollon. Lib. 11. 1127. Eurip. Orest. 1456. & ibi scholia. unde intelliges in Etym. magno esse scribendum. Ἀΐλαια, ἡ Ρέα pro Ἀντία. Vide & Hesych. in Ἀΐλαια. *Idæa Ops* est Tibullo Lib. 1. eleg. 4. *Deorum mater Idæa* Cypriano Tract. IV. *Alma parens Idæa Deûm*. Virg. Æn. X. 252. Nimirum eadem est, quæ terra, quam Cybelen alias appellant. Noster cap. 274. *Midas Cybeles filius Phryx*. Absolutè *matrem* vocat Virg. Georg. IV. 64. *Tumultusque cie, & matris quate cymbala circum*. Κύβηλιν eam divam dixit Hipponax. Tzetzes ad Lycophron. p. 175. Ὁ Ἱππώναξ Κύβηλιν τὴν Ρέαν λέγει παρὰ τὸ ἐν Κυβέλλοις πόλει Φρυγίας τραφῆναι. ἔστω δὲ καὶ πίλεκυν. Unde intelligis, quid Hesychius velit: Κυβηλὶς, μάχαιρα. ἀμείνων ὁ πίλεκυς, ᾧ τινὲς βέλη καταβάλλουσι. muta accentum & scribe Κύβηλις. Pollux Lib. v. cap. 13. Ὅσοι δὲ τυφώνιοι, καὶ Κύβηλον καλοῦσιν. leg. Κύβηλιν. Vid. Etymol. in Ἀγροικύβηλιν. Lactant. Argum. Lib. x. Met. fab. XI. *Deæ matri ex illo leones subjecti sunt*. Leg. *Idææ*.

c *A Timolo * sumptus*] Volui antehac *à Tmolo judex sumptus*, nempe ut de suo judicio judicaret. Nunc verius puto, *cum Tmolo judex sumtus*, vel potius *à Tmolo assumtus*. Quomodo vulgatam lectionem explicari posse Cl. Schefferus putat. quanquam hoc ista fabula ut ab aliis narratur, non habet. Tantummodo adfuisse in illo certamine volunt. Ovid. *Aderat nam forte canenti*. De *Timolo* dubito tamen, an quicquam sit mutandum. Quem enim Τμῶλον Hesych. *Tmolum* Met. XI. 155. vocat Ovid. *Timolus* appellatur ab eodem Lib. VI. 15. *Deseruere sui nymphæ vineta Timoli*. Imo & XI. vers. 86. *Sui vineta Timoli Pactolonque petit*. Plinius Lib. v. cap. 29. *In latere Tmoli montis, qui ante Timolus appellabatur*. Sed *Tymolus* potius scribendum. Τυμῶλος enim Græcis est.

d *A*

lo *sumptus eo tempore quo Apollo [d] cum Marsya vel Pane fistula certavit. quod cum Timolus victoriam Apollini daret, Midas dixit Marsyæ potius dandam. Tunc Apollo indignatus, Midæ dixit: Quale cor in judicando habuisti, tales & auriculas habebis. [e] quibus auditis, effecit ut asininas haberet aures. Eo tempore Liber pater cum exercitum in Indiam duceret, [f] Silenus aberravit. [g] quem Midas exceptum hospitio liberaliter accepit, [h] atque ducem dedit, qui eum in comitatum Liberi deduceret. At Midæ Liber pater ob beneficium, [i] deoptandi dedit potestatem, ut quicquid vellet peteret à se. Quo Midas petiit, ut quicquid tetigisset, aurum fieret. quod cum impetrasset, & in regiam venisset, quicquid tetigerat, aurum fiebat. Cum jam fame cruciaretur, petit à Libero, ut sibi [k] speciosum donum eriperet. Quem Liber jussit in flumine Pactolo se abluere. cujus corpus [l] aquam cum tetigisset, facta est colore aureo. Quod flumen nunc [l] Chrysorrhoas appellatur in Lydia.

CXCII. *Hyas.*

Atlas ex [a] Pleione sive Oceanitide duodecim filias ha-

d *A Marsya vel Pane*] Posterius verum esse docet nos Ovidius Lib. xi. fab. 4. Pan fistula, judice Tmolo, cum Apolline certavit: Marsyas autem tibiis, judicibus Musis, ut noster ipse retulit cap. 165. Sed Fulgentius Lib. iii. cap. 9. hoc posterius certamen sub Judice Midâ initum narrat, eumque tunc, quod Marsyæ victoriam adjudicaret, asininis auribus depravatum.

e *Quibus auditis*] Cl. Schefferus suspicatur scriptum fuisse, *quibus editis*, hoc est, *quibus dictis*.

f *Silenus aberravit*] Theopompus Silenum crapulâ madentem, & ex ea soporatum à Midæ regis pastoribus apprehensum refert apud Servium ad Ecl. vi. Narrat idem eandem fabulam ad Lib. x. vers. 142. & Conon cap. 1. apud Photium. Baccho Silenum aufugisse scribit Lactant. Argum. Lib. xi. Met. fab. 3. Respexit fabulam hanc Tertull. de Anim. cap. 2. *Silenum Phrygem, cui à pastoribus perducto ingentes aures suas Midas tradidit.*

g *Quem Midas exceptum*] Ita transposui vocabula, postulante id orationis contextu. Monuit in erratis Commelinus, & Barth. Adv. Lib. x. cap. 20.

h *Atque ducem dedit*] Cl. Schefferus, *Ducem ei dedit*. Ego vix audeo sollicitare ista. Vide not. ad cap. 77.

i *Deoptandi dedit potestatem*] Lactant. Argum. Lib. xi. fab. 3. *Optandi veniam dedit.*

k *Speciosum donum*] *Damnum.* Ovid. in hac fab. xi. Met. 133. *Sed miserere, precor, speciosoque eripe damno.*

l *Aquam cum*] Rectius *aqua*, ob sequentia. Heinsius.

m *Chrysorrhoas*] Vide Eustath. in Dionys. pag. 110. Mauss. in Plutarch. de Flum. p. 251.

Ad CAP. CXCII.

a *Pleione sive Oceanitide*] Notat in margine

habuit, & filium Hyantem: quem ab apro [b] vel leone occisum dum lugent sorores, ab eo luctu consumptæ sunt. Ex his quinque primæ inter sidera relatæ, locum habent inter cornua tauri, [c] Phæsyla, Ambrosia, Coronis, Eudora, [d] Polyxo, quæ à fratris nomine appellantur [e] Hyades, easdem Latine Suculas vocant: quidam ajunt in modum Y literæ positas, inde Hyadas dici. Nonnulli, quod, cum oriantur, pluvias efficiant. est autem Græce hyin pluere. Sunt qui existiment ideo has in sideribus esse, quod fuerint nutrices Liberi patris, quas Lycurgus ex insula [f] Naxo ediderat. Cæteræ sorores postea luctu consumptæ, [g] sidera facta sunt: & quia plures erant [h] Pleiades dictæ, nonnulli existimant ita nominatas, quia inter se conjunctæ, quod est plesion: [i] ideo autem confertæ sunt, ut vix numerentur: nec unquam ullius oculis certum est, [k] sex an septem existimentur. Earum nomi-

gine Micyllus: *Legendum fortassis ex Æthrâ Oceanitide. Ita enim Græcus auctor Timæus habet.* Probo cum Scheffero, si τὸ *Æthra* post τὸ *sive* inseratur. Habere hoc Micyllum, ut ne planè heic asymbolus sim, moneo ex Hom. Schol. ad Iliad. Σ. 486. Invenies eandem historiam apud Proclum in Hesiod. p. 97. ed. Heins. Confer Astron. II. cap. 21.

b *Vel leone*] Ab aspide occisum modo laudatus Timæus tradit.

c *Phæsyla*] Schefferus malle se *Phæola* ex Hesiodo ait. Atqui Hesiodo est Φαισύλη. Suspicor operas injuriam feciisse viro doctissimo. Corruptè Astron. II. 21. *Pedile* appellatur. Sed *Phæsyle* rectè correxit Soter, qui illa Astronomica edidit anno 1534. Coloniæ. Αἰσύλη est Scholiastæ & Eustath. ad Iliad. Σ. p. 1212.

d *Polyxo*] Rectè. Ea enim est Πολυξώ Hom. Scholiastæ. Malè scrib. in Astron. *Polisso*. Corrige *Polyxo* cum Sotere. Pro hac postrema & Ambrosia ab Hesiodo in libro Astrico recensentur Κλέεια & Φαιὼ apud Theonem ad Arat. pag. 133. quæ pro *Phileto* Hygin. in Astron. est restituenda cum Sotere. Longe illis alia nomina dat Schol. Theocrit. ad Eidyll. XIII. 25.

e *Hyades*] Unde id nominis habeant, non convenit inter veteres. Vide Astron. II. 21. Gellium XIII. 9. Schol. Hom. & Eustath. loco modo laudato. Servium ad I. Georg. 138. & Æn. I. 748. Etym. in Τ'άδες. Tzetz. in Hesiod. Ἔργ. β. pag. 128. ed. Heins. Theon. in Aratum pag. 25. ed. Londin.

f *Naxo ediderat*] Barth. *edicto ejecerat*. Ego cogitaveram *excegerat*. Schefferus retinet τὸ *ediderat*, & explicat *ejecerat*. Sane *edere* pro relegare potuit usurpasse, ut *dare* pro ablegare Fulg. III. 7.

g *Sidera facta sunt*] *Factæ sunt* Nob. Heinsius.

h *Pleiades*] Consule Etym. Auct. Hyg. Astron. II. 21. Homer. Schol. loco prædicto. Eustath. ad Odyss. P. 475. ed. Basil. Hesiod. Schol. ad Ἔργ. β. p. 92. & 96. ed. Heins. Virgil. Schol. Serv. ad Æn. I. 748. ubi corruptè eas *Priadas* & *Prionis* filias dici animadvertes. Gloss. Philox. *Virgiliæ*, Πλειάδες. Malim *Vergiliæ*. Adde Isidor. Orig. Lib. III. cap. 70.

i *Ideo autem*] Barthius, *adeo autem*. Quod probo.

k *Sex an septem existimentur*] Sex enim tantum conspiciuntur. Schol. Pind. in Nem. B. Αἱ γὰρ Πλειάδες ἑπτὰ

mina hæc sunt. Electra, Alcyone, Celæno, Merope, [l]Sterope, Taygeta & Maja: ex quibus Electram negant apparere, [m]propter Dardanum amissum, Trojamque sibi ereptam. alii existimant [n]Meropen conspicere erubescere, quia mortalem virum acceperit, cum cæteræ deos haberent. ob eamque rem [o]de choro sororum expulsa, mœrens [p]crinem solutum gerit, quæ [q]cometes appellatur:

τῷ ἰσρείαν ἄστρον ἐστὶν ἐξ ἑπτὰ ἀστέρων συγκείμενον, κ᾽ ἡ τῷ ὄψει ἐξ. Confer Ovid. IV. Fast. 169. Quod sex tantum conspiciantur, inde & κοινὰς ἐξαστέρους λέγει), ut narrat Tzetzes in Hesiod. p. 94.

l *Sterope*] Apud Pind. Schol. in Nem. B. quidam Ἀστεροπὼ eam appellat, quæ Arato, Apollodoro, Eratosthenì, Scholiastæ Homeri, Servio, aliisque est *Sterope*. Sed *Asteropen* vocat etiam German. Scholiast. Pleiadibus: *Cum Marte*, inquit, *Asterope, ex qua Oenomaus*. Accedit illi Diodorus Lib. III. pag. 194. Sterope ergo & Asterope eadem est.

m *Propter Dardanum amissum*] Qui ejus erat filius. Vid. cap. 155. Schol. Hom. Φησὶ ἡ Ἠλέκτραν ἐκ βακχοφύλου τοῦ Ἰλίᾳ πόρῃσιν θεάσασθαι, τὸ (leg. τῷ) κτίσμα εἶναι τῆ Δαρδάνου, καταλιπεῖν τὸν τόπον, ἵνδα κρήνησίσιν ἀνὰ ἡμὲν ἄστυ φοίτησιν ἑπτὰ γλυκιάδες ἔξ. Idem habes apud nostrum Astronomico, Ovid. IV. Fast. Quint. Calabr. Lib. XIII. Schol. Arat. p. 35. ed. Lond. Avien. Pleiadibus. Proclum in Hesiod. p. 97. ed. Heins. qui & ἀλώπεκα illam dictam narrat ibi τὸ ζυγόλωφον ἐδήσασαν. Vide locum. Servius ad I. Georg. 138. *Sunt autem septem, Taygete, Arcyone, Celænis* (leg. *Alcyone, Celæno*) *Sterope, Merope, Electra, quæ exciſum* (malim *occisum*) *filium dolens, lucere desiit.*

n *Meropen conspicere*] Barth. *conspici se erubescere* ex MS. quod probo. Schol. Arati pag. 134. Φησὶ φθέγγειν τὴν Ἠλέκτραν, ἐ μὴ ὑπομεῖναι ἰδεῖν τὸ Ἴλιον ἁλισκόμενον. leg. τὴν Ἴλιον. Diversas refert opiniones de obscurata illa stella. Electram illam esse quidam voluerunt, de qua jam vidimus; alii Meropen, de quâ Hellanicus apud Hom. Scholiast. Μερόπην δὲ Σισύφῳ φησὶν ὁ συγγενέσθαι, διὸ ἐ ἀμαυρὰν εἶναι. Adde nostrum Astron. II. 21. Eratosth. cap. 23. Καλας. Avienum & German. Schol. Pleiadibus. Corrigam in transitu Servium, apud quem ad I. Georg. 138. legitur vulgo: *Quidam Steropen volunt non apparere, quod sola è sororibus cum Sisypho mortali concubuit.* Leg. *Meropen*. Alii Meropen Hyperocho nupsisse tradiderunt, & ex eo genuisse Oenomaum, ut ad Lycophron. Tzetzes annotavit.

o *De choro sororum*] Ita loquitur, quia Pleiades existimantur choream ducere stellis, ut ait ipse Astron. II. 21. Vide Propert. Lib. III. el. 3. Horat. IV. Carm. od. 4. Adde Schol. Theocrit. ad Eid. XIII. 25. Sed non Pleiadibus tantum, sed & omnibus stellis choreas adscripsere. Apuleius libello de Socratis Dæmonio: *Radiantes Deos, quibus cœli chorum comptum & ornatum sudâ tempestate visimus.* Confer Schol. Hesiod. ad Θεογ. p. 256. ed. Heinsianæ. Lucian. de Saltat. Tom. I. p. 913. ed. Bened. Heraclid. Hom. Alleg. pag. 18. ed. Gesn. Tibull. II. el. I. Licentius ad Augustin. *Mundumque tonanti Dissernit canere & partiles agitare choreas.*

p *Crinem solutum gerit*] Alludere videtur ad morem Romanorum, quo constat in luctu fœminas solutis fuisse crinibus, ut apud antiquos Græcos tonsis. Virgil. Æn. I. 484. *Crinibus Iliades passis.* Ovid. XIII. Met. 584. *Sed crine soluto, Sicut erat, magni genibus procumbere non est* &c. Justinus de Arsinoe Lib. XXIV. 3. *Scissa veste, & crinibus sparsis.* Senec. Troad. vers. 84. *Per colla fluant Mœsta capilli tepido Trojæ Pulvere crines.* Hygin. II. Astron. *Lamentantem crine sparso videri.* Similia legas apud German. Schol. & quem non veterum? Consule Plutarch. Quæst. Rom. cap. 14. Schol. Hom. ad Iliad. ψ. 135.

q *Cometes*] *Stella comans* Ovidio, Plinio *sidus crinitum.*

r *Lon-*

tur: sive [r] longodes, quia in longitudinem producitur: sive [s] xiphax, quia gladii mucronis effigiem producit. ea autem stella [t] luctum portendit.

CXCIII. *Harpalicus.*

HARPALICUS rex [a] Amymneorum Thrax, cum haberet filiam Harpalicen, amissa matre ejus, vaccarum equarumque eam uberibus nutrivit, & crescentem armis exercuit, [b] habiturus successorem regni sui. Postmodum nec spes paternas puella decepit. nam [c] tantum bellatrix evasit, ut etiam saluti fuerit parenti. Nam revertens à Troja Neoptolemus, cum expugnaret Harpalicum, gravique eum vulnere affecisset, illa periturum patrem impetu facto conservavit, fugavitque hostem. Sed postea Harpalicus per seditionem civium interfectus est. Harpalice graviter tum ferens patris mortem, contulit se in sylvas: ibique vastando jumentorum stabula, tandem concursu pastorum interiit.

CXCIV. *Arion.*

r *Longodes*] Quasi ex *longus* esset factum, ut *Longinum* ex lanceario fecerunt, qui tam prodigiosè vitas Sanctorum exposuerunt. Vide Eugesippum. Volui antehac *lonchodes* cum Micyllo. Nunc probem magis *lonchotos* Schefferi. Λογχωτὸς est longus instar hastæ ex Gr. λόγχη. Tertull. Coron. Mil. cap. xi. *Requiescens super lonche, qua perfossum est Christi latus.* Nisi mavis *lonchitis*; quanquam istud de herba usurpatur ab Apuleio. Puto eam significari, quæ alias *bolis* dicitur. Gloss. Isidor. *Butis, stella cometes.* Lego, *bolis. Bolis* enim lancea Numer. cap. 33. vers. 55. U & O confundi in Glossis & MSS. libris notissimum est. Gloss. Steph. *Abdumen*, ὑπογάστριον. leg. *Abdomen.* Non dissimiles huic sunt stellæ illæ, quas δοκίδας Græci, *trabes* Seneca vocat, de quibus Aristoteles & Apuleius in de mundo μεταμετεία.

s *Xiphax*] *Xiphias* Scheff. ex Plin. Lib. II. 25. Ξιφηφόρος est Theoni. A Servio ad Æn. x. 272. Ξιφίας appellatur. Perperam. Scrib. Ξιφίας.

t *Luctum portendit*] Vetus est senarius. Οὐδεὶς κομήτης, ἐστὶ δ' ἀχαὶν φάσμ. Tibullus II. 15. *Hæ fore dixerunt belli mala signa cometen.* Adde Isidor. Orig. III. cap. 70. Claud. R. P. I. 232.

Ad CAP. CXCIII.

a *Amymneorum*] Ita etiam infr. cap. 252. An legendum *Amymoniorum?* Servius ad Æn. I. 321. *Quidam à patre Arpalico, qui rex Amymoniorum Thraciæ gentis fuit, ita nutritam dicunt.*

b *Habiturus successorem regni*] Charis. Lib. I. *Successor cum masculino genere proferatur, Cor. Severus etiam fœmininum extulit. Ignea nam cœlo ducebat sidera Phœbe Fraternis successor equis.* Ita *auctor* fœminino genere extulit Ovid. IV. Fastor. VII. Met. 157. VIII. 108. X. 673. Justin. VII. 1. Virgil. Æn. XII. 159. Ad quem locum consulendus Servius, & Vossius Anal. Lib. I. 27. Adde Scalig. ad Festum in *Auctor.* Ovidius: *Sponsor conjugii stat Dea picta sui.*

c *Tantum bellatrix*] Suspicatur Cl. Schefferus scriptum fuisse, *in tantum.* Certè præpositio illa non malè adderetur. Solin. cap. 14. *In tantum literarum amator extitit.*

Ad

CXCIV. *Arion.*

ARION [a] Methymnæus, cum esset arte citharæ potens, rex [b] Pyranthus Corinthius eum dilexit: qui cum à rege petiisset, [c] per civitatem artem suam illustrare, & [d] magnum patrimonium acquisisset, consenserunt famuli cum nautis, ut eum interficerent. cui Apollo in quietem venit, eique dixit, ut [e] ornatu suo & corona decantaret, & eis se traderet, qui ei præsidio venissent. quem cum famuli & nautæ vellent interficere, [f] petit ab eis, ut ante decantaret. cum autem citharæ sonus & vox ejus audiretur, delphini [g] circa navem venerunt. quibus ille visis,

Ad CAP. CXCIV.

a *Methymnæus*] Probus ad 11. Georg. vers. 90. *Lesbos est insula Asiæ in sinu Ægæo, conspicua Troadi & Thraciæ, à Lesbe filio Macharis appellata, in qua oppidum, quod appellatur Methymna, ex quâ Arion Citharœdus.* Adde Eustath. in Hom. Odyss. γ. p. 120. Fuit Cyclonis filius, ut tradit Ælian. Animal. XIII. 45. Cæterum Insula Lesbus dicta est ita à Lesbo Lapithæ filio. Urbs autem in eâ Methymna nomen accepit à Methymnâ Macarei filia, ut Diodorus narrat Lib. v. p. 347. In Probo pro *Macharis* scribendum *Macaris*. Vide Steph. in Ἀ*ρίοφη*. Alii à Lesbo urbe dictam insulam volunt.

b *Pyranthus*] Periander est Herodoto Lib. 1. Lucian. Dialog. Marin. Gellio XVI. 19. Tzetzæ Ch. 1. 17. Servio ad Ecl. VIII. Quamobrem persuasissimum mihi est illud *Piranthus* natum ex *Periandrus*, quod invenies infr. cap. 221. apud Sidon. Carm. 23. & German. Scholiast. Leone; ad quam formam *Euandrus*, *Thessandrus*, *Maeandrus* dicta sunt in hoc scriptore, & *Aristandrus* apud Varronem, aliaque apud alios, de quibus egimus in dissertatione nostra. Dices Piranthum etiam vocari Germanici Scholiastæ Fab. Orionis. At ille totam hanc fabulam tantum non ad verbum ex Hygino transcripsit, vel certe Hyginus ex ipso. Verum prius existimo verius. Etiam Orionem pessimè vocat ille Schollographus, qui aliis omnibus est Arion.

c *Per civitatem artem suam illustrare*] Corruptum eum locum censeo. Servius ad Ecl. VIII. *Cum à Periandro rege petiisset, ut sibi liceret peragrare alias civitates.* Schol. German. *Ut civitatem arte suâ illustraret.* Putes scripsisse Hyginum: *Cum à rege petiisset civitatem per artem suam illustrare.* Agnoscis Græcam syntaxin, qua non uno loco hic utitur scriptor. Quanquam historiam, ut cum ab aliis, tum ab Anonymo in Arione diligenter exposita est, si consideres, malis forsan: *Ut per civitates alias artem suam illustraret.*

d *Magnum patrimonium*] Justinus Lib. XIV. 3. *Neque fugam se tentaturos dicunt post damna patrimoniorum.* h. e. præmiorum, quæ longâ militia quæsiverant. Ita optime eum locum emendat & explicat Celeb. Grævius. Servius: *Permissu ejus per multa oppida, collectis beneficio cantilenæ opibus, Corinthum petere cœpit.* Lege, *repetere.* Ovid. II. Fast. 195. *Inde domum repetens puppim conscendit Arion.* Forte tamen *petere* pro *repetere* posuit, ut *venire* pro *redire* noster cap. 157. Vide ibi not.

e *Ornatu suo*] Citharœdico scilicet, quem depingit Ovid. II. Met. 165. II. Fastorum 105. ubi hanc fabulam exequitur.

f *Petit*] German. Schol. *petiit*.

g *Circa navem*] Schol. *Circum navem.* Quod idem est. Vide notas ad cap. 106.

sis, se præcipitavit. qui eum sublatum attulerunt [h] Corinthum ad regem Pyranthum. Qui cum ad terram exisset, cupidus viæ, delphinum in mare non [i] propulit, qui ibi exanimatus est. Qui cum casus suos Pyrantho narrasset, jussit Pyranthus delphinum sepeliri, & ei monimentum fieri. Post paucum tempus nunciatur Pyrantho, navem Corinthum delatam tempestate, in qua Arion vectatus fuerat. Quos cum perduci ad se imperasset, & de Arione inquireret, dixerunt eum obisse, & eum [k] sepulturæ tradidisse. Quibus rex respondit, Crastino die ad delphini monimentum jurabitis. Ob id factum eos custodiri imperavit, atque Arionem jussit ita ornatum, quomodo se præcipitaverat, in monimento delphini mane delitescere. Cum autem rex eos adduxisset, jussissetque eos per delphini manes jurare Arionem obisse, Arion de monimento prodit. Quod illi stupentes, qua divinitate servatus esset, obmutuerunt. quos rex jussit ad delphini momimentum [l] crucifigi. Apollo autem propter artem citharæ [m] Arionem & Delphinum in astris posuit.

CXCV. *Orion.*

Jovis, Neptunus, Mercurius [a] in Thraciam [b] ad

h *Corinthum ad regem*] Tænarum eum transvexit Delphinus; unde cum descendisset, Corinthum eodem, quo cantaverat, habitu perrexit. Vide Servium, & nostrum Astron. II. 17. Habes de hac fabulâ non inelegantia epigrammata Anthol. Lib. I. Sect. 4.

i *Propulit*] Schefferus edidit, *protulit*. Commeliniana, inquit, *propulit*, quod non debuit: immo debuit, quia in Micylli editione inveniebat.

k *Sepulturæ tradidisse*] Cl. Schefferus putat scribendum *tradidisse se*. Non valde necesse est.

l *Crucifigi*] Schol. *Regis imperio crucifixi sunt. Crucifigere* apud melioris notæ scriptores vix invenias. *In crucem agere* dixit Sallust. Jug. 14. *In crucem figere* Justin. XXI. 4. Gloss. Philox. *Cruciat*, σταυροῖ. Servius: *Quos cum Rex de Arione requisisset, illi eum mortuum mentirentur, produci Arionem jussit* * *adfigi*. Suppleo, *& insidiatores cruci adfigi.*

m *Arionem & Delphinum*] Schol. German. *Dein Jovis miseratione dicitur Orion cum Delphino inter astra positus.* Servius: *Apollo tam Delphinum, quam Citharam inter sidera collocavit.* Hoc convenit cum emendatione Cl. Schefferi: *Propter artem citharæ Citharam Arionis & Delphinum.* Facit tamen Scholiastes ille, ut nihil mutare audeam. Notavit & Grotius in notis ad imagines Arateas Oriona aliis Ariona appellari. Sed perperam, judice Meursio, Lacon. IV. cap. XI. cujus judicio nos libenter subscribimus. Cæterum ut fuere qui tam Ariadnen, quam ejus coronam στεφάνωσιν; ita forte olim nonnulli Arionem unà cum citharâ sideribus intulerunt.

Ad CAP. CXCV.

a *In Thraciam*] Atqui ille habitabat Tanagræin in Bœotiâ. Vide Anton. Liberal. cap. 25. Palæph. cap. 8. Hom.

Scho-

[b] ad Byrſeum regem in hoſpitium venerunt: qui ab eo cum liberaliter eſſent excepti, optionem ei dederunt, ſi quid peteret. Ille liberos optavit. Mercurius de tauro, [c] quem Hercules Ypſeo ei immolarat, corium protulit. Illi in eum [d] urinam fecerunt, & in terram obruerunt, unde natus eſt [e] Orion. Qui cum Dianam vellet violare, [f] ab ea eſt

Scholiaſt. ad Iliad. Σ. 488. Euſtath. ad Iliad. P. 200. Ariſtonicus tamen apud noſtrum Aſtron. II. 24. Thebis eum, Pindarus in inſulaChio vixiſſe produnt. Nimirum ex Bœotiâ Chium venit, ut inſulam à feris beſtiis repurgaret, ut ſcribit Theo ad Aratum pag. 81. ed. Lond. Tzetzes in Lycophron. pag. 61. Ποιμανδρία πόλις Βοιωτίας, ἡ ☾ Ταναγρία καλουμένη.

b *Ad Byrſeum*] Quos modo laudavi auctores, ut & Ovid. v. Faſt. 535. Eratoſthenes Κάλλ. cap. 23. *Hyrieum* appellant, quod vocabulum etiam heic Hygino eſſe reſtituendum pridem monuit Nob. Heinſius ad Ovid. *Hyreum* quoque notari in margine curaverat Micyllus. Reſtituendum idem Scholiaſt. German. Orione, ubi *Muſeus*, & Pleiadibus, ubi *Herus* vel *Hercus* appellatur. *Orion* eſt Servio ad Æn. I. 539. *Oenopion* ad Lib. x. 763. Corruptè utrobique. De Oenopione vide noſtrum II. Aſtron. 34. Parthen. Erot. cap. 20. qui & ipſe *Hyrieum* ibi appellat, ut & ad Lycophronem Iſacius.

c *Quem Hercules Ypſeo*] Lego, *quem Hyricus ipſis*. Ovid. v. Faſtor. 515. *Ut rediit animus, cultorem pauperis agri Immolat, & magno torret in igne bovem.* Servius: *Intra corium oblati ſibi bovis urinâ facta.* Scholiaſt. Hom. Λαβόντες ἱερεῖον ἀπὸ τῶν βοῶν βύρσαν. Eadem habentur apud Palæphatum, unde totam illam fabulam tranſcripſit Scholiaſtes. Narrat eodem modo hanc fabulam German. Scholiaſtes, ut & Lactantius ad Stat. III. Theb. 27. in cujus MS. pro *Oenopionem* haberi *Orionem* notat Tiliobroga. Quod mutandum procul dubio in *Hyrieum*. *Pelaſgum* idem nominat ad Lib. VII. 256. ubi legas, *minxerunt numina in corium bovis, quem Pelaſgus Diis immolaverat.* Conſer noſtr. Aſtron. II. 34. Hæc ſcripſeram, cum incidi in Doct. Tollii notas ad Palæphatum, ubi ſummum Gronovium locum hunc ita conſtituere video: *Quem Hyricus ipſe eis.* Optimè. Schol. Stat. *Ut tauri corium, quem eis immolaverat, terræ infoderet.* Atque ita planè etiam in margine libri ſui emendaverat Nob. Heinſius. Gaudeo tam propè à vera lectione abfuiſſe meam conjecturam. Scriverius in libro Goeſiano correxerat, *Hyricus ei immolaverat.* Multus eſt in hac fabulâ illuſtrandâ Leopardus Emend. Lib. XIII. 22.

d *Urinam fecerunt*] *Facere* eſt excernere. Ita *ſanguinem facere*, *ventrem facere* dixiſſe Plinium Valer. Lib. II. obſervat Barthius. Addo illis locum Scholiaſtæ Juvenal. ad Sat. VI. 308. *Apud pudicitiam concumbunt, & urinam faciunt.*

e *Orion*] Ovidius. *Quem Hyricus, quia ſic genitus, vocat Oriona: Perdidit antiquum littera prima ſonum.* Noſter Aſtron. II. 34. *Quem Hyreus è facto Uriona nomine appellavit; ſed vetuſtate & conſuetudine factum, ut Orion vocaretur.* Etiam ἀπ' Παλαιφάτου prius fuit *Urion* dictus, ἴσως καὶ διὰ μεσοῦ Ὠρίων. Servium nunc audiamus: *Cui nomen ab urina impoſitum, ut Οὖρίων diceretur, quod Dorica lingua mutatum eſt, ut u dipthongus in o verteretur.* Iſidorus Orig. Lib. III. 70. *Dictus Orion ab urinâ, id eſt, inundatione aquarum. Tempore enim hyemis obortus mare & terras aquis & tempeſtatibus turbat.* Lactantius ad Stat. VII. 257. Thebaid. *Ex urinâ nomen accepit.* Οὖρον enim Græcè *urina dicitur.* Cæterum ſecundum Heſiodum ex *Brylle* Minois & Neptuno natus Orion, ut ad Arat. p. 140. Ed. Valder. notavit Theo. Sed corruptum eum locum puto, & legendum. *Euryale* ex Hygin. Aſtron. II. 34. & Μεσσήνη ex eodem.

f *Ab ea*] Ab ſcorpione, quem prodire è terrâ ipſa fecerat, periiſſe Palæphatus, & Homeri, Germanici, Ara-

est interfectus. Postea ab Jove in stellarum numerum est relatus, quam stellam Orionem vocant.

CXCVI. *Pan.*

DII in Ægypto cum Typhonis immanitatem metuerent, Pan [a] jussit eos ut in feras bestias se converterent, quo facilius eum deciperent, quem Jovis postea fulmine interfecit. Pan deorum voluntate, quod ejus monitu vim Typhonis evitarant, in astrorum numerum relatus: & quod se

ti, ac Statii Scholiastæ tradunt. Confer nostrum Astron. II. 26. & 34. Cum Hygino facit Horatius Lib. III. od. 4. Schol. *Orion venator fuit, qui stuprare conatus Dianam, ejus sagittis occisus est.*

Ad CAP. CXCVI.

a *Jussit eos, ut*] Apulejus Floridis: *Ægrum jubet, ut bono animo sit.* Ausonius Ludo: *Rectè olim inceptum Delphicus jussit Deus, Quærentem quisnam primus sapientum foret, Ut in orbe tereti nomina eorum inscriberet.* Ita legit Scaliger Animad. Lib. II. cap. 2. Immerito ergo reprehendit Casaubonum Scioppius (cui nollem in de Constructione cap. 36. accessisset Vossius) quod scripserit, *jussit me rex ut tibi significarem.* Quintil. nepos Declam. I. *Quid imprecer homini, qui primus fecit, ut pietate juvaremur.* Corrigit vir summus, *pietatem juberemus.* Puto rectius esse, *pietatem juberemur.* Sequitur enim paulo inferius: *Quanquam & huic jubetur necessitati pietas vestra succurrere.* & Declam. III. *Ferres dicentem jussit me tribunus?* XVII. *Ne mihi animum perundi vel hoc faceret, quod putabam me juberi.* PseudoCyprian. de Sing. Cleric. *Qui ergo nos jussit, ut in sacris suis cum feminis triumphemus.* Martial. Lib. IX. 66. *Sed tu jussisses Euryslhea.* Quod frustra unicum hujus constructionis esse exemplum affirmat, & propterea το *Euryslhea* in *Eurysltheo* mutat vir magnus. Petron. Fragm. Trag. *Ædificas monumentum, quemadmodum te jussi?* Immerito etiam in scriptis Lipsii *ut quid*, pro *quamobrem.* Symm. Lib. III. 41. epist. *Ut quid multa?* Hieron. vitâ Hilarionis, *Ut quid intrarem in eum?* & Epitaph. Paulæ: *Exurge, ut quid dormis domine?* Augustin. C.D. VII. 22. *Ut quid illi adjuncta est & Venilia?* Cyprian. Tract. II. *Ut quid exponis justificationes tuas?* Martial. Lib. XI. 75. *Ut quid, ero, Non sit cum citharœdus aut choraules?* Ipsum Ciceronem eâ loquendi formulâ usum existimat Pareus, cum scripsit ad Atticum Lib. VIII. *De pugna, inquis, potius, quam ut servias. ut quid? Si victus eris, proscribare, si viceris, tamen servias.* Ut non nescio illum locum aliter posse explicari, ita persuasissimum habeo hellenismum resipere istam phrasin. Gloss. Steph. *Ut quid, ἵνα τί.* Jos. VII. 7. Ἵνα τί διεβίβασεν ὁ παῖς σε ὁ λαὸν τοῦτον ὁ Ἰορδάνην; Crebro ita cum sacri scriptores, tum & Plato. Imo nec ipse Virgilius hunc Græcismum refugit in Ciri: *Ut quid ego amens* &c. Vid. pag. 183. Potiori forsan jure in Vossii commentariis de Vitiis Sermonis culpat *mutuo sumere* pro *mutuari.* MS. tamen liber Biblioth. Leid. in Catil. Sallustii: *Pecuniam suâ aut aliorum fide mutuo sumptam.* Justin. Lib. XVII. 2. *Ab Antigono naves ad exercitum in Italiam deportandum mutuo petit.* Sed Justinus non satis idoneus auctor Latinitatis. Vapulet ergo Scioppius, quod ejus auctoritate contra Vossium ipse utatur. *Mutuo accipere pecuniam* dixit Schol. Juv. ad vers. 46. Sat. XI. Nisi alienum esset ab instituto nostro, complura possem proferre, in quibus nimis acrem instituit censuram ille Clarævallensis. Tanquam in illo Scaligeri, *aures erroribus personantur.* cum tamen Virgil. dixerit Æn. V. *Dum personat æquora conchâ.* Ovid. III. Trist. *Scythico circumsonor ore.* Et in isto Casauboni, *omnes* mer-

se [b] in capram eo tempore converterat, inde Ægocerus est dictus, quem nos Capricornum dicimus.

CXCVII. *Venus.*

In Euphratem flumen de cœlo ovum mira magnitudine cecidisse dicitur, [a] quem pisces ad ripam evolverunt: [b] super quod columbæ consederunt, [c] & excalfactum exclusisse Venerem, quæ postea dea Syria est appellata, [d] & justitia & probitate cum cæteros exsuperasset, [e] & ab Jove optio-

mortales omnium ævorum. cum apud Ovidium legamus III. Pont. *Nulli datus omnibus ævis. Attaminare* citius inventurum aliquem in semidocti alicujus Grammatici Glossario autumat, quam apud classicum auctorem. Justinus tamen ab eo non abhorruit. Lib. XXI. 3. nec illi, quos laudat Casaub. ad Capitolin. p. 432. Quibus addo Tertull. Coron. Mil. cap. ult. *Relinque Deorum suam inattaminatam.* Turpem & fœdam vocem putat *defœdus*, licet Cicero ipse dixerit ad Atticum IX. *Defœdam moram.*

b *In capram*] Narrant hanc fabulam inter alios Eratosthenes καταστ. cap. 27. Ampelius cap. 2. Sed corruptè pro *Typhone* exhibet *Pythonem.* Anton. Liberal. cap. 28. Theo ad Aratum pag. 156. ed. Valder. Noster Astron. II. 28. Cæterum ex hac deorum transformatione in bestias ortum earum cultum apud Ægyptios observat Eusebius Præp. Euang. p. 31. Ed. Steph. Addit Pignorius in Mensâ Isiaca cultos ab illis arietem, pisces, hircum, Apin, quod hujusmodi signa in cœlo primi observassent. Vide ipsum pag. 6.

Ad CAP. CXCVII.

a *Quem pisces*] Micyllus, *quod pisces.* Barthius ex MS. *cum id pisces.* Schefferus, *quum pisces.*

b *Super quod columbæ*] Barthius, *super columbæ quædam sederunt*, quod in MS. suo inveniret, *super columbæ quod consederunt.* Schefferus, *superque & columbæ consederunt.* Mallem, *superque id.*

c *Et excalfactum exclusisse*] Barth. & *excalfactum exclusit*, Schefferus totum locum ita constituit: *Cecidisse dicitur, quum pisces ad ripam evolverunt, superque & columbæ consederunt, excalfactum exclusisse Venerem.* Dilucidior erit sententia, si ita scribas: *Cecidisse dicitur, & quum pisces ad ripam evolverunt, superque id columbæ consederunt, excalfactum exclusisse* &c. Atqui non ab ovis pulli, sed avibus incubantibus excludi ab aliis dicuntur. An scripsit ergo? *Dicitur, quum pisces ad ripam evolverunt, superque id columbæ consederunt, & excalfacto eo exclusserunt Venerem.* Schol. German. Piscibus: *Quod volventes ejecerunt in terram, atque ita columbam insedisse, & post aliquot dies exclusisse eam Syriæ, quæ vocatur Venus.* Lege *Deam Syriam*, ut video jam ante nos emendasse Rutgers. Var. lect. Lib. III. Grotius legit, *Deam Syriæ.* ad Imag. Arat. pag. 12. Ampelius cap. 2. *Dicitur & in Euphrate fluvio ovum piscis in orâ fluminis columbæ assedisse* (leg. *insedisse*) *dies plurimos, & exclusisse Deam benignam & misericordem hominibus ad bonam vitam.* Lucis non parum huic fabulæ afferunt, quæ ad Lib. I. de Veritate Rel. Christ. annotavit Hugo Grotius.

d *Et justitia*] Barth. ex MS. *Hæc justitia.* Schefferus, *ea & justitia.* Quod non sapit Hygini stylum, qui non solet uti polysyndetis. Nisi satis placet Barthiana correctio, legere possis, *ea justitia* &c.

e *Et ab Jove*] Tò & delet Schefferus. Malim mutare in *ei.* Schol. German. *Regata à Jove, quod sibi optatum tribui postularet, illa ait, ut pisces, qui suam originem servassent, immortali præmio afficerentur.*

optione data, pisces, in astrorum numerum relati sunt: & ob id Syri pisces [f] & columbas ex deorum numero habent, non edunt.

CXCVIII. *Nisus.*

NISUS Martis filius, sive ut alii dicunt, [a] Deionis filius, rex Megarensium, in capite crinem purpureum habuisse dicitur. Cui responsum fuit, tam diu eum regnaturum, quam diu eum crinem custodisset. Quem Minos Jovis filius oppugnatum cum venisset, à Scylla Nisi filia, [b] Veneris impulsu, est amatus. quem ut victorem faceret, patri dormienti [c] fatalem crinem præcidit. Itaque Nisus victus à Minoe est. Cum autem Minos Cretam rediret, eum ex fide data rogavit, ut secum aveheret. Ille negavit Creten sanctissimam tantum scelus recepturam. illa se in mare præcipitavit, [d] ne persequeretur. Nisus autem

f *Et columbas ex Deorum numero*] Schefferus legit: *Columbas, quas ex Deorum numero.* Atque ita quoque hunc locum adducit Cl. Ouzelius ad Minutium Felic. p. 178. Malim tamen, *quos.* Nam & pisces Diis annumerant. Quanquam nihil opus est τὸ *quos* inserere, si *non* mutes in *nec.* Vide hac de re Clement. Protrept. pag. 25. edit. Morell. Astron. II. 41. Phornutum cap. περὶ τῶν Πίας. Diodor. Lib. II. pag. 92. Theon. ad Aratum pag. 131. Scalig. ad Manil. pag. 343. Owen. Theol. Mosaic. Lib. v. 8. Athenag. Legat. pro Christ. p. 33. Nonni de Re Cib. Lib. III. cap. 2.

Ad CAP. CXCVIII.

a *Deionis*] Meursius, ut notavit Cl. Schefferus, in Regno Attico corrigit, *Pandionis.* Etsi rationes ejus, quod liber ille ad manum mihi nunc non sit, examinare non possum, non dubito tamen, quin verè corrigat. Vide Strab. Lib. IX. pag. 454. edit. Xyl. Schol. Theocriti ad Eid. XII. 27. Eurip. ad Hippol. vers. 35. & 1200. Venerat eadem emendatio in mentem Lindenbrogio ad Catal. p. 292.

b *Veneris impulsu*] Virgil. non Venere, sed Junone iratâ, hoc Scyllæ accidisse scribit.

c *Fatalem crinem*] Χρυσῆν πλόκαμον appellant Lucianus & Euripidis Scholiastes. Lactantius Argum. Lib. VIII. Met. Ovid. *Crinem purpureum abscidit genitori dormienti, quo fata patriæ continebantur.* Noster cap. 242. *Nisus Martis filius, crine fatali amisso, ipse se interfecit.* Ovid. Lib. VIII. 85. *Fatali nata parentem Crine suum spoliat.* Similem historiam de Comæthone Pterelai filiâ habes apud Apollod. Lib. II. pag. 81. & Tzetzen in Lycophron. pag. 134.

d *Ne persequeretur*] Barthius πατῆναι accipit, ut apud Optatum: *Quem à nobis persequutum esse aut dicere possis, aut probare?* Et sic quoque German. Scholiast. Pleiad. *Quidam à sole persequutum arbitrantur.* Vincentius Lirinensis: *Quem tanto sacerdotum studio prosequutum videret.* Nimirum quod activa olim erant, quæ nunc deponentia sunt, hinc passivè ista sæpe usurpari etiam ab optimis videas. Sallust. Jug. cap. 31. *Quicquid sine sanguine civium ulcisci nequitur.* Cap. 25. *Ab iisdem illis regis fautoribus summâ ope enisum.* Omitto prudens sexcenta alia. Cl. Schefferus emendat, *ne pater persequeretur.* Quid si legas? *ut persequeretur.* videl. Minoem. Ovid. VIII. vers. 142. *Insilit undis. Consequiturque rates, faciente cupidine vires.*

tem dum filiam persequitur, [e] in avem halieton, id est, aquilam marinam conversus est, Scylla filia [f] in piscem, Cirim quem vocant. hodieque si quando ea avis eum piscem natantem conspexerit, mittit se in aquam, raptumque unguibus dilaniat.

CXCIX. *Scylla altera.*

SCYLLA [a] Cratetis fluminis filia, virgo formosissima

e *In avem halieton*] Scribe *haliæeton* vel *haliæeton*. Corruptius Lactantius in quibusdam editionibus: *Patre jam in avem transfigurato, quam Græci alicton dicunt. Aquilam piscarien* appellat Servius in Eclog. VI. Leg. *piscariam*, vel *piscatoriam* potius. *Avem* sanè *piscatoriam* vocat Lactant. Argum. Lib. VIII. fab. 1. Ovidius: *Et modo factus erat fulvis haliæetos alis.* Inter accipitres recensetur in epistola, quæ Symmacho & Theodotioni inscribitur. Scaliger ad Catal. pag. 83. *Haliæetus Virgilii est Falco noster.* At Falco accipiter magis, quam aquila videtur esse. Aquilam tamen facit Virgilius haliæetum. *Fecit & in terris haliæetus ales ut esset: Quippe aquilis semper gaudet Deus ille cornsens.* Schol. Homer. ad Iliad. pag. 674. Αἰετός. Οὔρεϊ δρεπτικὸς ἢ ὀξὺς ἐν τῷ ὄρει, ἢ ἁπλῶς. Φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ὡς ἴσασιν τὰς νεοττὰς πρὸς τὸν ἥλιον ἀναγκάζων βλέπειν, ἢ ὁ συνηθὴς ὁρᾶν, ἢ αἰετῷ ἐστιν υἱός. ὁ δὲ μὴ, ἐκβάλλῃ, ἢ γίγνεται ἁλιαιετός. Leg. ἁλιαιετῷ. & δισρεπτικὸς pro δρεπτικός. Id quod Scholiastes ille ipse vult, quem scripsisse deprehendo ad v. 638. Iliad. Π. Φερέδμων) δισρεπτικὸς, ὀξὺς, ἴμπετος. Confer Plin. Lib. X. cap. 3. & quæ dixi ad Lactant. Lib. VI. fab. 20. &c.

f *In piscem Cirim*] Avem eam Ovidius & Virgilius faciunt. Glossæ Stephani *Circum* appellant. *Circum*, ἱέραξ. ἐστι δὲ ὄρνεον μελανθείσης τῆς Σκύλλης τῆς νήσου Μεγαρέων. Vulcanius emendat: Τῆς Νίσου βασιλέως. Malim legi, Νίσου τῆς Μεγαρέως vel Μεγαρέων, ut subaudiatur βασιλέως, quemadmodum apud Ælian. ποικ. ἱστ. XIII. 18. Διευύσιος ὁ τῆς Σικελίας. Tzetzes in Lycophron. pag. 95. Μιξόπτερος, τῆς Σκύλλης, ἥτις καὶ ἐμὶ θυγάτηρ Νίσου τῆς Μεγάλου. Leg. Μεγαρέως. Sed Scaliger, ut deprehendi postmodum, ad Catal. p. 83. Τῆς Νίσου Μεγαρέως. Confundit interim Scyllas, quo nihil apud Mythologos & Poëtas frequentius. *Circus* est Græcanica vox. Κίρκοι enim ἱέρακοι Græcis. Etym. magnum accipitrem esse vult. Πέλεια, inquit, ἢ κίρκος εἶδος ἱέρακος. Illis, quæ pro Hygino adduxit Cl. Schefferus, addo illa ex Etymologicographo: Κίρκος ὁ ἰχθύς. ἐπειδὴ κυρίως ἐστὶ τῶν χερσαίων. Κέρκος ἢ, διὰ τοῦ ε φιλῶ. Κίρκος, εἶδος ἱέρακος. ὁμοίως ἢ λέγεται παρὰ Κυπρίοις Κίρκη ὁ Ἅιδωνις. Accedit huc, quod pisces captare solenne est haliæeto: qua de re videndus Plinius Lib. X. 3.

Ad CAP. CXCIX.

a *Cratetis fluminis*] Servio ad Ecl. VI. est *Cretheides nymphæ filia.* Ad Æn. autem III. 420. *Scylla Phorci & Cretidis Nymphæ filia fuit.* Scribo tum heic, tum apud Servium *Cratæidis*, vel *Cratæis*, ut inflexione Latinâ usus sit in vocabulo Græco: quod non esse insolens sequioris ævi scriptoribus alibi ostendimus. Quanquam vir illustris ad Catal. pag. 50. τὸ *Cretheidos* non sustinuit mutare: *Alii*, inquit, *Cratæin dicunt matrem Scyllæ, alii Persean, alii Lamiam, alii Cretheida, alii Ecaten.* Nisi de *Cretheide*, quæ ex τῆς *Cretæis* nata, verum est de cæteris. Non debebant ergo mutari ab illo versus illi: *Ipsi sen Lamiæ mater* &c. Schol. Apollon. ad Lib. 828. Ἀκουσίλαος Φόρκυι καὶ Ἑκάτῃ τῇ Σκύλλαν λέγει. (Atque ita quoque Hom. Schol. ad Iliad. M. 85.) Ὅμηρος δὲ τὴν Σκύλλης μητέρα Κρατηΐδα καλεῖ. Secutus ergo Homerum Ovidius XIII. Met. 745. *Nereis his contra resecuta Cratæide natam.* Sed illo *fluminis* quid faciemus? A glossâ esse censet Cl. Schefferus. Mihi videtur corruptum ex *Phercynis*, & transpositum. Lego itaque *Phorcynis & Cratæi-*

ma dicitur fuisse. Hanc [b] Glaucus amavit, Glaucum autem Circe Solis filia. Scylla autem cum assueta esset in mari [c] lavari, Circe Solis filia [d] propter zelum, medicamentis aquam inquinavit. quo Scylla cum descendisset, ab inguinibus ejus [e] canes sunt nati, [f] atque ferox facta, quæ

dis filia. Apollonius: Σκύλλης Α'υστηίης ὀλοώφρονος, ἣν τέκε Φόρκυν Νυκτιπόλος Ἑκάτη τιὼ τε κλείουσι Κραταιίς. Gloss. MSS. in 1. Georg. de duabus Scyllis: *Una Forci & Cretidæ filia fuit.* Scribe, *Crataidæ.* Lactant. Argum. Lib. XIII. fab. 9. Met. Ovid. *Ut Scyllam Phorci & nympha Gratheidis eodem mari versantem conspexit.* Lege, *Crataeidis.* Quin veri hæc speciem aliquam æquè tibi, ac mihi, habere videantur, nullus dubito. Nihil tamen mutandum, nisi τὸ *Cratetis* in *Crataidis.* Capella Lib. VI. pag. 205. *Scyllæum oppidum cum Crataide flumine, quæ Scyllæ mater fuit.* Ita ex MS. restituit Grotius. Solinus cap. VIII. *Cum Scyllæo oppido & Crataide flumine Scyllæ matre.* Quo loco vulgo *Crathide* legunt. Cæterum alios heic rursus auctores secutus Hyginus, ac cap. 151. vel in Genealogiâ, ubi Typhonis & Echidnæ facit filiam Scyllam. Ita ego commentabar. Sed Nob. Heinsii Not. in Met. Ovid. p. 352. si inspexissem, potuissem supersedere labore isto.

b *Glaucus*] Hic Polybi filius fuit, qui factus est θαλάσσιος δαίμων, de quo Schol. Apollon. ad Lib. I. 1310. Tzetzes ad Lycophron. pag. 107. Eustath. ad Hom. Iliad. pag. 205. ed. Basil. Palæphatus cap. 28. Anthedonis filius est Fulgentio Lib. II. cap. 12. An perperam? Fuit Α'νθηδόνιος τὸ γένος, non filius Anthedonis aliis. Sed cum Fulgentio faciunt Gloss. MSS. in Lib. I. Georg. & Lactant. Argum. Lib. XIII. Met. fab. 9. Adde quæ notamus ad Fulgentium.

c *Lavari*] Etsi contra Varronis regulam, ex usu tamen magis locupletum scriptorum esset *lavare.* Vid. Ter. Eun. III. 5. 47. Plaut. Truc. II. 3. Petron. Fragment. Trag. cum Hygino pag. 13. edit. Corn. *Et ego*, inquit, *non quotidie lavor.* Pag. 45. *Quibus lavari jam coperat votum esse.* Plin. III. epist. 14. *Lavabatur in villâ Vercellanâ.* Nec refugit Celsus Lib. I. cap. 3. Imo nec Tullius ipse Lib. X. Att. 13. *Lavari se velle.*

d *Propter Zelum*] Fulgent. Mythol. Lib. II. *Zelatamque Scyllam fontem, in quo lavari erat solita, venenis infecit.* Idem Lib. I. *Odium causale est, ut amoris zelus atque invidiæ.* Inde *zelare* frequens Cypriano Sermone de Livore, & poëtis Christianis, vocabulum. Zelum eleganter *rivalitatis dolorem* appellat Servius ad Æn. III. 420. *Furiosam amantium æmulationem* Petron. Gloss. Cyrill. Ζῆλος, *pellicatus, pellicatio, æmulatio, zelus.* Fulgent. Præfat. Lib. I. *Tam etenim libens zelo sortitus sum ex affectu conjugium, ut si hanc suis oblucentem, ut pellicem, voluptatibus reperiret* &c. Ita omnino legendum cum membranis Vett. Bibliothecæ Leidensis. Malè ab antiquis editionibus Micylli & Henrici Petri heic recessit Commelinus. Aliter hanc fabulam narrat. Tzetzes ad Lycophron. p. 13. ed. Steph. Ἤν ἡ θυγάτηρ ἡ Σκύλλα γαμὴ δίμορφος. Ποσειδῶνι ἡ συμίσγει, Α'μφιτρίτης ζηλοτυπησάσης, ἐ φάρμακα ἐμβαλούσης τῇ πηγῇ, ἐφ' ᾗ εἰώθει λούεσθαι ἀπηθηρίωσεν. Secutus hoc commentum Virgil. in Ciri: *Sive etiam exactis speciem mutata venenis Infelix virgo, quid enim commiserat illa? Ipse pater timidam sævæ complexus arena Conjugium caræ violaverat Amphitrites: Attamen exegit longo post tempore pœnas; Ut cum cura sui veheretur conjugis alto, Ipsa truces multo misceret sanguine pontum.* Confer Ovid. I. Art. Amand. 331.

e *Canes sunt nati*] Eleganti metaphorâ de obtrectatoribus Hieronymus vitâ Hilarionis: *Scyllæos canes obturatâ aure transibo.* Malè *obdurata* habet Canisii editio. Tzetzes in Lycophron. pag. 107. ed. Stephani Scyllæ sex dat capita, & duodecim pedes. Sed denarii gentis Pompeiæ tres tantum imâ inguinum parte ei canes adfingnant, ut observavit in de Num. Præstant. pag. 233. illustris Spanhemius.

f *Atque ferox facta*] Turbatus heic videtur verborum ordo, quem ita restiti-

quæ injurias ſuas executa eſt. nam Ulyſſem [g] prænavigantem ſociis ſpoliavit.

CC. *Chione.*

CUM Chione, ſive, ut alii poetæ dicunt, [a] Philonïde Dædalionis filia Apollo & Mercurius una nocte concubuiſſe dicitur. ea peperit ex Apolline [b] Philammonem, ex Mercurio Autolycum, quæ poſtea in venatione in Dianam [c] eſt locuta ſuperbius. Itaque ab ea ſagittis eſt interfecta. at pater Dædalion unicam filiam flendo, ab Apolline eſt converſus [d] in avem dædalionem, id eſt, accipitrem.

CCI. *Autolycus.*

MERCURIUS Autolyco, ex Chione quem procreaverat, muneri dedit, [a] ut furaciſſimus eſſet, nec deprehenderetur in furto: ut quicquid ſurripuiſſet, in quamcunque effigiem vellet, tranſmutaretur, ex albo in nigrum,

ſtituo: *Quæ ferox facta atque injurias ſuas executa eſt.*

g *Prænavigantem*] Sic *prælabi* apud Symmach. Lib. I. ep. 7. & Colum. XI. 1. *Præfluere* apud Horat. IV. od. 3. & 14. *Prænatare* apud Virgil. Æn. VI. 705. *Prævehi* apud Plin. Lib. I. ep. 8. *Prævertere* Capell. Lib. II. In quibus *præ* idem quod *præter* valet, ut *ex* pro *extra* ponitur interdum. Plinius Junior: *Exiluit cathedram.* Quod nollem temerè in præfatione ſuâ damnaſſet Stephanus. Sall. *Raro egreſſa fines ſuos.* Curt. IV. 2. *Eminebat aquam.* Lactant. Phœn. vers. 8. *Eminet montes.* Interpres Apollon. Tyrii: *Evaſit cubiculum.* Capella Lib. I. *Tractus aërios jam Phœbus exierat.* Sen. Agam. 968. *Exiit Mycenas.*

Ad CAP. CC.

a *Philonide*] Pherecydes apud Schol. Hom. ad Odyſſ. T. 432. Φιλονὶς ἡ Δηΐονος θυγάτηρ οἰκοῦσα τὸν Παρνασσὸν ἐν ἄντρῳ παρελύχθη ὑπ' Ἀπόλλωνος. Omiſſum eſt Ἑρμῆ, ut apparet ex illis, quæ mox ſubjungit. Adde Ovid. Lib. XI. Met. fab. 8.

b *Philammonem*] Ita & Ovidius eum & Pherecydes appellant. Corruptè *Philemon* dicitur in veteribus Lactantii Argum. editt. Rectè *Philammon* Rænerius.

c *Eſt locuta ſuperbius*] Dianâ formoſiorem ſe jactavit.

d *In avem dædalionem*] Cl. Scheffer. emendat *æſalonem* ex Plin. Lib. X. cap. 8. Sanè Αἰσάλων eſt etiam Ariſtotel. Lib. IX. cap. 46. Hiſtor. Animal. Ælian. Lib. XII. cap. 4. cum aliquot accipitrum vocabula enumeraſſet, ſubjicit tandem, ἡμῖν δὲ ἱστορίαν ἐστὶ πάμπολλα. Octo facit Callimachus apud Etym. auctorem in Πίλεια. An inter illa etiam Dædaliones fuerint, dicere non habeo. Naſo ſimpliciter in accipitrem converſum narrat.

Ad CAP. CCI.

a *Ut furaciſſimus eſſet*] Vide Schott. Proverb. ex Suid. Cent. XII. 75. Pherecydes de Autolyco: Εἶχε γὰρ ταύτην τὴν τέχνην παρὰ Ἑρμοῦ παῖς, ὥστε τὰς αἰθρίας, ὅτε κλέπτοι τι, λαθάνειν, & τὰ ἀμύμητα τῆς ἁλιείας ἁλ-

grum, vel ex nigro in album, in cornutum ex mutilo, [b] in mutilum ex cornuto. is cum Sisyphi pecus assidue involaret, nec ab eo posset deprehendi, sensit eum furtum sibi facere, quod illius numerus augebatur, & suus minuebatur. qui ut eum deprehenderet, in pecorum unguis [c] notam imposuit. qui cum solito more involasset, & Sisyphus ad eum venisset, [d] & pecora sua ex ungulis deprehendit, quæ ille involaverat, & abduxit. qui cum ibi moraretur, Sisyphus Anticliam Autolyci filiam compressit, quæ postea Laertæ data est in conjugium, ex qua natus est Ulysses: ideo nonnulli autores dicunt [e] Ypsipylon. ob hoc Ulysses versutus fuit.

CCII. *Coronis.*

APOLLO cum Coronida Phlegyæ filiam gravidam feciſſet, corvum cuſtodem ei dedit, ne quis eam violaret. Cum ea & [a] Chylus Elati filius concubuit: ob id ab Jo-

λοτῶν εἰς ὃ θέλει μορφῶν. Confer Sarisber. Curial. 1. cap. 9. Ovid. XI. Met. 311. *Alipedis de ſtirpe Dei verſuta propago Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſus ad omne.* Nimirum κλέπτης θεός Mercurius. Lactant. Lib. 1. cap. 10. *Fur ac nebulo Mercurius.* Hinc de eo ruſticus ille apud Anton. Liberal. cap. 15. κλέπτειν ἔλεγεν ὁ πατὴρ θεόν. Fulgent. Mythol. 1. *Furatrinum Deum* ſalutat. Vide ejus imaginem apud Albricum cap. 6. Cur autem fur Mercurius? Ὅτι ὁ Ζεὺς κλέψας πρὸ Ἥρας ἔμιξε τῇ Μαίᾳ, ut notat Schol. Hom. ad Iliad. Ω. 24.

b *Mutilum*] Propriè locutus eſt. Horat. 1. Sat. 5. *O tua cornu Ni foret exſecto frons, inquit, quid faceres, cum Sic mutilus minitaris?* Ovid. III. Art. A. 249. *Turpe pecus mutilum.* Donatus ad Hecyr. Ter. act. 1. ſc. 1. *Mutili dicti ſunt boves aut capri ſine cornibus.*

c *Notam*] Feſtus: *Nota nunc ſignificat ſignum, ut in pecoribus* &c. Schol. Sophocl. ad Ajac. Flagell. vers. 190. μανδρὰ μιμεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ubi hanc fabulam habes. Iſacius in Lycophron. pag. 62. Μανδράμων τυπώματα τὰ τοῦτα ὀνόμα ἐγχαράττων τῷ ἰδίων ὁπλαῖς ἢ χηλαῖς ἐπιγίνωσκεν· leg. αὐτῶ ὄνομα.

d *Et pecora*] Τὸ &, ut natum ex ultimâ præcedentis vocis ſyllabâ delet Cl. Schefferus. Poſſit tamen videri polyſyndeton. Sed id cum frequentare non ſoleat Hyginus, amplector ejus conjecturam.

e *Ypſipylon*] Micyllus in margine *Siſyphium.* Quod & mihi venerat in mentem ex Ovid. Lib. XIII. Met. v. 31. & Avieno in allegoriâ Sirenum: *Sanguine Siſyphio magnus generatus Ulyſſes.* Nunc rectius puto *Siſyphiden* vel *Siſyphi filium.* Suidas loco ſuperius laudato, διὸ Σισυφείδης Ὀδυσσεύς. Lactantius ad Stat. III. Achill. v. 76. *Lertæ & Antiochæ* (leg. *Laertæ & Anticliæ*) *filius, alii dicunt Siſyphi & Anticliæ filium, quæ ante nuptias cum Siſypho Cœli* (leg. *Æoli*) *filio concubuit, unde Ulyxes natus eſt.* Ovid. III. Art. A. 313. *His ſua Siſyphides auditis pene reſolvit Corpora.*

Ad CAP. CCII.

a *Chylus*] Lactant. ad III. Theb. Stat. 506. *Lycus.* Utrobique legendum *Iſchys*

Jove fulmine est interfectus. Apollo Coronidem gravidam percussit, & interfecit, cujus ex utero exectum Asclepium educavit. at corvum, qui custodiam præbuerat, ex albo in nigrum commutavit.

CCIII. *Daphne.*

APOLLO Daphnen, [a] Penei fluminis filiam, cum virginem persequeretur, illa à terra præsidium petit, quæ eam recepit in se, & in arborem laurum commutavit. Apollo inde ramum fregit, & in caput imposuit.

CCIV. *Nyctimene.*

NYCTIMENE, [a] Epopei regis Lesbiorum filia, virgo formosissima dicitur fuisse. hanc Epopeus pater amore incensus compressit, quæ pudore tacta sylvis occultabatur. quam Minerva miserata, in noctuam transformavit, quæ pudoris causa in lucem non prodit, sed [b] noctu patet.

CCV. [a] *Ar-*

Ischys ex Scholiaste Pindari in Pyth. od. 3. Pausan. Lib. I. Apollod. Lib. III. Lactant. Argum. Met. Ovid. Met. II. 7. Immo ipse Hyginus Astron. II. 40. *Ischyn* eum appellat. Defendi tamen possit *Ischus*, ut sit dictum, quemadmodum *Rhadamanthus* ex Ῥαδάμανθυς. & *Atys* ex Ἄττις apud Varronem. *Tribrachus* ex τριβραχυς apud Schol. Horat. ad epod. I. *Cotus* pro *Cotys* apud Nepot. Iphicrat. cap. 3. Vide Buchner. ad ejusdem Themist. cap. I. & quæ nos superius diximus. Editio Leidensis præfert *Alcionetus*. Malè. Scribi debuisset, *Alcyoneus*. Anton. Liberal. cap. 10. Ὅτι ἀφροτ@ ἀπήγγειλε Κορωνίδα τὴν Φλεγύου θυγατέρα γαμεῖσθαι Ἀλκυονεῖ.

Ad CAP. CCIII.

a *Penei*] Scribe *Peneï*. Græcis enim est Πηνειός. Ovid. I. Met. 452. *Primus amor Phœbi Daphne Peneia.* Secutus eum Lactant. ad Stat. I. Theb. 554. Alii Ladonis filiam faciunt, ut Nonnus Dionys. III. Aphthon. Progymnasmatis, Tzetzes in Lycophron. pag. 2. ed. Steph. Auctor Geopon. Lib. XI. cap. 3. Servius ad Æn. III. 91. *Daphnis Penei, vel, ut alii volunt, Latonis filia, ab Apolline adamata est.* Scrib. *Daphne* & *Ladonis* ut recte exaratum ad Æn. II. 514. *Daphne Ladonis fluvii terræ Arcadiæ fuit.* Hom. Schol. ad Iliad. A. 14. Λάδωνο@ τ ἐν Ἀρκαδίᾳ ποταμῦ Δάφνη ὑπῆρχε θυγάτηρ διαφερόντως. Fabula inde orta videtur quod Apollo τὸ φυτὸν τ δάφνης invenerit. Vide Euseb. Præp. Euang. Lib. II. cap. I.

Ad CAP. CCIV.

a *Epopei*] Ita etiam infra habes cap. 253. In margine edit. Micylli visitur, *Hyclei alii.* Quod mutem in *Nyctei.* Lactant. ad III. Theb. Stat. 507. *Nycteus Æthiopum Rex, felix si unquam pater fuisset, filiam habuit Nyctæam nomine.* Scrib. *Lesbiorum* & *Nyctimenen* ex Ovid. II. Met. fab. 9. in cujus argumento Lactant. *Nyctimene Nyctei filia, virgo Lesbia.*

b *Noctu patet*] Barth. *paret*, vel *parit*, Prius probo. Matth. cap. XXIV. 30.

Καὶ

CCV. [a] *Arge.*

ARGE venatrix cum cervum sequeretur, cervo dixisse fertur: Tu licet Solis cursum sequaris, tamen te consequar. Sol iratus, in cervam eam convertit.

CCVI. *Harpalice.*

CLYMENUS Schœnei filius, rex Arcadiæ, amore captus, cum Harpalice filia sua concubuit. ea cum peperisset, in epulis [a] filiam apposuit patri: Clymenus pater re cognita, Harpalicen interfecit. * * *

CCXIX. *Archelaus.*

ARCHELAUS [a] Timeni filius exul, à fratribus ejectus, in Macedoniam ad regem Cisseum venit. qui cum à finitimis oppugnaretur, Archelao regnum & filiam in conjugium dare pollicetur, si se ab hoste tutatus esset. Archelaus, [b] quia ab Hercule esset oriundus, [c] nam Timenus Herculis filius fuit, qui * hostes uno prælio fugavit

Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Vet. Interp. *Et tunc parebit signum* &c. Cato Scholasticus, quem Ethicum salutat Sarisber. Polycrat. Lib. 11. *Temporibus peccata latent, sed tempore parent.* Petronius: *Juris consultus PARET non PARET habeto.* Festus: *Parret, quod est in formulis, debuit & productâ priore syllabâ pronuntiari, & non geminato R scribi, ut fieret paret, quod est inveniatur* (leg. *invenitur*) *ut comparet, apparet.* Non ergo κατ' ἀποφρὰς est effatum illud Agræetii: *Apparet qui videtur, paret qui obsequitur.* Idem legas in Isidor. de Different. & apud Servium ad Æn. 1. 121. qui & hoc addit: *Et hæc observatio diligenter custodiri debet, licet eam auctores metri causa, vel clausulæ, plerunque corrumpant.* Sen. Agam. 457. *Et dubia parent montis Idæi juga.* Excerpta Festi MSS. *Paret significat apparebitur.* Scrib. *apparet.* Idem in *viatores. Qui magistratibus parebant.* Chrysolog. p. 172. ed. Paris. *Parebunt corda vestra obstructiora* &c. PseudoCypr. de Sing. Cler. *Si justus vix salvus sit, injustus ubi parebit?* Tertull. Exhort. Cast. cap. 3. *Quod parnit cum magis velle.* Adde quæ Sciopp. observavit. Susp. Lect. 11. cap. 20. & Cl. Daum. ad Caton. Distichi pag. 155.

Ad CAP. CCV.

a *Arge*] Vide Bochartum Hieroz. Part. 1. col. 883.

Ad CAP. CCVI.

a *Filiam apposuit*] Lego *filium*. Cap. 238. *Quod ei filium suum in epulis apposuit.* 239. *Ex eo quem conceperat interfecit.* 246. *Clymenus Schœnei filius ex Harpalice filiâ suâ filium suum.*

Ad CAP. CCXIX.

a *Timeni*] Scribendum *Temeni* ex Vellejo, Apollodoro, Strabone, Pind. Scholiaste in Pyth. od. v. aliisque. Gr. est Τημένος.

b *Quia ab Hercule*] Cl. Schefferus, *qui*, vel *ut qui* mallet.

c *Nam Timenus Herculis filius fuit*] Si

gavit, & ab rege pollicita petit. Ille ab amicis dissuasus, fidem fraudavit, eumque per dolum interficere voluit. itaque foveam jussit fieri, & multos carbones [d] eo ingeri & incendi, & super virgulta tenuia poni. quo cum Archelaus venisset, [e] ut decideret, hoc regis servus Archelao patefecit. qui re cognita dicit, se cum rege colloqui velle [f] secreto, arbitris semotis. Archelaus regem arreptum in foveam conjecit, atque ita eum perdidit. inde [g] profugit ex responso Apollinis in Macedoniam, [h] capra duce, oppidumque ex nomine capræ [i] Ægeas constituit. ab hoc Alexander Magnus oriundus esse dicitur.

CCXX. *Cura.*

CURA cum quendam fluvium transiret, vidit cretosum lutum: sustulit cogitabunda, & cœpit fingere hominem. Dum deliberat secum, quidnam feciisset, inter-

Si hæc verba includas parenthesi, & τὸ *qui*, quod proximè sequitur, deleas, tolli poterit asteriscus. Verum non pater Temeni Hercules, sed atavus fuit, ut scribit Vellejus Lib. 1. cap. 1. Vide ibi Lipsium, & Vossium. At Tzetzen in Lycophron. pag. 127. ed. Steph. si audimus, non abavus, ut Lipsius vult, nedum atavus, ut Vellejus, sed proavus dicendus fuit. Ὁ Τημένις ἕτερος, inquit, ἐκγονος ἦν Ἡρακλέους. Ἡρακλῆς γὰρ ἐξ Δηιανείρας Ὕλλον. Ὕλλου δὲ ἐξ Ἴόλης τὸ Εὐρύτου Κλεόδοτος, Λίγας, ἐξ Κῦνξ. Κλεοδότου δὲ Ποιμάλας ὁ Τημένις ἦν ἔτερος, ἐξ ἄλλος. Sed errat Tzetzes ille. Aristomachi filium omnes faciunt Temenum. Theophilus ad Autolycum Lib. 11. pag. 85. *Ex Baccho & Althæa, quæ Thestii fuit filia, orta est Deianira: ex hac & Hercule Jovis filio genitus est Hylus: ex hoc Cleodemus, ex hoc Aristomachus, ex hoc Temenus* &c. Etiam Hygino ipsi cap. 124. Aristomachi filius Temenus est.

d *Eo ingeri*] H. e. in eam foveam. Adverbium pro relativo pronomine posuit. Cap. 199. *Aquam inquinavit, quo Scylla cum descendisset.* Justin. XII. 5. *Translatis eo trium civitatum populis, quas Cyrus condiderat.* h. e. in eam urbem. Cl. Schefferus τὸ *eo* pronomen esse volebat ellipticè positum, pro *eo loco*. Nihil opus esse hoc ellipsios heic præsidio abunde demonstravi ad cap. 3.

e *Ut decideret*] Cogitare lectorem jubet Cl. Schefferus, num legendum sit, *ut ne decideret.*

f *Secreto, arbitris semotis*] Alterutrum à glossâ esse censet Cl. Schefferus. Ego putem post τὸ *secreto* τηλείαν σιγμὴν esse collocandam; & illa *arbitris semotis* referenda ad sequentem periodum.

g *Profugit in Macedoniam*] Atqui jam venerat in Macedoniam, ut præcessit. Credo in præcedentibus latere aliquid. Pausan. Bœoticis: *Dicunt Macedones Caranum Macedoniæ regem pugna superasse Cisseum, qui in vicinâ regione principatum obtinebat.*

g *Caprâ duce*] Tale quid de Carano Justin. Lib. VII. cap. 1. & Solinus cap. 14. narrant.

i *Ægeas*] Cl. Schefferus emendat, *Ægas*. Non erat necesse. Justinus: *Urbem Ædessam ob memoriam muneris Ægeas, populum Ægeatas, vocavit.* Vide ibi Bernecccrum. Sammonicus præfat. *Qui colis Ægeas, qui Pergama, quique Epidaurum.*

Ad

tervenit Jovis : rogat eum Cura, ut ei daret spiritum. quod facile ab Jove impetravit. [a]qui cum vellet Cura nomen suum imponere, [b]Jovis prohibuit, suumque nomen ei dandum esse dixit. Dum de nomine Curæ & Jovis disceptarent, surrexit & Tellus, suumque nomen ei imponi debere dicebat, quandoquidem corpus suum præbuisset. Sumpserunt Saturnum judicem, quibus Saturnus [c]secus videtur judicasse : Tu Jovis quoniam spiritum dedisti, [d]corpus recipito : Cura quoniam prima eum finxit, quam diu vixerit, cura eum possideat. sed quoniam de

Ad CAP. CCXX.

a *Cui*] Ita emendavit Micyllus, cum in MS. invenisset *qui*. Non improbo quidem. Scio tamen, utrum τὸ *qui* dandi casu per Q an per C esset scribendum multum agitatam jam olim fuisse inter Grammaticos quæstionem. Consule Velium Longum de Orthogr. Donatum in Ter. Andr. 1. 1. Scalig. de causis linguæ latinæ 1. cap. 24. Bembum libro de Terentii fabulis. Sic in Gruter. Inscriptionibus pag. 880. *aliqui* legas pro *alicui*.

b *Jovis prohibuit*] Perperam τὸ *Jovis* in *Jupiter* mutare intendit Micyllus. Κακοζηλία vulgi & infimæ ætatis scriptorum id ex antiquissimis imitandum sibi duxit. Consule Apuleium, Capellam, Statii & Germanici Scholiastas, aliosque id genus heroas. Petron. Fragm. Trag. *Hoc solum vetare ne Jovis potest.* Malim *nec Jovis*. Quintil. Declam. 107. edit. Hackian. *Ne quisquam probare in altero potest.* Lege, *nec quisquam*, ut habet Commeliniana. Justinus Lib. 38. cap. 7. *Justitiæ atque liberalitatis suæ ne ipsos milites, qui experiantur, testes refugere.* Putem melius fore, *nec ipsos*, quanquam *ne* pro *nequidem* Ciceroni vindicat Stewechius de particulis Linguæ Latinæ Lib. 1. In Apuleio certè ego observavi Lib. 11. Met. *Ac ne omnino mihi notos illos latrones usquam fuisse.* Et post paulo: *Ne ipse, qui commisit, potest diffiteri.* Et Tertull. p. 47. ed. Jun. *Quæ nobis ne mutire conceditur.* Cæterum pariter κακόζηλον est *Jupitris* Astron. 11. 13. & *Jupitrem* cap. 28. pro quo *Jovem* postea supposuerunt. Sed nos illud alterum revocandum censemus ex editione Venetâ anni 1482. quam ignoravit Cl. Schefferus. Etiam cap. 14. ex eadem *ab Jupitre* forte pro *ab Jove* reponendum.

c *Secus videtur judicasse*] Emendat Cl. Schefferus: *Quibus Saturnus; cæcus videtur judicasse.* Vel, *Quibus Saturnus; videtur secus; judico sic; tu Jovis.* Vide num *secus* rectius exponi possit κακῶς, *non benè*. Benè de hac particula Casaubonus ad Suet. Tib. cap. 2. & Scioppius Famiani Infamiâ. Gloss. Isid. *Secus, malum.* Sallust. Jug. cap. 21. *Secus cesserat.* 25. *Secus procedit.* Sic & *aliter* usurpabant. Festus Pauli: *Alter & pro non bono ponitur; ut in auguriis altera avis cum appellatur, quæ utique prospera non est. Sic alter nonnunquam pro adverso dicitur & malo.* Sed hoc posteriori loco malim *aliter* ex MS. codice Leidensi, quem cum editis contuli. Sallust. Jugurth. *Providere, ne quid aliter eveniat.* Adde Don. ad Prolog. Andr.

d *Corpus recipito*] Barth. leg. *Cor ejus.* Cl. Schefferus retinet τὸ *corpus*, & mox scribit; *Cura animum possideat.* Imo τὸ *corpus*, cum intentius cogitavi, etiam mihi retinendum est visum. Sed pro *cura eum possideat*, lego *cura animum possideat.* Hoc revera erat perversum judicium, adsignare illi corpus, qui dederat spiritum, huic autem, quæ finxerat corpus, animum; quemadmodum rectè censuram instituit auctor verbis illis, *Quibus Saturnus secus videtur judicasse.* Quæ porro sequuntur, verba sunt Saturni, quæ nimium ex abrupto subjunguntur præcedentibus.

c *Qui-*

de nomine ejus controversia est, Homo vocetur; [c] quoniam ex humo videtur esse factus.

CCXXI. [a] *Septem sapientes.*

PITTACUS Mitylenæus, Periander Corinthius, Thales Milesius, Solon Athenienſis, Chilon Lacedæmonius, Cleobulus Lindius, Bias Prieneus. Sententiæ eorum sunt:

Optimus est, Cleobulus ait, modus, incola Lindi.
Ex [b] *Ephyra Periandre doces,* [c] *cuncta & meditanda.*
Tempus nosce, inquit [d] *Mitylenis Pittacus ortus,*
Plures esse malos, Bias autumat ille Prieneus.
Milesiusque Thales sponsori [e] *damna minatur.*
[f] *Nosce, inquit, tete, Chilon Lacedæmone cretus.*
Cecropiusque Solon, ne quid nimis, [g] *induperabit.*

CCXXII. [a] *Se-*

[c] *Quoniam ex humo*] Arator Lib. I. *Materies terrena fuuus, limumque parentem Nomine prodit homo.* Ita & Isidorus Orig. Lib. I. cap. 28. & Lib. XI. cap. I.

Ad CAP. CCXXI.

[a] *Septem sapientes*] Tot vulgo numerantur. Vide Lactant. Lib. IV. cap. I. Tzetzen Chil. II. Augustin. C. D. XVIII. 24. Porphyr. Abstin. Lib. I. pag. 35. ed. Fogeroll. Proclum ad Hesiod. p. 19. In Glossis autem Stephani legas: *Responsa novem sapientum, ἀποφθέγματα ἐννέα σοφῶν.*

[b] *Ephyrâ*] Cap. 275. *Ephyre Oceani filia Ephyren, quam postea Corinthum appellarunt.* Hesych. Ἔφύρη ἡ νῦν Κόρινθος. Unde *Ephyrea Lais* Propert. Lib II. el. 5.

[c] *Cuncta & meditanda*] Illud & nimis otiosè heic positum. Certe si abesset, non desiderarem, cum sine illo per cæsuram stare possit metrum. Velut statim, *Nosce inquit tete Chilon* &c. Sed forte melius, *cuncta ut meditanda*, ut verbum substantivum subaudiatur. Exprimere voluit versificator illud, Μελέτη τὰ πάντα. Vet. Epigram. quod assictum Sidonio: *Ille nihil rerum fieri jubet immeditatum.* Ipse Sidonius carm. II. *Ex Ephyrâ totum meditans quod Periander.* Ad quem versum ex Hygino adducit Savaro, *Ex Ephyrâ Periandre notas* &c. Memoriæne vitio, an ex antiquo codice, incertum.

[d] *Mitylenis*] *Mitylenas* numero multitudinis urbem eam appellat quoque Suetonius Tiberio; alii *Mitylenen.*

[e] *Damna minatur*] Veteres habuisse *minantur* notat Cl. Schefferus. quam lectionem non existimat repudiandam. Qui illi veteres sint, nescio. Micyllus, qui primus edidit, *minatur.* Quod longè elegantius.

[f] *Nosce tete*] Socrati tribuit Schol. Juvenal. ad Sat. XI. vers. 27. Sed Chiloni cum Hygino Plin. Lib. VII. 32. ut & sequens, & quod proximè præcessit.

[g] *Induperabit*] Scribendum censet *Induperavit* Cl. Schefferus. Mihi alterum nihilo deterius videtur. Cæterum cui illud μηδὲν ἄγαν tribuendum sit, valde ambiguum esse discas ex Schol. ad Euripid. Hippol. 264. Ὅπερ Χίλωνι ἀναθήκασι, ὡς Κρατίας ὁ Πιτθεύς. οἱ δὲ Σωσίμῳ, ὡς τὸ ἐν Τεγέᾳ ἐπίγραμμα δηλοῖ. Ἰαῦτ' ἔλεγεν Σώσιμος Ἐπιφέρετε δὲ μὴ ἀείδειν, Μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πείθεσθαι σοφίαις καλά. Ὁ δὲ Θεόφραστος, ὡς τὰ Σίσυφα λεγόμενα ὁ Πιτθεύς, οὐκ μηδὲν ἄγαν, μᾶλ-

CCXXII. [a] *Septem Lyrici.*

* * * *

CCXXIII. [a] *Septem opera mirabilia.*

EPHESI Dianæ templum, quod fecit Amazon [b] Otrira [c] Mar-

μικρὰ δίκαι δικάζουσι. Commendat idem dictum, & Platonis verbis illustrat Isidorus Peluſiota epist 73. Confer Plin. Lib. VII. cap. 32.

Ad CAP. CCXXII.

a *Septem Lyrici*] Atqui Lyrici vates *numero sunt Mnemonidarum*, ut canit Ausonius Eid. XI. Sed & Musarum quoque, quas novem vulgo numerant, non minus controversus est numerus. Vide Servium ad Æn. I. 12. & ad Ecl. VII. 21. Arnob. Lib. III. apud quem Myrtilus numero eas esse septem asseverat, ut & Eumelus apud Tzetzen ad Hesiod. Ἔργ. Adde Phornutum cap. 14. Vulgatam opinionem sequitur Petronius: *Cum Pindarus novemque Lyrici Homericis versibus canere timuerunt.* Quintil. Orat. Lib. X. cap. I. *Novem vero Lyricorum longè Pindarus princeps.* Decem numerat, additâ Corinnâ, Tzetz. Prolegom. in Lycophronem.

Ad CAP. CCXXIII.

a *Septem opera mirabilia*] Tot etiam numerat Cassiodorus Lib. VII. Variorum, Lactant. Lib. III. cap. 24. Vitruvius Proœm. Lib. VII. 25. Multo autem plura Ampelius cap. 8.

b *Otrira*] Ita scriptum etiam cap. 30. & 225. Sed Græcum Ὀτρήρη si respicias, *Otreræ* scribas oportet, ut rectè exaratum est cap. 112. Ὠτρηρὴ est Lycophroni. Operæ pretium puto me facturum, si huc transferam, quæ ad Valerianum de Bon. Disciplinæ notavit Goldastus pag. 103. *Fortasse scribendum* Sirico *more illius ævi, Christianis maximè usitato, qui η Græcorum* (imo & ε sæpe) *in ι breve commutarunt. Hinc illa passiva & praletaria*, erimus, mathisis, energima, phrenisis, ecclisia, ithica, *& his similia magis atque centum, quæ in ecclesiasticis scriptoribus reperire est.* Atque hæc eo libentius adduxi, quod me in sententiâ, quam ex veterum Christianismi antistitum lectione jàm dudum conceperam, non parum porro confirmant. Pro exemplis porro sint illa Tyronis in notis pag. 21. *Paraclitum. Mathimaticus* 80. *Ephimeris* 124. *Sirapis* 135. *Jordanis* 183. Columbanus Monost. 110. *Vita aliena tuæ sibi sic Cathegita vitæ. Ipomanis*, genus veneni in Glossariolo à Barthio publicato Adversar. Lib. XXVIII. 19. *Apocima*, genus potionis ex Vet. Membrana Lib. XXVII. 12. pro *apozema*. Plura notavi ad cap. 31. Videor illam mutationem etiam ad vertisse in Isidori Glossis, *Apicioſus, calvus, calvaſter.* Lego, *alopicioſus.* Sunt enim *alopeciæ* capillorum defluvia. Qui illis laborat *alopecioſus* dicitur, ut *canceroſus*, qui morbo cancro in vitâ S. Othonis. Sanè *alopicia* dicitur is morbus ab interprete Byngizlæ. Eadem pronuntiatio permultis locis corrupit Glossas Stephani, sive Philoxeni; tanquam *Discivit, ἀυτομόλησεν*, pro *descivit, ἀυτομόλησεν.* Videntur ultimis temporibus versificatores illi non meliores, quam ppëtæ, etiam E Latinum ut I pronunciasse. Certe ES tanquam IS corripuerunt. Abbas Columbanus: *Ignotum noto nunquam præpones amico.* Poëtaster nescio quis apud Spartianum Pescen. Nigr. cap. 12. *Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma.* Catal. Pith. Lib. III. Epitaph. Vitalis: *Ut plures uno crederes ore loqui.* Capella Lib. VI. *Hic igitur furvæ oculos splendescere noctis Cerneres ex auro, ut sacra flamma micat:* Refero huc ex eorundem Catal. Lib. IV. p. 157. *Quæso aliquid nostris gustatibus inde relaxis.* pro *relaxes.* Et ex Glossario Barthii: *Impetiginoſus, populoſus, hirnioſus.* Legendum, *papuloſus, herniosus. Pontifix, Mircurius, districtus* ex Vett. Inscript. Grut. Glossæ Isidori, *Limbus navis piratica, vel clavus*

in

[c] Martis conjunx. Monimentum regis Mausoli, [d] lapidibus lychnicis, [e] altum pedes 80. circuitus pedes 1340. Rhodi signum Solis æneum, id est colossus, altus pedibus 90. Signum Jovis Olympii, quod fecit Phidias ex ebore & auro sedens, pedes 60. Domus Cyri regis

in veste regia, vel vestis ipsa. Nempe *lembus* ut *limbus* extulit. Ultimam syllabam in *Thales, Lyristes,* & *Ganymedes* correptam fuisse à quibusdam jam diu est, cum observavit Scioppius Verisim. Lib. II. cap. 8. Euphorbus, non Virgilius, ut ipse putat, Epigram. de Livore: *Aut tradat Ganymedes ipse nectar.* Quo loco tamen in Pithœi editione legitur, *Catamitus.* Sed perperam. De *Thales* & *Lyristes* observavit etiam Gretserus in de Instit. linguæ Græcæ p. 123. Ausonius Ludo: *Thales ἐγὼ πάντα δ' ἀπὸ protulit.* Sidonius Lib. VIII. epist. XI. *Alcæo potior Lyristes ipse.* Verum quod illi docti homines ad tria illa nomina restringunt, id generaliter de omnibus pronunciat Capella Lib. III. *Es terminatus,* inquit, *in Græcis nominibus brevis est, ut Anchises.* Unde hoc autem? quia *es* ut *is* pronunciabant, imo & scribebant interdum illo ævo. Et non de nihilo suspicor in locis illis modo adductis Ausonii, Sidonii, & Euphorbi, ut deterioris ævi scriptorum, exaratum fuisse primitus *Thalis, Lyristis, Ganymedis,* ex corruptâ illâ pronunciatione, quâ *s* ut *t* Latinum proferebant. Quæ quam vitiosa sit, discas ex Platonis Cratylo: Οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἡμεῖον τὸν ἦτα ἔλεγον ἐπάλαι. οἱ δὲ ἰμεῖον, οἱ δὲ νῦν ἦτα. Licet eam pronuntiationem animadvertere etiam in isto marmore Arundeliano, quod ad Apul. Apologiam affert Pricæus pag. 148. Ἔνδον πατρικίῳ σόρον φέρω. Seductus eâ omnino est Probus in Catholicis, quando inter terminationes tertiæ declinationis e productam numerat, & pro exemplo affert *Enterpe Exterpis.* Sinondum persuasus es, mi lector, accedat hoc in cumulum, quod pro *Ines* & *Johannes,* in quibus ultimam corripi apud Prudentium notat Fabricius, ex MSS. *Inis* & *Johannis* restituit nobilissimus Heinsius. Eundem in modum existimem succurrendum Sedulio & Fortunato, quorum illium postremam in *Herodes,* hunc in *Moses* corripuisse putes, si vulgatas editiones inspicias.

c *Martis conjunx*] Vide notas ad cap. 30. & 112. De templo illo Dianæ Avienus descript. Orbis terræ pag. 417. ed. Pith. *Urbs Ephesus qua tetræ sustollit fana Dianæ, Munus Amazonidum memorabile.* Non constat metrum versiculi prioris. Forsan scribendum, *tetricæ qua attollit* &c. ut pag. 418. *Inclyta per nubes attollens mœnia Lyrbe.* Confer Plin. Lib. 36. 14.

d *Lapidibus Lychnicis*] *Lychnitis* scribendum, ut rectè habet margo libri Salmasiani. Vel certè *lychniticis.* Not. Tyr. p. 165. *Lignitis, Lignithicis.* leg. *Lychnites, Lychniticis.* Marmor Parium, sive alabastrum, ita olim vocatum observat Anselmus Boëtius Histor. Gemm. & Lapid. cap. 267. quod, Varrone teste, ad lucernas in cuniculis cæderetur. Vide tu Plinium Lib. XXXVI. cap. 5. Dictus aliter lapis iste λυχνίς. Clemens Protrept. pag. 30. Τὰς μὲν δὴ Σκωπᾶς ἐποίησεν ἐκ τοῦ κεκλιμένου λυχνίας λίθους. Schol. Pind. ad Nem. IV. p. 285. Παρὸς ἡ λίθος ἐστὶν ὁ κεκλιμένος λύχνος. Isidor. Orig. XVI. 5. *Parius candoris eximii Ligdinus cognomento.* Sed ille alius est Plinio, qui de eo agit libri modo laudati cap. 8. Candens tamen ut Parius fuit. Anacr. od. 28. Περὶ Λυγδίνῳ τραχήλῳ, h. e. candido instar Parii marmoris. Λυχνὶς alia est Periegetæ. Pyropi & carbunculi faciunt genus. Certe inter gemmas cum Dionysio numerat Capella Lib I. *Quippe tres fuerant à fronte gemmæ, Lychnis, Astrites, & Ceraunos.* MS. Leid. habet, *Licnus.* Unde forte *Lychneus* faciendum. Perperam etiam *lignis* exaratur apud Isidor. XVI. 13. Priscianus Periegesi: *Et flammæ similis splendenti lumine lychnis.* Dictus & Ανχνίτης, ut tradit Eustath. ad Dionys. p. 47. ed. Steph.

e *Altum pedes* 80.] Plinius loco modo adducto: *Patet toto circuitu pedes quadringentos undecim; attollitur in altitudinem* XXV *cubitis.*

gis in Ecbatanis, quam fecit Memnon lapidibus [f] variis & candidis, vinctis auro. Murus in Babylonia, quem fecit Semiramis [g] Dercetis filia, [h] latere cocto & [i] sulphure, [k] ferro vinctum, latum pedes 25. [l] altum pedes 60. in

[f] *Variis*] H. e. varii coloris. Ita *oves variæ* dicuntur à vulgato Interprete Genes. xxx. 32. *Vestis varia* apud Terent. Eunuch. IV. 4. *Porcus varius* in Fragm. Trag. Petronii. *Variæ tigres* Senec. Hippol. 63. *Pica varia* in Petronianis pridem editis, & apud Plin. Lib. x. 29. Apud Ovid. Remed. Am. *Formido varia.* Proverbium est apud Juv. Scholiasten ad Sat. II. 81. *Una una videndo varia fit.* Varro de anseribus Lib. III. R. R. 10. *Est enim alterum genus varium.* Propert. Lib. III. el. 11. *Aut variam plumæ versicoloris avem.* Eodem sensu ποικίλος Græcis venit. Gloss. *Varia*, ποικίλη, παράλλαξις. nempe, quia varium colorem habet. Apollod. Lib. III. Βοῦς ποικίλος, *bos varii coloris.* Eustath. in Dionys. p. 75. Μίτρα δέ εἰσι ποικίλης λίθου, Σκοφίας λεγομένης. Ælian. Var. Hist. IV. 22. Ποικίλους ἐκδύνων χιτῶνας. Isidorus Lib. XV. 1. *Ibi est regia Cyri lapide candido & vario cum columnis aureis* &c. Ampelius cap. 8. *Domus illic Cyri regis, ædificata lapidibus candidis & nigellis, auro vinctis, ubi sunt columnæ diversis coloribus.* Scio *opus vermiculatum* etiam *lapidem varium* dici; eo tamen respicere Hyginum non dixerim. Papyrius apud Senec. Lib. II. contr. 1. *In hos ergo exitus secatur varius ille lapis, ut tenui fronte parietem tegat* &c. Lapides varietatis ab Hebræo scriptore I. Paralip. cap. XXIX. vers. 2. appellari observat vir reverendus, & juxta sacras has etiam literas non vulgariter doctus, D. Petrus Texelius. Λίθους ποικίλους transtulerunt οἱ ϛ'. *Lapides diversorum colorum* vulgatus Interpres. Melius, ipso judice, quam Belgæ, qui inde *een bonduirsel* fecerunt. Et sanè, cum ibi de ædificandâ domo agatur, ad quam magis faciunt lapides, quam nescio quod acupictum, non possum non premere pollicem.

[g] *Dercetis filia*] Perperam *Cercetis filia* legitur apud Ampel. cap. 9. Δερκέτης & Δερκετὼ est Græcis. Vide Tzetzen. Chil. IX. 275. Ovid. IV. Met. 45. & quos ad eum versum congessit Farnabii industria. Scalig. ad Varron. p. 25. Phornutum cap. 6.

[h] *Latere cocto*] Justin. I. 2. *Murumque urbi cocto latere circumdedit.* Vetus interpres Jesai. cap. XVI. 7. *Qui lætantur super muros cocti lateris. Ordinarium lapidem* dictum olim didici de Scholiaste Juvenal. ad Sat. X. 171. *Babylonem*, inquit, *Persarum civitatem, quam condidit Semiramis Nini uxor, & coctili latere munivit, quem hodie dicimus ordinarium lapidem. Laterculum coctilem* vocat Curt. Lib. V. cap. I.

[i] *Sulphure*] Ita & Cassiodorus Variar. Lib. VII. 25. *Latere cocto, sulphure, ferroque construxit.* Ampelius cap. 8. *Murus intus medio Babyloniæ, quem Memnon ædificavit lapide cocto,* (fort. *latere cocto*) *id est, calce & sulfure, ferro intermixtus, ut sunt* (leg. *sint*) *juncturæ.* Alii, ut Justinus Lib. I. & Curtius V. bitumine interlitum fuisse istum murum tradunt. Sed sulphuris & bituminis vicina est natura, ut ait Plinius Lib. XXXV. 15. Tertullian. de bitum. Sodom. *Quod vividus ardor Subter stagna coquens, de sulphuris & salis æstu Temperat, inque picem dat terræ hærere marinam.* Carpit tamen eo nomine Hyginum & Cassiodorum Bulengerus Eclog. III. ad Arnobium.

[k] *Ferro*] Putabam id vocabulum à primo esse delendum, ut natum ex repetitione syllabarum præcedentium, cum librarius inveniret scriptum *sulfore.* Frequenter enim librarii O pro U ponunt. Glossæ Cyrilli: Πῶμες, *Sternomentum, Sternotum*, & sexcentis aliis locis. In fragmento Grammat. à Barthio publicato Adversar. Lib. XXXVII. 13. *A ante f producitur, ut Afer. Præter nafer & scafium, hoc est, orinale.* Leg. *urinale.* Juvenal. Sat. VI. 263. *Et ride, positis scaphium cum sumitur armis.* Frustra ibi est Vet. Scholiastes. Sed Hyginum heic sanum esse evincunt, quæ ex Ampelio & Cassiodoro modo adduxi.

[l] *Altum pedes 60.*] Ampelius: *Lati-*

in circuitu [m] stadiorum 300. Pyramides in Ægypto, [n] quarum umbra non videtur, [o] altæ pedes 60.

CCXXIV. *Qui facti sunt ex mortalibus immortales.*

Hercules Jovis & Alcumenæ filius. Liber Jovis & Semelæ filius. Castor & Pollux Helenæ fratres, Jovis & Ledæ filii. Perseus Jovis & Danaes filius, in stellas receptus. Arcas [a] Jovis & Calysto filius in stellas relatus. [b] Ariadnen Liber pater Liberam appellavit, Minois & Pasiphaes filiam. Calysto Lycaonis filia in septentrionem relata. Cynosura Jovis nutrix, in alterum Septentrionem.

titudo ejus cubitis XXX. *altus cubitis* CXXX. Juvenalis statim laudatus Scholiastes: *Quorum* (murorum) *latitudo* 200 *pedes detinet, altitudo* 50. Curt. v. 1. *Altitudo C. cubitorum.* Vide quæ ad eum locum congessit Freinshemius.

m *Stadiorum* 300.] Boschartus in Phaleg. Lib. 1. cap. 12. emendat 360. In tanta auctorum discrepantia certi aliquid statuere difficile est. Eustath. in Dionys. p. 127. Περίμετρον αὐτῆς ἀπειχάζατο στάδια τ φ ι fort. τξ. Vide Tzetz. Chil. IX. 275.

n *Quarum umbra non videtur*] Tempore solstitii puta, & die medio, ut rectè observat Cl. Schefferus. In Catal. Pith. Lib. 11. *Pyramidasque ansas vicinum attingere cœlum, Pyramidas, medio quas fugit umbra die.* Ammianus Lib. XXII. p. 240. ed. Boxh. *Quarum magnitudo quoniam in celsitudinem nimiam scandens gracilescit paulatim, umbras quoque mechanicâ ratione consumit.*

o *Altæ pedes* 60.] Strabo Lib. XVII. Εἰσὶ στάδιαι. Scripserim ergo heic 600. Solinus cap. 45. *Pyramides turres sunt in Ægypto fastigiatæ ultra excelsitatem omnem, quæ fieri manu possit. Itaque mensuram umbrarum egressæ nullas habent umbras.* Quæ verba transscripsit in Orig. Lib. XV. cap. 11. Isidorus. Ubi tamen corruptè legitur *pyra* pro *pyramis.* Anonymus περὶ ἀπίστων cap. 2. Αἱ ἐν Αἰγύπτῳ Πυραμίδες, ἃς ἡ μείζων ἔχει πήχεις τετρακοσίας.

Ad CAP. CCXXIV.

a *Jovis & Calysto*] *Callistus* esset scribendum vel *Callistonis.* Astron. II. 4. *Arcas Calystonis & Jovis filius.* Sed ut heic, ita & cap. 14. *Gubernator navis Argo.* Apud Lactant. in Thebaid. Stat. VII. 186. *Jovis & Io filium.* In MS. codice Fulg. III. Myth. cap. 4. *Fabula Ero & Leandri. Dido* in Cod. antiq. Priap. Carm. 76. pro *Didus.* Non minus mira sunt illa apud Lactant. Arg. II. Met. fab. 10. *Chironis & Chariclæ filia,* apud Isidor. Orig. IX. 2. & XIV. 4. *Jovis & Calystæ filiæ.* Dicas & illis locis *Chariclo* & *Callisto* scribendum esse. Nisi aliter in sequentibus loqueretur; parva mutatione restitui posset locus rescribendo, *Jovis ex Callisto.*

b *Ariadnen*] Cl. Schefferus *Ariadne, eam,* quod non sperno. Quod autem addit alibi non legi, quomodo facta sit immortalis, in eo memoria ipsi imposuit. Fuerunt enim, qui non Ariadnæ tantum coronam, sed & ipsam in sidera relatam dicerent, ut ostendit ad Manil. pag. 412. Scaliger. Lucianus medium sequitur, dum Ariadnen cœlo adsumptam, sed coronam ejus astrorum choro insertam narrat Διῶν ἐκλογία. Ovid. Fast. III. *Occupat amplexu lacrymasque per oscula siccat, Et pariter cœli summa petamus ait. Tu mihi juncta thoro, mihi juncta vocabula sumes, Nam tibi mutatæ Libera nomen erit.* Lactant. Firm. Lib. I. cap. 10. *Illam patris proditricem, ab aliorelictam*

nem. Aſclepius Apollinis & Coronidis filius. Pan [c] Mercurii & Penelopes filius. [d] Croton Panis & Euphemes filius, [e] conlactius muſarum in ſtellam ſagittarium. Icarus &

& repudiatam in conjugium ſibi vindicavit, & Liberam fecit, & cum eâ pariter in cœlum aſcendit. Propertius Lib. III. el. 15. *Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis.* Phædra apud Senec. Hippol. vers. 663. *Te, te, ſoror, quacunque ſiderei poli In parte fulges, invoco ad cauſam parem.* Oedip. vers. 497. *Ducitur magno nova nupta cœlo.* Alia eſt Libera Cereris ex Jove filia, de quâ Arnobius Lib. V. Iſidor. Orig. XIV. Cicero IV. Verr. & II. nat. Deorum. Etiam Semele dicta *Libera*. Gloſſ. Cyrilli, Σεμέλη, *Libera*. Ariadnæ nomen, ut obiter hoc moneam, reſtituendum Servio Æn. III. 125. ubi de Naxo agit: *Aut ideo*, inquit, *gratam Baccho, quod ibi cum relicta Atheſiona duc* libentiſſime concubuerit, cui etiam coronam donavit, quæ poſtea inter ſidera collocata.* Lege, *cum relictâ à Theſeo Ariadnâ libentiſſimè* &c.

c *Mercurii & Penelopes*] Idem tradit Herodorus. Sed alii alia. Vide Natalem Myth. V. 6. & ante omnes Schol. Theocrit. ad Eid. I. v. 123. De Mercurio patre conſentit etiam Probus ad III. Georg. v. 391. Lucianus Dial. Deor. Tom. I. pag. 175. edit. Bened. Gloſſ. MSS. in Virgil. I. Georg. *Pindarus ex Apolline & Penelopâ in monte Lyceo editum ſcribit, qui à Lycaone rege Arcadiæ dictus. Alii ex Mercurio & Penelopâ natum, comitem Dianæ, feras ſolitum à cubilibus excitare, & ideo capripedem figuratum, quo facilius denſitatem curſu poſſet evadere. Cicero ait IV. Verrinarum Liberi eſſe filium: alii eum ex Æthere & Junone. Apollodorus ſine parentibus eum finit, quoniam univerſum, id eſt, τὸ πᾶν huic Deo ſit attributum.*

d *Croton*] *Crotus* appellatur Aſtron. II. 27. Eratoſth. κατ. cap. 28. Sed *Crotonem* appellat quoque German. Scholiaſtes Sagittario. Verba ejus adſcribam: *Hic autem homo equinis pedibus eſt, & caudam habet velut ſagittarii. Soſithem autem tragœdiarum ſcriptor illum affirmat eſſe Crotonem Euſchemis Muſarum nutricis filium.* Pro *ſagittarii* lege *Satyri* ex Eratoſthene; pro *Euſchemis*, *Euphemes*. Poſterius vidit etiam, & correxit, qui præfuit Sanctandreanæ editioni, vel Morellius potius. Ampelius cap. 2. *Sagittarius Crotopi filius nutricius Muſarum, quæ Muſæ ſemper dilexerunt eum, quod plauſu & luſu ſagittarum eas avocaret.* Lege & hæc *Croton Euphemes nutricis* &c. Sed rectius *Crotus* ſcribitur. Columell. Lib. X. *Spicula Phœbus Diræ nepæ tergoque Croti feſtinat equino.*

e *Conlactius*] H. e. συσσίτιος. Gloſſ. Cyrill. Συσσίτιος, *concibus*, *conlactaneus*. Συγγάλακτος, *conlactaneus*. Gloſſ. Latino-Græc. *Conlactaneus*, ὁμογάλακτος, συσσίτιος. In Teſtam. Cuſpidii: *Ut ſingulis annis victum neceſſarium collactaneæ Doryclæ ſuppeditet.* Lucas Act. cap. 33. v. 1. Ἡρῴδου συντρόφου. Quod rectè vertit vetus interpres, *Herodis collactaneus*. Nec à Bezâ debuerat ſperni. Hieronymus ad Furiam: *Nec formoſulus collactaneus, nec candidulus & rubicundus aſſecla.* Chariſius Lib. I. *Conlactaneus dici debet. Nam collactius nemo dicit.* Æquè verum hoc, bone magiſter, ac illud Lib. III. *Imperet nemo dicit.* Et quod ſub finem ejuſdem libri inculcas, *Dici non poteſt Sol occaſus.* Vana etiam diſtinctio Capri: *Collactaneus eſt, qui iiſdem mammis educatus eſt. Collacteus, qui uno eodemque lacte creatus.* Capella Lib. I. *Quod ſororis ejus collactea & indiſcreto amica fœdere videretur.* Et ſub initium Lib. II. *Utrum matre virginis miſſa, an ſuâ, ut pote ejus collactea, trepidatione ſollicita, quid ageret conſpicatur.* Gloſſ. Cod. Leid. *à matre virginis.* Atque ita legendum omnino. Adde quæ habet Pignorius de Servis pag. 188. ed. Patav. Ὁμοθήλους & ἀγαλάκτους vocant Græci eodem lacte nutritos. Vide Heſychium. In margine Hygini ſui Heinſius adſcripſerat, *Juvenalis.* Voluit, puto, innuere locum illum Sat. V. vers. 306. *Quid dicat nigræ collacta Mauræ.* Ubi quidam *collactea* legunt.

f Ita-

& Erigone Icari filia in ſtellas, [f] Icarus in arcturi, Erigone in virginis ſignum. [g] Ganymedes, Aſſaraci filius, [h] in aquario duodecim ſignorum. Ino Cadmi filia in [i] Leucothoam, quam nos matrem Matutam dicimus. Melicertes Athamantis filius in deum Palæmonem. Myrtilus Mercurii & [k] Theobules filius in Heniochon.

CCXXV. *Qui primi templa deorum conſtituerunt.*

ÆDEM Jovi [a] Olympio primum fecit Pelaſgus Triopæ filius in Arcadia. Theſſalus templum quod eſt in Macedonia Jovis Dodonæi in terra Moloſſorum. Eleuther primus ſimulacrum Liberi patris conſtituit, & quemadmodum coli deberet oſtendit. Phoroneus, Inachi filius, templum Argis Junoni primus fecit. Otrira Amazon Martis conjunx templum Dianæ Epheſi prima fecit, [b] quod

f *Icarus in arcturi* &c.] Ita quidam voluerunt. Vide Servium Georg. 1. 68. & noſtrum ſupr. cap. 130. Aſtron. II. 4.

g *Ganymedes*] Gloſſ. Vett. *Catamitus*, Γανυμήδης. Feſtus: *Catamitus pro Ganymede dixerunt, qui fuit Jovis concubinus.* Noſter infr. cap. 271. Erichthonii facit filium. Vide ibi notas noſtras.

h *In aquario*] Cur non *in aquarium*, quo caſu cætera extulit? Sed ut heic, ita etiam cap. 177. *Poſtea Jovis in ſtellarum numero retulit.* Poſſis tamen ſuſpicari ſupra literam o ductam fuiſſe lineolam à librario, & ſcribendum *aquarium* & *numerum*. Qui antiquos codices inſpexit, vel vetera gloſſaria attentè legit, o pro u nimis ſæpe poſuiſſe librarios, ignorare non poteſt. Quintil. declam. 1. *Præterea cum manus ex parte* (leg. *eâ parte* cum Gron.) *qua palmare veſtigium poteſt, plicetur in capulo, & ſe, dum telo occupat, claudat.* Ita editum Leidæ ann. 1665. Sed legendum ex Pariſ. & Colon. edd. *telum*.

i *Leucothoam*] *Leucotheam* eſſe ſcribendum demonſtravi ad cap. 2.

k *Theobules*] Cl. Scheſſerus corrigit *Eleobules*. Mercurium Myrtili patrem fuiſſe inter alios etiam Servius notavit ad 1. Georg. 205. Schol. Apollon. ad 1. 752. Sophoclis ad Electr. v. 509. Matrem noſter *Clytiam* appellat Aſtron. II. 13. Alii aliter. Vide notas ad cap. 84. Hic legendum *Cleobules*. Tzetzes in Lycophr. pag. 31. Ἑρμῆ δὲ Κλεοβούλης τῆ Αἴθρᾳ ἢ Αἰπόλῃ συγγενής. Corrigendus ergo idem pag. 35. Καδμίλῳ) ὁ Ἑρμῆς Βασιλικῶς, ὁ δὲ Κλεοβούλης υἱὸς ὁ Μύρτιλος. Lege, ὃ δὲ Κλεοβούλης υἱὸς ὁ Μύρτιλος.

Ad CAP. CCXXV.

a *Olympo*] *Olympio* ſcrib. Cap. 223. *Signum Jovis Olympii.* Fragment. Trag. *Licet me Hercules Jovem Olympum clames.* Ubi rectè Scheſſerus, *Olympium*. Atque ita quoque habuit vetus codex. Columell. Præfat. Lib. 1. *Pulchritudine Jovis Olympii* &c. Cenſorinus cap. 18. *Agon Jovi Olympio celebratur.* Valerius Max. Lib. 1. cap. 1. *Detracto Jovi Olympio magni ponderis aureo amiculo.* Lactant. II. 4. *Cum Jovi Olympio aureum amiculum detraxiſſet.* Ζεὺς Ὀλύμπιος eſt Græcis. Arnob. non tantum Lib. III. *Olympium* vocat, ſed & VI. *Olympiacum*. Quomodo tamen O-

[b] quod postea à rege * restituerunt. Lycaon Pelasgi filius templum Mercurio Cyllenio in Arcadia fecit. [c] Pierius.

* * * * *

CCXXXVIII. *Qui filias suas occiderunt.*

AGAMEMNON Atrei filius, Iphigeniam, quam Diana servavit, [a] id est * Callisthenem Eubœæ filiam ex sortibus, pro patriæ salute. [b] Clymenus Oenei filius, [c] Harpalycen, quod ei filium suum in epulis apposuit. [d] Hyacinthus Spariantidem filiam ex responso pro Athenienſibus. Erechtheus Pandionis filius, [e] Colophoniam ex sortibus pro Athenienſibus. Reliquæ ipsius sorores ipsæ se præcipitaverunt. Cercyon Vulcani filius, Alopen propter incestum cum Neptuno. Æolus [f] Canacen

§ pro-

lympus Jupiter defendi possit, disces ex Salmasii Comment. ad Tertull. Pall. pag. 362.

b *Quod postea à rege * restituerunt*] Cl. Schefferus emendat, *postea rege Alexandro restituerunt*. Consule ejus notas.

c *Pierius*] Cl. Schefferus *Pierus*. Quod probo. Πίερος enim Græci, non Πιέριος vocant. Vide not. ad Anton. Lib. cap. 9. Hom. Schol. ad Iliad. Ξ. 226. Pausan. Lib. x. Tzetz. ad Hesiod. pag. 8. ed. Heins. Corruptus ergo & Servius ad Eclog. VII. 21. *Alii templum Libethridum Musarum dicunt, quod à Pierio Apollinis filio consecratum est.* Et Schol. Juvenal. ad Sat. VII. 8. *Pieria locus sub radicibus Olympi montis, cui Pierius poëta nomen dedit* &c.

Ad CAP. CCXXXVIII.

a *Id est Callisthenem*] Verba illa, *id est*, videntur inducenda, & deinde legendum, *Callisthenes Eubœam filiam*, ut voluit Micyllus; quanquam fabulam ignoro.

b *Clymenus Oenei*] Micyllus in margine pingi curavit, *Schoenei*. Sanè ejus filius dicitur cap. 246. Sed perperam. Vide cap. 206. & Apollod. Lib. I. pag. 35. ed. Commel. Corruptè etiam cap. 242. *Cyneti* exhibetur.

c *Harpalycen*] Ita rescripsi pro *Harpalicem*, & mox *Erechtheus* pro *Erichtheus*, *Alopen* pro *Alopem*, *Canacen* pro *Canacem*.

d *Hyacinthus Spariantidem filiam*] Puto respexisse Hyginum illud, quod refertur, sed paulo aliter, ab Apollodoro Lib. III. pag. 205. *Hinc cum pestis & fames simul urbem invasissent, primum quidem ex veteri oraculo Athenienses Hyacinthi filias Antheidem, Ægeidem, * Enthenidem & Lytæam ad Geræsti cyclopis tumulum jugularunt.*

e *Colophoniam*] *Chthoniam* esse scribendum jam superius à nobis monitum. Meminit hujus sacri exsecrandi etiam Clemens Protrept. pag. 27. Factum hoc Erechthei tragœdiæ argumentum dedit Ennio, quam laudat Gellius Lib. VI. cap. 16. Nec aliam ob causam Erechtheus & ejus filiæ Deorum in numerum relati sunt. Vide Ciceron. III. Nat. Deor.

f *Canacen*] *Canachen* rectius censet Cl. Schefferus, quod Κανάχη dicatur Apollodoro. Sed in Apollodoro ex Pal. codice reponendum Κανάκη. *Canache* canis nomen est apud Ovid. III. Met. 217. Macarei autem sororem *Canacen* appellat Ib. vers. 357. & II. Tr. I. 384. Atque ita quoque noster cap. 242. & 243. Αἰολὶς Κανάκη est Callim. Hymn. Cer. vers. 100. Adde his

Au-

g propter inceſtum cum fratre Macareo admiſſum.

CCXXXIX. *Matres quæ filios interfecerunt.*

MEDEA Æetæ filia, a Marcareum & Pheretum filios ex Iaſone. Progne Pandionis filia, Ityn ex Tereo Martis filio. Ino Cadmi filia, Melicerten ex Athamante Æoli filio, dum eum fugit. Althæa Theſtii filia, Meleagrum ex Oeneo Parthaonis filio, quod is avunculos ſuos occiderat. Themiſto Hypſei filia b Plinthium & Orchomenum ex Athamante Æoli filio, impulſu Inus Cadmi filiæ. c Tyro Salmonei filia duos ex Siſypho Æoli filio ex reſponſo Apollinis. Agave Cadmi filia, Pentheum Echionis filium, impulſu Liberi patris. Harpalice Clymeni filia propter impietatem patris, quod cum eo invita concubuerat, ex eo quem conceperat, interfecit.

CCXL. *Quæ conjuges ſuos occiderunt.*

a CLYTEMNESTRA Theſtii filia Agamemnonem Atrei filium. Helena Jovis & Ledæ filia Deiphobum Priami filium. Agave b Lycotherſen in Illyria, ut regnum Cadmo patri daret. Deianira Oenei filia Herculem Jovis & Alcumenæ filium impulſu Neſſi. Iliona Priami filia Polymneſtorem regem Thracum. Semiramis Ninum regem in Babylonia.

CCXLI. *Qui*

Auſon. Cup. Crucif. v. 38. & epigr. 84. Diodor. Lib. v. pag. 331. Stobæum Sermon. 62. pag. 404. Sueton. Neron. 21.

g *Propter inceſtum*] Atqui Homerus Odyſſ. Lib. x. vers. 6. dediſſe filias ſuas fratribus uxores Æolum ipſum refert.

Ad CAP. CCXXXIX.

a *Marcareum*] Lege *Mermerum*. Vide notas ad cap. 25.

b *Plinthium*] *Sphincium* appellat cap. 1. quod heic præfert Cl. Schefferus. Sed vide noſtras notas ad cap. 1.

c *Tyros*] *Tyro* ſcribe ex cap. 60. & 254.

Ad CAP. CCXL.

a *Clytemneſtra*] Cum Κλυταιμνήστρα Græcis ſit, ſcribendum eſſet, *Clytæmneſtra*. Verum ſine diphthongo exarat etiam Dictys Lib. 1. & Auſonius Epit. Heroum 1. ut *Cytheren* Grypho Ternario. De quibus Scaliger Auſon. Lect. Lib. 1. cap. 17.

b *Lycotherſen*] Echioni nupſiſſe Agave dicitur Apollodoro Lib. III. pag. 138. Ovid. III. Met. 725. Scilicet ſecundum ejus maritum fuiſſe Lycotherſen. Vide cap. 184.

CCXLI. *Qui conjuges suas occiderunt.*

HERCULES Jovis filius, [a] Megaram Creontis filiam, per insaniam. Theseus Ægei filius, Antiopam Amazonam Martis filiam, ex responso Apollinis. Cephalus Deionis [b] sive Mercurii filius, Procridem Pandionis filiam imprudens.

CCXLII. *Qui se ipsi interfecerunt.*

ÆGEUS Neptuni filius in mare se præcipitavit, unde Ægeum pelagus est dictum. [a] Euhenus Herculis filius in flumen Lycormam se præcipitavit, [b] quod nunc Chrysorrhoas appellatur. Ajax Telamonis filius ipse se interfecit propter armorum judicium. Lycurgus Dryantis filius, objecta insania à Libero, ipse se [c] interfecit. Macareus Æo-

Ad CAP. CCXLI.

a *Megaram*] Scribe *Megaram* ex Mosch. & Apollodor. Lib. II. pag. 121. Atque ita quoque noster ipse vult cap. 32. Corrigendus ergo & Pindari Scholiastes ad I. Isthm. od. 4. pag. 342. ed. Francof. ubi *Megera* appellatur.

b *Sive Mercurii*] Hinc *Cyllenia proles* Ovid. Art. A. III. 725.

Ad CAP. CCXLII.

a *Euhenus*] Hic Herculis filius est etiam cap. 162. Martis filium hoc nomine in Lycormam se præcipitasse narrat Apollod. Lib. I. pag. 24. Meminit quoque ejus fluminis Ovid. II. Met. 245. & Strabo Lib. VII. Ὁ Εὔηνος, inquit, ὁ Λυκόρμας ἐξιὼν καλεῖται.

b *Quod nunc Chrysorrhoas appellatur*] Glossatoris hæc esse videntur Cl. Scheffero. Sanè *Chrysorrhoas* fluvius Phœnices est Straboni Lib. XVI. Quo nomine & Pactolus dictus fuit, ut tradidit noster cap. 191. & Plinius Lib. V. 29. Solin. cap. 53. Eustath. ad Hom. Iliad. p. 1290. Inter aurifluos (nam Chrysorrhoæ cum in Asia, tum in Europâ multi dicti fuere) numeratum fuisse Euenum nondum inveni. Debebat scripsisse, *quod nunc Euenus ab eo appellatur.* Lactant. Argum. Lib. IX. Met. fab. 2. *Ut cum Euenum amnem transveheret, qui initio Lycormas erat nominatus.* Nec aliud legas apud Stobæum Serm. 243. Plutarch. de Flum. p. 29.

c *Interficit*] Rectè *interfecit* emendat Cl. Scheffer. Apollod. Lib. III. pag. 141. ex Dionysi voto ab equis dilaniatum eum scribit. Diodorus autem Lib. III. p. 199. à Baccho cruci adfixum. Apud Homerum Iliad. Z. 139. à Jove occiditur. Sed cum Hygino alii à semetipso interemptum tradidere. Vide Servium ad Æn. III. 14. Vetus commentator Horatii ad Lib. II. od. 19. *Lycurgus Thracum rex cum videret per vini temulentiam in mores multa committi, abscidi jussit vineta: quare iracundia Dionysi (Dionysi scribere debuisset) in furorem versus vinitoriâ falce sibi crura amputavit.* Aliter hæc narrant Triclinius ad Sophocl. Antig. vers. 1071. Hom. Schol. ad Iliad. Z. 130. Etiam Hyginus ipse cap. 132. Schol. Stat. Theb. IV. 742. *Lycurgi duo fuerunt, Thracius & Nemeus, de quo loquitur poeta. Ille in mari præcipitatus dicitur, quia primum aquis vina permiscuit, & venenis in hausta sinceram plurimis venenis infecit.* Cæterum ex isto Lycurgi casu proverbium arcessit Reinesius ad Trag. Fragm. Petron. *Ipse mihi asciam in crus impegi.* Moneo idem dictum occurrere apud

Æoli filius propter Canacen sororem, [d] id est sponsam, ipse se interfecit. Agrius Parthaonis filius expulsus à regno à Diomede, ipse se interfecit. Cæneus Elati filius ipse se interfecit. Menicus Iocastes pater se de muro præcipitavit [e] Athenis, propter pestilentiam. Nisus Martis filius, crine fatali amisso, ipse se interfecit. Clymenus Cænei filius rex Arcadiæ ipse-se interfecit, quod cum filia concubuerat. Cinyras Paphi filius [f] rex Assyriorum, quod cum Smyrna filia concubuerat. Hercules Jovis filius ipse sese in ignem misit. Adrastus & Hipponous ejus filius ipsi se in ignem jecerunt, ex responso Apollinis. Pyramus in Babylonia ob amorem Thisbes ipse se occidit. Oedipus Laii filius propter Iocastem matrem ipse se occidit, ablatis oculis.

CCXLIII. *Quæ se ipsæ interfecerunt.*

Hecuba Cissei filia, sive Dymantis, uxor Priami, in mare se præcipitavit, unde [a] Cyneum mare est dictum, quoniam in canem fuerat conversa. Ino Cadmi filia in ma-

apud Apul. III. Met. p. 57, ed. Pric. *Meque sponte asciam cruribus meis illidere compellis?*

d *Id est sponsam*] Barth. emendat, *idem sponsam*. Quod probat Schefferus. Mihi ista glossemata videntur. Si retinere vellem, scriberem, *itemque sponsam*. Pro quo tamen politiores maluissent, *eandemque sponsam*. h. e. quæ & sponsa ejus erat. Plinius Lib. v. cap. 29. *Profluente Pactolo, eodemque Chrysorhoâ*. Vellejus Lib. II. 112. *Patris atque ejusdem avi sui animum alienavit sibi*. Justinus XXVIII. 1. *Amisso marito, eodemque germano*: Et Lib. XXX. 1. *Occisâ Eurydice uxore eademque sorore suâ*. Schol. Juv. Sat. VIII. 212. *Quia & matrem occiderit, & uxorem Octaviam eandemque sororem adoptivam*. Lactant. Lib. 1. cap. 22. *Sororem suam Fatuam Faunam eandemque conjugem consecravit*.

e *Athenis*] Scribe *Thebis* cum Micyllo. Nec quicquam ante hæc verba excidit, ut suspicabatur vir clarissimus. Vide cap. 67. Ubi item *sterilitatem frugum & pestilentiam* causam fuisse retulit, propter quam se præcipitaverit Menœceus. Schol. Sophocl. Oedip. Tyrann. vers. 24. Οὐ μόνον ἀσοφίαν φασὶν εἶναι, ἀλλὰ τὰς περυσίους καρπὰς διαφθείρειν. Cæterum ex sterilitate cur pestilentia oriatur, non malè explicat Moschopulus ad Hesiod. Ἔργ. α. p. 62. ed. Heins.

f *Rex Assyriorum*] Ita tradit etiam cap. 58. & Apollodorus Lib. III. Cypriorum rex est Ovidio, Clementi Alexandrino, & Pindari Schol. in Pyth. od. 11. Vide quæ notavimus ad Anton. Liberal. cap. 34.

Ad CAP. CCXLIII.

a *Cyneum*] Ita reposui pro *Cynæum* ex Gr. Κύνειον. Vid. notas ad cap. 111. Etiam paulo ante *Dymantis* scripsi pro *Dimantis* ex Gr. Δύμας. Minus religiosi in istarum vocalium distinctione fuerunt posterioris ætatis scriptores: quam tamen in nominibus propriis minimè putem negligendam.

mare se præcipitavit cum [b] Melicerto filio. [c] Anticlia Autolyci filia, mater Ulyssis, nuncio falso audito de Ulysse, ipsa se interfecit. Sthenobœa [d] Iobatis filia, uxor Prœti, propter amorem Bellerophontis. Euadne [e] Philaci filia, propter Capaneum conjugem, qui apud Thebas perierat, in eandem pyram se conjecit. Æthra [f] Pitthei filia propter filiorum mortem ipsa se interfecit. Deianira Oenei filia propter Herculem, decepta à Nesso, quod ei tunicam miserat, in qua conflagravit. Laodamia Acasti filia propter desiderium Protesilai mariti. Hippodamia Oenei filia, uxor Pelopis, quod ejus suasu Chrysippus occisus est. Megæra Autolyci filia propter Hippothoi filii mortem. Alcestis [g] Pelei filia propter Admetum conjugem [h] vicaria morte obiit. Iliona Priami filia propter casus parentum suorum. Themisto Hypsei filia impulsu Inus, quod filios suos occidit. Erigone [i] Icari filia propter interitum patris suspendio se necavit. Phædra Minois filia pro-

b *Melicerto*] Scribe *Melicerta*, vel *Melicerte*. Sunt enim illa Græca in ης primæ simplicium primæ vel tertiæ, vel etiam utriusque inflexionis apud Latinos. Schol. Stat. tamen cum Hygin. ad 11. Theb. 383. *Promontorium dicit, de quo se Ino cum Melicerto filio præcipitem dedit.*

c *Anticlia*] Pausaniæ *Anticleam* esse notat Schefferus. Atqui hoc idem est. Ex Gr. εια, *ea* vel *ia* formant Latini. Servius ad Ecl. VI. 2. THALIA. *Musa scil. & Græcè ait, ut* Θάλειαν. *Nam Latinè Thalea dicitur. Sicut Cytheria Cytherea. Sed propter euphoniam contempsit jus regulæ, & in Græcitate permansit.*

d *Iobatis*] Ad formam tertiæ inflexum est, licet apud Græcos sit primæ simplicium. Sic *Thyestis* pro *Thyestæ* apud Servium ad Ecl. v. 89. & apud nostrum cap. 244. *Æacidis* pro *Æacidæ* in Catal. Pith. Lib. II. & alia sexcenta apud alios. Nec malè tamen *Iobati* scripseris. Ἰόβατος enim Pindari Scholiastæ est Olymp. od. XIII. qui aliis est Ἰόβατης.

e *Philaci*] Cap. 256. est *Philacis*. Forte *Iphidis* scribendum. Ejus enim est filia Apollod. Lib. III. p. 157. Æliano Histor. Animal. Lib. I. cap. 15. Schol. Pindari ad Olymp. od. 6. Hinc *Iphias* Ovid. v. Trist. el. 14. & Epistol. de Ponto. III. 1. III. Art. A. vers. 24. dicta Euadne. Falli enim interpretes existimo, qui utrobique annotant *Iphiæ* esse filiam. Prius dicta est *Ianira*. Postea διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐδνων nomen *Euadnes* accepit, ut docet Pindari interpres.

f *Pitthei*] Ita reposui ex cap. 79. pro *Pithei*. Vide notas ad cap. 84.

g *Pelei*] Scribe *Peliæ*, ut rectè scriptum est cap. 24. & 57. Consule Tzetzen Chil. I. 53. Hom. Schol. ad Odyss. A. 280.

h *Vicariâ morte*] Quintil. Declam. IX. *Una fingitur conjux, quæ jam perituri vitam conjugis vicariâ morte suâ redemit.* XVI. *Explebo, si videatur, vicariâ pœnâ locum recedentis.* Et paulo ante: *Amicitia plurimorum, unus animus, vicariæ manus, fortior quam matris affectus.* Corruptus locus. Lege, *fortiores*, vel *unius animi*. Quod malim.

i *Icari filia*] *Icarii* emendat Cl. Schefferus. Nihil opus erat. Vide notas ad cap. 130.

propter Hippolytum privignum suum suspendio se necavit, [k] ob amorem. Phyllis propter Demophoonta Thesei filium ipsa se suspendio necavit. Canace Æoli filia, propter amorem Macarei fratris, ipsa se interfecit. [l] Byblis Mileti filia propter amorem Cauni fratris ipsa se interfecit. Calypso Atlantis filia propter amorem Ulyssis ipsa se interfecit. Dido Beli filia, propter Æneæ amorem, se occidit. Iocasta Menœci filia propter interitum filiorum & nefas. Antigona Oedipodis filia [m] propter sepulturam Polynices. Pelopeia Thyestis filia, propter scelus patris. Thisbe Babylonia propter Pyramum, quod ipse se interfecerat. Semiramis [n] in Babylonia, equo amisso, in pyram se conjecit.

CCXLIV. *Qui cognatos suos occiderunt.*

Theseus Ægei filius, Pallantem filium [a] Nilei fratris. Amphitryon Electryonem [b] Persi filium. Meleager Oenei filius avunculos suos Plexippum & Agenorem, propter Atalantam Schœnei filiam. Telephus Herculis filius Hippothoum & Nerea aviæ suæ filios. Ægisthus Atreum & Agamemnonem Atrei filios. Orestes Ægisthum Thyestis filium. Megapenthes Prœti filius, Perseum Jovis & Danaes filium propter patris mortem. Abas

k *Ob amorem*] A glossa hæc esse censet Cl. Schefferus. Quod verum esse puto.

l *Byblis*] Confer Parthen. cap. XI. ubi hanc fabulam eleganter narrat. Se ipsa suspendit. Adi Nob. Heins. notas ad Ovid. Met. pag. 248. Alii aliter narrant. Vide Anton. Liberal. cap. 30. Ovid. IX. Met. vers. 655. & seq.

m *Propter sepulturam Polynices*] *Polynicis* scribendum. Sed falsum hoc, ipsam semet interfeciisse. Vide cap. 72. Sophocles in Antigona, & Apollod. Lib. III. vivam defossam tradunt jussu Creontis. Hæmon sibi ipse manus attulit, ut præter alios, & Propertius tradit Lib. II. el. 7.

n *In Babyloniâ*] Illud *in* suspectum Cl. Schessero. Mihi satis se probat. Justin. X. 5. *In Ilio quoque ad tumulos heroum parentavit.* Julius Obsequens: *Androgynus in Urbino natus.* Noster cap. 254. *Anchises item in Ilio.* & 273. *Fecit in Ilio.*

Ad CAP. CCXLIV.

a *Nilei*] *Nelei* scribendum est ex Gr. Νηλεύς. Vide quæ notavi ad cap. 223. Sed vereor ne majus ulcus heic lateat. Certè Schol. Eurip. si audis, ad Hippolyti vers 35. scribas oportet *Pandionis filium*, *Ægei fratrem.* Adde notas ad cap. 198. Meminit hujus cædis Pausanias quoque Lib. I.

b *Persi*] Scribe *Persei* cum Micyllo. quod & Cl. Schefferus amplectitur. Dicere tamen possis *Persi* genitivum antiquum esse ex *Perses*, quod idem quod *Perseus*. Sic pro Ἀγκλεὺς Æoles dixerunt

bas propter patrem Lynceum [c] Megapenthem occidit. [d] Phegeus Alphei filius, Alphesibœæ filiæ suæ filiam. [e] Amphion Terei filius, avi sui filios. Atreus Pelopis filius, Tantalum & Plisthenem Thyestis filios infantes in epulis Thyesti apposuit. [f] Phillus Herculis filius, Sthenelum Electryonis proavi sui fratrem. [g] Medus Ægei filius, [h] Persen Æetæ fratrem Solis filium. Dædalus Eupalami filius, [i] Perdicem sororis suæ filium, propter artificii invidiam.

CCXLV. *Qui soceros & generos occiderunt.*

IASON Æsonis filius [a] Phlegyonam; Pelops Tantali filius, Oenomaum Martis filium.

Qui generos suos occiderunt.

PHLEGEUS Alphei filius, Alcmæonem Amphiarai filium Amphionem Chloridis fratrem, quæ Nestori nupsit, tradit Pherecydes apud Hom. Schol. ad Odyss. A. 280.

runt Ἀχίλλης, unde *Achilles* Latini. Servius ad Æn. VIII. 383. *Omnia quæ in Es exeunt hodie, apud majores in Es exibant, ut Nereus Nerei, Tydeus Tydes.* Περσεὺς tamen est Apollodoro Lib. II. ubi hæc habes, ut & apud Diaconum ad principium Asp. Hesiodi. Sed hoc iis, quæ dixi, nihil obest. Contra *Perseus* dicitur Hecatæ pater à Lycophrone, in quem Isacius: Καὶ πατὸ ἀδείας ἐπὶ Λυκόφρονος, ὁ Περσέως Περσία καλεῖν.

c *Megapenthem*] Scribe *Megapenthem* ex Gr. Μεγαπένθης.

d *Phegeus*] Putavi antehac (quâ in re conspirasse mecum etiam Cl. Schefferum video) *Phlegeus* esse rescribendum ex cap. 245. Nunc nihil muto, & etiam illic pro *Phlegeus* reponendum esse *Phegeus* censeo. Vide Apollod. Lib. III. pag. 168. Lactant. Argum. fab. 10. Lib. IX. Ovid. Met. Quamobrem merito τὸ *Phegeius* pro *Phlegeius* restituit ibi poëtæ Nob. Heinsius. Rem. Amoris vers. 455. *Amphilochi frater ne Phegida semper amaret.*

e *Amphion Terei filius*] Terei filium Amphionem, ut Cl. Schefferus nondum, ita nec ego inveni. *Iasi* rescriberem, nisi longè nimis à vetere scriptura recederet. Certe Iasi fuisse fi-

f *Phillus*] Imo *Hyllus*, non *Phillus* fuit Herculis filius. Vid. cap. 162. Vix tamen horum quicquam rectum putat Cl. Schefferus. Causam dubitandi non video. Stemma tale est:

Perseus ——— Danae

Alcæus, Sthenelus, Nestor, Electryon
Amphitryo
Hercules
Hyllus.

Confer Schol. Æschyl. Prometh. vers. 702.

g *Medus*] Habes hæc superius cap. 27. & apud Diodor. Lib. IV. pag. 259.

h *Persen*] *Perseus* dicitur Scholiastæ Apollonii Lib. III. v. 200. Quod ut diversum videri possit, idem tamen est.

i *Perdicem sororis suæ filium*] Nihil heic esse mutandum ostendi ad cap. 39.

Ad CAP. CCXLV.

a *Phlegyonam*] Corruptum hoc; imo & quædam ante hanc vocem excidisse videntur.

Ad

filium. Idem & Eurypylum. Æeta Solis filius Phryxum Athamantis filium.

CCXLVI. *Qui filios suos in epulis consumpserunt.*

TEREUS Martis filius ex [a] Progne Ityn. Thyestes Pelopis ex [b] Aerope Tantalum & Plisthenem. Clymenus Schœnei filius ex Harpalice filia filium suum.

CCXLVII. *Qui à canibus consumpti sunt.*

ACTÆON [a] Aristei filius: [b] Thasius [c] Deloami sacerdotis Apollinis filius: ex eo [d] Delo nullus canis est. Eu-

Ad CAP. CCXLVI.

a *Progne*] Ita scribitur etiam cap. 45. & 255. Scribendum erat *Procne* ex Græco Πρόκνη. Apparet quantopere G & C confundant librarii cum multis ex aliis, tum & hoc vocabulo. In causâ fuit pronuntiatio. Terent. Maurus: *Sic amurca, quæ vetustè sæpe per c scribitur, Esse per g proferenda crediderunt plurimi* &c. Adde notas nostras ad Geneal. & cap. 45.

b *Aerope*] Vide ad cap. 86.

Ad CAP. CCXLVII.

a *Aristei*] *Aristæi* scribe ex Gr. Ἀρισταῖος. Notavi jam ad cap. 181.

b *Thasius*] *Thrasius* Ovid. Ib. v. 477. ed. Heinsianæ. Thasus quidam Neptuni est filius apud Eustath. in Dionys. pag. 74.

c *Deloami*] Coaluerunt in unam duæ voces. Scripserim, *Delo Anii sacerdotis filius. Ex eo Delo nullus canis est.* Virg. Æn. III. 80. *Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos.* Ad quem versum Servius: *Anius rex Delii, Apollinis sacerdos.* Etym. auctor in Ἀναξίπτων. Ἄνιος Δηλίῳ τῷ ἱερεῖ τοῦ Δηλίου Ἀπόλλωνος. Meminit & Tzetzes ejus ad Lycophronem.

d *Delo*] Ἀντὶ τοῦ *in Delo* vel *Deli*. Ita *domo* pro *domi* apud Suet. Cæs. cap. 20. Gloss. Vet. *Domi, domo, κοῦ εἶναι, ἐν ὅτῳ.* Apuleius Apol. *Domo adservantur.* Justin. Lib. XX. 3. *Corintho nunciata victoria.* & Lib. XVIII. 4. *Rex Tyro decedit.* Quod frustra in *Tyri* mutatum it Berneccerus. Ampelius cap. 8. *Rhodo signum marmoreum pulcherrimum.* Vet. Inscript. apud Grut. pag. 660. *Educatus Juliâ Emonâ.* Schol. German. *Sunt earum virginum, quæ Lesbo perierunt.* Flor. IV. 2. *Prima Arimino signa cecinerunt.* Isidor. Orig. XVI. 5. *Corintho primum repertus.* Obsequens cap. 14. *Asylo perludos Romani trucidati. Asculi* corrigit Freinsh. ad Flor. III. 18. Leg. *Asculo.* Hyginus noster cap. 67. *Corintho decedit.* Cap. 249. *Ægypto oppida communire.* Phædrus Lib. I. fab. 18. *Humo jacebat.* Deest in talibus præpositio, quam aliquando addi ostendo ad cap. 143. Virg. Æn. XII. 344. *Nutrierat Lyciâ.* Ad quæ verba Servius: *Lyciâ autem pro in Lyciâ, ut non Libyæ *.* Adde *non ante Tyro.* Tangit locum Lib. IV. 36. *Non Libyæ non ante Tyro.* Ubi Servius: *Aut in Tyro, ac si diceret Tyri, aut certè* Τυρσηνῶν, *id est, de Tyro, ut, Dardanus Hesperia. Quidam autem Libyæ mariti Libyesteto mariti Tyrii exponunt.* Postrema verba corrupta esse quilibet videt. Certum est maritos appellare poëtam, non qui erant, sed qui esse cupiebant. Putabam ergo legendum esse, *Quidam autem Libyæ mariti Libyæ mnesteres, mariti Tyro, mnesteres Tyrii exponunt.* Nunc libenter discedo in sententiam Doctiss. Jacobi Perizonii, qui uni-

Euripides tragœdiarum scriptor [e] in templo [f] consumptus est.

CCXLVIII. *Qui ab apro percussi interierunt.*

ADONIS Cinyræ filius. Ancæus Lycurgi filius à Calydonio. Idmon Apollinis filius, [a] qui extra metam exierat cum Argonautis apud [b] Lycum regem. [c] Hyon ab apro vel leone, Atlantis & [d] Pleionis filius.

CCXLIX. *Faces sceleratæ.*

[a] FACEM, quam sibi visa est parere Hecuba Cissei filia, sive Dymantis. [b] Nauplii, ad saxa [c] Capharea, cum naufragium Achivi fecerunt. Helenæ, quam de muris

unica literulâ mutatâ, & divisis vocibus, ita locum restituit, *Quidam autem Libyæ mariti, Libyes, Tyro mariti, Tyrii exponunt.*

e *In templo*] Ante hæc verba poni πλείαν σημεῖον jubet Cl. Schefferus. Censet enim desiderari nomen ejus, qui in templo est consumptus, cum non in templo, sed à cœnâ rediens Archelai à canibus dilaceratus sit Euripides. Vide Gell. Lib. xv. 20. Valerium Lib. ix. 12. & Apostol. Cent. xvi. 70. qui à Promero servo regio canes ei immissos memorat. Non inepte forsan suspiceris quatuor ista vocabula *in templo consumtus est*, pertinere ad præcedens exemplum, & à librario oscitante huc translata, ut scripserit Hyginus: *Delo Anii sacerdotis Apollinis filius in templo consumtus est.*

f *Consumptus*] H. e. devoratus. Supr. cap. 67. *Cum à Sphinge essent consumpti.* Vet. Interpr. Act. cap. xii. 23. *Consumptus à vermibus expiravit.*

Ad CAP. CCXLVIII.

a *Extra metam*] Hoc vitiosum sine dubio. Cap. 14. *Cum stramentatum exisset.* Cap. 18. *Cum extra venatum exissent.* Vide quæ notavi ad locum priorem.

b *Lycum*] Vide loca modo laudata. Male *Lyum* edidit Commelinus.

c *Hyon*] Micyllus *Hyas.* Vide cap. 192.

d *Pleionis*] Margo libri Salmasiani, *Pleionæ.* Malim *Pleiones* ex Gr. Πλειόνης. Solenne est nostro *i* ponere, ubi in Græco est *η*. Notavi ad cap. 31. Idem vitium occurrit Astron. II. 21. *Pleionis & Atlantis filias.* Et cap. 24. *Beronicis patrem.* Non vitiosum tamen *Pleionæ* ex *Pleiona*, quo utitur Dictys Lib. I. ut *Hesionæ* Lib. IV. & apud Daretem scribitur.

Ad CAP. CCXLIX.

a *Facem, quam*] Deleam incisum post τὸ *facem.* Dictum est pro, *quam facem visa est parere.* Petronius: *Hunc adolescentem quem vides, malo astro natus est.* Infra cap. 274. *Caper vitem quam prævoserat, abundantius fructum ferre cœpit.* Ad quem locum pluscula annotavi.

b *Nauplii*] Ante hoc vocabulum quem posuerant, sustuli asteriscum. Non enim, ut recte animadvertit Cl. Schefferus, locus defectus est, cum subaudiatur *sax* ex capitis lemmate. Vide cap. 116.

c *Capharea*] Ita scripsi pro *Capharæa.* Propert. III. el. 7. *Saxa triumphales fregere Capharea puppes.*

d Quæ

ris ostendit, & Trojam prodidit. Althææ, [d] quæ Meleagrum occidit.

CCL. *Quæ quadrigæ rectores suos* [a] *prodiderunt.*

PHAETONTA Solis filium ex Clymene. Laomedonta Ili filium [c] ex Leucippe. Oenomaum Martis filium ex [d] Asterie, Atlantis filia. [e] Diomedem Atlantis filium, ex eadem. Hippolytum Thesei filium ex Antiope Amazone. Amphiaraum Oiclei filium ex [f] Clytemnestra, Thestii filia. Glaucum Sisyphi filium ludis [g] funebribus Peliæ [h] equæ suæ consumpserunt. [i] Iasonem Jovis filium ex Ele-

d *Quæ Meleagrum*] *Quâ* emendat Cl. Schefferus. Fabulam habes cap. 171.

Ad CAP. CCL.

a *Prodiderunt*] *Perdiderunt* ex indiculo his fabulis præmisso reponit Cl. Schefferus. Sed *prodere* idem fermè interdum est, quod *perdere*. Auson. Ephem. edit. Ald. *Sit satis antiquam serpens quod prodidit Evam.* Et in ludo: *Parcit quisque malis, prodere vult bonos.* Quæ loca an rectè posteriores editores mutaverint, judicent Critici. Ennius apud Festum: *Non in sperando cupidi rem prodere summam.* Servius ad Æn. IV. 431. *Quidam* prodidit *pro* perdidit *accipiunt, ut*, unius ob iram prodimur. Quo accedit, quod *prodere rectorem* equi & aurigæ perquam eleganter dicantur, ut multis declarat Nob. Heinsius ad Fast. Ovid. v. 715. & Gronov. Observ. Lib. III. cap. 20. Seneca Oedipo de equo vers. 143. *Dominumque prono Prodidit armo.* Sed hæc talia apud illos complura invenies.

b *Phaëthonta*] Ita scribere malim quam *Phaëtonta*. Notavi id vitium jam ad cap. 157.

c *Ex Leucippe*] Nescio an hoc sanum sit. *Eurydicen* Laomedontis matrem facit Apollodorus Lib. III. pag. 181.

d *Asterie*] Rectè *Asterope* Cl. Schefferus. Vid. cap. 84.

e *Diomedem Atlantis filium, ex eadem*] Notavit quidem Servius ad Æn. VIII. 130. traditum à quibusdam (Eratosthene certè, Scholiaste Germ. & aliis) Steropes & Atlantis filium fuisse Oenomaum. Sed qui dicant Diomedem ex Atlante & Asterope editum jam diu est, cum frustra quæsivi. Diomedes ille, qui ab equis devoratus est, Martis & Cyrenes filius dicitur Apollodoro Lib. II. pag. 95. & Tzetzæ Chil. I. 36. Albricus cap. 20. *Quo comperto, illuc Hercules accessit, & illum clavâ peremit, ipsum in pastum iisdem equabus suis apposuit.* Equas facit Schol. Aristophan. in Ἐκκλησ. Confer Ælian. Animal. Lib. XV. 25.

f *Clytemnestra*] Cap. 70. & 73. *Hypermnestra* dicitur. Quod rectius est. Pausan. Argol. Ὑπερμνήστρας μόνης Ἀμφιαρέως μητρός.

g *Funebribus Peliæ*] Ita correxi & distinxi hunc locum ex sententiâ Cl. Schefferi. Accidit enim hoc, cum ludos funebres Peliæ faceret Acastus. Vide Pausan. p. 384. edit. Wechel. & nostrum cap. 273.

h *Equæ suæ consumserunt*] E glossa irrepsisse hæc videntur Cl. Scheffero. Dubito, cum disertim ab equabus suis eum esse absumptum etiam alii scripserint. Vide Palæph. cap. 26. Schol. Euripid. ad Phœniss. 1131. Ποτνιάδες, αἱ Γλαύκῃ φασὶν, αἳ λυσσήσασαι κατέφαγον τὸ διαφθεῖρον Γλαῦκον ἐκ Ποτνιάς τῆς Βοιωτίας. Adde nostrum cap. 273. Virg. III. Georg. 367.

i *Iasonem*] *Iasionem* emendat Cl. Schefferus ex Pausaniâ. Atque ita quoque Diodorus Lib. V. pag. 322. noster Astron.

lectra Atlantis filia. Salmoneus, qui fulmina [k] in quadriga ſedens imitabatur, cum quadriga fulmine ictus.

CCLI. *Qui licentia Parcarum ab inferis redierunt.*

CERES Proſerpinam filiam ſuam quærens. Liber pater ad Semelem matrem ſuam Cadmi filiam deſcendit. Hercules Jovis filius ad canem Cerberum educendum. Aſclepius Apollinis & Coronidis filius. Caſtor & Pollux Jovis & Ledæ filii alterna morte redeunt. Proteſilaus Iphicli filius, propter Laodamiam Acaſti filiam. Alceſtis [a] Pelei fi-

Aſtron. II. 4. Homer. Odyſſ. E. 125. cum Scholiaſt. ſuo, ut & Heſiod. in Θεογ. p. 309. Stephanus in Πήλιον. & alii appellant. *Iaſius* eſt Virg. Æn. III. 168. *Iaſon*, ut heic Hygino, etiam Cononi cap. 21. Quomodo & 3. MSS. exhibent II. Aſtron. cap. 4. & 22. & Venet. anni 1485. cum Morell. codicibus. Ad eundem modum Atalantæ Arcadicæ pater, qui *Iaſius* appellatur ab Hygino cap. 99. & Callim. Hymn. in Dian. vers. 28. Schol. Hom. Iliad. I. 544. *Iaſion* eſt Æliano Var. Hiſtor. Lib. XIII. cap. 1. *Iaſius* Apollodor. Lib. III. & Schol. Eurip. ad Phœn. vers. 152. *Iaſon* Apollon. Schol. Lib. I. 769.

k *In quadrigâ*] Ita reſcripſi ex editione Schefferi, quæ veſtigiis inſtitit edit. Lugd. anni 1608. Micyllus & Commelinus dederant *in quadrigas*. Perperam, me judice. Adhæſit τὸ S ex voce proximè ſequenti. Supra cap. 61. *Quadrigam ſedens*. Apollodorus Lib. I. Καὶ βύρσαις ἐξηρτημένας ἐξ ἅρματος μὴ λεύκαις χαλκαῖς σύρειν. Volui antehac reſcribere ἐξηρτημένος, hoc eſt, *de curſu ſuſpenſus*. Nunc video ex Palat. codice reponere Fabrum ἐξαρμάμενος. quod præfero. Tzetzes eadem de re Chil. VII. 107. Ἐν βύρσαις τε ἐ λύβοις τοῖς δρόμοις τ' ἁρμάτων Βορειτὰς ὑποτιμένῳ Διὶ ἐκιφαυσάμην. Interpres, *In pellibus atque Libycis curſibus equorum*. Ridiculè. Repone ex Apollodori Lib. I. λάβοις, hoc eſt, *lebetibus*. Sed occupaſſe hoc jam ſummum virum J. Fr. Gronovium monuit me quidam. Gratias habeo monitori. Peream, ſi ſciverim. Cæterum *in quadrigâ* legebat etiam apud Hyginum Scioppius, cum in diſſertatione de Stylo hiſtorico ſcriberet: *Hujus notæ* (τῶν κωμικῶν) *vox eſt* quadriga *pro curru quatuor equis juncto apud plebeium ſcriptorem Hyginum, qui dicit*, in quadrigâ ſedere, *cum Cæſar, Cicero, Livius, & alii* quadrigas *dicant, quatuor equos junctos ſignificantes; & inde* quadrigarum currus *apud eoſdem*. Cum Hygino loquitur Fulgent. Mythol. Lib. I. *Huic quoque quadrigam adſcribunt*. Et Schol. German. Erichthonio: *Hic primus currus homines junctis equis docuit ſimiles quadrigæ ſolis facere*. Servium audiamus ad II. Æn. 272. BIGIS. *Secundum artem dixit, quæ exigit, ut quæ de pluribus conſtant, plurali tantum dicantur, ut*, bigas, quadrigas, mappas. *Sed hæc plerunque confundit auctoritas, ut Horatius*, ne ſordida mappa. *Item Statius*, Roriſera gelidum tentaverat aëra biga. Nihil ergo cauſæ erat, cur *quadriga* barbarum eſſe pronunciaret Donatus; quanquam ille auctorem habet Varronem IX. L. L. Nec Philargyrius audivit Varronem ad Georg. III. 266. *Cum ad mimicum* (leg. *Iſthmicum*) *certamen quadrigam duceret*.

Ad CAP. CCLI.

a *Pelei*] Pelie ſcribendum, ut jam aliquoties monui. Vide cap. 243. Poſt hoc exemplum alterum inſerit Barthius ex membranis: *Admetus propter Alceſtin conjugem, quam Hercules ei reſtituit, vel Proſerpina donavit*.

b Vir-

filia, propter Admetum conjugem. Theseus Ægei filius, propter Pirithoum. Hippolytus Thesei filius, voluntate Dianæ, qui postea [b] Virbius est appellatus. Orpheus Oeagri filius, propter Eurydicem conjugem suam. Adonis Cinyræ & [c] Zmyrnæ filius, voluntate Veneris. Glaucus Minois filius, restitutus à Polyido [d] Cœrani filio. [e] Ulysses Laertæ filius, propter patrem. Æneas Anchisæ filius, propter patrem. Mercurius Majæ filius, [f] assiduo itinere.

CCLII. [a] *Qui lacte ferino nutriti sunt.*

TELEPHUS Herculis & Auges filius ab cerva. Ægi-

b *Virbius*] Fabulam habes apud Ovid. Lib. xv. Met. Lactantius: *Quem* (Hippolytum) *Æsculapius Dianæ voluntate, cujus initio comes fuerat, reduxit ad superos. Hinc ab eadem Dianâ evocatus in nemus Aricinum, mortalitatem exuit. A conversa itaque nomine Deus Virbius est nominatus.* Schol. Pers. ad Sat. VI. vers. 56. *Quatuor millibus ab urbe est Virbii clivus, qua iter est ad Ariciam, & ad nemus Dianæ, ubi Virbius colitur, id est Hippolytus, quod bis in vitam prolatus sit.* Negat hoc Horatius Lib. IV. od. 7. *Infernis neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum.* Vetus commentator: *Revocare quidem illum potuit, at immortalem facere non potuit: quia licet dicatur Hippolytus revocatus, non potuit tamen à Junone in hac luce teneri.* Quid *Juno* heic agit? Aliter hæc exhibet Badiana editio anni 1519. Cassiod. de Orthograph. cap. VI. *Alii Virbium Herobium, tanquam sit ἥρως ἀπὸ τῶν ἀνδρείων, alii Deum, qui viribus præsit, interpretantur.* De loco Horat. vide Tort.

c *Zmyrnæ*] Cl. Schefferus mallet *Smyrnæ*. Sed tueri se exemplis potest vulgata lectio. Ζμυρναίων pro Σμυρναίων in nummis quibusdam visitur, & *Zmyrnæorum* in Gruteri inscriptionibus, ut observavit Ampliss. Spanhemius in de Num. Præst. p. 75. Capella de litera Z. *Hæc præponitur M literæ, ut Zmirna.* Confer Alciatum Parergon Lib. V. cap. 14. ubi de literæ Z pronunciatione agit, & Eustath. ad Hom. Iliad. pag. 164. qui multis ostendit antiquos Græcos Z in multis vocabulis pro Σ adhibuisse. Referenda huc *Lezbia* pro *Lesbia*, & *Zmaragdus* pro *Smaragdus*. quorum exempla ex Vett. Inscript. profert Pierius Valer. in VII. Æn. p. 137. ed. Steph.

d *Cœrani*] Ita rescripsi pro *Carani*. Apollodorus Lib. III. Πολύϊδος ὁ Κοιρανῆ. Palæph. cap. 27. Κατώρυξε τὸν τοῦ Κοιρανῆ Πολύειδον. Atque ita noster ipse habet cap. 128. & 136. Perperam ergo Plutarchus in libello de Flum. p. 74. Εἰς τὸν ὕλιν ἐδραμεν σωτηρίαν μάντις ὁ Κυρήνης Πολύϊδος. Quod miror non vidisse doctissimum Maussacum.

e *Ulysses propter patrem*] Schefferus suspicatur scribendum, *propter matrem*. Sane cum matre, non cum patre locutus est apud inferos. Vide Odyss. A. Forte scripsit *propter patriam*. Nam descendit χθονίων ἀεὶ ὁ νίσσων, ut loquitur Tzetzes in Lycophr. pag. 112.

f *Assiduo itinere*] Hinc queritur apud Lucianum in Deorum Dialogis: *Soli omnium ne noctu quidem quietem agere licet. Sed oportet me etiam tunc defunctorum animas Plutoni adducere, manium que agere ducem.* Petron. *Mercurius, qui animas ducere & reducere solet.* Merito ergo χθόνιος & ψυχοπομπὸς Græcis audit.

Ad CAP. CCLII.

a *Qui lacte ferino*] Notandum heic supra modum gavisam antiquitatem figmentis, ut & ortum miraculosum fa-

gisthus Thyestis & Pelopiæ filius ab capra. Æolus & [b]Boetus Neptuni & Menalippes filii, à vacca. Hippothous Neptuni & Alopes filius, ab equa. Romulus & Remus Martis & [c]Iliæ filii ab lupa. Antilochus Nestoris filius expositus in Ida monte, ab cane. Harpalice Harpalici regis [d]Amymneorum filia, à vacca & equa. Camilla Metabi regis Volscorum filia, ab equa.

CCLIII. *Quæ contra fas concubuerunt.*

IOCASTE cum Oedipo filio. Pelopea cum Thyeste patre. [a]Harpalice cum Clymeno patre. Hippodamia cum Oenomao patre. Procris cum [b]Erechtheo patre, [c]ex quo natus est Aglaurus. Nyctimene cum [d]Epopeo patre, rege Lesbiorum. [e]Menophrus cum Cyllene filia in Arcadia, & cum Bliade matre sua.

CCLIV. *Quæ*

cerent, & se divinitus enutritos demonstrarent. Confer cum hoc capite, quæ habet Ælianus Histor. Variæ Lib. XII. 42.

b *Boetus*] Lege, *Bœotus*. Vide notas ad cap. 186.

c *Iliæ*] *Silviæ* legit Cl. Schefferus. Ego nihil mutem. Ilia enim Romuli mater & aliis dicitur. Vide Schol. Juv. ad Sat. I. v. 7. Sat. IX. 53. Sat. XI. 106. Hieron. Chron. Euseb. p. 45. Commentator vetus Horatii ad od. II. Lib. I. *Variæ poëtarum de Iliâ opiniones sunt. Ea autem mater Romuli fuit, quem ex Marte suscepit.* Et ad Sat. 2. Lib. I. *Ilia mater fuit Romuli & Remi.* Solin. cap. 2. *Nam, ut affirmat Varro, auctor diligentissimus, Romam condidit Romulus, Marte genitus & Rhea Silvia; vel ut nonnulli, Marte & Ilia.* Tibull. Lib. II. eleg. 5. *Te quoque jam video, Marti placitura sacerdos, Ilia, Vestales deseruisse focos.* Adde Horat. Lib. IV. od. 8. Sidon. carm. 2. Tzetzes in Lycophron. p. 184. ed. Steph. Σιλλίας, ἢ Ῥέας Ἴλειας ἤτοι Θυίας ἢ σίας πατεῖ. Rectius Ἴλιας scribit Conon cap. 48. Nec aliam, puto, quam matrem Romuli intellexit apud Charisium Lib. I. Ennius: *Ilia dia nepos, quas arumnas tetulisti.* Augustin. C. D. XVIII. 21. *Numitoris filiam Rheam, quæ etiam Ilia vocabatur, Romuli matrem.* Nota Iliam eum cum Conone facere Numitoris filiam, id quod & Servius facit ad Æn. VI. 777.

d *Amymneorum*] Servius ad Æn. I. 321. *Amymoniorum.* qui & hoc ibidem addit, *Ita nutritum dicunt, ut ipse Camillam à Metabo facit.* Vide supra cap. 193. Ex Serviano commentario ad Æn. XI. 543. tollam in transcursu mendam haud tolerabilem. *Statius Tullianus*, inquit, *de vocabulis rerum libro primo ait dixisse Callimachum apud Camillum appellari Mercurium* &c. Scribe, Tuscos Camillum appellare Mercurium. Sunt ista deprompta ex Macrob. Satur. Lib. III. cap. 8.

Ad CAP. CCLIII.

a *Harpalice*] *Harpalyce* scribendum. Historia est apud Parthenium cap. 46.

b *Erechtheo*] Ita reposui pro *Erichtheo*. Monui jam ad cap. 46.

c *Ex quo natus est Aglaurus*] Pro glossemate hæc habet Cl. Schefferus. Ego ut non pauca alia, ita & hoc inter aliis indicta numerandum censeam. Nam de Procridis cum patre concubitu altum quoque apud alios silentium.

d *Epopeo*] An *Nycteo*? Tollius. Ita sane vult Lactant. Arg. Lib. II. Met. fab. 9.

e *Menophrus*] *Menephron* scribendum ex Ovid. Lib. VII. Met. 387. Monuit id jam Mycillus.

Ad

CCLIV. *Quæ piissimæ fuerunt, vel piissimi.*

ANTIGONA Oedipi filia Polynicem fratrem sepulturæ dedit. Electra Agamemnonis filia, in fratrem Orestem. Iliona Priami filia, in fratrem Polydorum, & parentes. Pelopea Thyestis filia in patrem, ut eum vindicaret. Hypsipyle Thoantis filia patri, cui vitam concessit. [a] Chalciope filia patrem non deseruit, regno amisso. Harpalice Harpalici filia, in bello patrem servavit, & hostem fugavit. Erigone Icari filia, patre amisso, suspendio se necavit. Agave Cadmi filia, in [b] Illyrica Lycothersen regem interfecit, & patri suo regnum dedit. Xantippe [c] Myconi patri incluso carcere lacte suo alimentum vitæ præstitit. Tyro Salmonei filia propter patrem filios suos necavit. In Sicilia cum Ætna mons primum ardere cœpit, Damon matrem suam ex igne rapuit. Item [d] Pythia patrem, Æneas item in Ilio Anchisem patrem humeris & Ascanium filium ex incendio eripuit. [e] Cleops & Bitias Cidippæ filii. Cidippe sacerdos Junonis Argivæ, cum boves in pastionem misisset, neque ad horam, qua sacra [f] in monte ad templum Junonis duci & fieri deberent, apparerent, & [g] essent mortui: quæ nisi ad horam sacra facta

Ad CAP. CCLIV.

a *Chalciope*] Ita reposui pro *Calciope* ex Gr. Χαλκιόπη.

b *Illyricâ*] Scripserim *Illyrico* vel *Illyriâ* ex cap. 240.

c *Myconi*] *Cimoni* ex Valer. Max. Lib. v. 2. reponit Micyllus. Ego contra Valerium ex Hygino correxerim. Nam Cimon ille Valerianus ex Cimonis Athenienſis exemplo, quod proximè sequitur, natus videtur.

d *Pythia*] *Pinthias*, vel potius *Phintias*, ut placet Salmasio ad Solinum, Turnebo Adverſ. xx. 13. Scaligero ad Manil. pag. 171. Sed terminatione *As* nihil opus. Æquè enim rectè qui Φιντίας est Græcis, Latinè *Phintia* dicitur, ac *Phintias*, ut *Perdicca*, *Mida*, *Pelia*, & similia. Vide virum summum Gron. ad Sen. Med. vers. 101. Cæterum quod Hyginus Damoni & Phintiæ, id Anapo & Amphinomo; quod Mœro & Selinuntio, id Damoni & Phintiæ alii tribuunt, ut præter Micyllum etiam Salmasius notavit.

e *Cleops & Bitias*] A Cicerone I. Tusc. Theon. in Progymn. Herod. Lib. 1. Luciano Charonte, Servio ad Georg. III. 532. & Philargyrio ad ejusdem Libri v. 530. Triclinio in Trachin. Sophoclis vers. 1. *Cleobis* & *Biton* nominatur.

f *In monte*] In monte ergo erat illud templum: vel legendum *de more*. Bubus enim usi videntur plerunque, cum sacrorum causa ad templa veherentur. Propert. Lib. IV. el. 1. *Ducebant macra vilia sacra boves.*

g *Essent mortui*] Pestilentia scilicet, quæ tunc temporis Atticam affligebat.

cta essent, sacerdos interficiebatur. Inter quam trepidationem Cleops & Bitias pro bubus sub jugo se junxerunt, & ad fanum sacra, & matrem Cidippem in plaustro duxerunt: sacrificioque peracto, Cidippe precata est Junonem, si sacra ejus caste coluisset, si filii adversus eam pii fuissent, ut quicquid bonum mortalibus posset contingere, id filiis ejus contingeret. Precatione, peracta, plaustrum & matrem filii domum reduxerunt, & [h] fessi somno acquieverunt. At Cidippe diligenter agnovit nihil esse melius mortalibus, quam mori: & ob hoc obiit voluntaria morte.

CCLV. *Quæ impiæ fuerunt.*

SCYLLA Nisi filia patrem occidit. Ariadne Minois filia fratrem & filios occidit. Progne Pandionis filia filium occidit. Danaides conjuges suos patrueles occiderunt. Lemniades in Lemno insula patres & filios occiderunt. Harpalice Clymeni filia filium, quem ex patris concubitu pepererat, occidit. [a] Tullia Romanorum super parenn-

h *Fessi somno acquierunt*] Revera dormierunt, sed non rursus evigilarunt, ut narrat Herodotus; atque ita somno mortem junxerunt. Eleganter Quintilianus declam. 2. *Tanquam per illam quietem transierit in mortem.* Cicero: *Post epulas adolescentes somno se dedisse, & mane esse inventos mortuos.* Palæphatus cap. 51. ubi hanc fabulam exequitur: Τ'πν@ λῶ ὁ αὐτὸς, (μυθὸς) ἐ τ βίκ πόχσμα γλυέμ@. Hyginus ita hæc narrat, quasi ex κατμόσ ὕπνκ collegisse κατμσι θανάτκ Cydippen velit. Imago enim mortis somnus, de quo Senec. Hercul. Fur. 1076. *Pavidum leti genus humanum Cogis longam discere noctem.* Mortis speculum vocat Tertull. de Anim. cap. 50. Maximinianus Eleg. 1. *Ipsa etiam cunctis requies gratissima somnus.* Etsi non valde est necesse, non male tamen isto versu scriberes *somni.* Vel *ipse* pro *ipsa.* Curtius Lib. VI. 10. *Unde proditeri tam alta quies somni?* B. Joann. cap. XI. 13. Ε'κεῖνος ὃ ἰδὼξκ ὅτι περὶ τ κατκσσκς τ ὕπνκ λέγ. 1. Reg. 26. Καὶ ἰδὺ Σαὰλ κεθεύδων ὕπν@ ἐν λαμπόν. Τ'πν ἀνάπαυσιν appellat Homeri Schol. ad Iliad. I. 709. De κατκσός mortis Hieron. Lib. 1. Epist. Sel. 7. *Venerabilis Paula confectus sum dormitione.* & Lib. III. *Dormivit sancta & beata Paula* VI. *Kal. Feb.* Jobi cap. XIV. 12. *Sic homo cum dormierit, non resurget.* Coripp. Lib. I. *Requiescere somno Credere quod possis, non duro funere corpus.* Confer Nepot. Hannib. cap. 13. Drusii Schol. in Jobi cap. III. vers. 3. Eleganter Chrysol. Serm. LIX. *Quoties dormis & vigilas, toties moreris & resurgis.*

Ad CAP. CCLV.

a *Tullia Romanorum*] Sic & cap. 256. *Romanorum Lucretia*, pro *Romana.* Justin. Lib. II. cap. 2. & 7. *Alexander Lynceστarum*, pro *Lynceστes.* Quod quanquam mutatum eunt homines docti, forte tueri se tamen hoc poterit exemplo, vel certè helleniſmo. Herodotus Lib. I. pag. 27. edit. Bas. Αἴχμ τ ἀγαθοτάτ@ κα\τομέν@ Σπαρτιητ@. pro εἷς τ &c. *unus Spartiatarum, qui benefici vocantur.* Lactantius fab. XI. Lib. IV.

Me-

rentis corpus currum duxit, unde [b] vicus sceleratus est dictus.

CCLVI. *Quæ castissimæ fuerunt.*

PENELOPE Icarii filia uxor Ulyssis. Euadne [a] Philacis filia conjunx Capanei. Laodamia Acasti filia conjunx Protesilai. Hecuba Cissei filia uxor Priami. Theonoe Thestoris filia uxor Admeti. Romanorum Lucretia Lucretii filia, conjunx Collatini.

CCLVII. *Qui inter se amicitia junctissimi fuerunt.*

PYLADES Strophii filius cum Oreste Agamemnonis filio. Pirithous Ixionis filius cum Theseo Ægei filio. Achilles Pelei filius [a] cum Patroclo Menœtii filio. Diomedes Tydei filius cum Sthenelo Capanei filio. Peleus Æaci filius cum Phœnice Amyntoris filio. Hercules Jovis filius cum Philocteta Pœantis filio. Armodius & Aristogiton [b] more fraterno. In Sicilia Dionysius tyrannus crudelissimus cum esset, suosque cives cruciatibus interficeret, Mœros tyrannum voluit interficere: quem satellites cum deprehendissent, armatum ad regem perduxerunt. qui interrogatus, respondit se regem voluisse interficere. quem rex jussit crucifigi. à quo Mœrus petit [c] tridui commeatum, ut sororem suam nuptui collocaret, & daret tyranno Selinuntium amicum suum & sodalem, qui

Metam. *Salmacis Naiadum.* Et XVI. Lib. XIV. *Pomona Hamadryadum.*

b *Vicus sceleratus*] Vide Liv. Lib. 1. 48. & Freinsh. ad Flor. Lib. 1. cap. 12.

Ad CAP. CCLVI.

a *Philacis filius*] Supra cap. 243. est *Philaci filia.* Quod esset ex Gr. Φύλακος. Sed Phylacum Euadnæ patrem fuisse non inveni, qui diceret. Videtur *Iphidis* scribendum. Vide notas ad cap. 243.

Ad CAP. CCLVII.

a *Cum Patroclo*] Vide Schol. Hom. ad Iliad. M. vers. 1.

b *More fraterno*] Cl. Tollius mallet, *amore fraterno.*

c *Tridui commeatum*] Barthius hæc notat: *Commeatus est, quod itineri utile est & necessarium.* Tu audi potius Festum in *remeare. Commeatus dari dicitur, id est, tempus, quo ire & redire commodè quis possit.* Minutius Felix: *Horarum saltem permisso commeatu.* In-

qui ſponderet eum tertio die [d] venturum. cui rex indulſit commeatum ad ſororem collocandam, dicitque rex Selinuntio, [e] ut niſi ad diem Mœrus veniret, eum eandem pœnam paſſurum, [f] & dimitti Mœrum. Qui collocata ſorore cum reverteretur, repente tempeſtate, & pluvia orta, flumen ita increvit, ut nec tranſiri, nec transnatari poſſet. Ad cujus ripam Mœrus conſedit, & flere cœpit, ne amicus pro ſe periret. [g] Phalaris autem Selinuntium crucifigi cum juberet, ideo quod horæ ſex tertii jam diei eſſent, nec veniret Mœrus. cui Selinuntius reſpondit, diem adhuc non præteriiſſe. Cumque jam & horæ novem eſſent, rex jubet duci Selinuntium in crucem. Qui cum duceretur, vix tandem Mœrus, [h] liberato flu-

terpres vetus Hiſtor. Apollon. Tyrii: *Juvenis conturbatus, accepto commeatu, navim conſcendit, tendens in patriam Tyrum.* Commeatum dicit triginta dierum ſpatium, intra quod rediret. Quintil. Declam. XVI. *Ut tam abrupti commeatus diem contra tot incerta promitterem.* Dicitur ita etiam diſceſſus ab officio ad tempus. Plin. Lib. III. ep. 4. *Cum in Tuſcos exurriſſem, accepto, ut præfectus ærarii, commeatu.* Apulei. II. Mileſ. *Militiæ brevem commeatum indulſit.* Conſer quæ de hac voce notavit vir ſummus Gronov. ad Sen. III. de irâ cap. 21. Pamelius ad Cyprian. Lib. I. epiſt. 34.

d *Venturum*] Malim, *reventurum*. Gloſſ. Steph. *Revenit*, παραγενόμενος. Utitur eo verbo aliquoties Plautus, ut & Solinus cap. 26. Apul. IX. Met. *Revenit Larem meum.* Unde *reventus* pro reditu in Moreto Suevii apud Macrob. Lib. II. cap. 14. Forſit. tamen *venire* pro *redire* uſurpavit ut Lucas Euang. cap. XIX. 13. Πραγματεύσασθε ἕως ἔρχομαι. Imo *venire* pro *redire* etiam Phædrus dixit Lib. IV. cap. 21. *Venire in patriam voluit curſu Pelagio.*

e *Ut niſi*] Præferam *quod niſi*. Sed rectius deleas τὸ *ut*.

f *Et dimitti Mœrum*] Cl. Schefferus emendat, *dimittit*. Quid ſi dicamus pro futuro eſſe poſitum præſens? Cap. 68. *Oppidum ex clade liberari*, pro *liberandum eſſe*. Cap. 98. *Eam Achilli in conjugium dari*, pro *datum iri*. Vide quæ præterea notavi ad cap. 41.

g *Phalaris*] Atqui modo Dionyſium appellaſti. Ergo *Phalaris* poſitus κατ' ἐξοχὴν pro Tyranno, ut apud Petron. *Hannibal* pro capitali hoſte, vel, ut quidam volunt, verſuto & callido. Ambo quidem Siciliæ tyranni fuere, ſed Ὁ Φάλαρις παλαίτερος ὅτι τῷ Πυθαγόρᾳ, ὁ δὲ Διονύσιος Πλάτωνι συνῆν, ut loquitur Tzetzes Chil. XIII. 471. Ita mox rurſus *Phalarim* appellat, qui *Hipparchus* erat, ut notum eſt ex Ælian. Var. Hiſt. Lib. XI. 8. Talia ſunt iſta apud Vellejum Lib. II. 18. *Odio in Romanos Hannibal.* Apud Sueton. Cæſ. I. *Cæſari multos Marios ineſſe.* Apud Juven. Sat. XIV. 4. *Et Catilinam Quocunque in populo videas.* Apud Plautum Pſeudolo: *Ut civitas mihi nomen commutet neque ut prædicet Lenone ex Ballione regem Iaſonem*, hoc eſt, regem ditiſſimum. Pertinet & huc vel in primis illud in verſiculis, qui à Juvenalis Scholiaſte ad Sat. VI. vers. 611. referuntur, *Quo rabidus Phalarim noſtro de rege dediſti.* Lactant. Lib. III. cap. 19. *Si nihil intereſt, utrumne Ariſtides ſit aliquis, an Phalaris? Utrum Cato, an Catilina?* Conf. Voſſ. Orat. IV. pag. 175.

h *Liberato flumine*] H. e. ſuperato. Frontinus Lib. IV. cap. 7. & 38. *Cum à Theſſalis in fugam verſus flumen liberaſſet.* Vide quæ ad eum locum annotavit vir doctiſſimus Samuel Tennulius, & Salmas. ad Solin. pag. 11.

flumine, consequitur carnificem, exclamatque [i] à longe: [k] Sustine carnifex, adsum [l] quem spopondit. Quod factum regi nunciatur. Quos rex ad se jussit perduci, rogavitque eos, ut se in amicitiam reciperent, vitamque Mœro concessit. [m] Armodius & Aristogiton, idem in Sicilia [n] eundem Phalarim Armodius cum vellet interficere, simulationis causa scrofam porcellos habentem occidit; & venit ad Aristogitonem amicum suum ense sanguinolento, dicitque se matrem interfecisse, rogatque eum ut se celaret: qui cum ab eo celaretur, rogavit Aristogitonem, ut progrederetur, rumoresque qui essent de matre sibi [o] renuntiaret * nullos esse rumores: qui vespere [p] ita litem contraxerunt, ut alius alio potiora ingererent: nec ideo Aristogiton voluit objicere, eum matrem interfecisse. Cui Armodius patefecit, se scrofam porcellos habentem interfecisse, & ideo matrem dixisse. cui indicat se regem vel-

i *A longè*] Ἀπὸ μακρόθεν. B. Marcus cap. xv. 40. ἦσαν δὲ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι. *De longe aspicientes* Vet. interpres. Et Luc. xvii. 12. *Steterunt à longe.* Augustin. Soliloq. cap. 35. *Cujus lumen à longè irradiat.* Et, *A longè te videmus.* Auctor Ovid. Vetulæ, *Ditior à longè.* Chrysol. Sermon. p. 49. *Videns Jesum à longè cucurrit. De longinquo* diceret Cyprianus; cujus est Sermon. v. *Deus approximans, non Deus de longinquo.* Schol. Stat. Lib. II. Theb. 558. *De longe esset timor, ne à tergo circumveniretur.* Esai. x. 3. *In die visitationis & calamitatis de longe venientis.*

k *Sustine*] H. e. exspecta. Interpres vetus Siracidæ cap. vi. 19. *Sustine bonos fructus illius.* In Græc. est ἀνάμεινον. Vel *differ.* Apulejus Apolog. *Sustine pauliſper, quæ sequuntur.* Senec. Thyest. 1046. *Sustine, infelix manum.* Hippol. 794. *Dum spectat celeres sustinuit vias.* Sed prius præferam. *Sustineo* est Græcum ὑπομένω. At id non tantum *tolero*, sed & *exspecto* significat. Hinc utroque significatu etiam *sustineo* venit Latinis. Vetus interpres Psalm. xxiv. *Qui sustinent te, non confundentur.* In Gr. est, Οἱ ὑπομένοντές σε. Actor. xx. 5. 5. *Sustinuerunt nos Troade.* Gr. Cod. Ἔμειναν ἡμᾶς. Matth. xxvi. 38. *Sustinete hic.* In Gr. est μείνατε.

l *Quem spopondit*] Ita rectè Micyllus & Commelinus ediderunt. Tangit hanc fabulam Manilius Lib. II. *Optavitque reum sponsor non posse reverti, Sponsoremque reus timuit, ne solveret ipsum.*

m *Armodius & Aristogiton, idem*] Cl. Schefferus legit & distinguit. *Item Armodius & Aristogiton. In Siciliâ* &c. Subaudire jubet lectorem ex præcedentibus, *amicitiâ conjunctissimi fuerunt.* Ego tria ista vocabula *Armodius & Aristogiton* è margine in textu irrepsisse censeo. Jam enim eorum mentio initio capitis facta est. Lego itaque *vitamque Mœro concessit. Item in Sicilia* &c. De Armodio & Aristogitone videndi Lucianus Paras. pag. 374. Tom. II. Plin. Lib. VI. 23. Ælianus loco modo laudato, Apostolius Cent. VIII. 71. Pausan. Atticis, Thucyd. Lib. VI.

n *Eundem Phalarim*] Atqui non idem erat, sed Hipparchus, ut jam dictum est.

o *Renunciaret * nullos esse rumores*] Barthius legit, *renunciaret: ait nullos esse rumores.*

p *Ita litem contraxerunt*] Cl. Schefferus corrigit, *irâ ita litem contraxerunt.* Non puto esse necesse.

velle interficere: rogatque eum, ut sibi adjutorio esset. Qui cum ad regem interficiendum veniissent, deprehensi sunt à satellitibus armati, & cum perducerentur ad tyrannum, Aristogiton a satellitibus effugit. Armodius autem solus cum perductus esset ad regem, quærerentque ab eo, quis ei fuisset comes, ille ne amicum proderet, linguam dentibus sibi præcidit, eamque regis in faciem inspuit. Nisus cum Euryalo suo, pro quo & mortuus est.

CCLVIII. *Atreus & Thyestes.*

ATREUS & Thyestes germani cum in dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam redierunt: qua occasione Thyestes cum fratris uxore concubuit. Atreus vero ei filium [a] epulando appposuit: [b] quæ sol ne pollueretur, aufugit. [c] Sed veritatis hoc est: Atreum apud

Ad CAP. CCLVIII.

a *Epulando*] Melius foret *epulandum*. pro quo cap. 176. dixit *in epulo*. Cap. 206. *in epulis*. Cap. 41. *ad epulandum*. Totum hoc caput pœne iisdem verbis legitur apud Servium ad Æn. 1. 572. ut alterum ex altero exscripsisse hanc fabulam palam sit. Atqui ibi *epulandum* habes, non *epulando*. Ut & apud Schol. Horat. ad od. 16. Lib. 1. & in Artem Poët. ubi etiam eadem leguntur. Calculum præterea dat & Lactant. in 1. Thebaid. Statii.

b *Quæ sol ne pollueretur aufugit*] Servius habet: *Quæ sol ne videndo polluetur, radios ab ea civitate detorsit.* Distinguo locum ita: *Quæ sol, ne polluereturr, aufugit. Aufugere aliquid* Latinè dicitur, ut nihil necesse sit confugere ad ellipsin. Cicero 11. de Nat. Deor. *Andromeda aufugiens conspectum mœsta parentis.* Propert. Lib. 1. el. 9. *Quisquis es, assiduas aufuge blanditias.* Petronius: *Aufugi judicium.* Chrysol. Serm. xxxvii. *Formam propriæ deitatis aufugit.* Ita & ὑποδέχεσθαι τὴν dicunt Græci. Tzetzes in Hesiod. ὑποδέχεσθαι δὲ τὸ ἔκλειπε ἢ παραιτεῖσθαι φιλοσόφως. Et ὑποδρᾶν. Proclus: Τῶν ἀδρανεστέρων κατοπτείαν ὑποδεχόμενος. Horatianus Scholiastes in hac fabulâ ad od. 16. Lib. 1. *Quod scelus & sol fugisse narratur.* Orosius Lib. 1. 12. *Quod etiam astra fugisse dicuntur.* Lactantius in Arg. Thyestæ Senecæ: *Super quo scelere sol indignatus à Mycenis aufugit.* Thyestis umbra apud Sen. Agam. vers. 56. *Phœbum moramur: redde jam mundo diem.* Confer vers. 296. & 908. Solem putabant veteres & rebus hominum honestis exhilarari, & eorundem turpibus nefariisque factis commaculari. Vide differentem hac de re Petrum Victorium Var. Lect. Lib. xxiv. 18. Ita Minervam scribit Homeri Scholiastes ad Iliad. N. vers. 66. imaginis suæ oculos avertisse à nefando Cassandræ raptu. De lunâ Petron. *Et lucem sceleri subduxit.* Ovid. x. Met. 448. *Ad facinus venit illa suum: fugit aurea cœlo Luna &c.* Si quid mutandum putes, lege, *Quo sol ne polluereturr.* Atque ita habet Lactantius.

c *Sed veritatis hoc est*.] Pro adjectamento scioli alicujus hæc habet Cl. Schefferus. Sed apud Servium eadem legas, ut & apud veterem commentatorem Horatii in Artem pag. 625. edit. Cruquii; cujus verba adscribam. *Quod ideo fingitur, quia Thyestes fertur reperisse rationem deliquii solis, & quare eclipsis contingat: quo frater comperto, inde recessit.*

Ad

apud Mycenas primum solis eclipsim inveniſſe: cui invidens frater, ex urbe diſceſſit.

CCLIX. *Lyncus.*

LYNCUS [a] rex Siciliæ fuit, qui miſſum à Cerere Triptolemum, ut hominibus frumentum monſtraret, ſuſceptum hoſpitio, ut in ſe gloriam tantam [b] migraret, interimere cogitavit. Ob quam rem irata Ceres, eum convertit in lyncem varii coloris, [c] ut ipſe variæ mentis exiterat.

CCLX. *Eryx.*

[a] ERYX Veneris & Butæ filius fuit, qui occiſus ab Hercule eſt, monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit, in quo Æneas [b] Veneris templum conſtituit. in hoc autem monte dicitur etiam Anchiſes ſepultus, licet ſecundum Catonem [c] ad Italiam venerit.

CCLXI. *Aga-*

Ad CAP. CCLIX.

a *Rex Siciliæ*] Micyllus: *Scythiæ fortaſſe legendum. Sic enim & Bocatius legit.* Rectè. Vide Servium ad Æn. I. 377. Ubi omnia etiam hujus capitis habes, ut jam obſervavit Cl. Scheffer. Firmari poteſt emendatio illa ex Ovid. v. Met. vers. 649. *Scythicas advertitur oras, Rex ibi Lyncus erat.* Cubat ergo in eodem mendo Lactant. ad IV. Theb. 658. *Ad Lycum Siciliæ regem venit.* Scrib. *Lycum Scythiæ.*

b *Migraret*] H. e. transferret. Titinnius: *Quot peſtes, ſenia, & jurgia ſemet ædibus emigrarunt.* Haimo in Amos cap. 6. *Secundum hiſtoriæ veritatem de Judæis dicit, qui in captivitatem tranſmigrati ſunt.* Fulg. Lib. III. Myth. 10. *Secretis inferis tranſmigratur.* Sic legas in lemmate canon. Eccleſ. Concil. Chaleed. Exigui num. 20. *Quod minime cleros tranſmigrari conveniat.* Pſalm LI. vers. 5. *Emigrabit te tabernaculo tuo.* Tertull. de Cor. Mil. cap. I. *Nec dubito quoſdam ſcripturas emigrare.*

c *Ut ipſe variæ mentis exſtiterat*] Elegantèr Lactantius: *In ſeram ſui nominis converſus morum ſuorum colore diſtinctus eſt.* Conſer Argum. Lib. I. fab. 6.

Ad CAP. CCLX.

a *Eryx Veneris*] Et hæc quoque apud Servium ad Æn. I. vers. 574. legas. Alii Erycem Neptuni & Veneris faciunt filium, ut idem Servius cum prædicto loco, tum ad Æn. v. 24. annotat.

b *Veneris templum conſtituit*] An *Veneri*? Servius habet: *In quo matri fecerat templum, quod Æneæ adſcribit Poëta.* Lib. v. puta, vers. 759. Vide notas ad cap. 40.

c *Ad Italiam venerit*] Eadem habes apud Servium, Eutrop. II. *Is mox ad Italiam venit.* Et ſic paſſim ille pro *in Italiam*, ut & Servius. Vide eum ad Georg. III. 152, Æn. I. vers. 5. & VII. 207. &c. Vellej. Lib. II. 120. *Mittitur ad Germaniam.* Vet. Interpres Actor. XX. 2. *Ad Græciam venit.* Sic *à* pro *ex* apud Flor. I. 24. *Allatas à Græciâ leges.* Juſtin. Lib. I. 24. *A Siciliâ exercitum in Italiam trajeciſſe.* XII. 14. *Se quoque à Macedoniâ evocatum arbitrabatur* &c. Vet. interpret. Actor. VI. 9. *Qui erant à Ciliciâ & Aſiâ.* Et *de* apud Phryg. Daretem: *Si Alexander ſibi uxorem de Græciâ adduxiſſet.* Varias variorum ſententias de Anchiſæ morte Var. Lect. XIII. 3. congeſſit Muretus. Sed hoc

CCLXI. *Agamemnon, qui ignarus Dianæ cervam occidit.*

CUM de Græcia ad Aulidem Danai veniſſent, Agamemnon Dianæ cervam occidit ignarus: unde dea irata, flatus ventorum removit. Quare cum nec navigare poſſent, [a] & peſtilentiam ſuſtinerent, conſulta oracula dixerunt, Agamemnonio ſanguine eſſe placandam Dianam. Ergo cum ab Ulyxe, per nuptiarum ſimulationem, adducta Iphigenia in eo eſſet ut immolaretur, numinis miſeratione ſublata eſt, & cerva ſuppoſita, & tranſlata ad Tauricam [b] civitatem, regi Thoanti [c] tradita eſt, ſacerdoſque facta, *[d] ductum ne Dianæ ſecundum conſuetudinem ſtatutam humano ſanguine numen placaret, cognovit fratrem

jam fecerant ante ipſum Schol. Hom. ad Iliad. N. 459. Euſtath. ad Iliad. M. pag. 850. ed. Baſ. Conon. cap. 46. Cæterum in Italiam veniſſe Anchiſen præter Catonem etiam Strabo & Dionyſius tradunt.

Ad CAP. CCLXI.

a *Et peſtilentiam ſuſtinerent*] Servius ad Æn. II. 116. unde hæc omnia deſumpta videntur, habet: *Nec peſtilentiam ſuſtinerent.* Quod præfero. Eſt enim *non ſuſtinere* idem quod *pati non poſſe.* Cap. 104. *Quo ſe Laodamia dolorem non ſuſtinens immiſit.* Horat. Od. 9. Lib. 1. *Nec jam ſuſtineant onus.* Apul. Mileſ. VII. *Moram non ſuſtinens.* Ambroſ. Serm. 1. *Amaritudinem Judæ minimè ſuſtinentes.* Phædrus III. cap. 9. *Nec gloriantis ſuſtinet fratris jocos.* & II. *Iræ furentis impetum non ſuſtinens.* Juſt. Lib. v. cap. 1. *Sive conſcientiam ſive indignitatem rei non ferens.* Et Lib. 38. cap. 9. *Non ferens captivitatem.* Ovid. III. Triſt. el. 3. *Nec cœlum patior.* III. Art. A. 583. *Dulcia non ferimus.* Lactant. Argum. Met. Ovid. VII. 26. *Cum ejus abſentiam ferre non poſſet.* Gregor. Dial. pag. 93. *Famis periculum ferre non poterat.* Pro quibus meliores mallent, *ferret* & *ferebat.* Latiniſſimè in mediâ barbarie Iſidor. de vita & morte Sanct. cap. 3. *Non ferens angustias.*

b *Civitatem*] *Regionem* habet Servius, quod idem eſt. Civitas enim pro regione nonnunquam ponitur. Vellej. 1. 3. *Eam regionem armis occupavit, quæ nunc ab ejus nomine Theſſalia appellatur, ante Myrmidonum civitas appellata.* Juſtin. XXXVIII. cap. 9. *In Hyrcaniam pœnalem ſibi civitatem revertitur.* Et Lib. XLI. cap. 4. *Duarum civitatium imperio præditus.* h. e. Parthorum & Hyrcanorum. Schol. Horat. in Artem cum Servio: *Ara Dianæ fuit apud Scythopolitas in Taurica regione, ubi advenæ immolabantur.*

c *Tradita eſt, ſacerdoſque facta*] Lego & diſtinguo. *tradita eſt. Sacerdosque facta Dictynna Dianæ, cum ſecundum* &c.

d *Dictus Dianæ*] Princeps editio habet *Dictumne.* Unde faciendum eſſe patet *Dictynne.* Exercuit hic locus viros doctiſſimos. Communicabo tecum, quæ duo ex illis ſuper eo ad me miſerunt. Alter eorum ita cenſebat: *Cum etiam hæc ex Servio deſcripta eſſe conſtet, ibique legatur* ſacerdoſque facta Ortiæ Dianæ, *nullum mihi eſt dubium, apud utrumque idem nomen eſſe reponendum, quod diverſimodè à librariis eorum fuit corruptum, ſicuti in Triptolemi fabula ex* Celeo *apud Hyginum fecerant* Peleum, *apud Servium* Cephalum. *Prorſus cenſeo legendum utrobique* Tauricæ Dianæ. *Originem erroris deprehendiſſe*

vi-

trem Oreſtem. qui accepto oraculo, [c] carendi * ſororis cauſa cum amico Pylade Colchos petierat, [f] & cum occiſo Thoantè ſimulacrum ſuſtulit, abſconditum faſce lignogno-

me reor. Scilicet duæ priores literæ perierunt, quia eadem erant ultimæ præcedentis vocabuli, quo genere mendi nihil eſſe uſitatius omnes norunt, qui Critica ſcripta legere non faſtidiunt. Ita ex reſidnis URICÆ *in Servio facili mutatione natum eſt* ORCIÆ *vel* ORTIÆ, *in Hygino* DICTUS. Tauricam *certè omnes hanc Dianam vocant. Et ſi maximè in Hygino locum haberet* Dictynnæ, *quod tamen non exiſtimo, quid faciemus Servio, in quo etiam veſtigia vulgatæ lectionis illud planè reſpuunt.* At alter *Oriæ Dianæ* Servio reſtituendum putabat. Ut & ipſum audias excerpam ex ejus literis, quæ huc faciunt: *In Servio quæſivit quidam his diebus quid eſſet* Diana Ortia Lib. 11. Æn. v. 116. Sacerdos facta Dictynnæ, vel, ut quidam volunt, Orthiæ Dianæ, *ut habet editio Commelini:* Sacerdoſque facta Dictynnæ Dianæ, *ut Servius vetus:* Sacerdoſque facta Ortiæ Dianæ, *ut Servius Danielis. Reſpondi legendum videri,* Sacerdoſque facta Dictynnæ Dianæ vel Oriæ. *Nam verba,* ut quidam dicunt, *procul dubio ſunt à deſcriptore vel emendatore aliquo. Quid autem eſt* Diana Oria? *montana. Hanc meam lectionem probabam loco Euripidis ex principio Iphigeniæ in Tauris, ubi Iphigenia ipſa ita invocat Deam ſeriùs:* Ὦ πολὺ τᾶς Λατοῦς Δίκτυννα Ὀρθία. Quod ad priorem attinet emendationem, convenit illa quidem cum hiſtoriâ, ſed non item cum principe editione hujus mythologiæ, quæ diſertim *Dictamne*, ut dixi modo, præfert. Nec τὸ *Orthiæ*, quamvis valde acutè excogitatum ſit illud *Oriæ* à viro doctiſſimo, in Servio mutaverim, cum Ὄρθιαν Dianam in eâ voce agnoſcat Heſychius, Plutarchus in Libell. de Flum. p. 15. Orpheus initio Dianæ, & Pauſanias in Laconicis, immo in Arcadicis hoc amplius non aliam eſſe eam à Tauricâ oſtendat. Quo accedit, quod Ἀρκὰς Λακαίνη fuerit, ut ſcribit Tzetzes in Lycophronem pag. 95. ed. Steph. Quod ideo addo, quia *Orthiam* dictam Dianam ἀπὸ τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ χωρίου, ait Heſychius. Etiam Ὀρθωσία dicta fuit. Tzetz. in Lycophron. pag. 152. Κυδωνία ἡ Θεσπιὰ ὅτι θύεται Ἄρτεμις, ὡς ἡ Λοτιὰ Δίκτυννα παρὰ Κρησὶν, Οὖπις παρὰ Θρᾳξὶν, Ὀρθωσία παρὰ Ἀργείοις ἀπὸ ὄρους Ὀρθωσίου Λακωνικοῦ. Confer Etym. in eadem voce. Τὸ Λακωνικοῦ in Tzetze mutaverim in Ἀρκαδικοῦ. Ita enim cum Heſychius, tum ipſe p. 137. Ὀρθωσία ἡ Ἄρτεμις, ὅτι Ὀρθωσίου ὄρους Ἀρκαδικοῦ. Sed Dictynna non dicebatur, quæ erat in Tauris, ſed *Taurica* & Ταυροπόλος. *Dictynnam* & *Britomartin* Cretenſes eam vocabant. Vide præter Tzetz. Pauſan. pag. 141. ed. Wechel. & Heſychium in Βριτόμαρτις. Euripides uſus videri poteſt antonomaſia poëtis familiari, quâ epitheton pro nomine χωρίῳ uſurpant. Scribere ergo debuit Servius, *Tauricæ vel Orthiæ Dianæ.* Nam *Orthia* vel *Orthoſia Diana* eadem quæ *Taurica.* Sextus Philoſ. Lib. 111. Pyrrhon. Hypotyp. cap. 24. ex verſione Stephani: *At Lacedæmonii in aræ Orthoſiæ Artemidis flagris acerrimè cæduntur, ut multus in aram Deæ deſluat ſanguis.* Etiam *Orſiloche* dicta fuit. Ammian. Lib. 11. p. 391. ed. Boxhorn. *Diis hoſtiis litantes humanis, & immolantes advenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Orſiloche, cæſorum capita fani parietibus præfigebant.*

c *Carendi ſororis*] Ex Servio optimè reſtituit ſummus Gronovius, *curandi furoris.* id quod & Cl. Scheſſerus vidit, & Scriverius quoque notaverat in margine libri Goeſiani. Nec mihi non viſum fuit, cum legerem quæ ad illa verba Horatii Lib. 1. od. 7. *Patiens Lacedæmon*, ſcripſit vetus commentator. Firmat iſtam emendationem ipſe Hyginus cap. 120. Tzetzes ad Lycophr. p. 200. Ἔχεσιν ὁ θεὸς τὴν μανίαν αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι.

f *Et cum occiſo*] Lege cum Gronovio & Scheſſero, *& cum his, occiſo* &c. Intelligo autem Oreſtem & Pyladem, & refero ad Iphigeniam, tametſi aliud velit vir eximius. Vide cap. 120. Schol. Horatii loco modo adducto.

g Un-

gnorum, (g unde & fascelis dicitur, h non tantum à face, cum qua pingitur, propter quod & i lucifera dicitur) & Ariciam detulit. Sed cum postea Romanis sacrorum crudelitas displiceret, quanquam servi immolarentur, k ad Laconas Diana translata est, ubi sacrificii consuetudo adolescentum verberibus l servabatur, qui vocabantur Bomonicæ, quia m aris superpositi contendebant, qui plura posset verbera sustinere. Orestis vero ossa de Aricia Romam translata sunt, & condita ante templum Saturni, quod est ante clivum Capitolinum juxta Concordiæ templum.

Hic iterum desunt octo capita, ut videre est in indice.

Jovis & Europæ filius, n Cygnus alter Martis filius, quem idem Hercules occidit.

CCLXX. *Qui*

g *Unde & Fascelis*] Ita habetur & apud Servium ad Æn. II. 116. Sed in Proœmio Comment. ad Bucol. *Fascelitis*. Donato in vita Virgilii est *Fascelina*. Ego omnium optime scribi putem *Facelitis* ex Gr. Φάκελος. Vide quæ notavi ad Anton. Liber. cap. 27. Fasciculus autem, quo absconditum fuit simulacrum, viticum fuit, unde & vitice illud apud Lacedæmonios alligabatur, ut observavit Pierius Valerianus Hierogl. Lib. XLVIII. p. 347.

h *Non tantum à face*] Micyllus & Commelinus habent, *notandum à face*. Schefferi editio, *non tantum à facie*. Leidensis, *non tantum à face*. Atque ita Servius exhibet, & rectè quidem.

i *Lucifera*] Vide Nob. Heins. notas ad Heroid. p. 183. Scholiast. Horat. ad Lib. IV. od. 6. Martial. X. 70.

k *Ad Laconas Diana*] Cl. Schefferus emendat, *ad Laconum Dianam*. Sed vulgatam lectionem defendunt Servius, Commelinus, Micyllus, & alii. Scholiastes Horatii: *At posteaquam videretur Italis numen immite & asperum, illud orientem versus miserunt, atque à Lacedæmoniis susceptum est*. Lactant. ad Stat. VIII. Theb. 437. *Cujus cum simulacrum in Laconiam delatum fuisset*. At culta jam fuit ea diva Laconibus, ut sequentia testantur. Culta quidem illis Diana fuit, sed non Taurica, nec eo sacrificii genere. Vult, ni fallor, Hyginus, quod minus fecerint Romani, id olim feciſſe Laconas, ut nempe humano sanguine eam placare pergerent. Loquitur, ut de re præterita & jam desitâ. Pausanias de Orthiâ: *Simulacrum illud esse tradunt, quod & Orestes olim & Iphigenia ex Taurică furtim abstulerunt*.

l *Servabatur*] In Servio est *servatur*. Sed perperam, ut liquet ex τοῖς *vocabantur*, quod sequitur. Fuit ergo hic scriptor Tertulliani ætate inferior, cujus verba sunt Lib. ad Martyr. cap. 4. *Nam quæ hodie apud Lacedæmonas solennitas maxima est διαμαστιγώσεως, id est, flagellatio, non latet*.

m *Aris superpositi*] Ita reposui ex Servio & Lactantio aliisque. Quomodo & legendum esse jam pridem Micyllus, Tiliobroga, & Gronovius conjecerant. Vetus Horatii commentator: *Hoc statuerunt, ut juvenis ejus aras ascenderet, quem alius tam diu loris cæderet, donec sanguis è visceribus manaret*. Cic. II. Tusc. *Spartæ vero pueri sic verberibus excipiuntur, ut multus è visceribus sanguis exeat; nonnunquam etiam, ut, cum ibi essem, audiebam, ad necem*. Confer quæ notavit Bernart. ad Stat. Theb. Lib. VIII. 439.

n *Cygnus alter Martis filius*] Duo Cycni fuerunt. Vide Schol. recent. Pind. pag. 112. & 143. edit. Francof. Fuit hic Cygnus Martis & Pelopiæ filius, de quo Apollod. Lib. II. pag. 118. edit. Commel.

Ad

CCLXX. *Qui formosissimi fuerunt.*

[a]IASION Ilithii filius, quem Ceres dicitur amasse, quod ipsum historiis creditur. Cinyras Paphi filius rex Assyriorum. Anchises Assaraci filius, quem Venus amavit. Alexander Paris Priami filius & Hecubæ, quem Helena secuta est. Nireus [b] Charopis filius. Cephalus [c] Pandionis filius, quem Aurora amavit. Tithonus [d] Laomedontis filius Auroræ conjunx. Parthenopæus [e] Meleagri & Atalantes filius. Achilles Pelei & Thetidis filius. Patroclus Menœtii filius. Idomeneus qui Helenam amavit. Theseus Ægei & Æthræ filius, quem Ariadne amavit.

CCLXXI. *Qui ephebi formosissimi fuerunt.*

ADONIS Cinyræ & Smyrnæ filius, quem Venus ama-

Ad CAP. CCLXX.

a *Iasion Ilithii*] Cl. Schefferus conjicit *Electræ*. Et sanè matrem ejus Electram fuisse testantur Apollod. Lib. III. Hygin. Astron. II. Schol. Apollon. ad Lib. I. vers. 917. ut & Pausanias & Tzetzes. Sed cum in sequentibus non matrum sed patrum fiat mentio, malim cum Micyllo *Coriti*, vel *Cerythi* potius ex Gr. Κόρυθος. Is enim ab Hygino ipso Astron. II. 4. Servio ad Æn. III. 168. & Lactant. Firm. Lib. I. cap. ult. ejus pater fuisse dicitur. Scholiastes Theocriti filium Minois & Phroniæ nymphæ facit. Nonnus Dionys. XVIII. Cereris maritum. Heracl. Alleg. Hom. pag. 78. *Iasion quidam fertur agriculturam excoluisse, & cum fructus ex agris suis abundè reciperet, occasionem fabulæ dedit, ut à Cerere amatus existimaretur.*

b *Charopis*] Merito *Charopi* ex cap. 97. præfert Cl. Schefferus. Χάροπος enim est Homero Catal. vers. 178. quemadmodum jam antehac observavi.

c *Pandionis filius*] *Deionei* vel *Deionis* legendum, ut monuit dudum Nob. Heinsius ad Ovid. Met. p. 187. Atque ita noster ipse habet cap. 198. 241. & 273. Confer quæ notavi ad cap. 189.

d *Laomedontis filius*] Frater Laomedontis est Servio ad Æn. I. 493. Sed ego magis Diodoro credo, qui cum Hygino Laomedontis eum facit filium, ut & Tzetzes in Lycophron. pag. 6. Οἱ Τιθωνὸς, inquit, ἀδελφὸς ὢν Πριάμου ἀμφιμήτριος. Ὁ μὲν γὰρ Πρίαμος ὢν Λαομέδοντος, ὁ δὲ Τιθωνὸς ὢν Σκαμάνδρου ἢ Ῥοίτου τοῦ Σκαμανδρίου. Is ipse est, unde proverbium ortum *Tithoni senectus*. Vide Zenob. Cent. VI. 18.

e *Meleagri & Atalantes*] Ita etiam tradidit cap. 99. Vide quæ ibi annotata à nobis sunt. Quos auctores secutus sit Hyginus nescio. Fortè è furtivo concubitu fuit natus. Nam captam fuisse amore Atalantes Meleagrum satis constat. Consule Ovid. VIII. Met. v. 324. Amplexus Hygini sententiam est Schol. Statii ad I. Theb.

Ad

amavit. [a] Endymion [b] Ætoli filius, quem Luna amavit. Ganymedes [c] Erichthonii filius, quem Jovis amavit. Hyacinthus [d] Oebali filius, quem Apollo amavit. Narcissus Cephisi fluminis filius, qui se ipsum amavit. [e] Atlantius Mercurii & Veneris filius, qui hermaphroditus dictus est. Hylas [f] Theodamantis filius, quem Hercules amavit. Chrysippus Pelopis filius, quem [g] Theseus ludis rapuit.

Deest

Ad CAP. CCLXXI.

a *Endymion*] *Endymion καὶ ἐξοχὴν* pro formoso venit Juvenali Sat. x. 318. *Sed tunc Endymion dilectæ fiet adulter.* Schol. *Endymion pastor, quem luna adamavit.* Adde quæ ad Virgil. Georg. III. 391. notarunt Philarg. & Probus. Apulei. I. Met. *Hic est, soror Panthia, carus Endymion.* Fabulam optimè explicat Schol. Apollon. ad Lib. IV. vers. 57.

b *Ætoli*] Scribe *Æthlii.* Apollod. Lib. I. Καλύκης ᾗ ἐξ Αἰθλίου Ἐνδυμίωνος γένετο. Idem habet Apollon. Scholiastes, & Etymol. in ἀθλίως. Perperam Αἴθυια Conon narrat. 14. *Ætolus* autem Endymionis & Seidis nymphæ filius fuit, ut cum Apollod. & Conon. cap. 14. Eustath. in Dionys. p. 62. ed. Steph. & Homeri Schol. ad Iliad. N. 218. tradunt. Pindari autem interpres ad Olymp. Θ pag. 72. ed. Francof. filium Endymionis etiam *Aethlium* vocat. Ad Olymp. autem γ. pag. 30. cum aliis *Ætolum.* An ergo in priori loco est mendum? dubito. Est enim Aëthlius etiam Tzetz. ad Hes. p. 7. Ἔρατος ᾗ ἐξ Αἰθλίου τοῦ Ἐνδυμίωνος, ἢ Φιλάμμωνος Θάμυρις.

c *Erichthonii*] Cap. 224. *Assaraci* facit filium. Alii *Trois*, ut Servius in Æn. I. & V. Nepos ergo Erichthonii non filius esset. Schol. German. Aquario: *Quidam volunt Ganymedem cum Troili & Callirhoes filium.* Lege *Trois.* Lactant. ad Stat. Theb. I. 548. *Ganymedes Trocli regis & Callirhoes.* Lege *Trois.* Isidorus Orig. Lib. XIV. 3. *Tros Trojanorum rex Ganymedis pater.* Hieron. Chron. Euseb. *Ob raptum Ganymedis Trois patris Ganymedis & Tantali bellum exortum est.* Nimirum tres fuerunt Troi filii, Ilus, Assaracus, & Ganymedes. Vide Conon. cap. 12. Quid ergo sibi vult Tzetzes ad Lycophr. pag. 10. Ganymedem Laomedontis faciens fratrem? Atqui Laomedon filius Ili fuit. Mirum in re tam protritâ tantas turbas dare scriptores veteres.

d *Oebali filium*] Apollo apud Lucianum pag. 149. Tom. I. Πυθὼ Λάκωνα τὸν Οἰβάλου. Oebalides ergo Ovid. X. Met. 196. Ausonio Cupidine crucifixo, aliisque dicitur, non tam à patriâ Oebalia, quam à patre Oebalo. Alii *Amyclæ* faciunt filium, ut Tzetzes Chil. I. 11. vel *Amyclæi*, ut Schol. Nicandri pag. 60. Apollodorus variat. Lib. I. Clionis & Pieri. III. autem Amyclæ & Diomedes facit filium.

e *Atlantius*] Nusquam hoc nomen mihi lectum. *Hermaphroditus* est Luciano. Euseb. Præp. Lib. 2. & aliis. Ab Ovid. IV. Met. 168. *Atlantiades* dicitur, sed à proavo Atlante. Lactantius Lib. I. cap. 17. *Hæc ex famoso Martis stupro genuit Harmoniam, ex Mercurio Hermaphroditum, qui est natus Androgynus.*

f *Theodamantis*] Ceycis facit filium Anton. Liberal. cap. 26. Vid. ibi notas nostras.

g *Thesens rapuit*] Cap. 85. à Laio raptum dici notat Cl. Schefferus. Quod addo confirmari ab Æliano ποικ. ἱστ. Lib. XIII. cap. 5. & Animal. Lib. VI. 15. Athenæo Lib. XIII. p. 603. Pisandro, Suidâ, Apollinis oraculo apud Eurip. Scholiast. in Phœnissas, Hieronymo in Chronico. Audi jam doctissim. Jacobum Perizonium: Rectè censet Doctiss. Schefferus corrupta hæc esse: Chrysippum enim non Theseus, sed Laius rapuit. Plutarch. Parall. 33. de Chrysippo: Λάϊος ὁ Θηβαίος ὑπὸ Θυμώσους ἥρπασεν ἀυτόν. Ipse Hyginus fab. 85. *Laius Labdaci filius Chrysippum*

Deest caput CCLXXII. *De iis qui in Areopago causam dixerunt.*

CCLXXIII. *Qui primi ludos fecerunt, usque ad Æneam quintum decimum.*

* * *

QUINTO loco Argis, quos fecit Danaus Beli filius, filiarum nuptiis, cantu, unde [a] Hymenæus dictus. Sexto autem iterum Argis, quos fecit Lynceus Ægypti filius, Junoni Argivæ, qui appellantur [b] ἀσπισαγωγίς: quibus ludis qui vicit, accipit pro corona clypeum, ideo quod Abas Lyncei & Hypermestræ filius nunciavit, [c] Danaum parentibus periisse: cui Lynceus de templo Junonis Argivæ detraxit [d] clypeum, quod Danaus in juventa gesserat, & Junoni sacraverat, & Abanti filio muneri dedit. In his ludis qui semel vicit, & iterum [e] descendit ad certamen, ut nisi iterum vincat, sæpe descendat. Septimo autem loco Perseus, Jovis & Danaes filius, funebres Polytem Pelopis F. notum propter formæ dignitatem Nemea ludis rapuit. Ex quo loco etiam hic mihi legendum videtur: *quem Nemeis Laius rapuit. Laius* obscurius forsitan scriptum, quia *Nemeis* præcedebat, mutatum primo videtur in *Ludis*, dein, quia jam auctor facinoris non comparebat, ex *Nemeis* factum *Theseus*, non magnâ utrinque mutatione.

Ad CAP. CCLXXIII.

a *Hymenæus est dictus*] Confer Servium ad Ecl. VIII. vers. 30. Æn. IV. vers. 99. & 127. Æn. I. vers. 165. Lactant. ad Stat. III. Theb. vers. 283.

b Ἀσπὶς ἡ ἄγω ις] Dictum de hoc loco ad cap. 170.

c *Danaum parentibus periisse*] Transponenda hæc sunt: *nunciavit parentibus Danaum periisse.* Sed id jam pridem monuit Nob. Heinsius ad Met. V. 164.

d *Clypeum quod*] Micyllus, *Clypeum quem.* Ita quidem locutus est noster in hac fabula cap. 170. Nihil tamen mutem. *Clypeus* enim & *Clypeum* dixere ut *baltcus* & *balteum.* Servius ad Æn. III. 286. *Clypeum heic masculino, at neutro alibi*, Clypeum superintonat ingens. Gloss. Cyrilli: Ἀσπὶς τὸ ὅπλον, *Clypeum.* Ἀσπὶς λιγυρικὴ, *citra.* leg. *cetra.* Noster supra cap. 139. *Clypeola aenea.* Pomponius Capellâ: *Clypeum in medio fixum est.* In notis Tyronis pag. 126. *Clypeum, Clypeolum.* Adde Non. cap. de Indiscretis Generibus.

e *Descendit ad certamen*] Cl. Scheffero post hæc verba deesse quædam videntur. Doctiss. Jacobus Perizonius locum hunc ita constituit: *In his ludis qui semel vicit, & iterum descendit ad certamen, is nisi iterum vincat, sæpe descendit.* Ut sensus sit, eum qui semel vicerit, si iterum aleam certaminis subeat, nisi iterum vincat, sæpius in certamen descendere solere ac debere, ne qui semel jam victor fuerit, temere dein pro victo discedat. Ego in curis secundis hunc in modum eum tentaveram. *In his ludis qui semel vicit, iterum descendit ad certamen, & nisi iterum vincat, sæpe descendit.* Ut nem-

lydectæ nutritori suo in insula Seripho, [f] ubi cum luctatur, percussit Acrisium avum suum, & occidit. Itaque quod sua voluntate noluit, in [g] Deorum factus est numero. Octavo loco fecit Hercules Olympiæ gymnicos, [h] Pelopi Tantali filio, in quibus ipse [i] contendit * pammachum, quod [k] nos pancratium vocamus, cum Achareo. Nono loco facti sunt in Nemea Archemoro [l] Lyci & Eurydices filio, quos fecerunt septem duces qui Thebas ibant

nempe nemo justus victor censeatur, nisi qui duas palmas continuas adeptus fuerit. Nob. Heinsius post illa *ad certamen*, interserebat *lex est*.

f *Ubi cum luctatur*] Ad hunc locum ita commentatus est doctiss. Perizonius: Falsum hoc. Perseus Acrisium disco missо interfecit supra fab. 63. & apud Pausan. in Argol. p. mihi 46. Ἀκρίσιον ἡ λαυδικὴ καὶ δαίμονα ὑπονοοῦσιν ἐπὶ δίσκου τῇ ὁρμῇ. Neque facile exemplum hominis in luctâ occisi inveniemus. Itaque credo absorptas hic esse literas propter similitudinem præcedentium, & lego, *ubi discum jaculatus percussit* &c. Ovid. 7. Met. v. 276. *Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes.* Petron. *Urceolum fictilem in Eumolpi caput jaculatus est.* Ovid. lb. v. 587. *Aera si misso vacuum jaculabere disco.* Prop. 3. 14. *Missile nunc disci pondus in orbe rotat.* Ubi videndus Passeratius. *Disco percutere*, ut *saxo silice* Liv. lib. 1. 24. *fulmine* Plaut. Amph. *Sparo eminus percutere* Nepos Epam. c. 9. Hæc ille; quæ nullus dubito, quin se omnibus, qui non fatui sint stomachi, facile probaturi sint. Sed pro *cum* malim *dum*. De disco omnia pervulgata sunt, ejusque à Mercurial. Artis Gymnast. Lib. 11. 12. variæ nobis repræsentatæ icones. A σόλῳ eum distinguit Hom. Schol. ad Iliad. Ψ. Pro disco tamen σόλον usurpari videas ab auctore parvæ Iliados, & forte aliis etiam. Illud vero novum puto & indictum aliis, quod ad od. 8. Lib. 1. Horat. vetus commentator tradit: *Discus erat rotula quædam lignea apud Romanos instar scuti magni ponderis, qui dijactabatur in altum, seu æqualiter super terram, ut experirentur, quis fortius brachium haberet.*

g *Deorum factus est numero*] Scribendum existimo: *Id Deorum factum est numine.* Græci κατὰ θεὸν vel κατὰ δαίμονα. Vide not. ad Antonin. Liberal. cap. 1. Parthenius cap. 9. κατά τινα δαίμονα. Quod non intellexit interpres. Cap. 63. *Quod sua voluntate noluit, id Deorum factum est.* Cap. 125. *Intellexit, non sine divinâ voluntate Deorum id esse factum.* Maro: *Non hæc sine numine divûm Eveniunt.* Nepos Timoleonte: *Nihil rerum humanarum sine Deorum numine agi putabat.*

h *Pelopi Tantali filio*] Vide Clement. Protrept. pag. 21. edit. Morell.

i *Contendit pammachum*] Lego, *contendit pammachio.* Barth. ad Stat. Tom. III. pag. 343. nihil mutat, nisi *pammachum* in *pammachium*. An ergo ἀλλωιζῇ Hyginus? Schol. Hypoth. Pyth. Pindari, ἀγωνίζῃ τὰ πυθικὰ ἀγῶνα. Sed ejus constructionis aliam reddere solent rationem technographi. Magis huc facit illud Schol. Sophocl. Electr. vers. 687. δολιχὸν ἀγωνίζασθαι. Apulej. de Dogmat. Platon. *Ut Pythia & Isthmica deluctata certaverit.* De Pammachis vide Fabri Agonist. & Ambrosium in Ps. xxxvi. Pancratiastas esse pammachos docet Pollux Lib. III. cap. 30. *Pammachariæ* vocat interpres vetus Anonym. Periegesæ à Godofred. ed.

k *Nos pancratium*] Quibusdam hoc idem est, quod πένταθλον, quod complectebatur ἅλμα, δίσκον, ἄκοντα, δρόμον, πάλλω, ut scribit Sophoclis Scholiastes ad Electr. vers. 693. & Pind. ad Isthm. od. 1. Secundum Aristot. Rhetor. cap. 5. pancratium constabat luctâ & pugillatu.

l *Lyci & Eurydices*] Vide annotata à nobis ad cap. 74.

ibant oppugnatum. in quibus ludis [m] postea vicerunt cursu [n] Eunæus & Deiphylus Iasonis & Hypsipyles filii. His quoque ludis [o] Pythaules, qui Pythia cantaverunt, septem habuit palliatos, qui voce cantaverunt: unde postea appellatus est [p] Choraules. Decimo [q] Isthmia Melicertæ Athamantis filio & Inus fecisse dicitur Eratocles, alii poetæ dicunt Theseum. Undecimo fecerunt Argonautæ in Propontide Cyzico regi una cum filio, quem Iason imprudens noctu in litore occiderat, saltu, luctatione, & jaculo. Duodecimo autem [r] Argivis, quos fecit Acastus [s] Pelei filius. His ludis vicerunt, Zethus Aquilonis filius [t] dolichodromo, Calais ejusdem filius diaulo, Castor Jovis filius stadio, Pollux ejusdem filius cestu, Telamon Æaci filius disco, Peleus ejusdem luctatione, Hercules Jovis filius [u] pammacho, Meleager Oenei filius jaculo; Cygnus Martis filius armis occidit Pilum Diodoti filium, Bellerophontes vicit equo. Quadrigis autem vicit Iolaus Iphicli filius Glaucum Sisyphi filium, quem equi [x] mordici distraxerunt. Eurytus Mercurii filius sagitta

m *Postea*] Barthius ad Stat. Tom. III. pag. 231. emendat *post alios*. Non enim primi, inquit, commissi cursores.

n *Eunæus & Deiphilus*] Lege, *Eunæus & Deipylus*. Vide notas ad cap. 15. Qui præterea his ludis certaverint, invenies apud Apollod. III. pag. 153.

o *Pythaules*] Turnebus Advers. II. 25. ubi hanc vocem explicat, citat *Pythaulæ*. Perperam; ut liquet ex membro sequenti. Lego: *Pythaules, qui Pythia cantaverat, septem habuit palliatos*. De Pythaule vide Diomed. Lib. III. Brodæum Miscell. Lib. II. 13. Scalig. ad Catal. p. 118. Salmasium ad Carinum Vopisci, & ad Pall. Tertull. p. 470. ubi hunc locum illustrat, & etiam adducit *cantaverat*. Atque ita omnino est legendum; quanquam suspicor illa, *qui Pythia cantaverat*, à margine in textum irrepsisse.

p *Choraules*] Quia Choraules sine Choro esse non potest.

q *Isthmia*] Sisypho auctore instituta refert Isthmia Apollod. Lib. III. pag. 139. Verisimile est illa à Theseo primitus Neptuno fuisse sacrata, sed postea à Sisypho in Melicertam translata. Consule Schol. Apollon. ad Lib. III. vers. 1239.

r *Argivis quos fecit*] Cl. Scheffer us incisum transfert ante τὸ *Argivis*, ut cohærerent, *quos fecit Argivis*. Ego reponerem *Argis*, nisi mavis *in Argivis*. Sed prius præfero.

s *Pelei filius*] Lego *Peliæ*. Πελίας enim est Græcis. Vide notas ad cap. 251.

t *Dolichodromo*] Qui & *Dolichus* dictus. Vide Mercur. Gymn. II. 10. Philandrum ad Vitruv. Lib. V. 11. Benedict. ad Pind. Pyth. I. Tzetzen Chil. VI. 73. Schol. Sophoclis ad Electr. vers. 687. Τινὲς δολιχὸν φασὶν ἀγωνισθῆναι Ὀρέστην (ὃς ἦν εἴκοσι σταδίων) εἴκοσι ἐτῶν ὄντα.

u *Pammacho*] Lego, *Pammachio*. Παμμάχιον dictum, ut μονομάχιον apud Eurip. Schol. ad Phœn. vers. 1314.

x *Mordici*] H. e. *mordentes frana, nec audientes regimen*, ait Cl. Scheffe-

gitta, Cephalus Deionis filius funda, Olympus Marsyæ discipulus tibiis, Orpheus Oeagri filius cithara, Linus Apollinis filius cantu, Eumolpus Neptuni filius ad Olympi tibias voce. Tertiodecimo fecit in Ilio Priamus cenotaphium Paridi, quem natum jusserat interfici, [y] gymnicos, in quibus [z] certati sunt cursu, [a] Nestor Nerei filius, Helenus Priami filius, Deiphobus ejusdem, Polites ejusdem, Telephus Herculis filius, [b] Cygnus Neptuni filius, Sarpedon Jovis filius, Paris Alexander pastor, Priami [c] ignarus filius. vicit autem Paris, & inventus est esse Priami filius. Quartodecimo Achilles Patroclo funebres, in quibus Aiax vicit lucta, & accepit lebetem aurus. Ego putem *mordicus* esse legendum, hoc est, morsu & dentibus. Schol. Homer. β. 418. Ὀδὰξ τοῖς ὀδοῦσι. Gloss. Cyrill. Ὀδὰξ, δηξόμενος, *mordicus*. Ergo *mordicus* est idem, quod dentibus. Petron. Fragm. Trag. *Mordicus tollere*. Titinnius: *Arripuit colubram mordicus*. Noster Astron. II. 23. *Pedem ejus mordicus arripuisse dicitur*. Schol. German. eadem fabula: *Morsu deprehendit*. Antiquiores *morsicatim* dixerunt. Barthius ad Statium *mordicibus* conjicit. Quod mihi nimis Plautinum videtur. Ne dicam, *mordicitus* in Plauto malle Scioppium Suspect. Lect. I. 4. quomodo & heic in margine Hygini sui adscripserat Nob. Heinsius. Apulej. III. Mil. *Mordicitus appetens*. At Lib. XIX. cap. 16. Adversi. Idem Barthius etiam *mordicus* restituit Hygino, ita tamen, ut τὸ *mordici* eo non putet indignum. Discerptum fuisse à quadrigis suis Glaucum Palæphatus cap. 26. tum & Hyginus quoque cap. 250. tradiderunt. Servius in hac narratione ad Georg. III. 267. *Eum morsibus dilaceraverunt*. Philargyrius, *Morsibus laniasse dicuntur*. Advertit me protinus, quod hic ibidem dicit, accidisse id, *cum Glaucus ad Mimicum certamen quadrigam duceret*. Quod, malum, illud *mimicum certamen* est? Pierius Valerianus *inimicum certamen* vocat. Puto scripsisse *Isthmicum*. Vide Pausan. p. 247. ed. Loescheri. Nec scio an rectè *Potniam* Servius vocet urbem, sive vicum, ex quo, ut ipse ait, erat Glaucus, cum Ποτνιὰς vocent Stephanus & ad Dionys. Eustath. p. 204. Sotio in παροιμ. Κολῶν εἰς Ποτνιὰς πᾶσι θεοῖς ἐξ ἧς οἱ ἵπποι πίνοντες μαίνονται, ὡς ἱστορεῖ Ἀσίγων· εἰς δὲ τόπος ἀπίστων.

y *Gymnicos*] Leg. *& Gymnicos*.

z *Certati sunt*] Infra cap. 274. *Gladio belligeratus est*. Passivam formam habentia sæpe activè poni multis exemplis probat Lipsius ad Tac. Lib. I. Ann. cap. 5. ut & Salmasius ad Solinum, Servius ad illa Virgil. Æn. II. 660. *Pictis bellantur Amazones armis*, & alii alibi, quos recensere omnes operæ non est. Vetus interpres Siracidæ cap. XI. vers. 9. *De eâre, quæ te non molestat, ne certeris*. μὴ ἔριζε. Gr. Cod. Et cap. XXXVIII. 29. *In calore fornacis concertatur*. Frustra ergo in margine Micyllus, *certarunt*.

a *Nestor Nerei*] Lege. *Nelei*. Hoc nomen tam obvium quis non miretur toties corruptè legi in scripto tam exiguo?

b *Cycnus Neptuni*] Hic est ille Κύκνος Τρωϊκὸς aliquoties Eustathio memoratus, ut ad Palæph. pag. 184. observat Tollius.

c *Ignarus filius*] H. e. ignotus. Isidor. Orig. Lib. X. *Ignarus autem duo significat, vel qui ignorat, vel qui ignoratur*. Contra *ignotus* pro eo, qui ignorat, apud Ciceronem observat Morus ad cap. I. Epist. Pauli ad Romanos. Adde notata à Cl. Scheffero ad Phædr. Lib. I. cap. 12. & quæ in Antiquario suo

aureum munus. deinde Menelaus vicit jaculo, & accepit muneri jaculum aureum. dimisso spectaculo eodem, Phrygas captivos duodecim in rogum Patrocli & equum & canem conjecit. Quintodecimo fecit Æneas Veneris & Anchisæ filius [d] in Sicilia, [e] ad Acestem [f] Criniſi fluminis filium, hospitem. Ibi Æneas patris ornavit exequias, ludicroque certamine honores debitos manibus solvit, in quibus primum navale [g] certamen fuit de * Mnestheo, navis, Pistris, Gyas, [h] navis Chimæræ, Sergestus, navis Centaurus. Vicit autem [i] Cloanthus cum navi Scylla, & accepit præmium talentum argenti, auratam

suo congessit Laurenbergius. Pari modo *nescius* dicitur & qui nescit, & qui nescitur. Arnob. Lib. IV. *Cum esset vobis similiter nescium.*

d *In Siciliâ*] Juxta Drepanum Siciliæ urbem, ubi Anchises sepultus. Vide Savaronem ad Sidon. Lib. II. ep. 2. Virgil. Æn. III. 707.

e *Ad Acestem*] *Acestus* est Festo in *Segesta*, & Servio ad Æn. I. 554.

f *Criniſi fluminis filium*] Virgil. vide Æn. I. 554. & V. vers. 38. & ad eum Servium. Κρεμισὸς is fluvius dicitur Tzetzæ in Lycophron. Κρεμισὸς Plutarcho & Dionysio Halicarnasseo. Unde intelligis quid sibi velit Servius ad priorem ex locis illis, quos adduxi ex Virgilio: *Hæc ad Siciliam delata à Criniſo fluvio, quem Criniſum Virgilius poëtica licentia vocat, converso in ursum, ut alii, in canem, compressa edidit Egestum.* Adde quæ idem Servius habet ad Æn. V. vers. 30. & Tzetzes ad Lycophron. pag. 83. edit. Steph. ubi fluvium Κρημισὸν, Acesten Αἰγέστην vocat. Sed corruptè, ut opinor. Κρεμισὸς enim & Αἰγέστης appellantur pag. 154. Adde Heins. ad R. P. Claud. II. vers. 57.

g *Certamen fuit* * *de Mneſtheo*] Legendum forte, & distinguendum *certamen fuit. Decertarunt Cloanthus, navis Scylla, Mneſtheus, navis pistris.* vel *pristis* potius, ut est apud Virgil. Æn. V. 116. Διὰ τῦ ποιῆσαι τὸ κύμαλα, ut annotat Servius. Nec in antiquis codicibus aliter invenit Pierius Valerianus. Idem Servius ad Æn. III. 427. *Si navem intelligis, hæc pristis, hujus pristis: si de bellua dicas, hæc pistrix, hujus pistricis.* Legendum esse & scribendum *pristrix* docet Salmasius ad Flor. III. 5. Scaliger autem ad Manil. p. 466. *Sidera ceti. Aliter* pistricem *vocant Cicero & alii.* Pistrix *enim pro* pristis *ut diceretur, usus obtinuit, item* pristis *pro* pristes. *Vera enim scriptura est* πρίστης. *In eodem asterismo Festus Avienus* pistrim & pistricem *dixit.* Nonius: *pristis navigii genus, à formâ pristium marinarum, quæ longi corporis sunt, sed angusti.* Non esse fictam corruptam illam pronunciationem à Scaligero docent nos veteres glossæ Steph. *Pistrix*, κῆτος, φώκαινα. Cyrilli: Κῆτος, *pistrix, de bellua.* Senec. Hippol. 1040. *Pistrix citatas sorbet aut reddit rates.* Schol. Horat. in Art. Poët. *Belluam marinam, id est, pistricem.* Adde quæ de his vocibus observavit Junius Adverss. Lib. II. cap. 13. Bayfius in de Re Nav. p. 79. Festus in *Balæna.* Ad quem locum a se ipso dissentit Scaliger.

h *Navis Chimæræ*] Cl. Schefferus, *Chimæra.* Et sanè ita exigunt *Pristis* & *Centaurus.*

i *Cloanthus cum navi Scyllâ*] Ita rectè Micyllus, quique eum secuti sunt, ediderunt. Non moror illos veteres, quos habere ait Cl. Schefferus, *vicit autem cum Cloanthus.* Palæphatus Scyllæ fabulam fictam autumat ex veloce triremi, cui id vocabuli fuerit.

tam clamydem [k] ex purpura intextum Ganymeden. Mneſtheus loricam adeptus eſt, Gyas abſtulit lebetas, cymbiaque argento cælata, Sergeſtus captivam cum duobus filiis nomine Pholoen. [l] Secundo deinde certamine curſu Niſus, Euryalus, Diores, [m] Salius, Helimus, Panopes. vicit Euryalus, accepit præmium equum phaleris inſignem, ſecundo Helimus Amazoniam pharetram, tertio Diores galeam Argolicam: Salio exuvias leonis donavit, Niſo clypeum opus Didymaonis. Tertio deinde certamen ceſtibus Dares & Entellus. vicit Entellus, accepit præmium taurum; Dareti galeam & enſem tribuit. Quarto deinde certarunt ſagitta Hippocoon, Mneſtheus, Aceſtes, Eurytion, qui accepit muneri galeam, [n] quia judicis propter omen Aceſtæ honorem ceſſit Quinto Aſcanio puero duce [o] luſerunt pueri Trojani.

CCLXXIV. *Quis*

k *Ex purpura*] Cl. Schefferus legit, *& purpurâ*. Vide Virg. Æn. v. 252.

l *Secundo deinde certamine curſu*] Malim, *certamen*, ſc. fuit. Sic ſtatim, *Tertio deinde certamen ceſtibus*. Ita Perizonius. Quid ſi legas utrobique *certarunt*? ſequitur enim, *quarto deinde certarunt*.

m *Salius, Helimus*] Intercidit inter hos, omiſſus à librariis *Patron*, ut patet ex Virgil. v. Æn. vers. 299. Perizonius.

n *Quia judicis propter omen*] Ita repoſui ex editione, quam ſecutus eſt Cl. Schefferus, & Leidenſi. Atque ita ſcribendum monuerat quoque in Erratis Commelinus. Habet alioquin ejus editio ut & Micylli, *omne*. Cl. Schefferus emendat *judicio*. At doctiſſimus Perizonius, malim, inquit, *judicii*, ut ſenſus ſit, conceſſit Aceſtæ propter omen jaculi honorem judicii de victoria, ſeu ut victor appellaretur ex ſententia judicum. Virgil. Æn. v. 540. *Et primum ante omnes victorem appellat Aceſten, Nec bonus Eurytion prælato invidit honori.* Sed quid, ſi legas *Auſpicii propter omen* h. e. prodigii? Petron. *Venturaque damna Auſpiciis patuere Deûm.* Seneca Troad. v. 609. *Auſpicium noctis* pro omine. Certè Virgil. v. Æn. vers. 533. *auſpicium* vocat hanc ipſam rem. *Omen auſpicii* prorſus ut Plaut. Aſin. II. I. 15. *Augurium auſpicii.* Ita ille. Ego putem vulgatum non ineptam habere ſententiam, ſi dixeris *omen judicis* eſſe omen Æneæ, qui erat ἀγωνοθέτης, judex certaminis, & ex illo jaculi incendio omen cepit futurorum. Ἀγωνοθέτης rectè *judex* dicitur. Cyprian. Lib. IV. ep. 21. *Quanta eſt iſta gloriæ dignitas, quanta felicitas præſide Deo congredi, & Chriſto judice coronari.* Virgil. Æn. v. 530. *Nec maximus omen abnuit Æneas.* Servius: *Amplexus eſt & probavit, nam ſecundum augurum diſciplinam dixit ad ſe non pertinere.* Lego, *hoc pertinere.* Liv. Lib. I. cap. 7. *Accipere ſe omen impleturumque fata.* Flor. IV. 12. *Accepit omen.* Curt. Lib. V. cap. 2. *Accipe quoque omen.*

o *Luſere Trojani*] Salmaſ. in margine adſcripſerat, *Trojam.* Videtur reſpexiſſe quæ apud Servium leguntur ad Æn. v. vers. 556. *Bebius tamen Macer dicit à Cæſare Auguſto pueris, qui luſerunt Trojam, donatas eſſe galeas & bina haſtilia; ad quod conſtat Virgilium alludere.* Suetonius apud eundem ad ejuſdem libri vers. 602. *Luſus ipſe, quam vulgo Pyrrhicam vocant, Troja vocatur.* leg. *Pyrricham.* Πυρρίχη eſt Græcis. Feſtus: *Troja & regio Priami & luſus puerorum equeſtris dicitur. Ludi Troici* dicuntur à Varrone apud Non. in *Nænia.*

Ad

CCLXXIV. *Quis quid invenerit.*

NOMINE [a] Ceraſſus vinum [b] cum Acheloo flumine in Ætolia miſcuit, [c] unde miſcere κεράσαι eſt dictum. Antiqui autem noſtri in lectis triclinaribus in [d] fulcris capita

Ad CAP. CCLXXIV.

a *Ceraſſus*] Schefferus, *Ceraſus*. Sed Plinius Lib. VII. 56. Staphylo; apud Athenæum autem Lib. II. Melampodi quidam id inventum adſcribit. Lactantius ad Stat. IV. Theb. 742. Thracio Lycurgi filio.

b *Cum Acheloo flumine*] Schol. Stat. ad I. Theb. 457. *Achelous amnis in Theſſaliâ oriens Ætoliam præterfluens, Thetidis filius, qui primum vinum poculis miſcuit. Ut Virgil.* Poculaque inventis &c. Veteres Gloſſ. in I. Georg. Virgil. *Non quod Achelous ſolus vino ſit miſtus, ſed ipſum pro qualibet aqua poſuit, ſive quoniam ex Oceano & Thetide multis genitis fluviis, hic primus natus eſt, in honore ejus amnis omnis Acheloia dicta eſt aqua.* Conſer ad eundem locum Servium, qui terræ filium dicit Acheloum. Cæterum ex *Tethy* peſſimè iſti Scholiaſtæ *Thetin* faciunt. *Thetis* Pelei uxor, *Tethys* Oceani. Etiam apud Hyginum noſtrum hactenus excuſum fuit cap. 177. *Thetis enim Oceani uxor.* Et, *Oceano prohibet ſemper ſe tingere Thetis.* Perperam omnino. Emendavimus nos *Tethys*. Audiamus Schol. Hom. ad Iliad. φ. 194. Δοκεῖ ἡ πρὸ (leg. τῆ) ἐν τῇ Ἑλλάδι πολεμῶν μίγνυσθαι εἶναι ὁ Ἀχελῶος, διὸ καὶ πᾶν ὕδωρ τῇ τέχνῃ ποτοσπονδίαν καλεῖν. ἱστορεῖ Πίνδαρος. Non diſſimilia hiſce ſunt, quæ Schol. ad Æſchyl. Perſ. vers. 267. Euſtath. ad Iliad. Hom. pag. 267. Macrob. V. Sat. cap. 18. prodidere.

c *Unde miſcere κεράσαι dictum*] Veriorem etymologiam nos docet Hom. Scholiaſtes ad Iliad. Θ. 189. Ἐγκεράσασα εἰς κέρας. φασὶ γὰρ τὴν βίρισθαι τινὰ τὴν πολιτείαν χεῖσαι εἰς κέρας ὕπνον. Puto heic aliquid deeſſe, quod ita debeat ſuppleri: ἐγκεράσασα, ἐγχέασα εἰς κέρας. Porro pro εἰς κέρας ὕπνον vir illuſtr. in de Num. præſt. p. 358. reſtituit, κέρασιν ὕπνον. Non exiſtimem neceſſe. Εἰς κέρας idem eſt, quod ἐν κέρατι. Sic apud eundem ad Iliad. Λ. 147. ὅλμος δὲ ἐξ κοῖλος λίθος, εἰς ὃν κάπῃσι ὀπωρίη. pro ἐν ᾧ. Et apud Eurip. interpret. in Phœniſſ. vers. 1116. Ὤικησαν ὁ Περίτθους εἰς τὰς Θήβας. Diacon. ad Heſiod. Aſp. pag. 214. edit. Heinſ. Εἰς αὐτὸν ἡ ἐκκλησία κύκλος μεγάλως ἰσόνυκτ. Lucas Act. Apoſt. XXI. 13. Ἀποθανεῖν εἰς Γερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω. Loquuntur ita interdum & politiſſimi ſcriptores. Vide not. Stolb. ad Sophocl. Ajac. Flagellif. p. 122. Ἐν κέρατι πίνειν non deterius putem dici, quam Latine *in cornu bibere*. Senec. Thyeſt. 453. *Venenum in auro bibitur.* Flor. III. 4. *Bibere in oſſibus capitum.* Ad quæ verba conſule Freinsh. Si quicquam tamen mutare velis, ſcribe cum auctore Etymol. qui hunc, quo de agimus, locum ex Scholiaſte deſcripſit, ἐν τοῖς κέρασι. Verba ejus adducam, quæ legunter p. 502. Κεράσαι δὲ ἐστι τὸ ὀπτχεῖν οἶνον, ὅτι παλαιὸν ἦθος. πάλαι γὰρ ἐκχεῶντο κέρατι αἰτὶ φιαλῶν. Οὕτω Πείσανδρος. καὶ Ὅμηρος Ἰλ. Θ. Οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν. αἰτὶ τοῦ ἐκχέασα εἰς κέρας. φασὶ γὰρ βίρισθαι τινὰ τὴν πολιτείαν χεῖσαι ἐν τοῖς κέρασιν ὕπνον. Poſſis etiam dicere excidiſſe vocem ἐγχέοντες. Schol. idem ad Odyſſ. E. 93. Κέρασαι ἡ νίκλας) ὅτι τὸ ἀρχαίας συνηθείας. Εἰς κέρας γὰρ ἐγχέοντες ἔπινον. Plura de more hoc antiquo ſuppeditabunt Nonnus Dionyſ. p. 226. & Schol. Nicandri p. 66. edit. Soteris.

d *Fulcris*] Ita reſcripſi pro *pulchris*, quod vitioſe Micylli & Comel. editiones præferunt. Monuerat tamen in margine Micyllus, & Marcilius apud Tiliobrogam in Stat. Comment. p. 505. Gloſſ. Iſidori: *Fulcralia, lecti ornamenta, quæ & reclinatoria dicuntur.* Capella: *Tardabo Fulcra lecti.* Gloſſ. Philox. *Fulcrum*, ἀνάκλιτον. leg. *Fulcrum.*

ta aſellorum vite alligata habuerunt, [c] ſignificantes * [f] ſuavitatem inveniſſe. Caper autem [g] vitem quam præroſerat plenius fructum protulit, unde etiam [h] putationem invenerunt. [i] Pelethronius frenos & [k] ſtratum equis primus in-

c *Significantes ſuavitatem inveniſſe*] Vexatiſſimus hic locus. Pauſan. Corinthiacis: *Hoc loco, quod à Nauplia incolis de aſino dicitur, abroſo palmite vitem multo feraciorem redditam, & aſellum, quod ſarmentorum putationem monſtravit, propterea in ſaxo effictum, tanquam minime, quod memoriæ prodatur, dignum, prætermitto.* Hinc locum Hygini ita reſtituendum cenſet Cl. Schefferus. *Capita aſellorum vite alligata habuerunt, ſignificantes ſatietatem vini inveniſſe caput. Nam vitem quam præroſerat plenius fructum protulit. Unde etiam putationem invenerunt.* Barthius conjectat, *ſuavitatem nocuiſſe*, vel *Alibidam inveniſſe*. Reineſius Var. Lib. III. 8. *Aſinum vitem inveniſſe*. Ego ἐπίσω. Niſi ab illis verbis *caper autem* &c. contra quam vir clariſſimus volebat, novam exiſtimo periodum inchoandam. Videtur enim illa opinio de capro vitem rodente apud pleroſque invaluiſſe. Vide noſtrum Lib. II. Aſtron. cap. 4. Martial. III. 24. Ovid. XV. Met. fab. 2. Schol. Stat. 2d Theb. Lib. V. vers. 159. Si nihil ante verba illa, *caper autem* &c. intercidit, pedibus eo in ſententiam Tiliobrogæ, qui emendat & ſupplet Hyginum hunc in modum: *Capita capellarum vite alligata habuerunt, ſignificantes capram vini ſuavitatem inveniſſe.*

f *Suavitatem*] Putat *vi vini* hinc excidiſſe Tiliobroga. haud ſcio quam rectè. Supra cap. 130. de Icario: *Ad paſtores devenit, & genus ſuavitatis oſtendit.* h. e. ſuavem vini potum. quanquam ibi *genus ſuave vitis* mallet Neb. Heinſius. Forſan ergo & hoc ſcribendum, *ſuavem vitem.*

g *Vitem quam præroſerat*] Ποτιληνόπαν hoc. Virg. Æn. I. 577. *Urbem quam ſtatuo veſtra eſt.* Terentius: *Eunuchum quem dedisti nobis, quæ turbas dedit!* Vetus verſio B. Marci cap. XII. 10. *Lapidem quem reprobarunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.* Eſdr. cap. 4. 18. *Accuſationem quam miſiſti ad nos, manifeſtè lecta eſt coram me.* Petron. *Hunc adoleſcentem quem vides, malo aſtro natus eſt.* Sic οἱ ὁ Num. XXXII. 4. Τῷ γῷ ᾧ παρέδωκε κύριος ἀσσύριον ἢ ὧν Ἰσραὴλ, γῆ κτηνοτρόφος ἐστί. Adde Geneſ. XXXI. 16. Noſter ſupra cap. 249. *Facem quam viſa eſt parere Hecuba.* Ad quem locum plura notavi. Schema hoc de antiquioribus ſumtum eſſe notat Servius, & eo Catonem quoque uſum in legem Voconiam: *Agrum quem vir habet, tollitur.* Audiamus Diomedem Lib. II. *Attbis*, inquit, *qua brevitati ſtudet, admittit ſolœciſmos, quos cum docti fecerint, non ſolœciſmi, ſed σχημάτα λόγου appellantur, ut eſt nuda genu: &, urbem quam ſtatuo, veſtra eſt.*

h *Putationem*] Ita repoſui pro *potationem*, quod omnes, quas vidi, occupavit editiones. Monitum tamen jam fuit à Tiliobroga. Virgil. Ecl. II. *Semiputata tibi frondoſa vitis in ulmo eſt.* Juſtin. XLIII. 4. *Putare vitem & ſerere oleam conſuevernnt.* Gloſſ. Steph. *Putator, κλαδοῦτης.* Adde Paul. recept. Sent. Lib. V. Tit. 23. Donatus in Ter. Heaut. *Putare propriè purgare eſt, & arbores & vites dicimus putare.* Arnob. IV. *Putationibus arborum, inquitis, puta præſto eſt.* Gloſſ. Iſidor. *Falcitat, putat, ſecat.* Feſtus: *Imputatum, nondum purgatum. Putum enim eſt purum. Unde putare vites dicimus, hoc eſt, detrahere quæ impedimento ſunt ad fructum.* Adde quæ Servius ſcripſit ad Æn. VIII. 522. Iſidor. Orig. Lib. XVII. cap. 5.

i *Pelethronius*] Vide Virgil. III. Georg. 113. & ibi Philargyrium, Pliniumque Lib. VII. cap. 56. Pindari Scholiaſtes in Pyth. Od. E. Κέλητα δὲ χαλινὸν ἐφῆρμοσε Βελλεροφόντης πατὴρ ἑξῆς.

k *Stratum*] Ephippium. Ovid. VII. Met. vers. 33. *Purpureuſque albi ſtratis inſignia pictis Terga premebat equi.* Gloſſ. Steph. *Stratica, ὁπλισμός.* Lege, *ſtrata, ἱππικῶν.*

invenit. [l]Bellone prima acum reperit, quæ Græcè belone appellatur. Cadmus Agenoris filius [m]æs Thebis primus inventum condidit. [n]Sacus Jovis filius in Panchaia in monte Taſo aurum primus invenit. [o]Indus rex in Scythia argentum primus invenit, [p]quod Erichthonius Athenas primum attulit. [q]Elide, quæ urbs eſt in Peloponneſo, certamina quadrigarum primum inſtituta ſunt. [r]Midas rex, Cybeles filius Phryx, plumbum album & nigrum primus invenit. Arcades res divinas primi diis fecerunt. Phoroneus Inachi filius [s]arma Junoni primus fecit,

l *Bellone*] Scribe *Belone*. Βελόνη enim *acus*, ῥαφίς.

m *Æs condidit*] Quomodo? Conflare forte & expolire docuit. Nam & eam ſignificationem admittit τὸ *condere*. Ita Joſephus apud Juſtin. Lib. xxxvi. 2. *Somniorum intelligentiam condidiſſe* dicitur, quod eam auxerit & expoliverit. Adde quæ notavit Freinsh. ad Flor. Lib. 1. cap. 3. Sed rectius forte Cl. Schefferus: *Condidiſſe*, inquit, *intelligi poteſt admixtione terræ Cadmiæ ab eo ita dictæ*. Interpres tamen vetus Horatii à Siſypho primitus temperaturam æris repertam tradit. Cæterum, quod primus æris conflandi artificium apud Thebas invenerit Cadmus, factum inde exiſtimat Cl. Tanaq. Faber ad Anacr. p. 114. ut apud Heſychium Κάδμος pro clypeo, haſtâ & galea ſumatur. Schol. Hom. ad Iliad. Υ. vers. 18. æs à nonnullis primum omnium inventum dici obſervat, & inde pro σιδήρῳ χαλκὸν uſurpaſſe Homerum. Quod de Homero dicit veriſſimum eſt. Licet idem animadvertere ex quodam Heſychii loco, ſed corrupto. Ταχατὶ, inquit, χαλκῷ, τῷ ἐπιτιμωμένῳ σιδήρῳ. Lege, Ταχαιτὶ. Eſt locus Hom. Iliad. H. 77. Confer Etym. in χαλκός. Hæc hactenus. Sed ex libro Heinſiano video virum illum correxiſſe *cudit*.

n *Sacus*] Turnebus Adverſ. Lib. xxi. cap. 9. ex Plinio reſcribit *Eaclis*. Plinii verba hæc ſunt Lib. vii. cap. 56. *Argentum invenit Erichthonius Athenienſis, ut alii, Æacus. Auri metalla & conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem: ut alii, Thoas & Eaclis in Panchaiâ*. Sed *Æacus* non *Eaclis* in Hygino eſſe reponendum docuit me Caſſiodorus Var. iv. 34. *Primi dicuntur aurum Æacus, argentum Indus rex Scythiæ reperiſſe*.

o *Indus rex*] Cl. Schefferus mallet *Lydus*, quod Plinius ſcribat, *Æs conflare & temperare Ariſtotelem Lydum Scythen monſtraſſe putat*. Apud noſtrum cap. 259. rex quidam eſt Scythiæ *Lyncus*. Nihil eſſe tamen mutandum liquet ex illis, quæ è Caſſiodoro adduxi. Confer Clement. 1. Strom. p. 307. ed. Morell.

p *Quod Erichthonio*] Ea, opinor, cauſa eſt, cur inveniſſe dicatur apud Plinium.

q *Elide*] Vide Caſſiod. Var. iii. 51. Sidon. Carm. ix. vers. 98.

r *Midas*] Clar. Schefferus ex Plinio *Midacritus* ſuſpicatur ſcribendum. Valde dubito. Midas enim, non Midacritus, Cybeles filius eſt ſupr. cap. 191. Sed & heic mutare quicquam nos vetat Caſſiodorus Lib. iii. 31. *Æs Ionos, Theſſaliæ rex, plumbum Midas regnator Phrygius repererunt*.

s *Arma Junoni*] Cogitavi aliquando *ſacra*. Cap. 143. *Exordium regnandi tradidit Phoroneo, ob id beneficium, quod Junonis ſacra primus fecit*. Propius ad veterem ſcripturam accedit, quod divinabat Schefferus, *aram*. Cap. 225. *Phoroneus Inachi filius templum Argis Junoni primus fecit*. Barthius Comm. Stat. Tom. iii. p. 1502. ad hunc locum ita commentatur. Ἅρμα ſeu *currum Junonis intelligi poſſe aliòi oſtendimus. Virgil. tamen intercedit Æneidos ipſo initio, arma & currum Junonis ſimul celebrans*. Sed ceſſo dicere, quod

cit, qui ob eam causſam primus regnandi poteſtatem habuit. Chiron Centaurus Saturni filius [t] artem medicinam chirurgicam [u] ex herbis primus inſtituit. Apollo artem ocularíam medicinam primus fecit. Tertio autem loco Aſclepius Apollinis filius [x] clinicen reperit. Antiqui obſtetrices non habuerunt, unde mulieres verecundia ductæ interierant. Nam Athenienſes caverant, ne quis ſervus aut fœmina artem medicinam diſceret. Agnodice quædam puella virgo concupivit medicinam diſcere, quæ cum concupiſſet, demptis capillis, habitu virili, ſe Hierophilo cuidam tradidit in diſciplinam. quæ cum artem didiciſſet, & fœminam [y] laborantem audiſſet, ab inferiore parte

verum eſt, locum, inquam, nullâ prorſus indigere correctione. Caſſiodorus diſertim Var. VII. 18. *Hoc* (opus armorum) *primum Phoroneus Junoni dicitur obtuliſſe, ut inventum ſuum numinis, ut putabant, auſpicio conſecraret.* Præter Maronem & Caſſiodorum vulgatam lectionem aſſerere etiam nummos veteres apud Urſinum in familiis Romanis, qui Junonem exhibent armis tectam clypeumque manu tenentem, docuit me Nob. Heinſius.

t *Artem medicinam chirurgicam*] Vide Iſidor. Orig. III. 9. Noſtrum ſupra cap. 138. Alii dicerent, *medicinam chirurgicam*, omiſſo τὴν *artem*. Sed alterum defendit Sanct. Minervæ Lib. IV. Auguſtin. Confeſſ. Lib. IV. 3. *Vir ſagax medicinæ artis peritiſſimus.* Schol. German. Centauro: *Saturnus cum Jovem filium in Thraciâ quæreret cum Philyrâ Oceani filiâ in equum verſus dicitur concubuiſſe, & ea Centaurum natum artis medicinæ inventorem.* Niſi putas dixiſſe *ars medicinæ* in recto caſu, ut in Ophiucho, *Qui medicinæ arte uteretur.* Vibius Sequeſter: *Virbius Laconices, ubi Hippolytum Æſculapius arte medicinæ reddidit vitæ.* Firmicus F. P. R. *Textrinæ artis magiſtra.* Solin. cap. XI. *Dædalus fabræ artis magiſter.* Malim legere, *fabricæ artis*, ut vetus codex habuit, cujus excerpta penes me ſunt. Non ignoro tamen ſatis rectè dici *fabra ars.* Ovid. VIII. Met. 159. *Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.* *Fabrum* dixiſſe veteres quod eſſet perfectum, notavit Feſtus. Corrige ergo Gloſſas Iſidori: *Flabrum, perfectum.* lege, *fabrum.* Herbariæ medicinæ inventionem ei adſignat Galenus. Rectè ergo *ex herbis* addit Hyginus.

u *Ex herbis*] Hæc enim erat antiqua medicina. Vid. Plin. Lib. XXV. 2. Schol. Hom. Iliad. A. 845. Ἡ γὰρ ἀρχαία ἰατρικὴ ἐκ βοτάνων ἦν. De Chirurgica Servius Æn. XII. 396. *Apud veteres medicina manibus magis tractata eſt, unde & chirurgia dicta.* Quibus herbis medicinam inſtituerit Chiron, docebit te Apulej. cap. 12.

x *Clinicen reperit*] Τελείαν ἰατρικὴν καὶ τῆς ἑαυτῆς μέρεσιν συμπληρωμάτων, ut loquitur Galenus. Hinc *clinicus* medicus apud Martial. I. 31. IX. 97. Sed eccleſiaſtici ſcriptores, ut Hieron. epitaph. Fabiolæ, & Cyprianus Lib. IV. ep. 7. aliique, etiam ægros lecto affixos dixere clinicos. Feſtivè Æſculapium hunc *Deum clinicum* appellat in Apotheoſi Prudentius pag. 220. edit. Giſel. quem vide in Comment. Cæterum clinicen Hippocrati tribuit Plin. Lib. XXIX. 1. Confer Celſum præf. Lib. I.

y *Laborantem audiſſet, ab inferiore parte veniebat ad eam*] Malè hæc diſtinguuntur. Τὰ *ab inferiore parte* cum prioribus ſunt conjungenda. Perizonius. Prava diſtinctio quantopere ſeducat interpretes, docuit me nuperrimè Priap. Carmen 23. *Fur habeas pœnam, licet indignere, ſeramque Propter olus, dicas, hæc ege? propter olus,* Quos vel-

ſi-

te veniebat ad eam: quæ cum [z] credere se noluisset, æstimans virum esse, illa tunica sublata, ostendebat se fœminam esse: & ita eas curabat. Quod cum vidissent medici, se ad fœminas non admitti, Agnodicen accusare [a] cœperunt, quod dicerent eum glabrum esse & corruptorem earum, & illas simulare imbecillitatem. Quo cum Areopagitæ consedissent, Agnodicen damnare cœperunt. quibus Agnodice tunicam allevavit, & se ostendit fœminam esse. Et validius medici accusare cœperunt. Quare tum fœminæ principes ad judicium convenerunt, & dixerunt: Vos conjuges non estis, sed hostes: quia quæ salutem nobis invenit, eam damnatis. Tunc Athenienses legem emendarunt, ut ingenuæ artem medicinam discerent. Perdix Dædali sororis filius & circinum & serram ex piscis spina reperit. Dædalus Eupalami filius deorum simulacra primus fecit. [b] Euhadnes, qui in Chaldæa de mari exisse dicitur, astrologiam interpretatus est. Lydi [c] surculis lanam fecerunt, [d] postea idem samen.* [e] Pan fistulæ cantum primus invenit. In Sicilia frumentum Ceres prima invenit. Tyrrhenus Herculis filius tubam primus invenit, hac ratione: quod cum carne humana comites ejus vescerentur, ob crudelitatem incolæ circa regionem diffugerunt; [f] tunc ille quia ex eorum * decesserat,

siculos, cum malè distincti legerentur antehac, non intellexit Scioppius. Vide tu Anthol. Lib. IV. cap. XII. 88.

z *Credere se noluisset*] *Credere se ei.* Heinsius.

a *Cœperunt. Quare tum*] Ita hunc locum, sublato asteriſco post τὸ *quare*, distinxi cum Barthio. Sed pro *& validius* lege, *eo validius*, hoc est, vehementius. Marcellin. Lib. XV. *Vetita ex more humano validius cupiens.* Sæpe ita Phædrus. At per συγκοπὴν Horat. Lib. I. Epist. 9. *Novit me validius ipso.*

b *Euhadnes*] Liber Salmasii habebat in margine, Ω'αννης. De Oanne illo videndus Seldenus de diis Syris Syntagm. II. cap. 3.

c *Surculis lanam fecerunt*] Correxeram, *Sardibus lanam infecerunt* ex Plinianis hisce verbis: *Ægyptii textilia, inficere lanas Sardibus Lydi*; cum occupatum jam hunc locum vidi à Turnebo in Adversariorum libris.

d *Postea idem samen*] Ita & Micyllus & Commelinus habent. Turnebus corrigit, *stamen*, quod malim, quam *semen*, ut cum Lugdunensi habet Clar. Schefferi editio. Nam frumentum & sementem apud Attieos Triptolemus, apud Ægyptios Isis monstravere, ut inter alios & Capella Lib. II. nos docet. *Sabei* restituerat in libro suo Scriverius. Cæterum pro *idem* reponendum omnino *iidem* vel *item*.

e *Pan fistulæ* &c.] Non ille Mercurii & Penelopes, sed Διὸς ἐ Θύμβρης, vel Τ'ερως, ut alii malunt. Vide Schol. Hypoth. Pyth. Pindari. Tzetzes in Lycophron. p. 123. Ε'τερος ὁ Πὰν Διὸς ἐ Τ'ερως.

f *Tunc ille, quia ex eorum*] Barthius ad Stat. Tom. III. p. 505. legit: *Tunc*

rat, [g] concha pertusa buccinavit, & pagum convocavit, testatique sunt se mortuum sepulturæ dare, nec consumere. Unde tuba [h] Tyrrhenum melos dicitur. [i] Quod exemplum hodie Romani servant: & cum aliquis decessit, tubicines cantant, & amici convocantur, testandi gratia, cum neque veneno, neque ferro interiisse. Cornicines autem classici invenerunt. Afri & Ægyptii primum [k] fustibus dimicaverunt, postea Belus Neptuni filius gladio belligeratus est, [l] unde bellum est dictum.

CCLXXV. *Op-*

ille, ubi qui ex eorum numero decesserant. Schefferus: *Tunc ille, quum quis ex eorum numero decesserat.* Schefferi conjecturam præferam.

g *Concha buccinavit*] Κογχύλῃ ἐσάλπιγξε. ἐπεὶ ὃ παρὰ Τυρσηνοῖς εὑρίσκουσιν αἱ σάλπιγξις, ἐπειδὴ ἐκ τῆς κογχύλης σαλπίζειν.

h *Tyrrhenum melos*] Et σάλπιγξ Τυρσηνικὸν Euripidi in Phœnissis. Ridiculè tubæ inventionem tribuit Tirtæo Horatii vetus commentator in Artem. Virgil. Æn. VIII. 526. *Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor.* Vide ad eum versum Servium. Cum Servio faciunt Clemens I. Strom. p. 306. Pollux Lib. IV. II. & Plinius VII. 56. De Tyrrheno & Lydo quæ Servius narrat ad Lib. I. vers. 71. enotari merentur. *Consilium igitur*, inquit, *habuerunt, ut partiti turbam, quam alere non poterant, alternis diebus abstinerent a cibis, lusibusque vacarent: atque hac lascivia excogitaverunt talorum tesserarumque jactus pilaque lusum, & tibiæ modulationem, & concentum symphoniæ tubarumque, quibus advocati, cives facilius tolerarent jejunium.* Pro *advocati* in Servio procul dubio reponendum *avocati*. Hieron. Lib. II. ep. 7. ed. Canis. *Sudans messor psalmis se avocat.* Apul. I. Met. *Fabulæ festivitate nos avocavit.* Non dissimile vitium occupavit Cyprianum Tract. II. de habit. Virginum. *Hanc sectari salubre, & adversari ac negligere letale.* Repono, *at aversari.* Cæterum de talorum tesserarumque jactu diversum sentiunt Isidorus Lib. XVIII. cap. 60. Herod. Lib. I. Schol. Euripid. ad Orest. vers. 432. Stat tamen ab Hygino Tzetzes ad Lycophron. p. 198. Lactantius porro ad Stat. IV. Theb. vers. 404. *Meleum Tyrrhenorum imperatorem*, Plinius autem *Piseum Tyrrhenum* tubæ æneæ facit inventorem. Sed in Statiano interprete pro *Meleus* rescribendum esse *Maleus* ex ipso discES ad Lib. IV. vers. 224. De variis tubarum generibus vide Eustath. ad Iliad. Σ. Aliam tubæ inventionis causam adsignat Isidor. Lib. XVIII. 4. Etiam τειχοσκοπίαν invenerunt Tyrrheni, unde τύρσεις dictæ τὰ τείχη, ut annotat Tzetzes in Lycophron. pag. 117. ed. Steph.

i *Quod exemplum*] Hæc, ut & quæ sequuntur, usque ad illa, *Afri & Ægyptii*, pro adjectamentis habet Clar. Schefferus. Non ita visum fuit Victorio, qui Variorum Lib. IX. cap. 14. illa, quæ de Romanorum consuetudine heic narrantur, adducit; nec Kirchmanno, qui itidem Fun. Rom. Lib. II. 4. hunc Hygini locum laudat.

k *Fustibus dimicaverunt*] Plinius: *Prælium Afri primum fecere contra Ægyptios fustibus, quos vocant phalangas.* Confer Diodor. Lib. III. p. 183. Alardi Epiphyll. cap. XI.

l *Unde bellum est dictum*] Pro Glossematis hæc habet Barthius ad Stat. Tom. II. 889. Dubito nonnihil. Ecce enim eadem legas apud Cassiodor. Var. I. 30. *Postea Belus ferreum gladium primus produxit, à quo & bellum placuit nominari.* Quæ quisque arma invenerit, docet Servius ad Æn. IX. 505. ubi inter alia habes: *Arcas gladium longiore lamina produxisse; Peleus primus machæram invenisse narratur.*

Ad

CCLXXV. *Oppida qui quæ condiderunt.*

[a] JOVIS in India Thebas Thebaidos, [b] nomine nutricis suæ: quæ Hecatompylæ appellantur, ideo quod centum portas habent. Minerva [c] in Chalcide Athenas, quas

Ad CAP. CCLXXV.

a *Jovis in India Thebas Thebaidos*] Atqui Ægyptias has faciunt alii, & ab Osiride exstructas volunt. Hom. Iliad. ι. 382. Θήβας Αἰγυπτίας appellat. Ad quem locum Scholiastes: Τὰς νῦν καλουμένας Διόσπολιν. Hoc ex Strabonis Lib. XVII. habet. Diodorus Lib. I. Τὰς δὲ Θήβας τὰς Διόσπολιν τὴν αὐτὴν φασὶν ὑπάρχειν. Euseb. Præp. p. 29. de Osiride: Κτίσαι τὴν πόλιν ἐν τῇ Θηβαΐδι Ἑκατόμπυλον, ἣν τινας μὲν Διὸς πόλιν, εἶναι δὲ Θήβας προσειπεῖν. Thebais provincia Ægypti est. Marcellin. Lib. XXII. p. 421. ed. Boxh. *Tres provincias Ægyptus fertur habuisse temporibus priscis, Ægyptum ipsam, & Thebaidam, & Libyam.* Liberat tamen à culpâ Hyginum Turnebus Adverss. XXI. 9. ubi superior Ægypti pars, quam Thebaida dictam apud Tzetzen in Hesiod. legi, quomodo etiam India dici potuerit, nos docet: & rectè *Thebaidos*, non *Thebaidas*, legit. Thebais contermina Indorum genti. Anonymus in descriptione orbis, quam Godofredus edidit cap. 18. de Alexandriâ. Ἐπὶ κεφαλῆς γὰρ ἔχουσι Θηβαΐδα Ἰνδῶν γῆν, ἣ λαμβάνουσι πάντα πυρέχται. Isidorus Lib. XV. cap. I. Bœotias & Ægyptias Thebas eodem auctore extructas vult: quod legere haud memini usquam alibi. Confer Tzetzen in Hesiod. Ἐργ. qui pag. 49. edit. Heinsi. Thebas ternas enumerat, ut & Diaconus ad Scut. vers. 49. Servius ad Æn. IX. 697. Schol. Juvenal. ad Sat. XV. vers. 6. *Thebas trans Ægyptum dicitur Liber condidisse.* Nempe Bacchus idem est, qui Osiris.

b *Nomine nutricis*] Quærit Scheffer us, quomodo de nomine nutricis Hecatompylæ sint dictæ. Ego existimem Thebas eum velle dictas à nutrice, cui nomen *Thebe* fuerit. Sanè à Thebe dictas ait Thebas Tzetzes ad Lycophron. quanquam ibi eam non nutricem fuisse Jovis, sed à Jove constupratam narrat p. 180. ed. Stephan. Alii Jovis filiam fuisse volunt. Tzetzes ibidem: Λύκος ὁ ἐν τῷ περὶ Θηβῶν ἱστορεῖ, μὴ τὰ κατ' Δωδωναῖα Ζεὺς μιγεὶς Γεθάμᾳ τῇ (leg. τὴν) Τιτανῖδι τὴν Ἀμφιτρύωνος, γήμαντα Θήβην, ἣν δέδωσιν Ὠγύγῳ, ἀφ' ἧς Ὠγυγίη ἡ Θήβη. Ogygias autem Thebas esse Ægyptias ibidem idem docet Grammaticus, ut & Eustathius ad Dionys. p. 36. Cæterum eos, qui à filiâ Jovis Thebe dictam illam urbem tradiderunt, sequutus est Servius ad Æn. III. 466. *Jupiter quondam Thebæ filiæ duas columbas* &c. Ita omnino legendum, non *Hebæ*, ut editum hactenus. Firmat eam lectionem efficaciter Silius extremo libro III. *Nam cui dona Jovis non divulgata per orbem, In gremio Thebes geminas sedisse columbas?* Quem locum nobis suggessit doctissimus Jacobus Perizonius, cui & emendatio illa venerat in mentem, quanquam τὴν *filiæ* vel tollere mallet, vel mutare in *nutricis*.

c *In Chalcide*] Scribo, *Atthide*. quod & Meursio esse visum in de Fort. Atticâ didici ex Schefferi notis in hunc locum. Apollodorus Lib. III. *A filiâ suâ Atthide regionem cognominavit Cranaus.* Eadem habet Justin. Lib. II. 5. Hieronymus Chron. *Cranaus indigena, ex cujus filia Attidis nomine Attica nominata.* Hoc cum vero non benè convenire fortè videatur, cum ab Atthide non Attica, sed Atthis potius dicenda sit. Eustath. in Dionys. p. 60. Ἀττικὴ ὁ καὶ Ἀθήνας χώραν λέγει, ἣ Ἀττίς. Τοῦτο μὲν δοκεῖ Ἀττιδικὸν τὸ θυγατρὸς Κραναὰ &c. Tradunt tamen idem Strabo & Pausanias. Adde Tzetzen in Lycophron. p. 88. Sidon. carm. v. *Atthis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon olivum.* Isidorus Lib. XV. I. in *Hellade* à Cecrope conditam tradit. quod idem est. Hellada enim proprie veram esse Græciam volunt, quæ nunc Attica. Acte prius dicta. ut loquitur Solinus cap. XII.

quas ex suo nomine appellavit. [d] Epaphus Jovis filius in Ægypto Memphim. Arcas Jovis filius in Arcadia [e] Trapezunta. Apollo Jovis filius Arnas. * [f] Eleusinus Mercurii filius Eleusinem. Dardanus Jovis filius [g] Dardaniam. Argus Agenoris filius Argos. [h] quæ * Cadmus Agenoris filius Thebas Heptapylas, quæ septem portas [i] habuisse dicitur. Perseus Jovis filius [k] Perseida. Castor & Pollux Jovis filii [l] Dioscorida. Medus Ægei & Medeæ filius in Ecbatanis [m] Medam. [n] Nilus Solis filius Carmentum, * Li-

d *Epaphus Memphim*] Consule nostrum cap. 149. Apollod. Lib. II. p. 62. Clemens Strom. Lib. I. ejus urbis conditorem Apin facit. Sed ille idem, qui Epaphus.

e *Trapezunta*] Ante hoc vocabulum intercidisse quædam censet Cl. Schefferus. Non ego. Vide cap. 176.

f *Eleusinus*] Cl. Schefferus, *Eleusines*. Sed vide notas ad cap. 147. ubi *Eleusinum* appellat oppidum.

g *Dardaniam*] *Dardanum* appellat Servius ad Æn. VIII. 134. *Dardanumque*, inquit, *oppidum in regione Dardaniâ*. Sane Δάρδανον Diodorus quoque Lib. 4. & 5. vocat. Eustath. ad Iliad. β. pag. 267. Δαρδανία est τόπος. Δάρδανος πόλις. Nec aliter Stephanus docet. Sed Δαρδανίαν urbem appellant cum Hygino Hom. Schol. ad Iliad. Υ. vers. 215. Conon cap. 21. Tzetzes in Lycophron. p. 18. ut *Dardaniam* Hieron. Chronicis Euseb. Messala Corvinus Lib. de Progenie Augusti, & Isidor. Lib. XV. 1.

h *Quæ * Cadmus*] Illud *quæ* ex sequentibus male huc trajectum. Dele una cum asteriseo.

i *Habuisse dicitur*] Lege, *dicuntur*. nisi in præcedentibus mavis *Thebam heptapylam*. Apollod. Lib. III. p. 145. Γαμεῖ δὲ Ζηθος Θήβην, ἐξ ἧς ἡ πόλις Θήβαι. Fuit illa Thebe nata ex Asopo & Merope Ladonis filia, ut vult Schol. Pind. ad Isthm. od. 1. Dicta illa urbs etiam ἑπτάπυλος Θήβη, ut notum est ex Pindari & Euripidis Scholiastis, sicut Μυκῆναι & Μυκηναῖος. Hesiod. Asp. 49. Θήβη τε ἑπτάπυλος. Adde quæ scripsit Eustath. ad Hom. Iliad. p. 373. Senec. Oedip. vers. 112. *Respicis terras, miseranda Thebe.* Apuleius Græcatur Lib. III. Met. *Thebas heptapyles accessimus.*

k *Perseida*] Nullum invenio oppidum eo nomine, nisi in Macedoniâ apud Liv. Lib. XXXIX. cap. 54. A Perse filio hujus Persei dictos esse Persas quidam voluere. Vide Eustath. in Dionys. pag. 131. Suspicor tamen scribendum *Persida*. Sanè à Perseo dicta *Persis*, ut idem Scholiastes notavit p. 27. Forte & oppidum aliquod idem, quod tota regio, habuit olim nomen. Perseis Macedonica à Perseo dicta est non Jovis, sed Philippi filio.

l *Dioscorida*] *Dioscorum* appellat commentator barbarus barbari libelli Ovidii vetulæ. Cl. Schefferus ex Stephano & Strabone emendat *Dioscoriada*. Isidorus Lib. XV. 1. *Dioscoriam* dicit. unde fecerim *Dioscoridam* vel, quod verius forsan, *Dioscoriadam*, terminatione Latinâ. *Dioscorias* illa urbs etiam à Solino nominatur cap. 25. & à Castoris & Pollucis aurigis condita dicitur. Aurigæ illi fuerunt Rhecas & Amphistratus. Vide Eustath. ad Dionys. p. 92. Amphitus & Telchius sunt Ammiano, apud quem ista invenio Lib. XXII. p. 389. ed. Boxh. *Dioscurias nunc usque nota; cujus auctores Amphitus & Telchius Spartani traduntur, aurigæ Castoris & Pollucis, à quibus Heniochorum natio est instituta.*

m *Medam*] *Mediam* rectè Cl. Schefferus. Sed cur dubitaret, an urbs regioni cognominis inveniretur, causa non erat. *Medeam* appellat eam Justinus Lib. 42. 3. *Mediam* Isidorus Orig. Lib. IX. cap. 2. & Lib. XV. cap. 1. *Medus autem Ægei filius Mediam construxit: unde & regio ejus Mediæ nomen sortita est.* Adde notas nostras ad cap. 27.

n *Nilus Solis filius Carmentum*] Suspicatur scribendum Cl. Schefferus,

Ca-

* Liber in India Hammonem. Ephyre nympha Oceani filia °Ephyren, quam postea Corinthum appellarunt. Sardo Stheneli filia Sardis. PCinyras Paphi filius filiæ suæ nomine Smyrnam. Perseus Jovis filius Mycenas. Semiramis Dercetis filia qin Syria Babylonem.

CCLXXVI. *Insulæ maximæ.*

MAURITANIA posita ad solis occasum in circuitu stadia LXXVI. Ægyptus in sole & austro posita, aquam Ni-

Camirus Solis filius Camirum. Quam conjecturam mirificè confirmant, quæ Natalis scribit Lib. v. cap. 17. *Ea insula*, inquit, *dicta est postea Tripolis, quia tres Rhodi & Solis filii, Lindus videlicet, Camirus, Ialysius nomina urbibus à se conditis dederunt.* Putes respexisse Pindarum Olymp. VII. qui tamen illos tres non filios Solis, sed nepotes facit. Editi nimirum hi tres erant Cercapho Solis filio, ut & Diodorus memorat Lib. v. p. 329. Certum interim Camirum oppidum à Camiro conditum, ut loco modo laudato etiam Pindarus tradit. Natalis, ut opportunè, dum hæc scribo in mentem venit, hausit sua ex Tzetz. in Lycophron. p. 149. ed. Steph. Λίνδ῾ος γὰρ ϵ῾ Ιάλυσ῾ος ϵ῾ Κάμειρ῾ος, πόλεις εἰσὶ Ρ῾όδ῾ου, ὧν τὸν ἐγγόνων Η῾λίου ϵ῾ Ρ῾όδης ϵ῾ Ποσειδῶν῾ος. leg. Ρ῾όδης τ῾ Ποσειδῶν῾ος. Nisi & ille ἐγγόνους pro nepotibus posuit. *Rhoden* appellat quoque Hom. Schol. ad Odyss. P. vers. 208. Scribendum ergo *Rhodes* apud Natalem.

o *Ephyren*] *Ephyream* corrigit Cl. Scheffierus, quod ita Pausanias habeat. Nihil opus erat. Vide quæ notavi ad cap. 221. Quibus addo, quæ Hom. Scholiastes habet ad Iliad. N. 301. Γ῾ράϊν ὅτι Ε῾φύραι εἰσὶ τέσσαρες. μία μὲν ἡ ἐν Θεσπρωτίαι, δευτέρα δὲ ἡ ἐν τῷ Η῾πείρῳ. Τρίτη δὲ τ῾ Η῾λίου. Schol. Pind. ad Nem. od. 7. Τέσσαρας δὲ ἀναγράφει τὰς Ε῾φύρας. πρῶτον μὲν τὴν αὖτις Κόρινθον ὀνομαζομένην. ἑτέραν δέ, τὴν πρὸς Θεσπρωτίαν. Τρίτην δὲ πρὸς Μέλητι, ἧς Γ῾ραίας μνημονεύει. Τετάρτην τὴν ἐν Θεσπρωτοῖς. Scrib. Η῾λιν pro Μέλητι. Vell. 1. 3. *Corinthum, quæ antea fuerat Ephyre.* Hieronymus Chron. *Ephyra, quæ nunc Corinthus à Sisypho est.* Adde Gell. Lib. XIV. cap. 6. Corinthus autem dicta postea à rege Corintho, teste Heraclid. πρὶ πολ. *Ephyræa* apud Pausaniam, ut rectè observavit Sylburgius, regionis est nomen, non urbis. Urbs *Ephyre* dicitur Straboni, Stephano, aliisque, quos jam laudavi. Cæterum *Ephyren* urbis hujus auctorem alii non Oceani, sed Epimethei faciunt filiam. Vide Schol. Apollon. IV. 1212. Stephani verba sunt: Α῾πὸ Ε῾φύρας τῆς Μύρμηκ῾ος, τ῾ Ε῾πιμηθέως γυναικός. Videtur corrigendum ex Apolloniano Scholiast. Ε῾φύρας τ῾ Μύρμηκ῾ος &c. Eumelus illam Ephyren Epimethei uxorem facit. Eustath. ad Hom. Iliad. p. 219. Ε῾καλεῖτο δέ φασι ποτὲ ϵ῾ Ε῾φύρα, ἀπὸ Ε῾φύρας τινὸς Η῾φαίνης.

p *Cinyras*] Ita rescripsi pro *Cynaras*, ex Ovid. X. Met. vers. 297. & nostro supra cap. 58. Κινύρας enim Græcis est.

q *In Syriâ*] Hoc est, Assyriâ. Vide Leonem Allatium in Eustath. Hexaem. p. 7. Et Eustath. in Dionys. pag. 102. ed. Steph. Contra *Assyria nardus* pro *Syria* ab Horatio dicitur Lib. II. od. XI.

Ad CAP. CCLXXVI.

a *Quam Nilus circumlavat*] Capella Lib. VI. *Cujus* (Ægypti) *inferiorem situm Nilus dextra lævaque divisus amplectitur, ut Ægyptum Nili possis vocare insulam.* Eustath. in Dionys. p. 34. Ε῾ς τοσοῦτον δὲ κλύζεσθαι ὕδασιν ὁ Αἴγυπτ῾ος, ὥστε ϵ῾ ποταμία πᾶσ῾α φησί τινων λέγεσθαι.

Nilus circumlavat, circuitu ſtadia * Sicilia [b] in triſcelo poſita, circuitu ſtadia XXXDLXX. * Sardinia in circuitu ſtadia XCCI. Creta in [c] longitudine * & oppida utraque parte centum poſſidet, circuitu ſtadia XXC. Cyprus poſita eſt inter Ægyptum & Africam, ſimilis ſcuto Gallico, * circuitu ſtadia XLIC. [d] Rhodos in rotundo poſita, circuitu ſtadia XXC. Eubœa conſimilis arcui circuitu ſtadia XXCC. Corcyra, ager bonus, circuitu ſtadia XXC. Sicyon ager bonus, circuitu ſtadia mille centum. [e] Tenedos inſula contra Ilium circuitu ſtadia MCC. [f] Corſica, ager peſſimus, [g] circuitu ſtadia MCXX. [h] Cyclades inſulæ ſunt novem, id eſt Andros, [i] Micos, Delos, Tenedos, Naxos,

b *In triſcelo*] Memini hoc vocabulum etiam alibi legiſſe. Sed locus mihi excidit. Iſidorus Orig. XX. 4. *Τρισκελεῖς Græcè, Latinè tripedes dicuntur.* An *Triſcelum* ergo pro trigono poſuit? Poſſis parvâ mutatione referibere *triquetro.* Servius ad Æn. I. 200. *Latinè Triquetra dicitur.* Lucret. I. *Inſula quæ triquetris terrarum geſſit in oris.* Aliter *Deltoton* eam poſitionem appellarunt. Vide noſtr. Aſtron. II. 19. Nihil tamen muto. Ampl. Spanhemius in de Nummorum præſtantiâ pag. 144. *Vulgo in nummis urbium Siciliæ tria crura notum regionis inſigne ſolemne denotare.* Quo accedit, quod latera etiam σκέλη vocent Græci. Theo in Aratum p. 31. *Τὸ δὲ δελτοειδὲς τρίγωνόν ἐστιν ἰσοσκελὲς, ὃ καὶ ἰσόπλευρον.* Cæterum ambitus Siciliæ ex Diodori ſententiâ eſt ſtadiorum ὡς πεντακισχιλίων τριακοσίων ἑξήκοντα. Apud Solinum cap. XI. *Ambitum claudit tribus ſtadiorum millibus.*

c *Longitudine* * *& oppida*] Hæc non mutila ſed trajecta cenſet Cl. Scheſſerus. & ita conſtituit: *Creta in longitudine & utraque parte oppida centum poſſidet, circuitu ſtadia XXC.*

d *Rhodos* &c.] Errare heic Hyginum oſtendit Meurſius in Rhod. Lib. I. cap. 10.

e *Tenedos inſula*] Servius ad Æn. II. 21. *Tenedos inſula eſt contra Ilium, quæ ante Leucophrys dicta eſt.* Idem Diodorus extremo libro quinto & Euſtath. ad Iliad. β. p. 233. referunt. Adde quæ notavi ad cap. 108. Perperam Cycladum unam facit Cragius, dum vertit Heracliden περὶ πολ. Heſych. *Τένεδος, πόλις Τρωϊκὴ ἢ νῆσος. Τρίσδον* à quibuſdam dictam notat Hom. Schol. ad Il. N. 33.

f *Corſica ager peſſimus*] Catal. Pith. Lib. I. *Barbara præruptis incluſa eſt Corſica ſaxis, Horrida deſertis undique waſta locis.* Dionyſius tamen ἐπιφανὲς appellat, *Σαρδὼν δ' ἀντίπορθ', ἐπιφανὲς ἐν ἁλὶ νῆσος.* Etiam *Corſis* dicta hæc inſula. Priſcian. Perieg. *Cernuntur littora Cyrni. Corſida quam pariter geminato nomine dicunt.* Conſer Euſtath. in Dionyſ. pag. 65. De Sardiniâ, Cretâ, Cypro & Rhodo conſule Georg. Agathem. à Clariſſimo Tennullio, amico noſtro, nuper editi cap. 5. qui de ſitu & ſpatio earum quædam non aſpernanda habet, ſed multum ab Hygin anis abeuntia.

g *Circuitu ſtadia MCXX*] Capella Lib. VI. *Circuitus ejus omnis diſtenditur millibus trecentis viginti quinque paſſuum.* Conſer Æthici Coſmograph. ſub finem.

h *Cycladas*] *Ideo ſic appellatas, quod omnes ambiunt Delon patriam deorum inſignem*, ut ait Marcellin. Lib. XXII.

i *Micos, Tenedos, Tardos*] Optime ex Strabone emendat Micyllus, *Myconos, Tenos, Paros.* Vide Strabonem Lib. X. p. 550. edit. Xylandri. Firmat hanc emendationem Ovid. Heroid. XX. 81. *Et jam tranſieram Myconon, jam Tenon & Andron, Inque meis oculis can-*

xos, Seriphus, [k]Gyarus, Tardos, [l]Rhene.

CCLXXVII. *Rerum inventores primi.*

[a]PARCÆ Clotho, Lachesis, Atropos, invenerunt literas græcas septem A. B. H. T. I. Y. * Alii dicunt Mercurium, ex gruum volatu: quæ cum volant, literas exprimunt. [b]Palamedes autem Nauplii filius invenit æque literas undecim * [c]Simonides literas æque quatuor ω. ε. ζ. φ.

candida Delos erat. Et Schol. Apollon. ad Lib. I. vers. 1300. Τίτυς Ἠχυλῆς αἰείλε ὕστερον πρὸς Τῆνον τῷ νῆσον, ἣ παροίκει Δήλῳ. Vellejus Lib. I. 4. *Multasque in Ægæo Icarioque occupavere insulas, Samum, Chium, Andrum, Tenum, Pharum, Delum, aliasque ignobiles.* An *Parum* scribendum pro *Pharum*? Sed Ampelius cap. 6. qui duodecim Cycladas cum Eustathio in Dionys. p. 75. numerat, utramque *Paron* & *Pharon* inter eas recenset. Quod autem *Tenedos* inter Cycladas ab Isidoro Lib. XIV. 6. Ampelio cap. 6. & Orosio Lib. I. recenseatur, nihil me movet, qui sæpicule id genus scriptores αἰτιρησία peccare non nesciam.

k *Gyarus*] Cl. Scheffer. *Syrus* mallet, quod à Mela & Plinio inter Sporadas numeretur Gyarus. Sed Artemidorus apud Strabonem Lib. X. etiam Cycladibus *Gyarum* accenset, ut & Ampelius exscriptor Veterum.

l *Rhene*] Micyllus *Rhenia*. Nihil est necesse. Vide Pompon. Lib. II. cap. 7.

Ad CAP. CCLXXVII.

a *Parcæ*] Cur literarum inventio illis tribuatur, causam reddit Vossius Lib. de quatuor artibus popularibus cap. 2.

b *Palamedes undecim*] Tacitus XI. Annal. *sexdecim* fuisse ait. Vide Voss. Art. Grammat. Lib. I. cap. 10. Scholiasten Eurip. si audimus ad Orest. vers. 432. *Septendecim* scribamus oportet. Οὕτω, inquit, ὁ Παλαμήδης λέγει διηρικέναι ις γράμματα μόνα τότε ὄντα. Sed pro ις non malè ιε reponit Vossius. Nam sexdecim cum Tacito ei etiam attribuit Tzetzes Chil. V. 28.

c *Simonides literas ω. ε. ζ. φ.*] An hæc sana sint, valdè dubito. Maximus Victorinus in Corpore Vett. Gram. p. 1944. *Post eum Simonidem Elegum totidem v. ζ. o θ.* Vide apud illum reliqua. Plinium audiamus Lib. VII. cap. 56. *Literas semper arbitror Assyrias fuisse; sed alii apud Ægyptios à Mercurio, ut Gellius; apud alii Syros repertas volunt; utique in Græciam intulisse è Phœnice Cadmum sedecim numero: Quibus Palamedem Trojano bello adjecisse quatuor hac figurâ, Θ. Ξ. Φ. X. totidem post eum Simonidem Melicum* Z H Ψ Ω. Patet, opinor, hinc in Victorino scribendum esse *Melicum*. Phædrus Lib. IV. cap. 21. *Simonides qui scripsit egregium melos.* Non enim *Elegum* dicere voluisse Simonidem arbitror propterea quod threnos, sive nænias optimè scripserit. Nam ἔλεγος *est luctus & lamentatio*, ut ait Horat. Scholiastes ad Artem. Unde *Elegum* pro misero dixit Abbo. & *Elegiam mœstam* Auson. Parental. 29. Stobæus Sermon. II. pag. 32. Σιμωνίδης ὁ μελοποιός. Suidas: διαφέρει πρὸς Σιμωνίδην τὸν τῶν μελῶν ποιητήν. Schol. recent. Pind. ad Olymp. 2. Σιμωνίδης ὁ λυρικός. Schol. Horat. ad Lib. II. od. 2. *Simonides Græcus poëta Lyricus.* Marcellin. Lib. XIV. *Ut enim Simonides Lyricus docet, beatè perfecta ratione vivituro ante alia patriam esse convenit gloriosam.* Confer Isidor. Lib. I. cap. 38. Minutius Felix: *Quid Simonidis Melici nonne admiranda omnibus & sectanda cunctatio?* Servius de Palamede ad Æn. II. 81. *Secundum quosdam ipse reperit literas, quæ res si forte sit dubia, tamen certum est Θ. Φ. X. ab hoc inventos cum aspiratione.* Adde quartam ξ ex Plinio. Tzetzes inter alias literas vocales longas à Simonide inventas refert H & Ω. Existimem ergo in Hygino, ut ei cum Plinio & Tzetze conveniat, pro ε reponendum η.

d *Li-*

ζ. φ. Epicharmus Siculus [d] literas duas π. & ψ. Has autem Græcas [e] Mercurius in Ægyptum primus detulisse dicitur, ex Ægypto Cadmus in Græciam, quas Euandrus profugus ex Arcadia in Italiam transtulit, quas mater ejus [f] Carmenta in Latinas commutavit [g] num. xv. * Apollo in cithara cæteras adjecit: idem Mercurius & palæstram mortales primus docuit. [h] Ceres fruges serere, boves domare, & alumno suo Triptolemo fruges serere demonstravit. qui cum [i] seviſſet, & sus, [k] id est porcus, quod severat effodiſſet, suem comprehendit, & duxit ad aram Cereris: & frugibus super caput ejus positis, eidem Cereri immolavit. Inde primum inventum est, [l] super hostias molam salsam imponere. Velificia primum invenit Isis. nam

d *Literas duas π & ψ.*] Plinius: *Aristoteles duas ab Epicharmo additas Θ X, quam à Palamede, mavult.* Videtur ergo etiam corrigendus Hyginus ex Plinio. Tzetzes tres duplices ei tribuit Ζ Ξ Ψ.

e *Mercurius*] Apollodorus Atheniensis apud Hom. Scholiasten ad Odyss. ψ. 198. Τίσασθαι μίγιστα γράμματα inveniſſe Mercurium narrat.

f *Carmenta*] Ovidio, Servio, Virgilio, Capellæ & Solino est *Carmentis*, ut Καρμέντης Straboni. Nicostrata erat nomen ejus κύριον. Carmentem autem dictam ajunt, quia carminibus vaticinabatur, ut placet Servio ad Æn. VIII. 51. Sed alii, quod, ut fatidica, careat mente. Rectius illi forte, qui à Carmenis ejus nomen deducunt. Erant autem Carmenæ Deæ, quæ primæ scirent hominem natum, eique canerent futura; de quibus Varro consulendus. Mercurii quidam filiam faciunt apud Servium, ad modo laudati libri vers. 130. Alii ex Mercurio peperiſſe eam Euandrum tradidere. In antiquis versibus de repertoribus literarum apud Crinit. Lib. XVII. de honest. Discipl. *Mente Phœnices sagaci literas condiderunt Atticas: Quas Latini scriptitamus, edidit Nicostrata.*

g *Numero* XV.] Si in tot Latinas eas commutavit, quot in Græciam attulit Cadmus, scribendum est XVI. Marius Victorinus Lib. I. *Repertores literarum Cadmus ex Phœnice in Græciam, & Euander ad nos transtulerunt a, b, c, d, e, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, literas numero* XVI. Adde Meherchum in de pronunciatione Linguæ Græcæ cap. 12. Voss. Gram. Art. Lib. I. cap. 10. & 25.

h *Ceres fruges serere*] Διὰ τὸ αὐτὸ cum stultè dicatur, scribe, ut Clar. Schefferus voluit, *Ceres boves domare, & alumno suo Triptolemo fruges serere demonstravit.*

i *Seviſſet*] Ita rectè Lugdunensis & Schefferi editio. Perperam cæteræ *seruiſſet.* Si nihil aliud, certe illud *severat*, quod sequitur statim, ita esse rescribendum nos doceret. Aliud, judice Vossio, *sero serui*, aliud *sero sevi.* Idem ergo vitium est in Servio ad Lib. I. Georg. vers. 19. *Orbem terrarum frugibus obseruit.* Lege, *obsevit.* Observat tamen Gronovius à Vett. *Insertus, consertus & transertus* pro insitus, consitus, & transitus dicta, Diatrib. Stat. cap. 5. Ἀ'ρχαΐζει ergo vetus interpres Epist. ad Rom. cap. XI. 24. *Contra naturam insertus es in bonam olivam.*

k *Id est porcus*] Dele ista cum Scheffero. Inter infinitas glossas, quibus hoc scriptum est oneratum, etiam hæc reponenda. Cæterum ex hoc Triptolemi facto ortus procul dubio mos ille porcos immolandi in Cereris initiis; de quo Varro inter alios Lib. II. R. R. meminit.

l *Super hostias molam salsam ponere*] Servius ad Æn. IV. 57. *Olim enim hostia immolata dicebantur molâ salsâ tecta: cum*

nam dum quærit Harpocratem filium suum, rate velificavit. Minerva prima navem biproram Danao ædificavit, in qua Ægyptum [m] fratrem profugit.

Desunt nonnulla.

tum vero illæ & aliquid ex illis in aram datum, mactata dicebantur &c.

m *Fratrem profugit*] Curt. x. 2. *Servi dominos profugere.* Senec. Agamem. vers. 121. *Vel Mycenæas domos Conjunctus socio, profuge furtiva rate.* Vide ibi summum virum J. F. Gronovium, & Herc. Fur. 977. Hippol. vers. 243. & 835. quæque notavi ad Lactant. Argum. Lib. VII. fab. 4.

FINIS.

Isidorus in de Nat. Rerum, cap. XVII.

Dicunt antiqui Aratus & Higinus, Solem per seipsum moveri, non cum mundo verti uno loco manentem.

Sarisberiensis Policrat. lib. II. cap. XVIII.

Eorum, qui scientiam profitentur astrorum, alii opinionis errore prolabuntur ad fabulas, in quo deprehenditur & Hyginus.

C. Jul. Hygini
POETICON
ASTRONOMICON.

VIRO

Plurimum reverendo, & pietate ac doctrinâ conſpiciendo in paucis,

BERNARDO SOMERO,

Eccleſiaſtæ Amſtelodamenſi diſertiſſimo graviſſimoque,

THOMAS MUNCKERUS

S. P. D.

ETſi uſus mihi tecum amicitiæ, quod ſedibus nimium dividimur, nunquam magnus fuit, ſed nupera hæc admodum eſt, quæcunque inter nos intercedit, notitia, BERNARDE SOMERE, *vir doctiſſime; ita tamen, ex quo primum cum comitate ſermonis tui frui mihi, tum & literas legere literatiſſimas licuit, diligere te, immo amare occœpi, ut ſi à puero tecum vixiſſem. Nec mirabitur hoc quiſquam, niſi qui ignorat vis quanta virtutis ſit, cujus jam diu eſt cum non in alio, quam in te, imaginem vidi expreſſiorem. Verum cum in eâ locum & illud non infimum teneat, quod nemini minus, quam tibi, placeas, graviterque propterea aciniquo animo patiaris, ſi quis in os te laudet, non committam, ut per me illud tibi laudatiſſimum, laudis cauſſâ nihil facere, intempeſtivâ blandiloquentiâ adimatur. Re ipſa certè moratum ita te comperi, ut beneficium accepiſſe te cenſeas, ſi homini forte non malo boni nonnihil feceris. Unde enim ortum putem, niſi ex inſitâ illâ tibi, & imitandâ potius, quam prædicandâ bonitate quemlibet promerendi, quod Callipedem illum typographum, ſegnius non ſine magno tædio noſtro in opere hoc excudendo pergentem, quaſi ἐγχειρόκλυς aliquis non ſemel exſtimulaveris? Scilicet quod vel gratum id fore mihi non ignorabas, vel rei forte literariæ intereſſe credebas, ſatis*

causæ tibi visum est, cur immemor prorsus dignitatis tuæ in eo literioni huic gratificandum existimares. Quamobrem temeritati meæ fac ignoscas, oro, quod dum sollicitè nimis ejus fugio nomen, quo creare nihil terram pejus ajebat olim Menander, hoc inscribere tibi nescio quid notarum & animadversionum in Hygini nostri Astronomicon non sim veritus, quo ad minimum, cum referre, ut velim, nullus possim, grati animi testimonium agnoscendo beneficio meruisse videatur referendi voluntas. Sed quid theologo, dicat vitilitigator aliquis, & viro gravi cum fabulis poëticis? Immo qui hoc quærit, ille in istis fabulis theologiam consistere paganorum, & poëtam te esse non humillimi spiritus, nec vulgariter juxta sacras has etiam literas doctum, ignorat. Ne æquum esse nunc dicam, ut non nesciat, quam exsecranda profanarum gentium fuerint sacra, qui Christianis suis veræ religionis traditurus sit sacramentum. Sciat certè necesse est non fictos esse nos à Deo & inspiratos, id quod Anaxagoras opinabatur, ut cœlum videremus & solem, qui artificem solis & cœli Deum purâ & integrâ mente venerandum prædicabit. Sed ista & epistolæ modum excedunt, & istiusmodi sunt, ut persuadere frustra intendas imperitis, quibus ut satisfaciam nemo, opinor, à me exiget, qui quidem æquus velit esse judex. Iniquis ut nihil scripsi, ita nec eos quicquam moror. Tu vale multum, σεβασμιώτατε ἀνδρῶν, & literis hisce, quemadmodum hactenus solitus es, favere fac semper pergas. Scribebam Delphis Bat. a. d. XIV. Cal. Majas A. C. CIↃ IↃC LXXX.

C. Jul.

[a]C. Jul. Hygini [b]Poeticon Astronomicon.

De Mundi & Sphæræ ac utriusque partium declaratione

Liber Primus.

HYGINUS M. FABIO [c]PLURIMAM SALUTEM.

ETsi te studio grammaticæ artis inductum, non solum [e]versuum moderatione, quam pauci perviderunt, sed historiarum quoque varietate, qua scientia rerum perspicitur, præstare video, quæ facilius etiam scriptis tuis perspici potest, [f]desiderans potius scientem quam liberalem judicem: tamen quo magis exercitatus, & nonnullis etiam sæpius in his rebus occupatus esse videar, [g]& ne

Ad Præfat. Lib. I.

a *C. Julii Hygini* &c.] Cum nec duo Morelliani codices, nec quatuor illi, quos cum editis contulit Janus Vlitius, hanc habeant inscriptionem, quin à recentiore profecta ea manu sit, nihil est quod dubitemus. Editio Veneta anni CIↃCCCCLXXXII. quâ antiquiorem haud putem inveniri, istam præfert: *Clarissimi viri Hyginii Poeticon Astronomicon, opus utilissimum feliciter incipit.*

b *Poeticon Astronomicon*] Hoc esset, Ποιητικῶν Ἀστρονομικῶν, si constaret hoc opusculum esse ab Hygino ipsomet in libros quatuor tributum. Verum cum serie id continua in vetustis codicibus perscriptum deprehenderint cum Vlitius, tum Morellius, *Poeticon Astronomicon* cum dicitur, σύγγραμμα existimem, vel opus, vel simile quid subaudiendum esse. Ad eundem sanè modum dicta sunt *Halieuticon Ovidii*, *Cynegeticon Gratii*, *Ponticon Solini*, immo & *Astronomicon Manilii*, de quo Scaliger videndus.

c *Plurimam Salutem*] Ita & Vlitt. 3. & editio princeps, hoc est, Veneta illa modo laudata.

d *Etsi te studio*] Confirmant eam lectionem præter Venetam etiam 3. ex Vlitianis codicibus. Perperam *ni te* expulerunt nonnulli.

e *Versuum moderatione*] *Modulatione* cum Marone Ecl. x. quemadmodum heic à manu secundâ in A. exhibitum visitur; vel *meditatione* cum Ausonio epigr. 1. dixissent potius alii. Invenies tamen apud Horat. Lib. 1. od. 24. *Auditam moderere arboribus fidem.* Et Cicer. v. Tuscul. *Moderari cantus numerosque.* Immo Jul. Firmicus Astron. Lib. VI. cap. 31. planè, ut Hyginus: *Hæc genitura divinum lyrici carminis poetam reddit, qui chorcas Libero, redimitus edera, religiosi carminis moderatione componat.*

f *Desiderans potius* &c.] Ad scientiam, quam in Fabio laudat, referenda ista existimo, ne distorta evadat oratio.

g & ne nihil in adoleſcentia laboraſſe dicerer, & imperitorum judicio deſidiæ ſubirem crimen, h hoc velut rudimento ſcientiæ niſus ſcripſi ad te, i non ut imperito monſtrans, ſed ut ſcientiſſimum commonens:

Sphæræ figurationem, circulorumque qui in ea ſunt notationem, & quæ ratio fuerit ut non æquis partibus dividerentur.

Præterea, terræ mariſque definitionem, & quæ partes ejus non habitantur, ut multis juſtiſque de cauſis hominibus carere videantur, ordine expoſuimus.

Rurſuſque redeuntes ad ſphæram, duo & quadraginta ſigna nominatim pernumeravimus.

Exinde uniuſcujuſque ſigni hiſtorias cauſamque ad ſidera perlationis oſtendimus.

Eodem loco nobis utile viſum eſt, perſequi eorum corporum k deformationes, & in his numerum ſtellarum.

Nec prætermiſimus oſtendere ad ſeptem circulorum notationem quæ corpora aut partes corporum pervenirent, & quemadmodum ab his dividerentur.

Diximus etiam in æſtivi circuli definitione, quærentes quare non idem hiemalis vocaretur: & quid eos fefellerit, qui ita ſenſerint: & quid in ea parte ſphæræ ſolis efficiat curſus.

Præterea, quare circulos in octo partes divideremus, ordine expoſuimus.

Scripſimus etiam quo loco circulus æquinoctialis foret conſtitutus, & quid efficeret ad eum perveniens ſol.

In ejuſdem circuli demonſtratione oſtendimus, quare Aries inter ſidera celerrimus diceretur.

Pauca præterea de hiemali circulo diximus.

Exin-

g *Et ne nihil*] Dele copulam & cum Venetâ, altero ex Morellianis, & 3. Vlitianis.

h *Hoc velut*] *Hæc velut* Veneta. Quaſi per appoſitionem dixiſſet Hyginus, *hæc ſphæræ figurationem* &c. ut *hæc tanta falſitatem* Fulgent. Lib. III. cap. 6. Vide ibi animadverſiones noſtras.

i *Non ut imperito monſtrans* &c.] Apul. Apol. *Admonendus es mihi, non docendus.* Ad quem locum conſule Pricæi notas.

k *Deformationes*] H. e. μορφώσεις, formas. Infr. Lib. II. cap. 4. *In Aſtris corpora eorum deformavit.* Cap. 13. *Videntur deformati* &c. Admodum frequens Hygino iſta phraſis. Confer Scalig. ad Manil. p. 32.

l *Qua-*

Exinde zodiacum circulum definivimus, & ejus effectus: & quare potius duodecim signa quam undecim numerarentur: quid etiam nobis de reliquis circulis videretur.

His propositis rebus, ad id loci venimus, ut exponeremus, utrum mundus ipse cum stellis suis verteretur, an, mundo stante, vagæ stellæ ferrentur: & quid de eo nobis & compluribus videretur, & qua ratione ipse mundus verteretur.

Præterea quare nonnulla signa celerius exorta serius occiderent: nonnulla etiam, cæteris tardius exorta, citius ad occasum pervenirent: [l] quare etiam quæ signa pariter oriantur, non simul occidant.

Eodem loco diximus, quare non essent in sphæra superiora interioribus hemicycli æqualia: & quot modis stellas videre non possimus.

Præterea scripsimus in duodecim signorum ortu quæ de reliquis corpora exoriri, & quæ eodem tempore occidere viderentur.

Deinde ordine perscripsimus, utrum sol cum mundo fixus verteretur, an ipse per se moveretur, & cum ipse per se moveatur, & contra duodecim signorum ortus eat, quare videatur cum mundo exoriri & occidere.

Deinde protinus de Lunæ cursu pauca proposuimus: & utrum suo, an alieno lumine uteretur: Eclipsis Solis & Lunæ quomodo fieret: quare Luna, per eundem circulum iter faciens, celerius sole currere videatur: & quid fefellerit eos, qui ita senserint.

Quinque stellæ quantum habeant intervallum: & utrum quinque sint an septem: & utrum quinque [m] certe errent, an omnes: & quinque quomodo currant.

Diximus etiam qua ratione priores astrologi non eodem tempore signa & reliquas stellas reverti dixerint: & quare [n] metam diligentissime observasse videantur. & quid reli-

l *Quare etiam quæ signa*] *Signa quæ* Vlitt. 2.

m *Certè errent*] Ita & Veneta & Vlitt. 3. Al. *certæ*. Vide infr. Lib. IV. cap. 14.

n *Metam observasse videantur*] Vlitt. 4. *videatur*. Præterea pro *metam* varie

liquos fefellerit in eadem cauſa. In his igitur tam multis & variis rebus, non erit mirum aut pertimeſcendum, quod tantum numerum verſuum ſcripſerimus: neque enim magnitudinem voluminis, ſed rerum multitudinem [o] peritos convenit ſpectare. Quod ſi longior in ſermone viſus fuero, non mea [p] facunditate, ſed rei neceſſitate factum exiſtimato: nec ſi brevius aliquid dixero, minus idem valere confidito, quam ſi pluribus eſſet audiendum verbis. Etenim præter noſtram ſcriptionem ſphæræ, quæ fuerunt ab Arato obſcurius dicta, perſecuti planius oſtendimus: ut penitus id, quod cœpimus, exquiſiſſe videremur. Quod ſi vel optimis uſus auctoribus effeci, ut neque brevius neque verius diceret [q] quiſpiam, non immerito fuerim laudari dignus à vobis, [r] quæ vel ampliſſima laus hominibus eſt, doctis: ſi minus, non deprecamur in hac confectione noſtram ſcientiam ponderari. Ideoque majoribus etiam niti laboribus cogitamus, in quibus & ipſi exerceamur, [s] & in quibus volumus nos probare quid poſſimus. etenim [t] neceſſariis noſtris hominibus ſcientiſſimis maximas res ſcripſimus: non levibus occupati rebus, populi captamus exiſtimationem. Sed ne diutius de eo quod negli-

metron, metan', meton. Scribe, ut diſertim habuit codex Anonymi, *Meton diligentiſſimè obſervaſſe videatur.* Meton celeber Aſtrologus fuit, cujus præter Columellam Præfat. Lib. I. Vitruvium, Tzetzen ad Heſiod. ἔργ. β. p. 108. ed. Heinſ. alioſque etiam Servius meminit ad Æn. III. 284.

o *Peritos convenit ſpectare*] Confirmant etiam lectionem Veneta, Soter, & 3. codices ex Vlitianis.

p *Facunditate*] Ita & Veneta. Sed Vlit. I. & A. *fecunditate.* hoc eſſet, ubertate orationis vel eloquentiæ. Nova vox eſt *facunditas*, nec uſquam alibi, quod ſciam, occurrit, tametſi ad eandem formam à veteribus dicta ſunt *diſcorditas, differitas, dulcitas*, aliaque, de quibus Nonius.

q *Quiſpiam*] *Quiſquam* Vlitt. 3. & A.

r *Quæ vel ampliſſima laus eſt hominibus, doctis* &c.] Cl. Scheſſerus diſtinguit, *Quæ vel ampliſſima laus eſt, hominibus doctis.* ut cohæreant illa, *à vobis hominibus doctis.* Sed eandem ſententiam efficit diſtinctio Morellii.

s *Et in quibus volumus nos probare quid poſſimus*] Fædè interpolatus locus iſte. Tolle protinus illud *in*, quod nec à MSS. Vlitianis, nec à Veneta vel aliis antiquioribus agnoſcitur. Deinde ſcito etiam τὸ *quid* non ab altero tantum Morelliano, ſed & 3. Vlitianis abeſſe. Et ſanè perquam venuſtè abeſt. Ordo enim eſt, *in quibus laboribus & ipſi exerceamur, & poſſimus probare nos illis, quibus volumus.* Miror neminem ex tot hujus libelli editoribus percepiſſe hactenus mentem auctoris.

t *Neceſſariis noſtris*] Ita non dubitavi reſcribere cum Veneta & altero ex Morellianis. Nec aliter in ſuis invenerat Vlitius. Perperam *neceſſarias* Morellius, vel *neceſſaria* Sanctandreana. Neceſſarii ſunt αἰαγκαῖοι. Curt. Lib. VII. cap. 2. *Simpliciter ad neceſſarios ſuos quiſque* ſcri-

negligimus loquamur, ad propositum veniemus, & [u] initium rerum demonstrabimus.

I. *De Mundo & Sphæra.*

MUNDUS appellatur is, qui constat ex sole, & luna, [a] & terra, & omnibus stellis.

SPHÆRA est species quædam [b] in rotundo conformata, omnibus ex partibus æqualis apparens, unde reliqui circuli finiuntur. Hujus autem sphæræ neque exitus, neque initium potest definiri, ideo quod in rotundo omnes tractus & initia & exitus [c] significari possunt.

II. *De Centro.*

CENTRUM est, cujus ab initio circunductio sphæræ terminatur, ac terræ positio constituta declaratur.

III. *De Axi.*

DIMENSIO, quæ totius ostenditur sphæræ, [a] est cum ex utrisque partibus ejus ad extremam circunductionem [b] recte

scripserat. Sallust. Jug. cap. 68. *Uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant.* Vetus interpres Jobi cap. VI. 13. *Necessarii quoque mei recesserunt à me.* Plenius *necessarii amici* dicuntur. Luc. cap. X. Actor. vers. 24. Συγγενεσιν καὶ τὰς συγγενεῖς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Vet. Interp. *Convocatis cognatis suis, & necessariis amicis.*

u *Initium rerum*] *Initia rerum* Vlitt. 3. & A.

Ad CAP. I.

a *Et terra*] Cl. Schefferus emendat *& æthere*, quod mundum pro cœlo usurpet noster. Capite tamen octavo terram in mundi regione collocat. Auctor libri de mundo, interprete Apuleio: *Mundus omnis societate cœli & terræ constat, & eorum naturis, quæ utrinsque sunt.* Adoptavit eandem definitionem Cleomedes Lib. 1. Κόσμος ἐστὶ συστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων. Nihil hic esse mutandum satis ostendit Hygini compilator Isidorus Orig. Lib. III. cap. 28. *Mundus est hic, qui constat ex cœlo & terrâ & mari cunctisque sideribus.*

b *In rotundo*] *In rotunditate* A. Sed alterum adstruit ex Hygino descriptus locus iste Isidori Orig. Lib. III. cap. 31. *Sphæra cœli est species quædam in rotundum formata, cujus centrum terra est in omnibus partibus æqualiter conclusa.* Pertinent huc & ista ex ejusdem libr. de Nat. Rer. cap. 12. *Sphæram autem confirmant nec principium habere nec terminum, pro eo quod rotunditate sua, quasi circulo, unde incipiat, vel ubi desinat, facile non comprehendatur.*

c *Significari possunt*] *Significare* Cl. Schefferus. Quam conjecturam ejus stabiliunt duo Vliciani, qui & mox cum A. & Venetâ cap. 2. pro *centrum* exhibent *centron.*

Ad CAP. III.

a *Est cum ex utrisque*] Τὸ *est* nec in Venetâ, nec in 3. MSS. comparet. Unde

[b] recte ut virgulæ perducuntur: quæ dimensio à compluribus Axis est appellata. Hujus autem cacumina, quibus maxime sphæra nititur, Poli appellantur, quorum alter ad aquilonem spectans, Boreus: alter [c] oppositus austro, Notius est dictus.

IV. *De Significationibus.*

SIGNIFICATIONES quædam in circunductione sphæræ circuli appellantur. E quibus [a] Paralleli dicuntur, qui ad eundem polum constituti finiuntur. Maximi autem sunt, qui eodem centro, quo sphæra, continentur. Horizon appellatur is, qui terminat ea quæ perspici aut non videri possunt: hic autem incerta ratione definitur: quod modo polo subjectus, & circulis his, qui Paralleli dicuntur: modo duobus extremis & æqualibus nixus: modo aliis partibus adjectus terræ, pervidetur ita, utcunque fuerit sphæra collocata.

V. *De Polo.*

POLUS is qui Boreus appellatur, pervideri potest semper: Notius autem ratione dissimili, semper est à conspectu remotus. Naturalis autem mundi statio [a] φυσικὴ dicitur.

de liquet in capita hoc scriptum ab Hygino ipso non fuisse divisum, sed ὑπὸ κοινῶ illum voluisse id verbum repeti ex periodo proximè præcedenti.

b *Rectè ut virgulæ*] Ita quidem & Veneta & 3. Vlitt. Sed diphthongos scimus sæpe negligi à librariis. Præfero quod alii dederunt, *rectæ ut virgulæ*, hoc est, rectæ quasi lineæ. Isidor. Orig. Lib. III. cap. 35. *Axis est septentrionalis linea recta, quæ per mediam pilam sphæræ tendit.* Auctor libri de mundo: Διὰ δὴ οὖν εἰ γράμμασιν ὑπεζευγμένου εὐθεῖαν, λέγοιτο ἂν ὀρθὴ κανὼν, διάμετρος ἴσην ἑκάστην πάσιν. Contrarium huic vitium occupavit Quintil. Declam. VII. *Videlicet inter ignes ac flagella sufficit mihi, si dixero, hic est inimicus animæ, qui nobis* &c. Lege, *hic est inimicus, animæ, qui nobis* &c. Est elegantissima apostrophe, qualis illa sub finem ejusdem declamationis: *Sed dura parumper, animæ.*

c *Oppositus austro*] Sic & Veneta & MSS. 3. Perperam *appositus* alii. Vide quæ infra ad cap. 6. notamus. Hyginum respexit Isidorus in de Nat. Rer. cap. 12. *Axis linea recta, quæ per mediam pilam sphæræ tendit. Poli ex cœlestibus circulis cacumina, quibus maximè sphæra nititur: quorum alter ad aquilonem spectans boreas, alter terræ oppositus austro notus dictus est.* Pro *terræ* videtur reponendum *vero*, & præterea ex Hygino corrigendum *boreus* & *notius*, pro *boreas* & *notus*.

Ad CAP. IV.

a *Paralleli*] *Parallelæ* Vlitt. 2. & A. quod & Veneta volunt, in qua *parallelæ*. Adde not. ad cap. 2. Lib. II.

Ad CAP. V.

a *Φυσικὴ dicitur*] *Quæ Physicè dicitur*, Anonymi codex. Optimè. Sed distin-

citur. Ea est in Boreo polo finita, ut omnia è dextris partibus exoriri, in sinistris occidere videantur. Exortus enim est subita quædam species objecta nostro conspectui: Occasus autem pari de causa, [b] ut erepta ab oculis visa.

VI. *De figuratione circulorum sphæræ.*

In finitione mundi circuli sunt Paralleli quinque, in quibus tota ratio sphæræ consistit, præter eum qui Zodiacus appellatur: qui quod non, ut ceteri circuli, certa dimensione finitur, & inclinatior aliis videtur, [a] λοξὸς à Græcis est dictus. Quinque autem quos supra diximus, sic [b] in sphæra metiuntur, initio sumpto à polo qui Boreus appellatur, ad eum qui Notius & Antarcticus vocatur. In triginta partes unumquodque hemisphærium dividitur, ita uti dimensio significari videatur in tota sphæra [c] per sexaginta partes factas. Deinde ab eodem principio Boreo sex partibus ex utraque finitione sumptis, circulus ducitur, cujus centrum ipse est Polus finitus: qui circulus, Arcticus appellatur, quod intra eum [d] Arcti simulacra ut inclusa perspiciuntur: quæ signa à nostris [e] ursarum specie ficta, Septentriones appellantur.

Ab hoc circulo de reliquis partibus quinque sumptis: [f] eodem centro quo supra diximus, circulus ducitur, qui

stingue: *quæ physice dicitur, ea est in* &c. Male alii, *ea est enim*. Illustravimus copiosè eam loquendi rationem ad Fulgent. Lib. 1. cap. 1.

b *Ut erepta*] *Aut erepta* Vlitianorum unus. Perperam. Sensus est: Occasus est ut species visa ab oculis erepta. nisi mavis pro *ut* reponere *est*.

Ad CAP. VI.

a Λοξός] Geminus: Λοξὸς δὲ ἐστι κύκλος ὁ τῆς ζωδιακῆς.

b *In sphærâ metiuntur*] Παξιμιάδης. Æthicus præfat. Cosmogr. *Orbis terrarum metiri cœpit*. Plura exempla congessi ad Fulg. Prolog. Lib. 1.

c *Per 60. partes*] Τὸ *per* non agnoscunt Vlitt. 3. Esset ergo in præcedentibus legendum *significare*.

d *Arcti simulacra*] Veneta cum aliis antiquioribus *arcturi*. Lege cum Vlitt. 2. & A. *arctorum*. Ortum inde vitium, quod pro *arctorum* librarius aliquis *arcturum* exararat, quomodo & unus ex Vlitianis habuit. Confirmant hanc emendationem cum ea, quæ Lib. III. cap. 1. leguntur: *Igitur incipiemus à polo boreo protinus dicere, quo utræque arcti nixæ vehuntur arctico circulo clausæ*; tum illa Isidor. Lib. III. Orig. cap. 43. quod caput ex Hygino desumtum est: *Quorum primus circulus ideo arcticus appellatur, eo quod inter eum arctorum signa inclusa prospiciuntur*. Posuit tamen ille Isidorus *Arcturum* pro Arcto, cum ait de Nat. Rer. cap. 26. *Arcturus est ille, quem Latini Septentrionem dicunt* &c.

e *Ursarum*] *Ursorum*. A.

f *Eodem centro*] *Ab eodem centro*. A.

g *An-*

θερινὸς τροπικὸς appellatur, ideo quod sol cum ad eum circulum pervenit, æstatem efficit eis qui in aquilonis finibus sunt: hiemem autem eis quos g austri flatibus oppositos ante diximus. Præterea, quod ultra eum circulum sol non transit, sed statim revertitur, τροπικὸς est appellatus.

Ab hac circuli significatione quatuor de reliquis partibus sumptis, ducitur circulus Æquinoctialis, à Græcis h ἰσημερινὸς appellatus, ideo quod sol cum ad eum orbem pervenit, æquinoctium conficit. Hoc circulo facto, dimidia sphæræ pars constituta perspicitur.

E contrario item simili ratione à Notio polo sex partibus sumptis, ut supra de Boreo diximus, circulus ductus ἀνταρκτικὸς vocatur: quod contrarius est ei circulo, quem arcticon supra definivimus.

Hac definitione sphæræ, centroque poli qui Notius dicitur, quinque partibus sumptis circulus, χειμερινὸς τροπικὸς instituitur, à nobis Hiemalis, à nonnullis etiam Brumalis appellatus, ideo quod sol cum ad eum circulum pervenit, hiemem efficit his i qui ad aquilonem spectant: æsta-

g *Austri flatibus oppositos*] Ita & Vlitt. 3. Et frustra omnino est vir doctus, qui vulgato *appositos* propugnat. Supra cap. 3. *Oppositus austro.* Catull. carm. 26. *Furi, villula nostra non ad austri Flatus opposita est, nec ad favoni* &c. Pallad. Lib. 1. Tit. 18. *Cellam vinariam debemus habere septentrioni oppositam.* Tit. 20. *Olearis cella meridianis sit objecta partibus.* Ammianus Lib. XXII. p. 413. ed. Boxh. *Septentrioni opposita terrarum situ cohæret immenso.* Lib. XXIII. p. 466. *Aquilonibus objecti sunt & pruinis.*

h Ἰσημερινός] Vid. Isidor. de Nat. Rer. cap. 10. ubi perperam *hysmerinus* editur, & *exemerinus* pro χειμερινός.

i *Quæ ad aquilonem spectant*] *Qui aquilonem exspectant* Vlitt. 2. Forte *aspectant*, vel *respectant*, quanquam constanter codices iidem non heic tantum, sed & passim Lib. III. & IV. *exspectant* exhibent pro *spectant*. Sunt sanè, qui *exspectare* pro *spectare* Latio vindicare velint, quos inter & Gruterus ac Freinshemius ad Flor. Lib. II. cap. 7. Quam rectè, ipsi viderint. In Plinii loco, quem adducit Freinshemius, pridem *spectatione* esse legendum monuit Salmasius. Ego certè id puto carere exemplo, tametsi & *spectare* pro *exspectare* poni interdum notent viri docti. P. Syrus: *Ab alio spectes, alteri quod feceris.* Ita edidit Gruterus. Curt. Lib. VIII. 8. *Oculos ego primum illorum sordida omnia & humilia spectantium capiam.* Freinshemius annotat: Si pro *spectantium* non scribas *exspectantium*, nullus inde sanus exeat sensus. Nisi tamen & simplex illud hoc significatu capitur, quod pene adducor ut credam, cum toties hujus loco reperiam. Hæc ille. At ego credo, ubi *spectare* pro *exspectare* ponatur, scribendum potius esse *sperare*, quod Latini pro *expectare*, ut Græci ἐλπίζειν pro προσδοκᾶν, usurpant. Matth. Evang. cap. XXIV. 50. Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ οὐ προσδοκᾷ. Vet. Interpr. *Veniet dominus*

æstatem autem his, qui in austri partibus [k] domicilia constituerunt. Quanto enim abest [l] longius ab illis qui in aquilonis habitant finibus, hoc hieme majore conflictantur: æstate autem hi, quibus sol appositus pervidetur: itaque Æthiopes sub utroque orbe necessario fiunt.

Ab hoc circulo ad æquinoctialem circulum reliquæ fiunt partes quatuor, ita uti sol per octo partes sphæræ currere videatur. Zodiacus autem circulus sic vel optime definiri poterit, ut signis factis, sicut postea dicemus, ex ordine circulus perducatur.

Qui autem Lacteus vocatur, contrarius æquinoctiali, [m] ubi oportet ut eum medium dividere, & bis ad eum pervenire videatur, semel in eo loco ubi aquila constituitur: iterum autem ad ejus signi regionem, quod ἀετόν vocatur. Duodecim signorum partes sic dividuntur: Quinque circuli, de quibus diximus supra, ita finiuntur, ut unusquisque eorum dividatur in partes duodecim, & ita ex eorum punctis lineæ perducantur, quæ circulos significent factos, in quibus duodecim signa describantur. Sed à nonnullis imperitioribus quæritur, quare non æquis partibus circuli finiantur, hoc est, ut de triginta partibus quinæ partes dividantur, & ita circuli pari ratione ducantur: id facillime defendi posse confidimus. Cum enim media sphæra divisa est, ejus circuli nullus potest æqualis esse: qui quamvis proxime eum accedat, tamen minor esse videatur. Itaque qui primum sphæram fecerunt, cum vel-

nus servi illius in die, qua non sperat. Flor. Lib. III. 1. *Quis sperare aliquod post Carthaginem in Africâ bellum?* Virg. Æn. XI. 275. *Hæc adeo ex illo mihi jam speranda fuerunt Tempore* &c. Lucianus in Tyrannicida: Τίς ἐλπὶς τοῦ φίλου; *Quæ exspectatio metus?* Confer Not. Casaub. ad Spartian. in Did. Jul. cap. 6. Certè in Publiano isto mimo, quem adduxi, scribendum esse *speres* docet nos vetus inscriptio apud Gruter. p. 928. *Date terræ fructum ut terra possit reddere. Ab alio speres altero quod feceris.* Agrætius de Orthogr. *Exspectatur venturus, spectatur qui videtur vel probatur.*

k *Domicilia constituerunt*] Non est tam recens vox *domicilii*, quam quibusdam visum fuit. Apulejus in de mundo: *Ut è terreno domicilio illas regiones aspicerent.* Florus Lib. I. cap. 13. *Destinata hominum ac deorum domicilio civitas.* Nepos Themist. cap. X. *Domicilium que sibi Magnesiæ constituit.* Festus in ROMA. *Ob inopiam domiciliorum profectos complures in exteras regiones.* Immo & Tullius ipse aliquoties eâ usus est.

l *Longius ab illis*] *Ab his.* A.

m *Ubi oportet*] *Ibi oportet* Veneta & aliæ antiquiores cum A.

vellent omnium circulorum æquas rationes esse, pro rata parte voluerunt significare, ut quanto magis à polo discederetur, eo minorem numerum partium sumerent in circulis metiendis, quo erat necesse his majorem circulum definire. Quod etiam ex ipsa sphæra [n] licet intelligere: quanto magis à polo discedes, eo majores circulos fieri necesse est: & hac re minorem numerum duci, ut pares eorum videantur effectus. Et si non in triginta partes unumquodque hemisphærium dividatur, sed in alias quotlibet finitiones, tamen eo ratio pervenit ejus, ac si triginta partes feciſſet.

VII. *De Zodiaco circulo.*

ZODIACUS circulus tribus his subjectus, de quibus supra diximus, ex quadam parte contingit æstivum & hiemalem circulum, æquinoctialem autem medium dividit. Itaque sol per Zodiacum circulum currens, neque extra eum transiens, necessario cum his signis, quibus innixus iter conficere videtur, pervenit ad eos quos supra diximus orbes, & ita quatuor tempora definit. Nam ab Ariete incipiens, ver ostendit: & Taurum & Geminos transiens, idem significat. [a] Sed jam capitibus Geminorum circulum æstivum tangere videtur, & per Cancrum & Leonem transiens & Virginem, æstatem efficit. Et rursum à Virginis extrema parte transire ad æquinoctialem circulum perspicitur. In Libra autem æquinoctium [b] conficit, & autumnum significare incipit, ab hoc signo transiens ad Scorpium & Sagittarium. Deinde protinus incurrit in hiemalem circulum, & à Capricorno, Aquario, Piscibus, hiemem transigit. Itaque ostenditur non per tres ipsos circulos currere, sed Zodiacum transiens ad eos pervenire. Sed quoniam de his rebus diximus, nunc Terræ positionem

n *Licet intelligere: quanto magis* &c. Anonymi codex: *Licet intelligi: quæ quanto magis à polo discedit, hoc majores* &c. Quæ lectio nequaquam spernenda est.

Ad CAP. VII.

a *Sed jam capitibus* &c.] *In capitibus* Cl. Schefferus, ut mox *in libra*.

b *Conficit*] *Efficit*. A. & mox, *non per quatuor ipsos* unus ex Vlitianis.

Ad

nem definiemus, & Mare quibus locis interfulum videatur, ordine exponemus.

VIII. *De Terrâ & Mari.*

TERRA mundi media regione collocata, omnibus partibus æquali dissidens intervallo, centrum obtinet sphæræ. Hanc mediam dividit Axis in dimensione totius terræ. Oceanus autem [a] regione circumductionis sphæræ profusus, prope totius orbis alluit fines. Itaque & signa occidentia in eum decidere existimantur: sic igitur & [b] terras contineri poterimus explanare. Nam quæcunque regio est, quæ inter Arcticum & Æstivum finem collocata est, ea dividitur trifariam, è quibus una pars, Europa: altera, Asia: tertia, Africa vocatur. Europam igitur ab Africa dividit mare ab extremis Oceani finibus & Herculis columnis. Asiam vero & Libyam cum Ægypto disterminat [c] os Nili fluminis quod Canopicon appellatur. Asiam ab Europa Tanais dividit, bifariam se conjiciens in paludem quæ Mæotis appellatur. Hac igitur definitione facile pervidetur mare omnibus [d] adjectum finibus terræ.

Sed ne videatur nonnullis mirum, cum sphæra in sexaginta partes dividatur, ut ante diximus, [e] quare definimus ab æstivo circulo ad arcticum finem dumtaxat habitari; sic vel optime defendimus. Sol enim per mediam regionem sphæræ currens, nimium his locis efficit fervorem. Itaque quæ finis est ab æstivo circulo ad hiemalem, ea

Ad CAP. VIII.

a *Regione circumductionis*] Schefferus, *in regione*, Lege potius *è regione*, cum uno ex Vlitianis. Sed nihil est necesse. Apud Isidor. enim de Nat. Rer. cap. 47. quod prope totum ex Hygino transscriptum est, præpositionem etiam omissam invenio. *Terra, ut testatur Hyginus, mundi media regione collocata, omnibus partibus æquali dissidens intervallo, centrum obtinet. Oceanus autem regione circumductionis sphæræ profusus, prope totius orbis alluit fines.* Leg. *adluit.*

Sed non hoc solum, verum multa insuper alia in isto capite ex nostro emendari & possunt & debent.

b *Terras contineri*] Ita & Veneta & Vlitt. 2. *Terram* volebat Cl. Schefferus.

c *Os Nili fluminis*] *Ostium Nili* Vlitt. 2. Juvenal. Sat. XIII. 27. *Divitit ostia Nili.* Στόμια & Græci appellant.

d *Adjectum finibus terra*] *Objectum* A. cum edd. vetustis.

e *Quare definimus*] *Definivimus* rectius Veneta, Micylliana, & aliæ antiquiores.

ea terra à Græcis Ἀφεκαυμένη vocatur: quod neque fruges propter exustam terram nasci, neque homines propter nimium ardorem durare possunt: extremæ autem regiones sphæræ duorum circulorum, quorum alter Boreus, alter Notius vocatur, sine Arctici circuli & ejus qui Antarcticus vocatur, non habitantur, ideo quod sol ab his circulis [f] semper est longe, venti quoque assiduos habent flatus. Quamvis enim sol perveniat ad Æstivum circulum, [g] tamen longe ab Arctico videbitur fine. Id ita esse, hinc quoque licet intelligere: Cum enim sol pervenit ad eum circulum qui Hiemalis vocatur, [h] & efficiat nobis, qui prope eum sumus constituti, nimium frigus, quid arbitramur eis locis frigoris esse, qui longius etiam absunt à nobis? Quod cum in hac parte sphæræ fiat, idem in altera parte definitum putabimus, [i] ideo quod similes ejus sunt effectus. Præterea hinc quoque intelligimus illic maximum frigus, & in æstivo circulo calorem esse, [k] quod quæ terra habitatur. Eos tamen videmus, qui proxime sint Arcticum finem, uti braccis & ejusmodi [l] vestitu vestium: qui autem proximi sint æstivo circulo, eos Æthiopas & [m] perusto corpore esse. [n] Habitatur autem sic temperatissimo cœlo, cum inter æstivum circulum & Arcticum finem [o] hæc perveniat temperatio: quod ab Arctico circulo frigus, ab æstivo fervor exortus in unum con-

f *Semper est longè*] *Abest longè* Vlitt. 2.

g *Tamen longè*] *Tamen tunc longè.* A.

h *Et efficiat nobis*] Ita & Veneta & Vlitt. 2. *Efficiet* Micyll. & nonnullæ aliæ. *Efficit* mallet Cl. Schefferus. Sed Hyginum copulare interdum diversos modos ostendi ad Mythol. cap. 125. 148. & 165.

i *Ideo quod*] *Ideoque quod* Vlitt. 2. Non ineleganter redundare nonnunquam τὲ *que* docet nos Nob. Heins. ad Vell. 1. 8.

k *Quod quæ terra habitatur. Eos* &c.] Miror hoc placuisse Morellio. Legendum enim cum Micyll. Paris. aliisque antiquioribus, *Quod qua terra habitatur, eos* &c.

l *Vestitu vestium*] Ita & unus codicum Vlitianorum. Cæteri *vestitu vestitum*, vel *vestitu vestitudento*. Modius & Schefferus expungendum censent τὸ *vestium*. Mihi scripsisse Hyginus videtur, *vestium indumento*. Certe illuc aurigatur τὸ *vestitudento*. Non dissimiliter *velaminis indumentum* dixit Cassian. de Habit. Monach. cap. 5.

m *Perusto corpore*] Horat. epod. 2. *Perusta solibus Pernicis uxor Appuli.*

n *Habitatur autem sic*] *Hic* emendat Cl. Schefferus. quod & ex Vet. ed. in margine notaverat Vlitius.

o *Hæc perveniat temperatio*] *Temperantia* unus ex Vlitt. Deinde *proveniat* malit forte aliquis. Sed mox rursus *eodem perveniant* repræsentant etiam Vlitt. 2. cum Morellio.

p *Ef-*

concurrens [p] efficit: media finem temperatam, quæ habitari possit. Itaque cum sol ab eo loco [q] discessit, hieme necessario conflictamur, quod ventum exorientem non reverberat sol. [r] Quod cum veniat in hac definitione, illud quoque fieri posse videmus, ut Hiemali circulo nobis ad Antarcticum finem habitari possit: quod pares [s] eodem perveniant casus. Certum quidem esse nemo contendit, neque pervenire eo potest quisquam propter interjectum terræ, quæ propter ardorem non habitatur. Sed cum videmus hanc regionem sphæræ habitari, illam quoque in simili causa posse constitui suspicamur.

De Signorum cælestium historiis

LIBER SECUNDUS.

SED quoniam quæ nobis de terræ positione dicenda fuerunt, & [a] sphæram totam definivimus, nunc quæ in ea signa sunt singulatim nominabimus. E quibus igitur primum duas Arctos, & Draconem: deinde Arctophylaca cum Corona dicimus. [b] Ceteum, qui Engonasin vocatur: Exinde Lyram cum Olore, & Cepheo, & ejus uxore Cassiepeia, filiaque Andromeda, & genero Perseo: dicimus etiam protinus Aurigam, à Græcis ἡνίοχον appellatum: Ophiuchum præterea cum Sagitta & Aquila, parvoque Delphine. Inde Equum dicimus cum eo sidere, quod Deltoton vocatur. [c] His corporibus enumeratis, ad duodecim Signa perveniemus. Ea sunt hæc, Aries,

p *Efficit: media finem temperatam*] Lege, *efficit mediam finem temperatam* cum Venetâ, Micyllianâ, Parisinâ, aliisque antiquitus cusis. Etiam heic requiro diligentiam Morellii.

q *Discessit*] *Discedit.* A.

r *Quod cum veniat in hac* &c.] Hoc est, *eveniat*. Quam phrasin frustra suspectam esse nonnullis abunde ostendi ad Fulg. Lib. III. cap. 6.

s *Eodem perveniant*] *Eodem sine perveniant.* A.

Ad Præfat. Lib. II.

a *Sphæram totam*] Vulgo *sphæram tam totam*. Sed cum nec Veneta, nec Vlitt. 2. agnoscant τὸ *tam*, rectè expulit illud Morellius, quanquam non malè in *jam* mutatum erat Cl. Schefferus.

b *Ceteum, qui Engonasin*] Ita & Veneta. Vulgo *ceterum, qui Engonasin* &c. Vlitt. 3. & A. *Et cum, qui* &c. quomodo & Modius volebat. Sed vide quæ ad cap. 1. annotamus.

c *His enumeratis*] *Connumeratis* Veneta. Sed Morellii lectionem adstruunt Vlitt. 3.

ries, Taurus, Gemini: deinde Cancer cum Leone & Virgine: præterea Libra, dimidia pars Scorpionis, & ipse Scorpius cum Sagittario & Capricorno: Aquarius autem cum Piscibus reliquas habet partes. His enumeratis, suo ordine est Cetus cum Eridano flumine, & Lepore. Deinde Orion cum Cane, & eo signo quod πεγχύων dicitur. Præterea est Argo cum Centauro, & Ara: deinde Hydra cum Pisce qui Notius vocatur. Horum omnium non inutile videtur historias proponere: quæ certe aut utilitatem ad scientiam, aut jucunditatem ad delectationem afferent lectori.

I. *Arctos major.*

IGITUR, ut supra diximus, initium est nobis Arctos maxima.

HANC autem Hesiodus ait esse Callisto nomine, Lycaonis filiam, ejus qui in Arcadia regnavit: eamque studio venationis inductam, ad Dianam se applicuisse: à qua non mediocriter esse dilectam propter utriusque consimilem naturam. Postea autem ab Jove compressam, veritam Dianæ suum dicere eventum, quod diutius celare non potuit: nam jam utero ingravescente, [a] prope diem partus in flumine corpus exercitatione defessum cum recrearet, à Diana cognita est non conservasse virginitatem: cui dea pro magnitudine [b] suspicionis non minorem retribuit pœnam: erepta enim facie virginali, in ursæ speciem est conversa, quæ Græce ἄρκτος appellatur. [c] In ea figura corporis Arcada procreavit. Sed, ut ait [d] Amphis comœdiarum scriptor, Jupiter [e] simulatus effigiem Dianæ,

Ad CAP. I.

a *Prope diem partus*] Instante partu. Gloss. Philox. *Prope partum*, ἐγγὺς τοκετοῦ. Perperam junctim *propediem* complures editi.

b *Suspicionis*] *Stupritionis* unus ex Vlitianis. Forte *stuprationis*.

c *In eâ figurâ*] Schol. German. *Et dum esset ursa, arctum enixa est, quem Arcadem vocant.* Ista ex Eratosth. κατασ. cap. 1. habet; cujus verba etiam Theo in suum commentarium transtulit. Cæterum pro *arctum* scribendum est *arctorum*, vel dicendum malè vertisse verba Eratosthenis: Καὶ ὅτως τεκεῖν ἄρκτον ἡρωϊκῶς ἢ ἀληθῶς Ἀρκάδα.

d *Amphis comœdiarum scriptor*] Schol. German. *Amphis Comicus poeta.* Idem Fabulâ Canis: *Amphianus tragœdiarum scriptor.* Emenda, *Amphis autem tragœdiarum* &c.

e *Simulatus effigiem dianæ*] Vide not. ad Mythol. cap. 99.

næ, cum virginem venantem ut adjutans persequeretur, amotam [f] à conspectu aliarum compressit: quæ rogata à Diana quid ei accidisset, quod tam grandi utero videretur, illius peccato id evenisse dixit. itaque propter ejus responsum, in quam figuram supra diximus, eam Diana convertit. Quæ cum in silva ut fera vagaretur, [g] à quibusdam Ætolorum capta, ad Lycaonem pro munere in Arcadiam cum filio est deducta. [h] Ibi dicitur inscia legis, in Jovis Lycæi templum se conjecisse: [i] quam confestim filius est secutus. Itaque cum eos Arcades insecuti interficere conarentur, Jupiter memor peccati, ereptam Callisto cum filio inter sidera collocavit, eamque Arctum, filium autem Arctophylaca nominavit, [k] de quo postea dicemus. Nonnulli etiam dixerunt, Cum Callisto ab Jove esset compressa, Junonem indignatam in ursam eam convertisse: quam Dianæ venanti obviam factam, ab ea interfectam, & postea cognitam inter sidera locatam. Sed alii dicunt, cum Callisto Jupiter esset in silvam persecutus, Junonem suspicatam id quod evenit, contendisse ut eum manifesto diceret deprehendisse. Jovem autem, quo facilius suum peccatum tegeretur, in ursæ speciem conversam reliquisse: Junonem autem in eo loco pro virgine ursam invenisse, quam Dianæ venanti, ut eam interficeret, demonstrasse: quod factum ut perspiceretur Jovem ægre tulisse, effigiem ursæ stellis figuratam constituisse. Hoc signum, [l] ut complures dixerunt, non occidit. Qui volunt aliqua de causa esse institutum, negant Tethyn Oceani uxorem id recipere, cum reliqua sidera eo perve-

[f] *A conspectu aliarum*] Vulgatum *cæterarum* præferam, quanquam Vlitt. 3. exhibent *cæterorum*. Sed cum virgine Diana nonnisi virgines venantur. Lege ergo, *cæterarum*, ut etiam est in editione Veneta & A.

[g] *A quibusdam Ætolorum*] Emenda *æpolorum*, hoc est, caprariorum, ex Eratosth. cap. 1. & Theone in Aratum p. 7. qui Eratosthenem ad verbum descripsit. Schol. German. *Quæ dum in montibus vagaretur, à quibusdam pastoribus apprehensa, cum puero adducta est ad Lycaonem.*

[h] *Ibi dicitur*] *Ibique* unus ex Vlitianis.

[i] *Quam confestim*] *Quo confestim* alter Morellianus.

[k] *De quo postea*] *Posterius* Vlitt. 3. cum heic, tum passim infra.

[l] *Ut complures*] *Quamplures* unus Vlitianus. Quod idem est. Petronius: *Intraverunt palæstritæ quamplures.* Capell. Nupt. Phil. Lib. VIII. *Eodem se quamplures convertere dii.*

veniant in occasum, quod Tethys Junonis sit nutrix, cui Callisto [m] succubuerit ut pellex. [n] Ariethus autem Tegeates historiarum scriptor, non Callisto, sed [o] Megisto dicit appellatam: & non Lycaonis sed [p] Cetei filiam, Lycaonis neptem. Præterea Cetea ipsum Engonasin nominari. Reliqua autem superioribus conveniunt: quæ res in Nonacri monte Arcadiæ gesta demonstratur.

II. *Arctos minor.*

Hanc [a] Aglaosthenes qui Naxica conscripsit, ait Cynosuram esse unam de Jovis nutricibus ex Idæis nymphis: ab ejus quoque nomine & urbem quæ [b] Hestiea vo-

m *Succubuerit ut pellex*] Vide not. ad Mythol. cap. 187.

n *Ariethus*] *Aratus* A. *Arietus* Veneta. *Arietibus* Sactandreana, sed peccato, ut arbitror, operarum typographicarum, cum in cæteris religiose sequatur Morellium. Vossius de Histor. Græc. Lib. III. p. 253. emendat *Areithus* ex Græc. Ἀρείθου. quod vocabulum apud Homerum quoque occurrit Iliad. H. 138. Leopardus in margine libri sui hæc notaverat: Φερεκύδης δέ φησι Ἐ Ἀρεί θου est apud Tarrhæum pag. 41. Occurrit idem nomen etiam infr. cap. 6. ubi *Aritus* exhibet unus ex Vlitianis.

o *Megisto*] Notaverat homo doctus in margine libri sui, *Aliis* Θεμιστώ.

p *Cetei filiam*] Ita & Veneta. Micyllus & alii dederunt *Cæci*. MSS. 2. ex Vlitianis *& Cæci*. Putes scripsisse *Heræi*, & mox *Heræa*. Ἠγησίης enim dictus fuit unus de filiis Lycaonis, ut docet nos Apollod. Lib. 1. p. 163. Forsan & in prologo rescribendum *& Heræum* pro *Cetenm*.

Ad CAP. II.

a *Aglaosthenes*] Vlitt. 3. *Glosthenes*. Venet. *Aglaasthenes*. Sed rectum est *Aglaosthenes*. Vide Voss. Histor. Græc. Lib. III. p. 240. Refert idem Agathosthenes in Asiaticis carminibus apud Schol. German. in hac fabulâ. Sed apud eum rescribendum esse *Aglaosthenes in Naxiacis carminibus* docet nos in notis ad Parthen. pag. 126. vir Cl. Thomas Gale. Alii Cynosuram Callistus fuisse canem volunt. Vide Theon. in Aratum pag. 7.

b *Hestiea*] Soter *Histiea*. Veneta *Istoe*. *Histoe* Vlitt. 2. ut & uterque Morellianus. Atque ita omnino scribendum. Ἴσοι enim Græcis est. Eratosthenes cap. 2. Ἀγλαοσθένης ἢ ἐν τοῖς Ναξικοῖς φησι, πρεσβυτέρην γενέσθαι Διὸς Κυνόσουραν, εἶναι δ' μίαν τῶν Ἰδαίων Νυμφῶν, ἀφ' ἧς ἐν μὲν τῇ πόλει τῇ κεκλημένῃ Ἴσοις τέμενος τοῦτο ἱδρῦσθαι &c. *Histoe* ergo Ἴσοι, ut *paralleloe*, παράλληλοι cap. 4. Lib. 1. *Arctoe*, ἄρκτοι in Grotii Imaginibus Arateis, *Adelphoe*, ἀδελφοὶ apud Terentium, *Euthygrammoe*, Εὐθύγραμμοι, *Antoecoe*, ἀντοίκοι cap. 2. & 4. Fragmenti veteris, quod Censorino aliquandiu tributum fuit. Forte & *Spartoe* scripserat Hygin. fab. 178. ubi *Sparta* editum hactenus. Sed *Sparti* dicuntur aliis, ut ostendi ibi, Σπαρτοὶ Græcis. A Plinio Lib. v. cap. 31. inter Cypri oppida numerantur *Arsinoe*, *Carpasium*, *Golgi*. Notant in Vet. cod. habere *Golgæ*. Unde apparet faciendum esse *Golgoe*. Γόλγοι *Golgoe*, ut Σόλοι *Solee*, quod in eodem capite invenias, & apud Melam Lib. 1. cap. 13. Servavit rectam scripturam Germanici Scholiastes: *A quâ in oppido Histoe Nicostratus constituit portus, & circa eum locum fuisse Cynosuram*. Pro *portus* repone *portum* ex Eratosthene, unde hæc desumpta. Videtur Hyginus in vitiosum codicem incidisse, & legisse apud Eratosthe-

vocatur, [c] à Nicostrato & sodalibus ejus constitutam, & portum qui ibi est, & agri majorem partem Cynosuram appellatam. Hanc autem inter Curetas fuisse, qui Jovis fuerunt administri. Nonnulli etiam Helicen & Cynosuram [d] nymphas esse Jovis nutrices dicunt: & hac re etiam pro beneficio in mundo collocatas, & utrasque Arctos appellatas esse, quas nostri Septentriones dixerunt: sed majorem arcton complures plaustro similem dixerunt, & ἅμαξαν Græci appellaverunt: cujus hæc memoriæ prodita est causa: In initio qui sidera perviderunt, & numerum stellarum in unaquaque specie corporis [e] constituerunt, & non Arctum, sed Plaustrum nominaverunt. Ex septem stellis, duæ quæ pariles & maxime in uno loco viderentur, pro bobus haberentur: reliquæ autem quinque [f] figuram plaustri simularent. Itaque & quod proximum huic est signum Bootem nominari voluerunt: de quo posterius plura dicemus. [g] Aratus quidem non hac re Boo-

tosthenem vel alium ex Græculis, ἀφ' ἧς μὲν τῇ πόλει τὴν κλῆσιν &c. Sed quomodo à nomine Cynosuræ dici potest urbs Histoe constituta? quæ in illis nominibus appellationis similitudo? Scripsit ergo, vel certè scribere debuit: *Ab ejus quoque nomine in urbe, quæ Histoe vocatur, à Nicostrato & sodalibus ejus constitutâ, & portum, qui ibi est, & agri majorem partem Cynosuram appellatam.*

c *A Nicostrato & ejus sodalibus*] Ὑπὸ τοῦ περὶ Νικόστρατον. Melius vertisset, *à Nicostrato.* Theod. Quæst. 8. in Deuteron. Οἱ περὶ τὸν Ἀκύλαν ἢ Σύμμαχον, *Aquila & Symmachus.* Laertius in Zenone p. 456. Οἱ περὶ Κάσσιον τὸν Σκεπτικόν, *Cassius Scepticus.* Παρεμφυείας vitium incurrere nonnunquam hunc scriptorem, discès ex iis, quæ annotata sunt ad 3. 14. & 31. Myth. Sed monendum heic mihi, in eo quod cap. 14. dicit *Caneus Coroni*, deceptum videri corruptâ scriptura Græci codicis Apollodori. Notat enim Ægius invenisse se in antiquis libris Καινεὺς Κορώνου.

d *Nymphas esse*] *Fuisse* Vlitt. 2. Quam lectionem firmat Germanici Scholiastes.

e *Constituerunt, & non arctum, sed plaustrum nominaverunt, ex septem stellis* &c. Locus procul dubio mendosus, cum nulla inde commoda elici sententia possit. Soter dedit, *constituerunt, non arctum* &c. Micyllus & alii, *constituerunt, quod non arctum, sed* &c. Agnoscet manum suam Hyginus, si τὸ *quod* ex alieno in suum locum revoces & scribas, *constituerunt, non arctum, sed plaustrum nominaverunt, quod ex septem stellis* &c.

f *Figuram plaustri simularent*] Apuleius de Herbis cap. 113. *Folia simulans cucumeris.* Ad rem facit, quod legitur apud Hom. Scholiasten ad Odyss. E. 273. Καὶ ἅμαξα καλεῖται, ἐπεὶ ἐκ τεσσάρων, ἃ τὴν ἁρπάξ τετὼν ὥσπερ ἐκ τριχῶν ἁμάξης χῆμα ἀποτελεῖται. Sed defecta ista partim, partim transposita. Censeo sic redintegres: Ἐκ τεσσάρων ὥσπερ ἐκ τροχῶν, καὶ τῆς ἕξης τετὼν ὥσπερ ἐκ ῥυμοῦ ἁμάξης χῆμα ἀποτελεῖται. Theo in Aratum pag. 7. ed. Morell. Τὴν τεσσάρων αὐτὶ τροχὸν παραλαμβανούσαν, τὴν ἑξῆς τετὼν ὡσεὶ αὐτὶ ῥυμοῦ.

g *Aratus quidem*] *Autem* Anonymi codex. Quod probo.

Bootem, nec illud Plaustrum dicit appellari: sed quod [h] Arctos videatur ut Plaustrum circa Polum, qui Boreus appellatur, versari: & Bootes agitare eam dicatur. In quo non mediocriter videtur errare. [i] Postea autem de septem stellis, ut Parmeniscus ait, [k] quinque & viginti sunt à quibusdam astrologis constitutæ, ut Ursæ species, non septem stellis perficeretur. Itaque & ille, qui antea plaustrum sequens Bootes appellabatur, Arctophylax est dictus, & iisdem temporibus, quibus Homerus fuit, hæc Arctos est appellata. de Septentrionibus ille enim dicit, hanc [l] utroque nomine & Arcton & Plaustrum nominari: [m] Bootem autem nusquam meminit Arctophylaca nominari. Incidit etiam compluribus erratio, quibus de causis minor Arctos Phœnice [n] appelletur, & illi qui hanc observant, verius & diligentius navigare dicantur: & quare si hæc sit certior quam major, non omnes hanc observent: qui non intelligere videntur de qua historia sit profecta ratio, ut Phœnice appelletur. [o] Thales enim qui diligenter de his rebus exquisivit, & hanc primus Arcton appellavit, natione fuit Phœnix, ut Herodotus Milesius dicit. Igitur omnes qui Peloponnesum incolunt, priore utuntur Arcto. Phœnices autem quam à suo inventore acceperunt, observant: & hanc studiosius perspiciendo,

p di-

h *Arctos videatur*] *Arctus* Venet. & unus Vlitianus. Sed alterum benè habet. Servavit Græcam terminationem, ut in *arctlicos* nominandi casu cap. 7. Lib. III. Verba Arati sunt: Δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσιν Ἄρκτοι ἀμφιπρομῶσι, τὸ δὴ καλέουσι Ἅμαξαν.

i *Postea autem*] *Postea enim* A.

k *Quinque & viginti*] Ita rectè etiam & Soter & Vlitt. 2. quanquam Hyginus infra Lib. III. cap. 1. XXI. tantum, Scholiastes autem Germanici & Theo in Aratum pag. 7. XXIV. numerant. Quod non videre se ait vir doctus, unde stellæ istæ viginti quinque veniant, id ei ignoscendum est, cum vitium, quo sequentia infecta sunt, turbet sensum. Rescribe ergo, ut videas quid velit auctor, *septem stellarum* ex MSS. 3. Vlitt. & codice Anonymi, pro *septem stellis*. Sententia est, eos, qui signo illi figuram septentrionum dederint, VII. id tantum, qui autem ursæ, XXV. deformasse stellis. Manilius de Helice Lib. I. *Septem illam stellæ certantes lumine signant.*

l *Utroque nomine*] Odyss. E. 273. Ἄρκτον θ', ἣν καὶ Ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.

m *Bootem*] *Bootes* Vlitt. 3. Perperam. Scribe *Booten*. German. Schol. *Booten Homerus vocat.*

n *Appelletur*] *Dicetur* vulgo. Sed Vlitt. 3. *appellaretur.*

o *Thales enim* &c.] Soter: *Thales enim Milesius* &c. Atque ita volebat etiam Vossius Histor. Græc. p. 375. qui & mox ἁπλῶς, *ut Herodotus dicit*, existimat scribendum. Cl. Schefferus malebat, *nec, ut Herodotus dicit, Milesius.*

p Di-

[p] diligentius navigare existimantur, & vere eam [q] ab inventoris genere Phœnicen appellant.

III. *Serpens.*

Hic vasto corpore ostenditur inter duas Arctos collocatus: qui dicitur aurea mala Hesperidum custodisse, & ab Hercule interfectus, [a] ab Junone inter sidera collocatus, [b] quod illius opera Hercules ad eum est profectus, qui hortum Junonis tueri solitus existimatur. ait enim Pherecydes, Junonem cum duceret Jupiter uxorem, [c] Terram inveniſſe ferentem aurea mala cum ramis. [d] Quæ Junonem admiratam, petiisse à Terra ut in suis hortis sereret, qui erant usque ad Atlantem montem. Cujus filiæ cum sæpius de arboribus mala decerperent, Juno dicitur hunc ibi custodem posuisse: hoc etiam signi erit, quod in sideribus supra eum Draconem Herculis simulacrum ostenditur, ut Eratosthenes demonstrat: [e] quare licet intelligere, [f] hunc maxime Draconem dici. Nonnulli etiam dixerunt hunc Draconem à gigantibus [g] Minervæ ob-

p *Diligentius navigare*] H. e. accuratius. Manilius Lib. 1. *Tam spatio, quam luce minor, sed judice vincit Majorem Tyrio.* Germanicus: *Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor.* Aratus: Τῇ δ' Σιδόνιοι ἰδυτάλα ναυτίλλονται. Schol. German. p. 89. *Quam Sidones aspicientes continuo navigant.* Aut perperam legit in Græco exemplari διὰ τοῦ, aut imperitè τὸ διὰ τοῦ transtulit *continuo.*

q *Ab inventoris genere*] Adstruunt eam lectionem cum Micyllus & Soter, tum Vlitt. 3. Vulgo *nomine*, unde *natione* exsculpsit Cl. Schefferus. Theo: Ὁ δ' εὑρητὴς αὐτῆς Θαλῆς εἰς Φοίνικας ἀνάγει τὸ γένος. Majoris inventor Nauplius, ut idem docet pag. 7.

Ad CAP. III.

a *Ab Junone*] Vide Eratosth. cap. 3. & Senec. Hercul. Oet. vers. 74. Schol. German. *Juno custodem horti pervigilem implicuit arbori, quem Hercules interfecit, & illa astris intulit.*

b *Quod illius opera* &c.] Junonis enim instinctu factum est, ut athla ista decantatissima Herculi imperaverit Eurystheus.

c *Terram invenisse ferentem*] Emenda, *venisse ferentem.* Eratosthenes: Τῷ Γῇ ἐλθεῖν φέρουσαν τὰ χρύσια μῆλα. Schol. German. *Eo quod, cum nuberet Jovi Juno, diis offerentibus munera, Terra quoque obtulerit aurea mala cum ramis.* Stabiliunt eam lectionem Vlitt. 2. Nec dubitare de eâ quenquam sinunt, quæ ex Eratosthene adduxi.

d *Quæ Junonem admiratam*] Ita & Vlitt. 3. Perperam τὸ *quæ* omisit Sanctandreana. Veneta & aliæ habent, *Inde Junonem* &c.

e *Quare licet intelligere*] *Quare quodvis licet* editi ante Morellium. *Quare quovis* inde effingit Schefferus. Rectius putem *quovis.* Ordo est: *Quovis intelligere licet*, hoc est, res licita est.

f *Hunc maximè*] *Hinc* Veneta. Hoc esset, ex historiâ modo narratâ.

g *Minervæ objectum esse*] Schol. German. *Hunc alii Jovem astris intulisse dicunt,*

objectum esse, cum eos oppugnaret: Minervam autem arreptum draconem contortum ad sidera jecisse, & ad ipsum axem cœli fixisse: itaque eum adhuc implicato corpore videri, ut nuper ad sidera perlatum.

IV. *Arctophylax.*

De hoc [a] fertur ut sit Arcas nomine, Callistus & Jovis filius, quem dicitur Lycaon, cum Jupiter ad eum in hospitium venisset, cum alia carne concisum pro epulis apposuisse. studebat enim scire, si deus esset qui suum hospitium desideraret. Quo facto non minore pœna est affectus. nam statim Jupiter mensa projecta, domum ejus fulmine incendit: ipsum autem in lupi figuram convertit: at pueri membra collecta & composita in unum, dedit [b] cuidam Ætolorum alendum, qui adolescens factus, in silvis cum venaretur, inscius vidit matrem in ursæ speciem conversam, quam interficere cogitans, persecutus est in Jovis Lycæi templum: [c] quo & qui accessisset, mors pœna erat Arcadum lege. Itaque cum utrunque necesse esset interfici, Jupiter eorum misertus, ereptos inter sidera collocavit, ut ante diximus. Hic autem [d] facto sequens Ursam perspicitur, & Arctum servans Arctophylax est appellatus. Nonnulli hunc [d] Icarium Erigones patrem dixerunt, cui propter justitiam & pietatem existimatur Liber pater vinum & vitem & uvam tra-

cunt, ob memoriam virtutis Herculis, Minervæ objectu; quem illa contortum cœlo immisit, & inter septentriones collocavit. Pro *objectu* repone *objectum*. Plures fabulas de hoc dracone habes apud Theonem in Aratum pag. 11. Δεύκων ἦ, inquit, ἔτος, ὃν αἰεὶ λε Κάδμος. Καὶ' ἑτέρους ἦ, ὁ τὰ μῆλα φυλάσσων τῷ Ε'σπερίδων. οἱ ἦ ὁ πολὺς λέγος, ὁ ὑπὸ Α'πόλλωνος αἰωρηθεὶς Πυθίαν. Lege, Πύθων.

Ad CAP. IV.

a *Fertur ut sit*] Ita & Veneta & Vlitt. 2. Græcum est ὡς Α'ρκας ἐγί. Vide Mariang. Auctar. epistol. VI. Noster infra cap. 10. *Dicunt ut gloriata sit* &c. Vopiscus Florian. cap. 3. *De quo dictum est ut Probus diceretur.* Adde quæ notamus infr. ad cap. 7.

b *Cuidam Ætolorum*] Rectè *apolorum* ex Scholiaste German. Schefferus. Firmat ejus conjecturam Theo in Aratum pag. 7. Θυρώνῃ ὑπ' αἰπόλων τινῶν, ἐ παρεδόθη Λυκάονι.

c *Quo & qui accessisset*] *Quo ei qui* Modius & Schefferus.

d *Icarium*] *Icarum* semper Vlitt. 3. & Veneta. Nec mutari debuit. Germanicus: *Icarus ereptam pensavit munere vitam.* Confer quæ notavimus ad Mythol. cap. 130.

c *Cum*

tradidisse, ut ostenderet hominibus quomodo serereturs, & quid ex eo nasceretur; & [e] cum esset natum, quomodo eo uti oporteret. Qui cum seviſſet vitem, & [f] diligentissime administrando [g] floridam falce feciſſet, dicitur hircus in vineam se conjeciſſe, & quæ ibi tenerrima folia videret, decerpsiſſe: quo facto, Icarium irato animo tuliſſe, eumque interfeciſſe, & ex pelle ejus utrem feciſſe, ac vento plenum præligasse, & in medium projeciſſe, suosque sodales [h] circum eum saltare coegiſſe. Itaque Eratosthenes ait: Ικαρίου ποτὶ πεῖπε [i] περὶ τρύγην ἀρχίσαι. Alii dicunt Icarium, cum à Libero patre vinum accepiſſet, statim utres plenos in plaustrum imposuiſſe. hac re etiam Bootem appellatum: qui cum perambulans Atticorum fines pastoribus [k] ostenderet, nonnulli eorum [l] aviditate pleni, novo genere potionis inducti, somno consopiuntur: [m] atque alius aliam se in partem rejiciunt, ut semimortua membra jactantes, alia ac decebat loquebantur, reliqui eorum arbitrati venenum ab Icario datum pastoribus, ut eorum pecora abigeret in suos fines, Icarium interfectum in puteum dejecerunt: [n] sed ut alii demonstrant, [o] secundum arborem quandam defoderunt. Qui autem obdor-

e *Cum esset natum, quomodo eo* &c.] Veneta aliæque, *cum esset natum id, quomodo* &c. Vlitt. 3. & A. *Cum esset natum, quomodo id uti.* Quod non debuit sperni. Utor enim, quemadmodum vel pueri norunt, cum accusandi casu non minus Latinè, quam auferendi, construitur.

f *Diligentissimè administrando*] Colendo, putando. Columella 11. 2. *Administrare sementem.* Mamertus de Statu Anim. Lib. 1. cap. 12, *Administrare carnem.* Diomedes Præfat. Lib. 11. *Administrare loquendi materiam disputandique substantiam.* Non valdè dissimiliter *operari olivam* dixit Palladius Lib. 1. Tit. 6. *Operari terram* Vet. Interp. Genes. cap. 111.

g *Floridam facile feciſſet*] Ita & Modiani & duo ex Vlitianis codicibus. Anon. *reddidisset facile.* Antiquitus cusi, *falce feciſſet.*

h *Circum eum saltare*] *Circa* Veneta & reliquæ antiquiores. Vide Schol. Aristoph. in Plutum pag. 108. & Tzetzen in Hesiod. p. 87. unde discès non circa utres, sed supra eos saltare fuisse solitos.

i Περὶ πρώτου] Ita & Sotet edidit. Sed antiquiores & Vlitt. 2. περὶ τρύτου.

k *Ostenderet*] *Ostendisset* Vlitt. 3.

l *Aviditate pleni*] Transponit Schefferus, *aviditate inducti, pleni novo genere potus.* Sed τὸ *potionis* Morellii, quod è glossa irrepsiſſe illi videbatur, adstruunt Vlitt. 3.

m *Atque alius aliam se* &c.] Scribe, *Atque ut alius aliam* &c. cum Sotere, Venetâ & Vlitt. 3. Τὸ *ut* heic est postquam. Mox pro *ut semimortua* malebat *& semimortua* Cl. Schefferus. Quod probo, nisi cui magis arridet, *& ut* &c.

n *Sed ut alii*] *Seu ut alii* Cl. Schefferus. Non arbitror opus esse. Infr. cap. 5. *Sed ut ait, qui Cretica conscripsit, quo tempore* &c.

o *Se-*

dormierant, experrecti cum se nunquam melius quiesse faterentur, ac requirerent Icarium, ut pro beneficio [p] muneraretur, interfectores ejus animi conscientia permoti, statim se fugæ mandaverunt, & in [q] insulam Ætolorum pervenerunt: à quibus ut hospites recepti, domicilia sibi constituerunt. At Erigone Icarii filia permota desiderio parentis, cum eum non redire videret, ac persequi conaretur, canis Icarii, cui [r] Mera fuerat nomen, ululans ut videretur obitum domini lachrimari, rediit ad Erigonen, cui non minimam cogitatæ mortis suspicionem ostendit: neque enim puella timida suspicari debebat nisi patrem interfectum, qui tot dies ac menses abesset. At canis vestem ejus tenens dentibus, perduxit ad cadaver. Quod filia simul ac vidit, [s] desperata spe, solitudine ac pauperie oppressa, multis miserata lachrimis, in eadem arbore [t] qua parens sepultus videbatur, suspendio sibi mortem conscivit. Cui canis mortuæ spiritu suo parentavit: nonnulli enim hunc in puteum se dejecisse dixerunt [u] Anygrum nomine: quare postea neminem ex eo puteo bibisse memoriæ tradiderunt. Quorum casum Jupiter miseratus, in astris corpora eorum deformavit. Itaque complures Icarium, Bootem: Erigonem, Virginem nominaverunt, de quo posterius dicemus: Canem autem sua appellatione & specie Caniculam dixerunt: quæ à Græcis, quod ante majorem Canem exoritur, προκύων appellatur. Alii hos à Libero patre figuratos inter sidera dicunt. Interim cum in finibus Athenienssium multæ virgines sine causa suspendio sibi mortem consciscerent, quod Erigone moriens erat pre-

o *Secundum arborem*] *Eum sub arborem* MSS. 2. ex Vlitt. Forte *sub arbore*, ut præfert A. Infra: *Sub quâ parens sepultus videbatur.*

p *Muneraretur*] *Muncrarentur* Vlit. unus, quomodo & Cl. Schefferus conjecerat. *Munerarent* Veneta.

q *Insulam Ætolorum*] Vlitiani codices diversimodè, *Eolum*, *Eolorum*, *Eorum*. Quorum postremum prope accedit ad Salmasianam conjecturam *Ceorum*.

r *Mera*] Scribe *Mæra* cum Venetâ. Vide not. ad Myth. cap. 130. Propriè eâ voce denotatur αἰξ λευκομέλαινα, ut docet Isac. ad Lycophr. p. 61.

s *Desperatâ spe*] Lactant. Argum. Ovid. Met. Lib. 11. fab. 1. *Cadmus desperatâ spe reviscendi patris.*

t *Quâ parens*] Ita quidem & MSS. 3. cum Morellio. Antiquiores tamen editiones, etiam Veneta, *sub quâ*.

u *Anygrum*] *Anigrum* al. *Anbigrum* Venet. *Ambigrum* Sot. Flumen *Anigrum* invenio apud Ovid. xv. Met. aliosque; nusquam puteum eo nomine.

x *Pen-*

precata, ut eodem leto filiæ Athenienſium afficerentur, quo ipſa foret obitura, niſi Icarii mortem perſecuti, & eum forent ulti. Itaque cum id eveniſſet, ut ante diximus, petentibus eis Apollo dedit reſponſum: Si vellent eventu liberari, ſatisfacerent Erigonæ. Qui quod ea ſe ſuſpenderat, inſtituerunt, uti tabula interpoſita [x] pendente, funibus [y] ſe jactarent, ut qui pendens vento movetur: quod ſacrificium ſolenne inſtituerunt. Itaque & privatim & publice faciunt, & id [z] Aletidas appellant: quod eam patrem perſequentem cum cane, ut ignotam & ſolitariam oportebat, mendicam appellabant, quas Græci ἀλήτιδας nominant. Præterea Canicula exoriens æſtu [a] eorum loca & agros fructibus orbabat: & ipſos morbo affectos, pœnas Icario cum dolore ſufferre cogebat, eo quod latrones recepiſſent. Quorum rex Ariſteus Apollinis & Cyrenes filius, [b] Actæonis pater, petit à parente [c] quo facto à calamitate civitatem poſſet liberare: quem deus jubet multis hoſtiis expiare Icarii mortem, & ab Jove petere, ut quo tempore Canicula exoriretur, [d] dies quadraginta ventum daret, qui [e] æſtui caniculæ mederetur. Quod juſſum Ariſteus confecit, & [f] ab Jove impetravit ut Eteſiæ flarent: quas nonnulli Eteſias dixerunt, quod quotannis cer-

x *Pendente*] *Pendentes* mallet Clar. Schefferus.

y *Se jactarent*] Vlitt. *ſectarentur*, vel *ſectarent*. A. *ſecarentur*. Forte *jactarentur*, vel *ſe jactarent invicem*.

z *Aletidas*] Heſychius: Ἀλῆτις ἑορτὴ Ἀθήνησι ἣ γυνὴ αἰσθομένη λεχομένην, ἐπ' ἡμέρας ὄνομα, ὡς Πλάτων ὁ κωμικός. Pro ἡμέρας legit Ἠετίωνος Sopingius. Quæ ejus conjectura Hyginianis hiſce non parum confirmatur, ut & ab Heſychio ipſo in Αἰώρα. Οἱ ὃ ὅτι Ἠετίωνι Ἀλήτιδι τῇ Ἰκαρίου. Forte heic *Aletidas* reponendum. Vid. not. ad Mythol. cap. 270.

a *Eorum loca*] Legendum *Ceorum loca*. Vide Salmaſ. ad Solin. p. 144. Scalig. ad Manil. p. 406.

b *Actæonis pater*] Hæc procul dubio genuina eſt ſcriptura, cum eam in tribus etiam MSS. invenerit Vlitius. Perperam *Actæonis tempore* repræſentant antiquitus cuſi. Sed pro *Ariſtæum* ſcribendum *Ariſtæum*. Vide not. ad Mythol. cap. 161.

c *Quo facto*] Ita & Vlitt. 2. quanquam non diſplicet *quo pacto*, quod Veneta & aliæ habent.

d *Dies quadraginta*] *Diebus* A.

e *Æſtui Caniculæ mederetur*] *Æſtu* Vlitt. 2. Quod idem eſt. Maro Æn. 1. *Parce metu*. Propert. Lib. 1. El. 13. *Proxima Ledæ Et Ledæ partu, gratior una tribus*. Adi Gellium. Nec damnem *æſtum*, quod Veneta, Micyll. & Morellianus alter habent. Nam *mederi* cum accuſandi caſu conſtruxere etiam alii, ut Terent. Phorm. Act. v. ſc. 4. Gellius Lib. 1. cap. 9. Fulg. Lib. III. cap. 10. ubi plura huc facientia dixi.

f *Ab Jove*] *A Jupitre* Veneta.

g *Non-*

certo tempore exoriuntur: ἔτος enim Græce, annus est Latine. [g] Nonnulli etiam Etesias appellaverunt, quod expostulatæ sunt ab Jove, & ita concessæ. [h] Sed hoc in medio relinquamus, ne nos omnia præripuisse existimemur. Sed ut ad propositum revertamur, Hermippus qui de sideribus scripsit, ait Cererem [i] cum Iasione Thusci filio concubuisse: quamobrem fulmine percussum complures cum Homero dixerunt. Ex his, ut Petellides Gnosius historiarum scriptor demonstrat, nascuntur filii duo Philomelus & Plutus: [k] quos negant inter se convenisse: nam Plutum, qui ditior fuerit, nihil fratri suo de bonis concessisse: Philomelum autem necessario adductum, quodcunque habuerit, [l] ex eo boves duos emisse, & ipsum primum plaustrum fabricatum esse: itaque arando & colendo agros, ex eo se aluisse: cujus matrem [m] inventum miratam, ut arantem eum inter sidera constituisse, & Boo-

g *Nonnulli etiam Etesias*] Scribe per diphthongum *ateſias* cum Veneta & antiquioribus aliis. Tertia etymologia est apud Theon. in Arat. pag. 22. Ἡ πασα τὸ ἐτὸν, διὰ τὸ μηδέποτε μεταλλᾶν αὐτὰς, ὅταν ὁ καιρὸς αὐτῶν ᾖ ἥκῃ.

h *Sed hoc in medio relinquamus*] Vlitt. 3. *Sed de hoc in medio relinquetur.* Infr. cap. 8. *De quo in medio relinquimus.* Et Lib. IV. cap. 8. *Quoniam de hisce rebus exposuimus ordine.* Non dissimili loquendi formâ Sallust. Cat. cap. 4. *De Catilinæ conjuratione, quam verissimè potero, paucis absolvam.* Quod imitatus est Jornandes de Reb. Get. cap. 2. *De Britannia insulâ prius absolvam.* Lactant. Lib. IV. 12. *Nunc de primo, ut cœpimus, explicemus.* Nepos Pelop. cap. 1. *Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam.* Quamobrem non ineptè Cod. chartaceus Biblioth. Leid. in fine Prologi: *Et in hoc libro exponemus de vitis excellentium imperatorum.* Cæterum *relinquetur* pro *relinquamus* repræsentat etiam A.

i *Cum Iasione Thusci filio*] Veneta, *cum Iasone Lætus cum filio.* Vlitt. 3. & A. *Cum Iasone Lætis filio.* Ex Morellianis alter *Iasone Oetæ filio*; alter *Iasone Tetis filio.* Micyllus aliique dederunt, *cum Iasione Electræ & Coryti filio.* quæ emendatoris manum fatentur. Scripti libri videntur velle, *cum Iasone Jovis filio.* Sane Iasona dici quoque videas apud Conon. cap. 21. Nimirum quod notior librariis Argonautarum ille dux Iason, quam Iasion esset, pro hoc obtrusisse nobis illum videntur. Sed hac de re egimus ad Mythol. cap. 250. ubi item *Iason* audit. Matrem ejus fuisse Electram constat inter omnes. De patre controvertitur. Servius ad Æn. III. 168. *Iasius & Dardanus fratres fuerunt Jovis & Electræ filii: vel ut quidam volunt, Dardanum de Jove, Iasium de Corytho procreatum.* Adde quæ idem Grammaticus notavit ad ejusdem libri vers. 170. Isacius: Ἡλέκτρας καὶ Ἀτλαντος καὶ Διὸς Ἰασίων καὶ Δάρδανος. Καὶ Ἰασίων μὲν Δημητρὶς ἐμίσθωσε καρπωσόμενος. Immo & noster Hyginus cap. 250. Myth. Jovis filium facit, ut de hac conjecturâ nostrâ non videatur dubitandum. Plura dicentur infr. ad cap. 22.

k *Quos negant*] *Quos* malebat Clar. Schefferus.

l *Ex eo boves*] Ita & Vlitt. 3. Mythol. cap. 20. *Aves ex pennis suis eos confecerunt.* Vide ibi annotata à nobis.

m *Inventum miratam*] Vlitt. variè.

Bootem appellasse. Ex hoc autem Pareanta demonstrant natum, qui de suo nomine [n] Parios & oppidum Paron appellavit.

V. *Corona.*

Hæc existimatur Ariadnes fuisse, à Libero patre inter sidera collocata. Dicitur enim in insula Dia cum Ariadne Libero nuberet, hanc primum coronam muneri [a] à Venere & Horis accepisse, cum omnes dii in ejus nuptiis dona conferrent. Sed (ut ait qui Cretica conscripsit) quo tempore Liber ad Minoa venit, cogitans Ariadnen comprimere, hanc coronam ei muneri dedit: qua delectata, non recusavit [b] conditionem stupri. Dicitur etiam à Vulcano facta ex auro & Indicis gemmis, per quas Theseus existimatur de tenebris Labyrinthi ad lucem venisse: quod aurum & gemmæ in obscuro fulgorem luminis efficiebant. Qui autem Argolica conscripserunt, hanc afferunt causam: quod Liber cum impetrasset à parente ut Semelem matrem ab Inferis reduceret, & quærens ad eos descensionem, ad Argivorum fines perveniisset, obviam ei quendam factum nomine [c] Hypolipnum, hominem dignum [d] ejus seculi, qui petenti Libero descen-

inventam iratam, inventa miratam, inventam ut arantem. Primum exhibet etiam A. Sed rectum omnino est *inventa miratam.* Cap. 13. *Admiratus est ingenium hominis ad inventa Solis accessisse.*

n *Parios & oppidum Paron*] Ita quidem etiam Soter & Vlitt. 3. Videtur tamen *Parion* scribendum. Vide Steph. in Πάριον. Qui in eo tamen ab Hygino abit, quod conditorem ejus oppidi Parium Iasionis faciat filium, non nepotem. Atque ita quoque Arrianus apud Eustath. in Dionys. p. 74. Πάριος ὁ υἱὸς Ἰασίου, ᾧ ἐπώνυμον τὸ ἐν Ἑλλησπόντῳ Πάριον, ὡς ὁτιοῦν. Amm. Marcell. Lib. XXII. p. 383. ed. Boxhorn. *Parion, quam condidit Iasonis filius Parius.*

Ad CAP. V.

a *A Venere & Horis*] Theo in Arat. p. 11. ed. Morell. ubi perperam editum, ὑπὲρ τῆς Ἀφροδίτης καὶ τῆς Ὥρων. Corrige ὑπό. Loco *muneri*, quod proximè præcessit A. habuit, *pro munere.* Schol. Horat. ad Lib. II. od. 19. *Coronam nuptialem* appellat.

b *Conditionem stupri*] Posterius vocabulum omittunt Vlitt. 2. Terent. Andr. Act. I. sc. I. vers. 52. *Accepit conditionem; deinde quæstum occipit.*

c *Hypolipnum*] Ex MSS. Vlitianis *Ypolimnum* vel *Ipolinum* nonnulli. *Ipolymnum* A. *Hypolimnium* Morelliani codices. Πολύμνιος est Tzetzæ in Lycophronem. Scribe Πολύυπνος apud Tzetzen, & hoc cum Wouwerio *Polyhypnum.* Quæ corruptionis origo sit, discès ex iis, quæ dixi ad Fulgentii libellum de Prisco Sermone in voce *Sculponeas.* Etiam infr. cap. XII. *IGræa* pro *Græa* Vlitt. 3.

d *Ejus seculi*] *Hujus seculi* Vlitt. 3. *Hoc sæculo* alter Morellianus. Notus est hel-

scensionem monstraret. Hunc autem cum vidisset Hypolipnus puerum ætate miranda corporis pulchritudine reliquis præstantem, mercedem petisse ab eo [e] quæ sine detrimento ejus daretur. Liberum autem matris cupidum, si eam reduxisset, jurasse, quod vellet, se facturum: [f] ita tamen, quod Deus homini non pudenti juraret: [g] pro quo Hypolipnus descensum monstravit. Igitur cum Liber ad eum locum venisset & vellet descendere, coronam quam à Venere muneri acceperat, deposuit in eo loco, qui νύφων est à facto appellatus: noluit enim secum ferre, ne immortale donum mortuorum tactu coinquinaretur. Qui cum matrem incolumem reduxisset, Coronam dicitur inter astra collocasse, ut æterna memoria nominis efficeretur. Alii dicunt hanc Coronam Thesei esse, & hac re propter eum collocatam. Nam qui in astris dicitur Engonasin, is Theseus esse existimatur, de quo posterius plura dicemus. Dicitur enim, cum Theseus Cretam ad Minoa cum septem virginibus & sex pueris venisset, Minoa de virginibus [h] Eribœam quandam nomine, candore corporis inductum, comprimere voluisse: quod cum Theseus se passurum negaret, ut qui Neptuni filius esset, & valeret contra tyrannum pro virginis incolumitate decertare: Itaque cum jam non de puella, sed de genere Thesei controversia facta esset, utrum is Neptuni filius esset necne, dicitur Minos aureum anulum de digito sibi detraxisse, & in mare projecisse: quem referre jubet Theseum, si vellet se credi Neptuni filium esse: se enim ex Jove procreatum facile posse declarare. Itaque comprecatus patrem petiit aliquid signi, ut satisfaceret se ex eo natum: statimque [i] tonitru & fulgure cœli, indicium significa-

hellenismus. Balbus ad Ciceronem: *Suscipe curam dignissimam tua virtutis.*

e *Quæ sine detrimento ejus daretur*] *Uxorias voluptates* puta, ut in hac fabulâ loquitur Arnobius. Priap. carm. 2. *Des licet assidnè, nil tamen inde perit.*

f *Ita tamen*] *Irâ tamen* Schefferus. Mallem, *iratè tamen.*

g *Pro quo*] *Tò pro* non habent 3. Vlitt.

h *Eribœam*] Ita & Vlitt. 3. Peribœam tamen, ut Micyllus heic habet, alii vocant. Vitiosè *Acribœam* Veneta.

i *Tonitru & fulgure*] Ita & Vlitt. MSS. 3. *Tonitru & fulgore* Modius. Veneta, *Tenitrnum & fulgorem.*

ficationis feciſſe. Simili de cauſa Theſeus, [k] ſine ulla precatione aut religione parentis, in mare ſe projecit: quem confeſtim delphinum magna multitudo mari provoluta, leniſſimis fluctibus ad Nereidas perduxit: à quibus anulum Minois, & à Thetide coronam, quam nuptiis à Venere muneri acceperat retulit, compluribus lucentem gemmis. Alii autem à Neptuni uxore accepiſſe dicunt. Coronam Ariadnæ Theſeus dono dicitur dediſſe, cum ei propter virtutem & animi magnitudinem uxor eſſet conceſſa: hanc autem poſt Ariadnes mortem Liberum inter ſidera collocaſſe.

VI. *Engonaſin.*

Hunc Eratoſthenes Herculem dicit, ſupra draconem collocatum; de quo ante diximus, eumque paratum ut ad decertandum; ſiniſtra manu pellem leonis, dextra clavam tenentem. Conatur interficere draconem Heſperidum cuſtodem, qui nunquam oculos operuiſſe ſomno coactus exiſtimatur, quo magis cuſtos appoſitus eſſe demonſtratur. De hoc etiam Panyaſis in Heraclea dicit. Horum igitur pugnam Jupiter admiratus, inter aſtra conſtituit. Habet enim draco caput erectum: Hercules autem dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis ejus dextram partem opprimere conatur: dextra manu ſublata ut feriens, ſiniſtra projecta cum pelle leonis, [b] ut quam maxime dimicans appareat: [c] etſi ſit, qui negat hoc quen-

k *Sine ulla precatione*] *Præfatione* alii. Sed alteram lectionem & Veneta & Vlitt. 3. ſtabiliunt.

Ad CAP. VI.

a *Panyaſis in Heraclea*] Videatur Scholiaſtes Germanici in Dracone.

b *Ut quam maximè*] *Ut cum maximè* Vlitt. 3. Eleganter. Vide Giphan. Obſervat. Ling. Lat. pag. 55. Mox pro *appareat* iidem codices *appareret*. Quod & librarius in A. videtur voluiſſe, cum *apparet* nobis reliquerit.

c *Etſi ſit, qui negat* &c.] Locus à malâ manu tactus. Veneta, *etſi qui ſit hic negatu Aratus quicquam poſſe demonſtrare*. Morell. alter, *Etſi quis ſit hic, neget Aratus* &c. MSS. 3. Vlitiani, ut & Anonymi codex: *Etſi qui ſit hic negat Aratus quemquam poſſe demonſtrare*. Quæ ipſiſſima Hygini procul dubio manus eſt, niſi pro *qui* mavis *quis*. quanquam neceſſe haud eſt. Vet. Interpr. Marc. cap. 1. 24. *Scio qui ſis, Sanctus Dei*. Catull. carm. 17. *Ipſe qui ſit, utrum ſit, an non ſit, id quoque neſcit*. Ruffinus Interpr. Euſeb. Hiſt. Lib. 1. *Prævidens qui ſibi præpararetur ſucceſſor*. Ovid. XI. vers. 279. *Qui ſit, Quoque ſatus memorat*. Germanicus: *Non illi nomen, non magni cauſa laboris*.

quenquam (ut Aratus) posse demonstrare: tamen conabimur, ut aliquid verisimile dicamus. [d] Ariethus autem, ut ante diximus, hunc Cetea Lycaonis filium, Megistus patrem, dicit: qui videtur ut lamentans filiam in ursæ figuram conversam, genu nixus [e] palmas diversas tendere ad cœlum, ut eam sibi dii restituant. Hegesianax autem Thesea dixit esse, qui Trœzene saxum extollere videtur: quod existimatur Ægeus sub eo saxo [f] Ellopium ensem posuisse, & Æthræ Thesei matri prædixisse, ne ante eum Athenas mitteret, quam sua virtute lapide sublato, potuisset gladium patri referre. Itaque niti videtur, [g] ut quam altissime possit lapidem extollat. Hac etiam de causa nonnulli Lyram, quæ proxima ei signo est collocata, Thesei esse dixerunt: quod ut [h] eruditus omni genere artium, [i] lyram quoque didicisse videbatur. Idque & Anacreon dicit: [k] ἀγχῦ δαὶ τοῦ Θησέω ἴση λύρη. Alii autem [l] Thamyrin à Musis excæcatum, ut supplicem ad genua jacentem

d *Ariethus*] *Aritus* unus ex Vlitianis. Vide quæ diximus superius ad cap. 1.

e *Palmas diversas*] Vulgo *adversas*. Verum τὸ *diversas* adserunt Vlitt. 3. ut & Germanicus: *Dextro namque genu nixus, diversaque tendens Brachia, supplicíter pansis ad numina palmis.* Palmæ diversæ sunt, quæ in diversas partes tenduntur. Ovid. xi. Met. vers. 262. *In partes diversas brachia tendens.*

f *Ellopium ensem*] Veneta *Elopium*. Vlitt. diversimodè, *Ellopii*, *Allopium*, *Hellopium*. Micyllus & alii, *Pelopium*. Non liquet. Forte Pelops ante eum ensem illum habuerat. Pittheus enim Pelopis filius erat. Nobilissimus Heinsius *Cecropium* scripsisse Hyginum suspicatur. Verba ejus adscribam ex literis, quas ad me dedit: *Pelopius ensis* in Hygini Astronomico, quod Micyllus dedit Lib. II. cap. 6. non fert à me consensum. Haud nego hæc Trœzene apud Pittheum Pelopis filium gesta. Sed non fit credibile Ægeum illic reliquisse ensem, quem à Pittheo accepisset, sed potius suum, & à majoribus sibi relictum, ut evidentiori signo posset agnosci. Hunc ipsum ensem Theseus postea videtur gestasse. Vide Meursium Regni Attici Lib. III. cap. 1. Fors sit ut scripserit Hyginus *Cecropium ensem*. A Cecrope enim si non primo, certè secundo originem ducebat Ægeus. Videtur aberrans librarii manus olim dedisse *Ceclopium*, solemni errore, unde postea *Celopium* & *Elopium* alii fecerint. Sed id pro re certâ haudquaquam affirmem.

g *Ut quam altissimè lapidem extollat*] Veneta, *quam altissimè potest ut extollat*. Vlitt. 3. *quam altissimè possit extollat*. Lege, *Ut quam altissimè possit extollat*. Tè *lapidem* est è glossâ.

h *Eruditus omni genere artium*] Ita & unus è Vlitianis codicibus. Sed duo, *omnium genere artium*. Veneta, *Eruditus omnium artium*. Quam secuti sunt editores ante Morellium.

i *Lyram quoque didicisse*] *Lyrâ* unus ex Vlitianis. Atque ita quoque Modius volebat, cum Cicero dicat in de Senectute: *Discebant enim fidibus.*

k Ἀγχῦ δαὶ τοῦ &c.] Al. Ἀγχῦ Θησέω ἴση λύρη. Sed ἴση λύρη disertim Vlitt. 2. Reliqua confusa, ut legi neutiquam possint.

l *Thamyrin à Musis excæcatum*] Vide Zenob. Cent. IV. 27.

m *Her-*

tem, dicunt. Alii Orphea à Thraciis mulieribus interfici, quod viderit Liberi patris initia. Æschylus autem in fabula, quæ inscribitur Προμηθεὺς λυόμενος, [m] Herculem ait esse, non cum dracone, sed cum Liguribus depugnantem. Dicit enim, quo tempore Hercules à Geryone boves abduxerit, iter fecisse per Ligurum fines: quos conatos ab eo pecus abducere, manus contulisse, & complures eorum sagittis confixisse. Sed postquam Herculem tela deficerent, multitudine barbarorum & inopia armorum defessum, se ingeniculasse, multis jam vulneribus acceptis. Jovem autem misertum filii, curasse ut circa eum magna lapidum copia esset: quibus se Herculem defendisse, & hostes fugasse. Itaque Jovem similitudinem pugnantis inter sidera constituisse. Hunc etiam nonnulli Ixiona brachiis vinctis esse dixerunt, quod vim Junoni voluerit afferre. Alii Promethea in monte Caucaso vinctum.

VII. *Lyra.*

Inter astra constituta est hac, ut Eratosthenes ait, de causa: quod initio à Mercurio facta de testudine, Orpheo est tradita, qui Calliopes & Oeagri filius, ejus rei maxime studiosus. Itaque existimatur suo artificio feras etiam ad se audiendum allicuisse: qui querens uxoris Eurydices mortem, ad inferos descendisse existimatur, & ibi deorum progeniem suo carmine laudasse, [a] præter Liberum patrem: hunc enim oblivione ductus prætermisit, ut Oeneus in sacrificio Dianam. Postea igitur Orpheus, ut complures dixerunt, in Olympo monte, qui Macedoniam dividit à Thracia: sed, ut Eratosthenes ait, in Pangæo sedens, cum cantu delectaretur, dicitur Liber ei objecisse Bacchas, quæ corpus ejus [b] discerperent interter-

m *Herculem ait esse*] Historia hæc est apud Strabon. Lib. IV. p. 174. Dionys. Halicarnass. Lib. I. p. 27. Theonem in Aratum p. 12. ed. Morell. Theonem emendabo in transitu. Οἱ δὴ, inquit, Προμηθέα λέγουσιν. οἱ δὲ Ταύρωλον. ἄλλοι Θόαντα. ἄλλοι δὲ φασιν ἀυτὸν εἶναι τὸ Ἡρακλέα Λίγυσι πολεμήσαντα. Pro Θόαντα repone Θάμυραν. pro Λίγυσι autem Λιγύων.

Ad CAP. VII.

a *Præter Liberum patrem*] Videndi Germanici Scholiastes & Eratosth. κατ. cap. 24.

b *Discerperent*] Ita rectè etiam Soter

terfecti. Sed alii dicunt, quod initia Liberi ſit ſpeculatus, id ei accidiſſe: Muſas autem collecta membra ſepulturæ mandaſſe, & lyram, quo maxime potuerant beneficio, illius memoriæ cauſa figuratam ſtellis inter ſidera conſtituiſſe Apollinis & Jovis voluntate: quod [c] Orpheus Apollinem maxime laudaret, Jupiter autem filio beneficium conceſſit. Alii autem dicunt Mercurium, cum primum lyram feciſſet in Cyllene monte Arcadiæ, ſeptem chordas inſtituiſſe [d] ex Atlantidum numero, quod Maja una ex illarum numero eſſet, quæ Mercurii eſt mater. Deinde poſtea cum Apollinis boves abegiſſet, deprehenſus ab eo, quo ſibi facilius ignoſceret, petenti Apollini ut liceret dicere ſe inveniſſe lyram, conceſſit, & ab eo virgulam quandam muneri accepit: quam manu tenens Mercurius, cum proficiſceretur in Arcadiam, & vidiſſet [e] duos dracones, inter ſe conjuncto corpore, alium alium appetere, ut qui dimicare inter ſe viderentur, virgulam [f] inter utrunque ſubjecit; itaque diſceſſerunt: quo facto, eam virgulam pacis cauſa dixit eſſe conſtitutam. Nonnulli etiam cum faciunt caduceos, duos dracones implicatos virgula faciunt, [g] quod initium Mercurio fuerat pacis. Ejus exemplo [h] & athletæ, & in reliquis ejuſmodi certationibus virgula utuntur. Sed ut ad propoſitum revertamur; Apollo lyra accepta dicitur Orphea docuiſſe; & poſtquam ipſe citharam invenerit, illi lyram conceſſiſſe. Nonnulli etiam dixerunt, Venerem cum Proſerpina ad

& Veneta. Eratoſth. Αἵτινες διέκλεψαν αὐτόν. Perperam *decerperent* Micyllus, quique eum ſecuti ſunt.

c *Quod Orpheus* &c.] Vlitt. 2. *Quorum Orpheus Apollinem maximè laudaret. Jupiter autem filiæ* &c. Etiam Modius τῷ *filiæ* invenit in ſuis libris. Scribendum & diſtinguendum exiſtimem: *Quorum Orpheus Apollinem maximè laudarat, Jupiter autem beneficium filia conceſſit.*

d *Ex Atlantidum numero*] Ita & Vlitt. 3. Schol. German. *Qui intendit chordas Atlantidum numero.* Veneta & aliæ antiquiores, *ad Atlantidum numerum.* Eratoſth. Ἑπτὰ χορδὰς ἐπὶ τὸν Ἀτλαντιδῶν. Leg. Ἀτλαντίδων vel Ἀτλαντίδων. Confer Theonem in Aratum p. 37. ed. Lond.

e *Duos dracones*] *Duo* Vlitt. unus. ἀρχαϊκῶς, ut *ambo* pro *ambos*. De quibus Chariſius Lib. 1.

f *Inter utrumque ſubjecit*] *In utrumque* Vlitt. 3.

g *Quod initium*] Εὐσχῶς Scheffer us: *Quod id initium.* Stabiliunt ejus conjecturam Vlitt. 2.

h *Et Athletæ & in* &c.] Corrigit Faber Agoniſt. 1. 19. *Et Athlothetæ*. Sed ſic poſterius & eſſet inducendum, quod tamen cum Veneta ac Soteriana, tum & 3. Vlitt. præferunt, in quibus legi-

ad judicium Jovis veniſſe, cui earum Adonin concederet: quibus Calliopen ab Jove datam judicem, quæ muſa Orphei eſt mater. Itaque judicaſſe, uti dimidiam partem anni earum unaquæque poſſideret. Venerem autem indignatam, [i] quod non ſibi proprium conceſſiſſet, objeciſſe omnibus quæ in Thracia eſſent mulieribus, ut Orphea, amore inductæ, ita ſibi [k] quæque appeteret, ut membra ejus diſcerperent: cujus caput in mare de monte perlatum, fluctibus in inſulam Lesbon eſt rejectum: quod ab his ſublatum & ſepulturæ eſt mandatum: pro quo beneficio ad muſicam artem ingenioſiſſimi exiſtimantur eſſe. [l] Lyra autem à Muſis, ut ante diximus, inter aſtra conſtituta eſt. Nonnulli ajunt, quod Orpheus primus puerilem amorem induxerit, [m] mulieribus viſum contumeliam feciſſe illis ab hac re interfectum.

VIII. *Olor.*

Hunc Græci κύκνον appellant, quem complures, propter ignotam illis hiſtoriam, communi genere avium a ὄρνιν appellaverunt: de quo hæc memoriæ prodita eſt cauſa: Jupiter cum amore inductus, Nemeſin diligere cœpiſſet, neque ab ea ut ſecum concumberet impetrare potuiſſet, hac cogitatione amore eſt liberatus: jubet enim Ve-

gitur, *& Athletis & in* &c. Lege, *Et Athleticis & in reliquis ejuſmodi certationibus.*

i *Quod non ſibi*] Veneta *ut non ſibi.* Indifferentem iſtarum particularum uſum pridem oſtendit Mariangelus Auctar. epiſt. 6. Conſer not. ad cap. 4.

k *Quæque appeteret*] *Appeterent* Vlitt. 3. Probè omnino. Maro Æn. VI. *Quisque ſuos patimur manes.* Curt. Lib. VI. 1. *In ſuos quiſque ordines currimus.* VII. 4. *In ſuos quiſque vicos dilapſi:* X. 10. *Et quidem ſuas quiſque opes diviſis imperii partibus tuebantur.* Varro apud Nonium p. 755. *Suum quiſque commodum diverſi ſectantur.*

l *Lyra autem à Muſis*] Theo in Aratum p. 32. ed. Morell. Jovem precibus Muſæi motum lyram aſtris intuliſſe narrat.

m *Mulieribus viſum contumeliam feciſſe illis ab hac re interfectum.* Diſtorta illa oratio. Mutem diſtinctionem & unicam literulam: *Induxerit mulieribus, viſum contumeliam feciſſe illis, ac hac re interfectum.* Veneta, id eſt princeps editio, non malè: *Mulieribus viſum contumeliam feciſſe, & hac re ab eis interfectum.* MSS. tamen 3. omiſſa copula: *Contumeliam feciſſe; hac re ab his interfectum.* Vide Ovid. Lib. IX. Met. fab. 1. Conon. Narrat. 41. apud Photium.

Ad CAP. VIII.

a *Ornin nominaverunt*] Unde & Vitruvius ἄπλως *volucrem* vocat Lib. IX. cap. 6.

Venerem aquilæ [b] similatam se sequi, [c] seseque ipse in olorem convertit, & ut aquilam fugiens [d] ad Nemesin confugit, & in ejus gremio se collocavit: quem Nemesis non aspernata, amplexum tenens, somno est consopita: quam dormientem Jupiter compressit, ipse autem avolavit: & quod ab hominibus alte volans cœlo videbatur, inter sidera dictus est esse constitutus: quod ne falsum diceretur, Jupiter è facto cum volantem, & aquilam sequentem, collocavit in mundo. Nemesis autem, ut quæ avium generi esset juncta, [e] mensibus actis, ovum procreavit: quod Mercurius auferens, detulit Spartam, & Ledæ sedenti in gremium projecit, ex quo nascitur Helena, cæteras corporis specie præstans, quam Leda suam filiam nominavit. [f] Alii autem cum Leda Jovem concubuisse in olorem conversum dixerunt: de quo in medio relinquimus.

IX. *Cepheus.*

Hunc Euripides cum cæteris [a] Phœnicis filium, Æthiopum regem, esse demonstravit, Andromedæ patrem, quam [b] Ceto propositam notissimæ historiæ dixerunt. hanc autem Perseum à periculo liberatam uxorem duxisse. Ita-

b *Similatam*] Ita quidem & Soter. Sed *simulatam* cum princeps editio exhibeat, cur barbaro illi *similatam* cedere debeat, causa non est.

c *Seseque ipse* &c.] Veneta, Soter & alter Cod. Morell. *Ipse in olorem conversus, ut aquilam* &c. Nec aliter in suis invenit Vittius.

d *Ad Nemesin confugit*] Tzetzes in Lycophron. Ζεὺς ἐμισοδήσε κύκνῳ μιγνὺς Νεμέσῃ τὴ Ωκεανὸ θυγατρί, εἰς χῆνα, ὡς λυκόφρων, μεταπλασθὲις αὐτὸς. Conser Schol. ad Hesiod. p. 250. ed. Heins. & nostri Hygini Mythol. cap. 77. quæque ibi annotavi.

e *Mensibus actis*] Phædr. Lib. 1. cap. 19. *Instante partu mulier, actis mensibus.* Plautus Amphitr. 1. 3. *Menses jam tibi exactos vides.*

f *Alii autem cum Leda*] Vide Theon. in Arat. p. 33. ed. Morell. Atqui Nemesis eadem est, quæ Leda, ut docet Lactant. Firm. Lib. 1. cap. 21. Atque id voluit etiam Virgilius Ciri: *Cirin Amyclæo formosior anser Ledæ.*

Ad CAP. IX.

a *Phœnicis filium*] Agenoris filium facit Theo in Arat. p. 26. Beli Euripides apud Apollod. Lib. 1. p. 62. ed. Commel. Fuisse Cepheum Andromedæ patrem & regem Æthiopum dicit quidem Euripides apud Eratosth. cap. 15. non autem Phœnicis filium. Nec apud German. Scholiasten id invenias, qui hoc, ut plerunque solet, κ) πόθεν transtulit verba Eratosthenis. *Iasides* dicitur Arato.

b *Ceto propositam*] Παρακειμένου τῷ κήτει βοσκὴν, ut Eratosthenes. German. Schol. *Expostulatamque Andromedan & ceto propositam.* Varro ἀφεὶς ἐξαγωγὴς. *Andromeda vincta & proposita ceto.* Lactant.

Itaque ut totum genus eorum perpetuo maneret, ipsum quoque Cephea inter sidera superiores numerasse.

X. [a] *Cassiepeia.*

De hac Euripides & Sophocles & alii complures dixerunt, ut gloriata sit, [b] se forma Nereidas præstare: pro quo facto inter sidera sedens [c] in siliquastro constituta est: quæ propter impietatem, vertente se mundo, resupinato capite ferri videtur.

XI. *Andromeda.*

Hæc dicitur [a] Minervæ beneficio inter astra collocata, propter Persei virtutem, quod eam Ceto propositam [b] à periculo liberarat: [c] nec enim ab ea minorem animi benevo-

ctant. Argum. Metam. Ovid. Lib. v. fab. 1. *Propositam belluæ marinæ.* Plin. Lib. v. cap. 31. *In Phœnices deinde mari est ante Ioppen Paria, tota oppidum, in quâ objectam belluæ Andromedam ferunt.*

Ad CAP. X.

a *Cassiepeia*] Vlitt. unus, *Cassiepia*, quod idem est, ut & *Cassiepea*, Κασσίπεια. *Cassiopea* heic habet Veneta, quomodo & apud Scholiast. German. Lactant. Lib. IV. Metam. Ovid. fab. 19. Capellam Lib. VIII. Vitruv. Lib. IX. cap. 5. Virgil. Eclog. ad Messallam, aliosque hoc vocabulum exaratum visitur. Sed perperam, Scaligero judice ad Manil. p. 459. *Cassiope*, inquit, & *Cassiepea*, *non Cassiopea*, dicitur. Sed Κασσιόπεια legitur etiam apud Lucian. περὶ Ὀρχήσ. pag. 933. ed. Bened. Sic Βερενίκη & Βερονίκη, Σθενέβοια & Σθενόβοια inventa à me sunt tam apud Græcos, quam Latinos. Vide loca in notis ad Mythol. cap. 56.

b *Se formâ Nereidas* &c.] Non agnoscit τὸ *se* unus de Vlitt. Et salvâ Latinitate abesse potest. Ter. Eun. I. 2. *Venturum ad me constituit.* Curt. VIII. 11. *Constituit daturum.* Tibull. I. 7. *Et simulat transire domum.*

c *In siliquastro*] Διφρον appellat Eratosth. cap. 16. Καθίδρα Theo ad Arat. p. 27. *Sellam* Schol. German. *Sedile* noster Lib. IV. cap. 6. & rectè quidem. Varro L. L. Lib. IV. cap. 6. *Ab sedendo appellantur sedes, sedile, sellæ, siliquastrum.* Confer Festum in *seliquastrum.* A siliqua formandum heic censet vir doctus, & pœnæ vult esse instrumentum. At pœnæ satis erat, quod in sellâ resupinato capite ferretur. Manil. Lib. I. *In pœnæ signata suæ.* Manus autem extensas cur habeat, explicat Theo in Aratum pag. 27. Ἡ δὲ Κασσίπεια δοκοπαλάμους ἔχει τὰς χεῖρας εἰς ὀργάνου ἐμφέρειαν ὥσπερ γεφυροπαλάμων. Καὶ εἰκότως αἱ χεῖρες ἐν τῷ πτώσει ἐμφέρεις ὥσπερ ἐπαιωρίσθαι τῷ παιδί. Scrib. τῇ παιδί. Aratus: Φοίνικιν αἰτάζειν ὀπὶ παιδί.

Ad CAP. XI.

a *Minervæ beneficio*] Eratosthenes cap. 17. Διὰ τὴν Ἀθηνᾶν τῷ Περσέϊ ἆθλον ὑποδεικνύμενα, vel ὑποδειγμα, ut habet Theo in Aratum p. 28. Schol. German. *Beneficio Minervæ astris recepta est.*

b *A periculo liberaret*] Scrib. *liberarat* cum Venet. Sanct. & Micyll. Etiam præpositionem omittunt codices 2. ex Vlitt.

c *Nec enim* &c.] Delet τὸ *enim* Schefferus. Ego mutare malim in *etiam*. Idem vitium occurrit supra cap. 3.

Unable to display this page

Unable to display this page

va injecta, de arce Athenienſium ſe præcipitaverunt: anguis autem ad Minervæ clypeum confugit, & ab ea eſt educatus. Alii autem anguina tantum crura habuiſſe Erichthonium dixerunt, eumque primo tempore adoleſcentiæ ludos Minervæ Panathenæa feciſſe, & ipſum quadrigis concurriſſe, pro quibus factis inter ſidera dicitur collocatus. Nonnulli etiam, qui de ſideribus ſcripſerunt, hunc natione Argeum, [d] Orſilochum nomine, primum quadrigarum inventorem eſſe dixerunt, & pro inventione ſiderum locum poſſediſſe. Alii autem hunc Mercurii filium [e] ex Elicia natum, nomine Myrtilum, Oenomai aurigam definierunt, cujus poſt notam omnibus mortem parens corpus in mundo conſtituiſſe exiſtimatur. Hujus in humero ſiniſtro Capra inſtare & in manu ſiniſtra Hœdi [f] videntur formati: de quibus nonnulli ita dicunt: Olenum quendam fuiſſe nomine Vulcani filium: ex hoc duas nymphas Ægа & Helicen natas, quæ Jovis fuerunt nutrices. Alii autem etiam ab his urbes quaſdam [g] appellari dixerunt, & Olenon [h] in Aulide, Helicen autem in Peloponneſo, & Ægam in Æmonia [i] ibi nominari: de quibus [k] Homerus in Iliados ſecundo dicit. Parmeniſcus autem ait, Meliſſea quendam fuiſſe Cretæ regem: ad ejus filias Jovem nutriendum eſſe delatum: quæ quod lac non habuerint, capram ei admiſiſſe, Amaltheam nomine, quæ eum dicitur educaſſe. Hanc autem geminos hœdos ſolitam eſſe procreare, [l] & fere eo tempore pe-

d *Orſilochum*] Vide Scheffer. de Re vehiculariâ Lib. 1. cap. 2. Paul. Leopard. Emend. Lib. 1. cap. 6.

e *Ex Elicia natum*] Malè. Rectum eſt *Clytiâ*, quod Soter & Micyllus dederunt. Vide not. ad Mythol. cap. 84. & 242. Dormitavit heic Morell. ut & mox cum *apparens corpus* &c. excudit pro *parens* &c.

f *Videntur formati*] Præfero *deformati*, quod in ſuis invenit Vlitius. Vide ſupr. cap. 4. & Præfat. Lib. 1.

g *Appellari dixerunt*] *Dicunt* Vlitt. 2.

h *In Aulide*] Imo in *Ætolide* ſive *Ætolia*. Vide Steph. in Ὦλενος. Sed hæc cum ſcripſiſſem, vidi Palmerium in deſcriptione Græciæ Lib. IV. cap. 10. emendare *Æolide*. Quod eodem redit, cum Æolis pars Ætoliæ fuerit.

i *Ibi nominari*] Fort. *Abiis*.

k *Homerus Iliados ſecundo*] Euſtath. in Hom. p. 220. ed. Baſil. Ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν ὅτι μὴ Στικτὴν Πελλήνην κεῖσθαι. εἶτα Αἴγειρος δὲ πόρος. πρὸς Αἰγαί. ἃς δὲ Αἰγὰς λίγκοι ἰνικάς, Ποσειδάωνος ἱερὰ ἔχουσι. τὰ δὲ τοῦ βάρος. μεθ' ὃν Ἑλίκη. μετὰ δὲ τοῦτο Αἴγιον δὲ Πατρεῖς. εἶτα Ὦλενος &c.

l *Et fere eo tempore*] Mallem, *forte eo tempore*.

m Te-

peperisse, quo Jupiter nutriendus est allatus. Itaque propter beneficium matris & hœdos quoque dicitur inter sidera collocasse. Hos autem Hœdos Cleostratus [m] Tenedius dicitur primus inter sidera ostendisse. [n] Musæus autem dicit Jovem nutritum [o] à Themide & Amalthea nympha, quibus eum mater Ops tradidisse existimatur: Amaltheam autem habuisse capram quandam ut in deliciis, quæ Jovem dicitur aluisse. Nonnulli etiam Ægam Solis filiam dixerunt, multis candore corporis præstantem, cui contrarius pulchritudini horribilis aspectus existebat: quo Titanes perterriti petierunt à Terra ut [p] ejus corpus obscuraret: quam Terra specu quodam celasse dicitur in insula Creta: quæ postea [q] Jovis fuisse nutrix, ut ante ostendimus, demonstratur. Sed cum Jupiter fidens adolescentia, bellum contra Titanas appararet, responsum est ei, si vincere vellet, ut αἰγὸς pelle tectus & Capite Gorgonis, belluin administraret, quam Ægida Græci appellaverunt. Itaque facto eo, quod supra declaravimus, Jupiter Titanas superans regnum est adeptus, & reliqua ossa αἰγὸς caprina pelle contecta, anima donavit, & [r] stellis figuratam memoriæ commendavit: & postea, quibus ipse vicerat tectus, Minervæ concessit. Euhemerus ait Ægam quandam fuisse Panos uxorem: eam ab Jove compressam peperisse, quem viri sui Panos diceret filium. Itaque pue-

m *Tenedius*] *Teneus* MSS. 3. ex Vlitt. Non malè, ut arbitror. Vide Steph. in Τῆν@.

n *Musæus autem*] Al. *Mnaseas*. Nihil mutandum mecum censebit, qui inspexerit Eratosthenis Asterism. cap. 13. Puto innui Eumolpi filium Atheniensem, qui, auctore Laertio, primus Theogoniam scripsit. Laudat quoque hunc auctorem German. Schol. in Erichthonio, ut & Lactant. Lib. 1. cap. 21. nec non Hyginus infra denuo cap. 21. Alius Musæus fuit, cujus scripta adducuntur à Plinio non uno loco.

o *A Themide & Amaltheâ*] Vide not. ad Myth. cap. 182.

p *Ejus corpus obscuraret*] *Obscurarent* Veneta. *Obscuraretur* Vlitt. 3. Fabulam invenies apud Eratosthenem.

q *Jovis fuisse nutrix*] *Jupitris* Veneta & Micyll. aliæque antiquiores.

r *Stellis figuratam*] *Figurata* Vlitt. 2. ut ad *ossa* referatur. Sed perperam, opinor. Eratosthenes: Τὰ ὀστᾶ ἢ τὸ αἰγὸς κελύφαν@· ἄλλη δορᾷ, ἐξ ἐμψύχου αὐτῷ ἐξ ἀθανάτου κελασκεύασαν@· Scholiastes Germanici heic mirificè corruptus est: *Eo tectus tegmento capræ, tergo alterius pellis tecta restituit, vitæ etiam immortalitate donavit, cœlique astris intulit, & ejus pellem nominavit.* Lego: *Eo tectus tegmento, capræ ossa tergo alterius pellis tecta restituit vitæ, & eam immortalitate donavit cœlique astris intulit, & ejus pellem ægida appellavit.*

s Ægi-

puerum [s] Ægipana, Jovem vero Ægiochum dictum: qui, quod eum diligebat plurimum, inter astra [t] capræ figura memoriæ causa collocavit.

XIV. *Ophiuchus.*

Qui apud nostros scriptores [a] Anguitenens dictus est, supra Scorpionem constitutus, tenens manibus anguem medium corpus ejus implicantem. Hunc complures [b] Carnabonta dixerunt nomine, [c] Getarum regem, qui sunt in Mysia regione, fuisse: qui eodem tempore [d] regno est potitus, quo primum semina frugum mortalibus tradita esse existimantur. Ceres enim cum sua beneficia largiretur hominibus, Triptolemum, cujus ipsa fuerat nutrix, in curru draconum collocatum (qui [e] primus hominum una rota dicitur usus, ne cursu moraretur) jussit omnium nationum agros circumeuntem semina partiri, quo facilius ipsi posterique eorum à fero victu segregarentur. Qui cum perveniisset ad eum, quem supra diximus, Getarum regem, ab eo primum hospitaliter acceptus: deinde, non ut beneficus advena & innocens, sed ut crudelissimus hostis, insidiis captus, aliorum paratus producere, suam pene perdidit vitam. Carnabontis enim jussu cum draco unus eorum esset interfectus, ne cum Triptolemus sensisset insidias sibi parari, curru præsidium sibi constituere speraret, Ceres eo veniisse, & ereptum adolescenti

s *Ægipana*] *Ægipan* Venet. cum 3. MSS. Vlitt. Sed rectum est alterum. Vide Mythol. cap. 155.

t *Capræ figura*] *Figuram* Morell. alter. Præfero vulgatum, & refero ad *puerum*.

Ad CAP. XIV.

a *Anguitenens*] Ὀφιοῦχος. *Serpentarius* est Schol. Germanici.

b *Carnabonta*] Ita & 2. Vlitt. *Carnubuta* dicitur in Venetâ, & quæ eam secutæ sunt.

c *Getarum regem*] Morellianus uterque, ut & 2. ex Vlitt. *Getarum, qui sunt in Thraciâ, regem fuisse.*

d *Regno est potitus*] *Rerum* Morell. alter. *Regnum* unus ex Vlitt.

e *Primus hominum*] *Omnium* Vlitt. 2. & mox, *ne curru* unus. Quod sensum non incommodum facit. Cl. Schefferus de Re Veh. Lib. 1. cap. 2. emendat, *ne cursum*. Perquam facilis est meum *cursus* & *currus* permutatio. Certè Catal. Vett. poetar. Lib. III. ubi ortum solis describunt Scholastici, perperam legitur in epigrammate Maximiniani: *Prævia flammiferi cursus Aurora rubebat*. Leg. *flammiferi currus*. Julianus: *Cum sol igniferos currus è gurgite magno sustulit. Portantes lumina currus* vocat Ovid. 11. Met. Quintus Cicero in Eclogario Ausonii: *At dextra lævaque ciet rota fulgida solis Mobile cuncticlum*.

f *Apud*

ti currum, dracone altero subjecto, reddidisse; regem pro cœpto maleficio pœna non mediocri affeciſſe narratur. Hegesianax enim dicit, Cererem memoriæ hominum causa ita Carnabonta sideribus figurasse, manibus tenentem draconem, ut interficere existimetur: qui ita vixerat acerbe, ut jocundissimam sibi consciſceret mortem. Alii autem Herculem esse demonstrant, in Lydia [f] apud flumen Sagarim anguem interficientem, qui & homines complures interficiebat, & ripam frugibus orbabat. Pro quo facto [g] ab regina Omphala, quæ ibi regnabat, multis ornatum muneribus Argos remissum; [h] ab Jove autem propter fortitudinem inter sidera collocatum. Nonnulli etiam Triopam Thessalorum regem dixerunt esse: qui cum suum domicilium [i] tegere conaretur, Cereris ab antiquis collocatum diruit templum. Pro quo facto à Cerere fame objecta, nunquam postea frugibus ullis saturari potuisse existimatur. Novissime prope ad terminum vitæ dracone objecto, mala plurima perpessus, aliquando [k] mortem adeptus, inter astra Cereris voluntate est constitutus. Itaque adhuc videtur eum draco circumplexus æterna [l] mœrentem afficere pœna. [m] Polyzelus autem Rhodius hunc Phorbanta nomine demonstrat, qui Rhodiis auxilio maximo fuisse demonstratur. Nam cum eorum insulam, serpentium multitudine occupatam, cives [n] Ophiusam appellassent, & in ea multitudine ferarum draco fuisset ingenti magnitudine, qui plurimos eorum in-

f *Apud flumen Sagarim*] Aliter *Sangarius* dicitur hic fluvius. Vide Ortelium in eâ voce.

g *Ab reginâ Omphalâ*] *Ab Omphala*. Vlitt. 2. & rectè quidem. Manifestum enim glossema *regina*, cum statim sequatur, quæ ibi regnabat.

h *Ab Jove*] *Ab Jupitre* Veneta.

i *Tegere conaretur*] *Figere* edidit cum Parisiensibus Cl. Scheffer. Sed alterum Veneta, Micylliana, & MSS. 2. ex Vlitt. tuentur.

k *Mortem adeptus*] Quæ pro munere nempe illi erat. Nam, *ut mors est necessaria omnibus hominibus, ita etiam est requies perpetua laborum*, quemadmodum loquitur Horat. Scholiastes ad Lib. 11. od. 18. Morellianus alter, *morte ademptus*. Quod licet aptius Morellio & Scheffero visum fuerit, mihi tamen probare se neutiquam potest.

l *Mœrentem*] *Merentem* Venet. Micyll. & Parisiensis.

m *Polyzelus*] Meminit ejus Athenæus Lib. 1. & VIII. Conser Voss. de Histor. Græc. Lib. IV. p. 346. Perperam *Policeus* Veneta. *Polizeius* Soter & Parisiensis.

n *Ophiusam*] Vide Eustath. in Dionys. p. 73. Hieron. Chronico Eusebiano: *Telchines Rhodum condiderunt, quæ prius Ophiusa dicebatur.*

o *Trio-*

interfeciſſet, & patria denique deſerta carere coegiſſet, dicitur Phorbas [o] Triopæ filius ex [p] Hiſcilla Myrmidonis filia natus, eo tempeſtate delatus, omnes feras & eum draconem interfeciſſe: qui cum maxime Apollini dilectus eſſet; locatus inter ſidera dicitur, ut interficiens draconem laudis & memoriæ cauſa videretur. Itaque Rhodii, quotieſcunque à litore longius [q] prodeunt, claſſes prius ſacrificant Phorbantis adventui, [r] talis ut illis eventus inopinatæ virtutis accidat civibus qualis inſcium Phorbanta futuræ laudis ad ſidera gloriæ pertulit caſus. Complures etiam aſtrologi hunc Æſculapium finxerunt, quem Jupiter Apollinis cauſa inter aſtra collocavit. Æſculapius enim cum eſſet inter homines, & tantum medicina cæteris præſtaret, ut non ſatis ei videretur hominum dolores levare, niſi etiam mortuos revocaret ad vitam, noviſſime fertur Hippolytum, qui iniquitate novercæ, & inſcientia parentis erat interfectus, ſanaſſe, ita uti Eratoſthenes dicit. Nonnulli Glaucum [s] Minois filium ejus opera revixiſſe dixerunt: pro quo, ut peccato, Jovem domum ejus fulmine incendiſſe: ipſum autem propter artificium & Apollinem ejus patrem inter ſidera anguem tenentem conſtituiſſe. Ut quidam dixerunt, hac de cauſa anguem dicitur tenere: quod cum Glaucum cogeretur ſanare, concluſus [t] quodam loco ſecreto, bacillum tenens manu, cum quid ageret cogitaret, dicitur anguis ad bacillum ejus arrepſiſſe: quem Æſculapius mente commotus interfecit, bacillo fugientem feriens ſæpius. Poſtea fertur alter anguis eodem veniſſe, ore ferens herbam, & in caput ejus impoſuiſſe: quo facto, utroſque loco fugiſſe:

o *Triopæ filius*] Vide not. ad Mythol. cap. 145. Malè *Triopi filius* dicitur à viro docto ad Eratoſth. pag. 18. Triopæ Phorbantis filio Lib. IV. id tribuit Diodorus Siculus, apud quem hanc hiſtoriam habes. Vide & Meurſ. Rhod. Lib. I. cap. 5.

p *Hiſcilla*] Ita & in margine Micyllus, cujus editio *Hyocla* exhibet. *Hyſcella* Veneta. Vlitiani codices *Hiſcela* vel *Hiſchela*.

q *Prodeunt, claſſes* &c.] *Prodeunt claſſe* Vlitt. Quod conjectura aſſecutus quoque Scheffer us eſt.

r *Talis ut illis*] *Ut illius talis* Veneta. Vlitt. variè, *ut aliis talis, ut talis*, expuncto *ut illis*.

s *Minois*] *Minoos* Veneta & aliæ antiquiores. Quod ἀμφότερα eſt.

t *Quodam loco ſecreto*] Τὸ *ſecreto* omittit alter Morellianus, ut & unus è Vlitianis.

n Qua

se: [u] qua re Æsculapium usum, & eadem herba Glaucum revixisse. Itaque anguis & [x] in Æsculapii tutelam, & in astris dicitur collocatus: qua consuetudine ducti posteri ejus tradiderunt reliquis, ut medici anguibus uterentur.

XV. *Sagitta.*

Hanc unam de Herculis telis esse demonstrant, qua Aquilam dicitur interfeciisse, quæ Promethei jocinora fertur exediisse: de quo [a] pluribus verbis dicere non inutile videtur. Antiqui cum maxima cerimonia deorum immortalium sacrificia administrarent, soliti sunt totas hostias in sacrorum consumere flamma. Itaque cum propter sumptus magnitudinem sacrificia pauperibus non obtingerent, Prometheus qui propter excellentiam ingenii miram, homines finxisse existimatur, [b] recusatione dicitur ab Jove impetrasse, ut partem hostiæ in ignem conjicerent, partem in suo consumerent [c] victu: idque postea consuetudo confirmavit. Quod cum facile à deo, [d] non ut ab homine avaro impetrasset, ipse Prometheus immolat tauros duos. quorum primum jocinora cum in ara posuisset, reliquam carnem ex utroque tauro in unum compositam corio bubulo texit: ossa autem, [e] quæ circa fuerunt reliqua, pelle contecta in medio collocavit, & Jovi fecit potestatem, ut quam vellet eorum sumeret partem. Jupiter autem

u *Qua re Æsculapium usum, & eadem*] Al. *Quare Æsculapium usum eadem herbâ, & Glaucum* &c.

x *In Æsculapii tutelam*] Ita quidem & Soter. Præfero tamen *tutela*, quod Veneta, Micyll. & Sanct. exhibent. Mox Veneta & antiquiores, *tradiderunt, ut reliqui medici.* Sed alterum adstruunt Vlitt. 3.

Ad CAP. XV.

a *Pluribus verbis*] Posterior vox non comparet in Vlitt. 2. nec malè abest. Phædrus Lib. III. cap. II. *Hæc executus sum propterea pluribus.*

b *Recusatione*] Cl. Schefferus suspicatur scriptum fuisse *excusatione.* Putarim rectius fore, *hac usus ratione.* Nempe quod propter sumptus magnitudinem non contingerent sacrificia pauperibus.

c *Victu*] Ita & Soter & unus Vlitianorum. Al. *usu.*

d *Non ut ab homine avaro*] Tò *ut* non agnoscunt Vlitt. 2. Forte rectius est, *non, ut homine, avaro.* Qui non esset avarus, ut homo. Avaritia enim hominum, non Deorum vitium.

e *Quæ circa fuerunt reliqua, pelle* &c.] Soter dedit, *quæ circa reliqua fuerunt.* Veneta & aliæ antiquiores, *quæ circum fuerunt reliqua, pelle* &c. Mutat distinctionem Schefferus, *quæ circa fuerunt; reliquâ pelle.* Nec sanè aliter in Micyllianâ vel Parisiensi editione distingui-

tem etsi non pro divina fecit cogitatione, neque [f] ut deum licebat, omnia qui debuit ante providere: sed (quoniam credere instituimus historiis) deceptus à Prometheo, utrunque putans esse taurum, delegit ossa pro sua dimidia parte. Itaque postea in solennibus & religiosis sacrificiis carne hostiarum consumpta, [g] reliquias, quæ pars fuit deorum, eodem igni comburunt. Sed ut ad propositum revertamur: Jupiter cum factum rescisset, animo permoto mortalibus eripuit ignem, ne Promethei gratia plus deorum potestate valeret, neve carnis usus utilis hominibus videretur, [h] cum concoqui non posset. Prometheus autem consuetus insidiari, sua opera ereptum mortalibus ignem restituere cogitabat. Itaque cæteris remotis, devenit ad Jovis ignem: quo diminuto & in ferulam conjecto, lætus ut volare, non currere videretur, ferulam jactans, ne spiritus intercluſus [i] vaporis extingueret in angustia lumen. Itaque homines adhuc plerunque, qui lætitiæ fiunt nuncii, celerrime veniunt. [k] Præterea in certatione ludorum cursoribus instituerunt ex Promethei consuetudine, ut currerent lampadem jactantes. Pro quo Jupiter facto mortalibus parem gratiam referens, mulierem tradidit his, quam à Vulcano factam [l] deorum voluntate omni munere donavit, itaque Pandora est appellata: Prometheum autem in monte Scythiæ nomine Caucaso ferrea catena vinxit: quem alligatum ad triginta millia annorum Æschylus tragœdiarum scriptor ait. Præterea admisit ei aquilam, quæ assidue noctu renascentia jocinora exes-

guitur. Morellianus alter & Vlitt. 2. habent, *quæcunque fuerunt, reliquâ* &c. Quod probo. Fabula est apud Hesiod. Θεογ. vers. 541. ubi tamen non pelle, sed αἰγὸς δημῷ dicitur contexisse ossa. Id quod & apud Lucianum legas, ad quem lectorem remittimus.

f *Ut Deum licebat*] Nec Latinum hoc, nec aptum ad sententiam videtur. Forte scripserat, *decebat*.

g *Reliquias, quæ pars fuit Deorum*] Schol. Hom. Iliad. A. 461. Ἔκαυσαν μικρὸν ἀπὸ παντὸς μέρους, καὶ ἐπέθηκαν ἐπὶ τὰ μηρία, ἃς δὴ καὶ ὅλα τὰ μηρία Ϝ ἱερεῖα καλοῦσι.

h *Cum concoqui*] Præferendum omnino *cum coqui*, quod Veneta, Micyll. & aliæ exhibent.

i *Vaporis*] Ita & Veneta & MSS. 3. Vlitt. Al. *vaporibus*.

k *Præterea in certatione ludorum*] Ita & MSS. 3. Vlitt. Morell. alter, *in concitatione ludorum*. Fort. *in concertatione*. Vulgo editur, *præterea totum à certatione ludorum*. Unde *votiva à certatione* facit Valesius.

l *Deorum voluntate*] *Voluntas* MSS. 3.

m *Cum-*

exesset. Hanc autem aquilam nonnulli ex Typhone & Echidna natam: alii ex Terra & Tartaro: [m] complures Vulcani factam manibus demonstrant, animamque ei ab Jove traditam dicunt. Sed de ejus solutione hæc memoriæ prodita est causa: Cum Jupiter Thetidis connubium pulchritudine corporis inductus peteret, neque à timida virgine impetraret, neque ea re minus efficere cogitaret, illo tempore Parcæ feruntur cecinisse fata, quæ perfici natura voluit rerum. dixerunt enim, quicunque Thetidis fuisset maritus, ejus filium patre fore laude clariorem: quod Prometheus non voluntate, sed necessitudine vigilans, auditum Jovi nunciavit: qui veritus id, quod ipse Saturno patri fecisset in simili causa, [n] ne patris regno privatus cogeretur, destitit Thetin velle ducere uxorem: & Prometheo pro beneficio meritam retulit gratiam, eumque vinculis liberavit: neque id, quod fuerat juratus, remisit, vacuum omni alligatione futurum. Sed memoriæ causa ex utraque re, hoc est lapide & ferro, digitum [o] sibi vinciri jussit: qua consuetudine homines usi, quo satisfacere Prometheo viderentur, anulos lapide & ferro conclusos habere cœperunt. Nonnulli etiam coronam habuisse dixerunt, ut se victorem impune peccasse diceret. Itaque homines in maxima lætitia victoriisque coronas habere instituerunt: id in exercitationibus & conviviis perspicere licebit. [p] Sed, opinor, ad initium causæ & interi-

m *Complures Vulcani factam manibus demonstrant*] Hanc lectionem non Modiani tantum, sed & tres Vlitiani codices stabiliunt. Veneta habet, *Alii ex Terrâ & Tartaro. Complures à Vulcano factam. Hunc complures* &c. Heic interserie totam illam historiam de Carnobonte ex capite præcedente. Dein pergit, *Polyzelus autem Vulcani factam manibus demonstrat, animamque* &c. Vides heic etiam illa duo prima vocabula ex eodem capite translata. Sunt enim initium narrationis de Phorbante, quæ alteri illi de Carnobonte ibi statim subnectitur. Hæc ergo causa est, cur vitiosè editi ante Soterem exhibeant, *complures à Vulcano factam. Polyzelus autem Vulcani factam manibus demonstrat.* Soter primus locum hunc integritati restituit.

n *Ne patris regno*] Ita & Veneta & Soter, nec non 2. ex Vlitt. Sed pro *patris* mallet *pati* Cl. Schefferus.

o *Sibi vinciri*] Ita quidem & Soter. Sed *vincire* Veneta, Micylliana, & cæteræ antiquiores. De fabulâ vide quæ annotavi ad Mythol. cap. 144. & Stanleium ad Prometh. Vinctum Æschyli p. 719.

p *Sed, opinor, ad* &c.] Al. *sed opinio est. ad initium* &c. Frigent omnino illa, *sed opinor, sed opinio est.* Præferam, quod in uno de codicibus suis invenit Vlitius, *sed potius ad initium.*

ritum Aquilæ revertamur. Hercules missus ab Euristheo ad Hesperidum mala, nescius viæ, devenit ad Promethea, quem in Caucaso monte vinctum fuisse supra diximus: q à quo via demonstrata victoriæ, dum iter faceret, contendit ut & draconem, de quo ante diximus, interfectum diceret, & gratiam pro beneficio referret: nam confestim honorem quem potuit, reddidit merenti. r* Qua dimissa, homines instituerunt, ut hostiis immolatis jocinora consumerent in deorum altaribus, ut s exsaturare eos pro viscéribus Promethei viderentur. Ut Eratosthenes autem de Sagitta demonstrat, hac Apollo Cyclopas interfecit, qui t fulmen Jovi fecerunt, quo Æsculapium interfectum complures dixerunt. Hanc autem sagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodisse. Cum autem Jupiter ignoverit filio, ipsam sagittam vento ad Apollinem perlatam cum frugibus, quæ eo tempore nascebantur. Hanc igitur ob causam inter sidera demonstrant.

XVI. a *Aquila.*

Hæc est quæ dicitur Ganymedem rapuisse, & amanti Jovi tradidisse: hanc etiam Jupiter primus ex avium genere sibi delegisse existimatur: quæ sola tradita est memoriæ contra solis exorientis radios b contendere volare: itaque super Aquarium volare videtur. Hunc enim com-

plu-

q *A quo via demonstrata victoriæ*] Veneta, *A quo via demonstrata victoria dum iter facere contendit.* Sanè τὸ *victoria* servant etiam MSS. 3. Vitiosum tamen, & mutandum forte in *victor jam.* Micyllus & qui eum sequuti sunt dederunt, *via demonstrata, partaque victoria ad eum iter facere contendit, ut & draconem.* Sed τὸ *partaque* non habent MSS. Lego, *A quo via demonstratâ, victor jam ad eum iter* &c.

r* *Qua dimissa* &c.] *Quo dimisso* Vlitianorum unus. quod esset ad Promethea referendum. Sed ante verba ista excidisse nonnulla de aquilâ interfectâ non de nihilo suspicatur Micyllus.

s *Ut exsaturare eos pro viscéribus*] Sic & Vlitt. 3. nec non Veneta, nisi quod pro *exsaturare* habet *saturare.* Forte scripserat, *ut eis* (nempe jocinoribus) *saturare eos pro viscéribus.* Per jocinora intelligit σπλάγχνα.

t *Fulmen Jovi fecerunt*] Vid. Mythol. cap. 49. Eratosth. cap. 29. Ubi perperam editum, τῶν τὸ βέλος ἐφ' ἑξικὸν, ὃ φασιν εἶναι Ἀπόλλωνος. Leg. Ἀπόλλωνι.

Ad CAP. XVI.

a *Aquila. Hæc est quæ dicitur*] Concisius Vlitt. 2. *Aquila. Hæc dicitur* &c. Mox pro *primus* unus exhibet *primum.*

b *Contendere volare*] Ita & unus Vlitianus. Sed Veneta aliæque antiquiores, *contendere valere.* Unde *os contendere valere* Schefferus. Hygin. infr. cap. 18. *Cum ad cœlum contenderet evolare.*

c *Coen*

plures Ganymedem esse finxerunt. Nonnulli etiam dixerunt Meropem quendam fuisse, qui [c] Coon insulam tenuerit regno, & à filiæ nomine Coon, & homines ipsos à se Meropas [d] appellaret. Hunc autem habuisse uxorem quandam nomine Ethemeam, genere Nympharum procreatam: quæ [e] cum desierit colere Dianam, ab ea sagittis figi cœpit, tandemque à Proserpina viva ad inferos [f] arrepta est: Meropem autem desiderio uxoris permotum, mortem sibi consciscere voluisse: Junonem autem misertam ejus in Aquilam corpus ejus convertisse, & inter sidera constituisse: ne si hominis effigie eum collocaret, nihilominus memoriam tenens, conjugis desiderio moveretur. Aglaosthenes autem qui Naxica scripsit, ait Jovem Cretæ surreptum, Naxum delatum, & ibi esse nutritum: qui postquam pervenerit ad virilem ætatem, & voluerit bello lacessere Titanas, sacrificanti [g] ei Aquilam auspicatam: quo auspicio usum esse, & eam inter astra collocasse. Nonnulli etiam dixerunt Mercurium, alii autem Anapladem pulchritudine Veneris [h] inductum in amorem incidisse: & cum ei copia non fieret, [i] animum, ut contumelia accepta, defeciisse: Jovem autem misertum ejus, cum Venus in Acheloo flumine corpus ablueret, misisse aquilam quæ soccum ejus [k] in Amythaoniam Ægyptiorum delatum Mercurio traderet: quem persequens Venus ad cupientem sui pervenit: qui copia facta, pro beneficio Aquilam in mundo collocavit.

XVII. *Del-*

c *Coon insulam*] *Coum* Vlitt. 2. *Coam* Veneta cum Micyll. & aliis. Sed rectum est *Coon*. Dicitur enim insula illa non tantum Κῶε, sed & Κάως, Κόως, & Κῷος, Eustathio auctore in Iliad. K. Conser Steph. in Κῶε.

d *Appellaret*] Flagitat orationis nexus, ut rectè vidit Scheffetus, *appellarit*.

e *Cum desierit*] Scribe *desisset* cum 3. Vlitt.

f *Arrepta est*] Lego, *abrepta est*. Mox pro *Cretæ surreptum* malim *Cretâ* &c.

g *Aquilam ei auspicatam*] In auspicio apparuisse. Vide Schol. German. & quæ dixi ad Fulg. Mythol. Lib. 1. cap. 25.

h *Inductum*] Al. *ductum*. Sed illud stabiliunt ista cap. 20. *Phryxi Athamantis filii corpore inductam in amorem incidisse.*

i *Animum defeciisse*] Præfero *animo*, quod Morellianus uterque & unus ex Vlitt. habent.

k *In Amythaoniam*] Ita exhibuit quoque in margine Micyllus. Volgata lectio est, quæ & in Veneta comparet, *Amitenea*. Vlitt. codices diversimodè, *Amitonea*, *Amythonea*, *Amithonea*. Amythaonia pars Elidis est Stephano.

Unable to display this page

ros artificio præstaret, & circum insulas quæstus causa vagaretur, servuli ejus arbitrati plus in perfidiosa libertate commodi, quam in placida servitute esse, cogitare cœperunt, ut domino in pelagus projecto, bona ejus inter se partirentur. Qui cum cogitationem eorum sensisset, petiit non ut dominus à servis, [e] & innocens ab improbis, sed ut parens à filiis, [f] ut se liceret ornare, qua sæpe vicerat veste, quoniam nemo esset alius qui, ut ipse, suum [g] quæstu prosequeretur eventum. Quod cum impetrasset, cithara sumpta, suam cœpit deflere mortem: quo sonitu ducti delphines, è toto mari pronatant ad Arionis cantum. Itaque deorum immortalium potestate invocata, super eos se dejecit: quorum unus Arionа exceptum pertulit ad Tænarium litus. Cujus memoriæ causa, quæ ibi [h] statua est Arionis, in ea delphini simulachrum affixum videtur: pro qua re inter sidera ab antiquis astrologis est figuratum. Servi autem, qui se putabant servitute elapsos, tempestate Tænarum perducti, à domino comprehensi, non mediocri supplicio sunt affecti.

XVIII. *Equus.*

Hunc Aratus & alii complures Pegasum Neptuni & Medusæ Gorgonis filium dixerunt: qui in Helicone Bœotiæ monte ungula feriens saxum, fontem aperuit, qui ex ejus nomine Hippocrene est appellatus. Alii dicunt, quo tempore [a] Bellerophontes ad Prœtum Abantis filium, Argivorum regem, devenerit, Antiam regis uxorem hospitis amore inductam, petiisse ab eo uti sibi copiam faceret, promittens ei conjugis regnum. Quæ cum impetrare non pos-

desideratur, nec à Vlit. nisi in uno MS. inventum est.

e *Et ut innocens* &c.] Ita & cum Modio MSS. 3. ex Vlitianis. Veneta cum aliis, *sed ut innocens ab improbis, ut parens à filiis.*

f *Ut se liceret ornare* &c.] Planè ita heic quoque iidem Vlitiani codices cum Modio.

g *Quæstu prosequeretur*] Scribe *quæstu* cum Scheffero.

h *Statua est*] Ita & Veneta, Micyll. & Paris. Vlitt. tamen 2. *statuta est*. ut forsan scripserit, *statua erecta est*, vel *statua statuta est*, ut volebat Scheffe-rus.

Ad CAP. XVIII.

a *Bellerophontes*] Unus Vlitt. *Bellerophons*, alius *Bellerofon*. Rectè dici *Bellerophon* discres ex iis, quæ in Geneal. ad vocem *Geryon* annotavi.

posset, verita ne se ad regem criminaretur, occupat: eum sibi vim afferre voluisse Prœto dicit. Qui quod eum dilexerat, noluit ipse supplicium sumere, sed quod æquum esse sciebat, mittit eum ad Iobatem Antiæ patrem, quam alii Sthenobœam dixerunt, ut ille filiæ pudicitiam defendens, Bellerophontem objiceret Chimæræ, quæ eo tempore Lyciorum agros flamma vastabat. Unde victor profugiens, post fontis inventionem cum ad cœlum contenderet evolare, neque longe jam abesset, despiciens ad terram, timore permotus decidit, ibique periisse dicitur: equus autem subvolasse, & inter sidera ab Jove constitutus existimatur. Alii non criminatum ab Antia, sed ne sæpius audiret quod nollet, aut precibus ejus moveretur, profugisse Argis dixerunt. Euripides autem in Menalippa, [b] Hippen Chironis centauri filiam, [c] Thean antea appellatam, dicit: quæ cum aleretur in monte Pelio, & studium in venando maximum haberet, quodam tempore ab Æolo Hellenis filio Jovis nepote persuasam, concepisse: cumque jam partus appropinquaret, profugisse in sylvam, ne patri, cum virginem speraret, nepotem procreasse videretur. Itaque cum parens eam persequeretur, dicitur illa petisse à deorum potestate, ne pariens à parente conspiceretur. Quæ deorum voluntate postquam peperit, in equam conversa, inter astra est constituta. Nonnulli eam vatem dixerunt fuisse: sed quod deorum consilia hominibus sit enunciare solita, in equam esse conversam. Callimachus autem ait, quod desierit venari & colere Dianam, in quam supra speciem diximus, eam Dia-

b *Hippen*] Ex Vlitianis *Hipen* duo exhibent, tertius *Hypen*, quartus *Hippen*. Atque ita quoque Soter & Veneta. *Euippen*, emendat Parrhasius Syll. III. ep. 7. Pollux Lib. IV. Εὐίππην ἐκ χείρωνος. Sed *Menalippen* appellat Germanici Schol. quomodo & Micyllus heic edendum curavit. At scribendum erat *Melanippen*. Eratosth. cap. 18. Εὐριπίδης δέ φησι Μελανίππην θύγατρα τὴν τοῦ χείρωνος συγγενέσθαι. Nomen autem hoc accepisse, postquam esset mutata, innuit Ovid. II. Met. 676. *Nomen quoque monstra dedere*. Dicta antea erat *Ocyroe*, ut apparet ex ejusdem libri vers. 639.

c *Thean antea*] Ita & Soter & Vlitt. 2. tertius *Theantea*. Veneta, *Theanthea*. unde *Theano antea* faciebat Grotius ad Imag. p. 49. Perperam omnes. Vera scriptura est, quam Micyll. Paris. & nonnullæ aliæ exhibent, *Thetin antea*. Vide annot. nostr. ad Myth. cap. 186.

d *Di-*

Dianam convertisse. Hæc dicitur etiam hac re non esse in conspectu Centauri, quem Chirona esse nonnulli dixerunt: & etiam [d] dimidiam apparere, quod noluerit sciri, se fœminam esse.

XIX. *Deltoton.*

Hoc sidus velut litera est Græca [a] in triangulo posita, itaque appellatur; quod Mercurius supra caput Arietis statuisse existimatur ideo, ut obscuritas Arietis hujus splendore, quo loco esset, significaretur, & Jovis nomine Διὸς primam literam deformaret. Nonnulli [b] Ægypti positionem: alii, qua Nilus terminaret Æthiopiam & Ægyptum, dixerunt: alii Siciliam figuratam putaverunt: alii quod orbem terrarum superiores trifariam diviserunt, tres angulos esse constitutos dixerunt.

XX. *Aries.*

Hic existimatur esse, qui Phrixum transtulisse & Hellen dictus est per Hellespontum: quem Hesiodus & Pherecydes ait habuisse auream pellem: de qua alibi plura dicemus. Sed Hellen decidisse in Hellespontum, & à Neptuno compressam, Pæona procreasse complures, nonnulli Hedonum, dixerunt. Præterea Phrixum incolumem ad Æetam perveniisse, arietem Jovi immolasse, pellem in templo fixisse, & arietis ipsius effigiem ab Nube inter sidera constitutam, habere tempus anni quo frumentum seritur: [a] ideo quod hortum severit ante, quæ maxime fugæ

d *Dimidiam apparere*] Geminus pag. 53. Περιομὲ ἵππου, καθ' Ἵππαρχον ἱππου. Eratosth. cap. 18. Τούτου μόνου τὸ ἡμισφόδιον φαίνεσθαι ἅπας ὁμολογεῖ. Lege μόνα pro μόνου.

Ad CAP. XIX.

a *In triangulo posita*] Unde *trigonum* illud sidus appellat Vitruvius Lib. IX. cap. 6. *Litera figuram* Plinius Lib. II. cap. 3. Ab ejusdem literæ figura nominata & Delta insula in Nilo. Vid. Ammian. Lib. XXII. p. 416. ed. Boxh.

b *Ægypti positionem*] Facit huc illud Eustath. in Dionys. p. 26. ed. Steph. Οὕτω γὰρ πως Αἰγύπτου δελτοειδὴς τρίγωνον ἰσοπλεύρου φασίν. Et pag. 35. Δίλλοι χυρίως μὲν οἱ τόποι, οὗτοι τριγωνοειδῶς ἰσοπλεύρου. Tatianus Orat. contra Græcos p. 149. Τὸ χῦ μὲν πῆχυς διὰ τὴν Σικελίαν ἀεροδετούμενον Δειλωτὸν, καὶ εἶναι ᾧ τὸ Διὸς φωσφορικὸν φωλότυπον στοιχεῖον.

Ad CAP. XX.

a *Ideo quod hortum severit ante*] Dixi ad Mythol. cap. 2. legendum esse, *quod id Ino tostum severit ante*. Ratio-

fugæ fuit causa. [b] Et Eratosthenes ait arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse, & Phrixo memoriæ causa dedisse, ipsum ad sidera perveniisse: quare, ut supra diximus, [c] obscurius videatur. Hunc autem nonnulli dixerunt in [d] oppido Orchomenio, quod est in Bœotia, natum. Alii in [e] Salonum Thessaliæ finibus procreatum. Alii dicunt Crethea & Athamantem cum aliis pluribus Æoli filios fuisse. Nonnulli etiam Athamantis filium Salmonea esse, Æoli nepotem, dixerunt. Crethea autem habuisse Demodicen uxorem, quam alii Biadicen dixerunt. Hanc autem Phrixi Athamantis filii corpore inductam, in amorem incidisse: neque ab eo, ut sibi copiam faceret, impetrare potuisse: itaque necessario coactam, criminari cum ad Crethea cœpisse, quod diceret ab eo [f] vim sibi pene illatam, & horum similia mulierum consuetudine dixisse. Quo facto Crethea, ut uxoris amantem [g] & regem decebat, permotum, Athamanti ut de eo supplicium sumeret persuasisse. Nubem autem interveniisse, & ereptum Phrixum & Hellen ejus sororem in Arietem imposuisse, & per Hellespontum, quam longissime posset, profugere jussisse. Hellen decidisse, & ibi debitum naturæ reddidisse, & ex ejus nomine Hellespontum appellatum. Phrixum Colchos perveniisse, &, ut ante diximus, Arietis interfecti pellem in templo fixisse: ipsum autem

à Mer-

pibus hujus emendationis, quas ibi dedi, addi & hoc potest, quod in libro antiquo disertim scriptum invenit Susius, quemadmodum in margine codicis notaverat, *Quod Ino tostum fecerit.*

b *Et Eratosthenes ait*] Cl. Schefferus, *At Eratosthenes.* Vlitt. 2. non agnoscunt illud &. Et rectius sane abest. Vet. cod. Susii perperam *Demonesthenes* heic habuit. Fabula enim hæc legitur apud Eratosth. in de κατ. cap. 19.

c *Obscurius videatur*] Addit Vlitt. unus, *carens pelle.* Quæ vereor, ne à glossatore sint, cum in Eratosthene, unde cætera hausta, non compareant.

d *Oppido Orchomenio*] Hoc esset dictum, ut *urbs Romana*, & similia. Vlitt. unus, *Orchomeno.* In duobus superscripta fuerat altera lectio, *vel Orchomeno.* Scribe ergo, *oppido Orchomeno.*

e *Salonum*] *Salorum* Veneta.

f *Vim sibi pene illatam*] Ita & Soter. *Allatam* Veneta cum aliis. Quod non est deterius. Vide quæ annoto ad Lactant. Argum. Metam. 1. fab. 9. Supr. cap. 18. *Eum sibi vim afferre voluisse*, Permultis locis eam phrasin restituimus Lactantio illi, qui Nasonis Metamorphoseon argumenta conscripsit.

g *Et regem decebat*] Non agnoscere libros veteres hæc verba ait vir doctus. Verum est à Venetâ, quam ego primam omnium fuisse editionem arbitror, non agnosci. Agnoscunt tamen 3. Vlitiani.

h *Ham-*

à Mercurio ad Athamantem esse reductum, qui patri ejus satisfecerit, eum innocentia confisum profugisse. Hermippus autem dicit, quo tempore Liber Africam oppugnaverit, devenisse cum exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulveris [h] Hammodes est appellatus. Itaque cum in maximum periculum devenisset, quod iter [i] necessario faciendum esse videbat, accessit eo, ut aquæ maxima penuria esset: quo facto exercitus ad defectionem maximam venire cogebatur. Qui quid agerent dum cogitant, Aries quidam [k] fortuitu ad milites eorum errans pervenit: quos cum vidisset, [l] fuga præsidium sibi paravit. Milites autem qui eum fuerant conspicati, etsi pulvere & æstu pressi vix progrediebantur, tamen [m] ut prædam ex flamma petentes, [n] arietem sequi cœperunt usque ad eum locum, qui Jovis Hammonis postea templo constituto est appellatus. Quo cum pervenissent, arietem quem consecuti fuerant, nusquam invenire potuerunt: sed quod magis his fuerat optandum, aquæ magnam copiam in eo loco [o] nacti sunt, corporibusque recuperatis, Libero statim nunciaverunt. Qui gavisus, ad eos fines exercitum deduxit, & Jovis Hammonis templum [p] cum arietinis cornibus simulacro facto constituit. Arietem inter sidera figuravit, ita ut, cum Sol in ejus foret signo, omnia nascentia recrearentur, quæ veris tempore consiunt, hac re maxime, quod illius fuga Liberi recreavit exer-

h *Hammodes*] Scrib. *Ammodes* cum Venet. Micyll. aliisque.

i *Necessario faciendum esse videbat*] Non Hygini hæc esse, sed emendatoris, affirmare non dubitat vir doctus. Nollem hoc ei excidisset. Non enim Modii tantum membranæ, sed & 3. ex Vlitt. codicibus ista repræsentant.

k *Fortuitu*] Ita & Veneta cum 3. Vlitt. Vide Diomed. Lib. 1. Schol. Horat. ad Lib. 1. Satyr. 1. *Stoici namque dicunt omnia ratione fieri, Epicurei fortuitu.* Lactant. Firm. Lib. 1. cap. 2. *An fortuitu vel facta sint omnia, vel regantur.* Et Lib. v. cap. 20. *Omnia fortuita fieri, quæ geruntur.*

l *Fuga præsidium*] *Fugæ præsidium* Vlitt. 3. elegantissimè. Ammian. Lib. XVI. *Nihil præter fugæ circumspectantes præsidia.*

m *Ut prædam ex flammâ petentes*] Proverbialis locutio est. Terent. Eunucho III. 2. *Ex flamma te petere cibum posse arbitror.* Vide ibi Donatum & Lindenbrogium.

n *Arietem quem consecuti erant*] Ita & Veneta. Vlitt. 2. *Arietem quem secuti.* Corrigit *insecuti* Freinshemius ad Curt. IV. 7.

o *Nacti sunt: corporibusque recuperatis*] *Recreatis* ex Vet. cod. Sufius in margine libri sui. Sed Vlitt. 3. *Nacti, corpora recuperaverunt, & Libero* &c.

p *Cum arietinis cornibus* &c.] Non

exercitum. Præterea XII. signorum principem voluit esse: quod illius optimus exercitui fuerit ductor. Sed de Hammonis simulacro Leon, qui res Ægyptias conscripsit, ait: Cum Liber Ægyptum & reliquos fines regno teneret, & omnia primus hominibus ostendisse diceretur, Hammonem quendam ex Africa venisse, & pecoris multitudinem ad Liberum adduxisse, quo facilius & ejus gratia uteretur, & aliquid primus invenisse diceretur. Itaque pro beneficio ei Liber existimatur agrum dedisse, qui est contra Thebas Ægyptias: & qui simulacra faciunt Hammonis, capite cornuto instituunt, ut homines memoria teneant, cum primum pecus ostendisse. Qui autem Libero factum voluerunt assignare, quod non petierit ab Hammone, sed ultro ad eum [q] sit adductus, Liberi cornuta simulacra fecerunt, & Arietem memoriæ causa inter sidera fixum dixerunt.

XXI. *Taurus.*

Hic dicitur inter astra esse constitutus, quod Europam incolumem transvexerit Cretam, [a] ut Euripides dicit. Nonnulli ajunt, [b] cum Io in bovem sit conversa, ut Jupiter ei satisfacere videretur, inter sidera constituisse: [c] quod ejus prior pars appareat ut tauri, [d] sed reliquum corpus obscurius videatur. [e] Spectat autem ad exortum so-

dissimili de causâ numini suo asininam formam dedisse Judæos narrat Tacitus. Vide Tertull. Apolog. cap. 16.

q *Sit adductus*] *Adductum* Vlitt. 2. & Soter. Optimè. Referri enim debet ad *pecus*.

Ad CAP. XXI.

a *Ut Euripides dicit*] Ἐν τῷ Φρίξῳ nempe. Vide Eratosth. cap. 14. Idem narrat apud German. Schol. Nigidius.

b *Cum in bovem sit conversa*] Ita & Veneta, sed perperam. Scribe, *cum Io in bovem* &c. Cum Micyllianâ, Lugdun. & Parisiensi, Eratosth. Ἕτεροί δέ φασι βοῦν εἶναι τὴν Ἰὼ μίμημα &c. Ovid. v. Fast. *Hoc alii signum Phariam dixere juvencam.*

c *Quod ejus prior pars appareat*] Non emendatoris alicujus, quod vir doctus putabat, sed Venetæ, Soter. ut & 2. Vlitt. hæc est lectio. Argumentum hæc continent illorum, qui vaccam, non taurum esse volunt.

d *Sed reliquum corpus obscurius videatur*] Propter fœmineum nempe sexum posterior pars non apparet. Schol. German. *Eratosthenes dicit hunc esse, qui coiit cum Pasiphae, cujus priores partes apparent, reliquum corpus non apparet propter fœmineum sexum.* Sed hæc defecta sunt. Exciderunt nonnulla de Ione ante illa verba, *cujus priores partes.* Idem in Equo: *Cujus posteriores corporis non videntur propter fœminei sexus pudorem.* Quæ ex Eratosthenis cap. 18. habet.

e *Spectat autem*] *Exspectat* Vlitt. 2. & Veneta. Forte *respicit.* Sed constan-

ſolem: cujus oris effigiem quæ continent ſtellæ, Hyades appellantur. Has autem Pherecydes Athenienſis Liberi nutrices eſſe demonſtrat, numero ſeptem, quas etiam antea Nymphas Dodonidas appellatas. Harum nomina ſunt hæc: Ambroſia, Eudora, [f] Pheſyle, Coronis, Polyxo, Phæo, [g] Thyene. Hæ dicuntur à Lycurgo fugatæ, & præter Ambroſiam omnes ad Tethyn profugiſſe, ut ait Aſclepiades. Sed ut Pherecydes dicit, ad Thebas Liberum perlatum Junoni tradiderunt. Quam ob cauſam ab Jove gratia eis eſt relata, quod inter ſidera ſunt conſtitutæ. [h] Pleiades autem appellatæ ſunt, [i] ut ait Mnaſeas, quod [k] ex Atlante & Pleione Oceani filia ſint [l] quindecim filiæ procreatæ, quarum quinque Hyades appellatas demonſtrat, quod earum Hyas fuerit frater, à ſororibus plurimum dilectus: qui cum venans à leone eſſet interfectus, quinque, de quibus ſupra diximus, lamentationibus aſſiduis permotæ, dicuntur interiſſe: quare eas, quod plurimum de ejus morte laborarent, Hyadas appellatas. Reliquas autem decem ſorores deliberaſſe [m] de ſororum morte, & earum ſeptem ſibi mortem conſciſſe: quare, quod plures idem ſenſerunt, Pleiadas dictas. Alexander autem Hyadas ait dictas, quod [n] Hyantis & Bœotiæ ſunt filiæ: Pleiadas autem, quod ex Pleione Oceani filia & Atlante ſunt

ſtanter *exſpectat* pro *ſpectat* paſſim exhibent illi codices. Monitum hoc jam ſupra ad cap. 6. Lib. 1.

f *Pheſyle*] *Phæſyle* cum Sotere ſcribe, & confer quæ notavi ad Mythol. cap. 192.

g *Thyene*] *Tyene* Vlitt. 2. Forte *Dione* ex Schol. Hom. Iliad. E. 486. *Cleeam* pro hac exhibet Heſiodus in Scholiis ad Aratum p. 133.

h *Pleiades autem*] *Hyades* Veneta cum aliis. Perperam.

i *Ut ait Mnaſeas*] *Maſeus* Veneta & aliæ antiquiores. Quod non auſim damnare, præſertim cum nec aliter in MSS. ſuis invenerit Vlitius. Vide quæ notavi ſupr. ad cap. 13.

k *Ex Atlante & Pleione*] *Platone* Micyllus, Pariſ. & Lugdun. pro quo *Plutone* erat ſcribendum. Πλουτὼ enim inter Oceaninas eſt. Si Theonem in Aratum p. 30. ed. Morell. Tzetz. in Heſiod. p. 92. & Proclum in eundem p. 97. reſpicias, rectum eſt *Pleione*. Sed ex Vlitt. codicibus duo præferunt *Ethra*, tertius *Æthra*, ut & uterque Morellianus. *Hya* Veneta. Sanè ex Æthra & Atlante natas eas nonnulli voluere. Vide Schol. Hom. ad Iliad. E. 486. Proclus: Ἀτλαντὸς δὲ Γαμεῖ, ἐξ Αἴθρας δὲ Ὠκεανοῦ, ᾧ ἐξ Πλειόνης αἱ λεγόμεναι πλείους παῖδων φασὶν ὁ ποιητής.

l *Quindecim filiæ*] Timæus apud Hom. Scholiaſten: Θυγατέρες ἐπτὰ καὶ υἱὸς Ὑας. Atque ita quoque Tzetzes, Proclus, aliique.

m *De ſororum morte*] *De ſua etiam morte* Scheſſerus.

n *Hyantis & Bœotiæ*] *Hyſes & Bœotiæ* Vlitt. 3. *Hyades & Bœotiæ* Veneta & Soter.

sunt natæ. Hæ numero septem dicuntur: sed nemo [o] amplius quam sex videre potest: cujus causa proditur hæc, quod de septem sex cum immortalibus concubuerunt, tres cum Jove, duæ cum Neptuno, una cum Marte, reliqua autem Sisyphi fuisse uxor demonstratur. Quarum ex Electra & Jove, Dardanum: ex Maja, Mercurium: ex Taygete Lacedæmona procreatum: ex Alcyone autem & Neptuno, [p] Hyrea: ex Celæno Lycum & Nyctea natum. Martem autem ex Sterope OEnomaum procreasse, quam alii Oenomai dixerunt uxorem: Meropem autem Sisypho nuptam Glaucum genuisse, quem complures Bellerophontis patrem esse dixerunt. Quare propter reliquas sorores ejus inter sidera constitutam; sed quod homini nupserit, stellam ejus obscuratam. Alii dicunt Electram non apparere ideo quod Pleiades existimentur choream ducere stellis: sed postquam Troja sit capta, & progenies ejus, quæ à Dardano fuerit, sit eversa, dolore permotam, ab his se removisse, & in circulo qui Arcticus dicitur constitisse: [q] & quodam longo tempore lamentantem capillo passo videri, itaque è facto [r] Cometem esse appellatam. Sed has Pleiadas antiqui astrologi seorsum à Tauro deformaverunt, ut ante diximus, Pleiones & Atlantis filias, quæ cum per Bœotiam cum puellis iter faceret, Oriona concitatum voluisse ei vim afferre, illam fugere cœpisse: Oriona autem [s] secutum esse annis septem, neque eam invenire potuisse. Jovem autem puellarum misertum, inter astra constituisse: & postea à nonnullis astrologis caudam Tauri appellatas. Itaque adhuc Orion fugientes eas ad occasum sequi videtur. Eas stellas Vergilias nostri appellaverunt, quod post ver exoriuntur: & hæ quidem am-

o *Amplius quam sex*] Deleas licet *τὸ quam* cum Vlitt. 2.

p *Hyrea*] *Hyriea* scribendum. Τ'ριὰς enim Græcis est, ut Scholiastæ Homerico loco modo laudato, Anton. Liberali cap. 25. Eratosth. cap. 23. aliisque.

q *Et quodam longo tempore*] Sic quidem etiam 3. Vlitt. & Veneta. Præfero tamen, quod Micyll. Paris. & Lugdunensis habent, *ex quo tam longo* &c.

r *Cometen*] Ἀστέρα κομήτην Hom. Scholiastes. *Stellam cometen* Justin. Lib. XXXVII. 2.

s *Secutum esse annis septem*] Ita & Vlitt. 3. Veneta cum aliis vetustioribus *annis* XII. Theo in Aratum p. 30. ed. Morell. Πέντε ὅλας ἐτησίους. Et Tzetzes. Κατὰ Βοιωτίαν πέντε ὅλας ἐτησίους Ὠρίων ἐδίωκε &c.

ampliorem cæteris habent honorem, [t] quod in earum signo exoriente Sole, æstas significatur: occidente autem, hiems ostenditur, quod aliis non est traditum signis.

XXII. *Gemini.*

Hos complures astrologi Castorem & Pollucem esse dixerunt: quos demonstrant omnium fratrum inter se amantissimos fuisse, quod neque de principatu [a] contenderunt, neque ullam rem sine communi consilio gesserunt. Pro quibus officiis eorum Jupiter inter notissima sidera eos constituisse existimatur. Neptunum autem pari consilio muneratsse: nam [b] equos his, quibus utuntur, donavit: & dedit potestatem naufragis saluti esse. Alii dixerunt Herculem esse & Apollinem. Nonnulli etiam Triptolemum, quem supra diximus, & [c] Iasiona à Cerere dilectos, & ad sidera perlatos. Sed qui de Castore & Polluce dicunt, hoc amplius addunt, ut Castor in oppido [d] Ariadnis sit occisus, quo tempore [e] Lacedæmonii cum Athenienſibus bellum gesserunt. Alii autem, cum oppugnarent Spartam Lynceus & Idas, ibi periisse dixerunt. Pollucem [f] ait Homerus concessisse fratri dimidiam vitam: itaque alternis diebus eorum quemque lucere.

XXXIII. *Cancer.*

Hic dicitur Junonis beneficio inter astra collocatus, quod

t *Quod in earum signo oriente sole* &c.] Veneta, *Quod earum signo oriente.* Vlitt. 2. *Quod in earum signo oriente æstas* &c. Venetam secutæ sunt Micylliana, Lugdunensis & Parisina. Tὲ *sole* de glossa mihi suspectum. Isidor. de Nat. Rer. cap. 26. *Has Latini Vergilias appellarunt, eo quod vere oriantur, & eo magis ceteris prædicantur, quod his exorientibus æstas significatur, occidentibus hyems ostenditur, quod aliis penitus non est traditum signis.*

Ad CAP. XXII.

a *Contenderunt*] *Contenderint*, & mox *gesserint* Vlitt. 2.

b *Equos his*] *Equis his* Schefferus.

c *Iasiona*] Vlitt. 2. *Iasonem.* tertius *Iasona.* Vide not. supr. ad cap. 4. & Mythol. cap. 250.

d *Ariadnis*] *Aphidnis* legendum, vel *Aphidna*, ut Modius volebat. Adde Heins. ad v. Fast. 708. & quæ nos diximus ad Myth. cap. 79.

e *Lacedæmonii*] Ita & Soter ac Micyll. Sed *Lacedæmones* Veneta & Paris. Quod non audeo valde improbare propter ea, quæ ad Fulg. Lib. 1. cap. 1. observata à me sunt. In uno ex codicibus suis *Lacedæmone*, in nullo *Lacedæmonii* invenit Vlitius.

f *Ait Homerus*] Iliad. Λ. 302. Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμερος, ἄλλοτε δ' αὖτε Τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι.

Ad

quod, cum Hercules contra Hydram Lernæam constitisset, ex palude pedem ejus mordicus arripuisset: [a] qua de re Herculem permotum eum interfeciisse: Junonem autem inter sidera constituisse, ut esset cum duodecim signis, quæ maxime solis cursu continentur. In ejus deformationis parte [b] sunt quidam qui Asini appellantur: à Libero [c] in testa Cancri [d] duabus stellis figurati. Liber enim à Junone furore objecto, dicitur mente captus fugisse per Thesprotiam, cogitans ad [e] Jovis Dodonæi templum pervenire, unde peteret responsum, quo facilius ad pristinum statum mentis perveniret: sed cum venisset ad quandam paludem magnam; quam transire non posset, de quibusdam duobus asellis obviis factis dicitur unum deprehendisse eorum, [f] & ita esse transvectus, ut omnino aquam non tetigerit. Itaque cum venisset [g] ad templum Jovis Dodonæi, statim dicitur furore liberatus, [h] & asellis gratiam retulisse, & inter astra eos collocasse. Nonnulli etiam dixerunt asino illi, quo fuerat vectus, vocem humanam dedisse. Itaque postea eum [i] cum Priapo de Na-

Ad CAP. XXIII.

a *Quâ de re*] *Quâ re* Vlitt. 3. Vide infr. cap. 26.

b *Sunt quidam qui*] Ita & Veneta & Soter. Al. *sunt quædam*. ut ad stellas referatur. Quod præferam, cum nec aliter in suis invenerit Vlitius.

c *In testâ cancri*] Confer Schol. Arat. p. 113. ed. Lond. & Eratosth. cap. 11. Schol. German. *Sunt in hoc signo aliæ stellæ, quas Græci ὄνους vocant. Jugulas* appellant Manilius & Firmicus.

d *Duabus stellis figurati*] Vlitt. 3. & Morellianus uterque, *duabus stellis omnino figurati*. Quod perplacet. Cic. pro Cluentio: *Quinque omnino fuerunt, qui illum absolverunt.* Ascon. in orat. pro Milone: *Absolutorias V omnino habuit.* Curt. Lib. x. cap. 8. *Sexdecim omnino pueris regiæ cohortis comitatus.* Lib. VII. cap. 1. *Omnino duos ipse habebam.*

e *Jovis Dodonæi templum*] Vlitt. 3. *Jovis Dodonæi oraculum*. Quod omnino probandum. Varro in Fragm. p. 275. ed. Popm. *Ex oraculo elimino me.* Curt. Lib. IV. cap. 7. *Hic quoque Dei est oraculum.* Catullus carm. 7. *Oraculum Jovis inter æstuosi Et Battî veteris sacrum sepulcrum.* Lactant. Lib. III. Argum. Ovid. Met. fab. 1. *Oraculum ingreditur.* Narrat ex Philisco eandem fabulam Germanici Scholiastes: sed pro *Philisco* puto ei restituendum *Philistum*. Is enim Historicus fuit, laudatus Plutarcho in de Herodoti κακοηθεία, aliisque.

f *Et ita esse transvectus*] Unâ vocula auctius Vlitt. unus, *Et ita eam.*

g *Ad templum Jovis*] *Jupitris* Veneta, ut supr. cap. 13. & *Jupitre* cap. 14.

h *Et asellis*] *Et* & non agnoscunt MSS. 3. ex Vlitt.

i *Cum Priapo de naturâ contendisse*] Ita & MSS. 3. Vlitt. Pessimè Veneta, Micyll. aliæque, *cum Priapo deo naturæ.* Schol. Germ. *Cum Priapo contendere cœpit de membro naturali.* Ut φύσις Græcis, ita & Latinis *natura* idem interdum, quod naturalia sive pudenda. Julius Obseq. de Prodig. cap. 52. *Mulier duplici natura inventa.* Apulej. de se asino: *Mihi jam nequeunti tenere Fotidem natura crescebat.* Lib. VII. *Naturam isti asino demere.*

k *Et*

natura contendisse, [k] & victum ab eo interfectum. Pro quo Liberum ejus misertum in sideribus annumerasse. Et ut sciretur id pro deo, non pro homine timido (quia Junonem fugerit) feciſſe, supra cancrum constituit, qui deæ beneficio fuerat affixus astris. Dicitur etiam alia historia de Asellis: ut ait Eratosthenes, Quo tempore Jupiter bello gigantibus indicto, ad eos oppugnandos omnes deos convocavit, veniſſe Liberum patrem, Vulcanum, Satyros, Silenos asellis vectos: qui cum non longe ab hostibus abesſent, dicuntur aselli pertimuiſſe, & ita pro se quisque magnum clamorem & inauditum gigantibus feciſſe, ut omnes hostes eorum clamore in fugam se conjecerint, & ita sint superati. Hujus similis est historia de buccina Tritonis. Nam is quoque fertur, cum concham inventam excavasset, secum ad gigantes tuliſſe, & ibi sonitum quendam inauditum per concham misiſſe. Hostes autem veritos ne qua esset immanis fera ab adversariis adducta, cujus esset ille mugitus, fugæ se mandasse, & ita victos in hostium potestatem perveniſſe.

XXIV. *Leo.*

Hic dicitur [a] à Jove constitutus, quod omnium ferarum princeps esse existimatur: nonnulli etiam hoc amplius dicunt, quod Herculis prima fuerit hæc certatio, & quod eum inermis interfecerit. De hoc & [b] Pisandrus & complures alii scripserunt: cujus supra simulacrum [c] proximum est virgini. Sunt aliæ VII. stellæ ad caudam Leo-

k *Et victum ab eo interfectum*] Lactantius asinum victorem facit Lib. 1. cap. 21. *Inter eum Priapumque ortum esse certamen de obscœni membri magnitudine, Priapum victum, & iratum interemisse victorem.*

Ad CAP. XXIV.

a *A Jove*] *Ab Jove* MSS. codices cum hoc, tum & cap. 26. Et ita etiam Virgil. Ecl. III. 60. Ovid. X. Met. 148. German. Phænom. vers. 1. Theo: Τὸν δὲ λέοντα οἱ μὲν φασιν ὑπὸ Διὸς ιπποιήσθαι. εἰ δὲ, ὅτι θηρῶν ἄθλος Ἡρακλέους ἐστίν.

b *Pisandrus*] Πείσανδρος ὁ Ῥόδιος est Eratosth. cap. 12. Perperam ergo Schol. Germ. *Periandrus Rhodius.* Corrige *Pisandrus.* Narrat apud eundem Nigidius nutritum leonem istum in spelunca, quæ *Mihdimon nomine fuerit, quam quidam Aphriso dicunt.* Emendem, *Didymos nomine*, & mox, *quam quidam amphistomen.* Vide not. ad Myth. cap. 30.

c *Proximum est virgini*] Locus hic ex MSS. Vlitianis ita constituendus: *Cujus*

Leonis in triangulo collocatæ, quas [d] crines Berenices esse Conon Samius mathematicus, & Callimachus dicit: cum Ptolemæus Berenicem Ptolemæi & [f] Arsinoes filiam sororem suam duxisset uxorem, & paucis post diebus Asiam oppugnatam profectus esset, vovisse Berenicen, si victor Ptolemæus redisset, se detonsuram crinem: [e] quo voto damnatum crinem in Veneris Arsinoes [g] Zephyritidis posuisse templo: eumque postero die non comparuisse: quod factum cum rex ægre ferret, Conon mathematicus (ut ante diximus) cupiens inire gratiam regis, dixit crinem inter sidera videri collocatum: & quasdam vacuas à figura septem stellas ostendit, quas esse fingeret crinem. hanc Berenicen nonnulli cum Callimacho dixerunt equos alere, & ad Olympia mittere consuetam fuisse. Alii dicunt hoc amplius, Ptolemæum Berenices patrem multitudine hostium perterritum, fuga salutem petisse: filiam autem sæpe consuetam, insiliisse in equum, & reliquam exercitus copiam constituisse, & complures hostium interfecisse, reliquos in fugam conjecisse, pro quo etiam Callimachus eam [h] magnanimam dixit. Eratosthenes autem dicit & [i] virginibus Lesbiis dotem quam cuique relictam à parente nemo solveret, jussisse reddi: & inter eas constituisse petitionem.

XXV. *Vir-*

jus supra simulacrum proximè virginem sunt aliæ VII. *stellæ.* Mutat numerum Grotius in notis ad Imag. p. 43. & pro VII. vult reponi III. quod formam illis triquetram assignet Hyginus. Sed vetant nos quicquam mutare Schol. Germanici & Eratosthenes, cujus verba sunt: Ἐν τριγώνῳ κεῖται τῶν κάρηνον ἀμαυρὸν ὑπό &c.

d *Crines Berenices*] Βερενίκης πλόκαμον vocat apud Hesychium Conon. Sanè *Berenices* exhibet heic etiam Veneta, ut & Βερενίκη Theo in Arat. p. 21. Sed Eratosth. cap. 12. Καλεῖται πλόκαμος Βερενίκης Εὐεργέτιδος. Priores πλανήτην vocasse annotavit Theo.

e *Quo voto damnatum*] Scrib. *damnatam* cum Sotere. Neque enim crinis, sed ipsa voto erat damnata. Vidit id quoque Cl. Schefferus.

f *Arsinoes*] Ex MSS. Vlitt. 2. *Aristonis*. tertius *Astonis*. Prius etiam Soter, Veneta, & Morelliana exhibent. *Aristotelis* corrigit Flavius. Perperam. Rectum esse *Arsinoes* discas ex Catull. Carm. 67.

g *Zephyritidis*] Firmant eam lectionem MSS. 3. Vlitt. & Catullus carm. 67. Quibus adde quæ Turnebus habet Adverss. Lib. 1. cap. 7. & Modius Novantiq. ep. 117.

h *Magnanimam dixit*] Catullus: *Cognoram à parvâ virgine magnanimam.*

i *Virginibus Lesbiis*] Schol. German. *Videntur aliæ obscuræ septem juxta caudam ejus, quæ vocantur crines Berenices, & sunt earum virginum, quæ Lesbo perierunt. Illa autem magna & clara, quæ in pectore est, appellatur Tyberone.* Suppleverat vir doctus in libro

à Nob.

XXV. *Virgo.*

Hanc Hesiodus [a] Jovis & Themidis filiam dicit: Aratus autem Astræi & Auroræ filiam existimari, quod eodem tempore fuerit cum aurea secula hominum, & eorum principem fuisse; demonstrat: quam propter diligentiam & æquitatem Justitiam appellatam: neque illo tempore ab hominibus exteras nationes bello lacessitas esse, neque [b] navigio quenquam usum esse, sed agris colendis vitam agere [c] consueviſse. Sed post eorum obitum qui sint nati, eos minus officiosos, magis avaros cœpisse fieri: quare minus Justitiam inter homines fuisse conversatam. Denique eam perveniſse usque eo, dum diceretur: [d] Heu heu genus hominum natum. Itaque jam non potuisse pati amplius, & ad sidera evolasse. Sed hanc [e] alii Fortunam, alii Cererem dixerunt: & hoc magis non convenit inter eos, quod caput ejus nimium obscurum videtur. Nonnulli etiam Erigonen Icarii filiam dixerunt, de qua supra diximus. Alii autem Apollinis filiam ex Chrysothemi natam, & infantem Parthenon nomine appellatam: eamque, quod parva interierit, ab Apolline inter sidera collocatam.

XXVI. *Scor-*

à Nob. Heinsio mihi commodato: *appellatur stella regia & Tuberone.* Venerat idem in mentem Grotio, quem vide in Notis ad Imagines Arat. pag. 43.

Ad CAP. XXV.

a *Jovis & Themidis*] Ita & Veneta, Soter, & Vlitt. 3. Perperam vulgo editur *Thetidis*. Schol. German. *Hanc Hesiodus Jovis & Themidis filiam esse dicit nomine Justam.* Lege, *Justitiam.* Eratosth. cap. 3. Εἶναι δὲ αὐτὴν Διὸς καὶ Θεμιστοῦς, κληθεῖσαν ἢ αὐτῶν Δίκην. Recte ergo mox Hyginus, *Justitiam appellatam.* Ex Capella apparet etiam virginem ipsam Themidem dictam nonnullis. Sic enim ille Lib. II. *Verum Themis, aut Astræa, aut Erigone dicebatur.*

b *Navigio*] H. e. navigatione. Vide Gronov. Observat. in Eccles. Script. cap. 25. Giphan. Observ. Ling. Lat. pag. 145.

c *Consuevisse*] *Consuesse* Vlitt. 3.

d *Heu heu genus hominum natum*] Morell. alter & Mod. *æneum genus hominum natum.* Quam lectionem adstruunt Vlitt. 3. Aratus Phænom. pag. 19. ed. Lond. Ἀλλ' ὅτε δὴ χαλκῆας ἀνὰ θυμοὺς, οἱ δ' ἐγένοντο Χαλκείη γενεή &c.

e *Alii Fortunam*] Germ. Schol. *Nonnulli autem eam esse Cererem, eo quod spicas teneat, alii Atargatin: quidam vero Fortunam, pro eo quod sine capite astris infertur.* Deprompta ista ex Eratosth. cap. 9. ubi malè Ἀταργάτη pro Ἀταργάτις editum.

XXVI. *Scorpius.*

Hic propter magnitudinem membrorum in duo signa dividitur, [a] quorum unius effigiem nostri Libram dixerunt. Sed omnino totum signum hac de causa statutum existimatur, quod Orion cum venaretur, & in eo exercitatissimum se esse confideret, [b] dixisse etiam Dianæ & Latonæ, se omnia, quæ ex terra exoriantur, interficere valere. Quare Terram permotam, Scorpionem misisse, qui eum interficere demonstratur. Jovem autem utriusque animum admiratum, Scorpionem inter astra collocasse, ut species ejus hominibus documento esset, ne quis eorum [c] de aliqua re sibi confideret. Dianam autem propter studium Orionis petisse à Jove, ut idem illi beneficium daret petenti, quod Terræ ultro tribuisset. [d] Itaque eum constitutum, ut, cum [e] Scorpius oriatur, Orion occidat.

XXVII. *Sagittarius.*

Hunc complures Centaurum esse dixerunt: alii autem hac de causa negaverunt, quod nemo Centaurus sagittis sit usus. Hic autem quæritur, cur equinis cruribus sit deformatus, & [a] caudam habeat ut Satyri. Dicunt enim nonnulli hunc esse [b] Crotum nomine, Euphemes Musarum nutricis filium, ut ait [c] Sositheus tragœdiarum scriptor: eum domicilium in monte Helicone habuisse, & cum Musis solitum delectari, nonnunquam etiam studio venationis exerceri. Itaque pro merita diligentia magnam lau-

Ad CAP. XXVI.

a *Quorum unius effigiem*] Non agnoscunt *τὸ unius* Vlitt. 3. Sed perperam. Quare libram dixerint chelas, discs ex Theone in Arat. p. 15. ed. Lond.

b *Dixisse etiam*] Tò *etiam* non habet unus ex Vlitt. Præterea malim *dixisset*, ut pendeat à *τὸ quod*, quod præcessit.

c *De aliquâ re*] Præpositionem ignorant Vlitt. 3. Vide supr. cap. 23.

d *Itaque cum*] *Ita itaque cum* Clar. Scheffer.

e *Scorpius oriatur*] *Exoriatur* Vlitt. 3.

Ad CAP. XXVII.

a *Caudam habeat ut Satyri*] *Velut sagittarii* pessime Schol. German. Corrige ex Hygino & Eratosth. cap. 28.

b *Crotum*] *Crotonem* Schol. Germ. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 224.

c *Sositheus*] *Sosthenus* Vlitt. 3. cum Venetâ. Perperam. Vid. Schol. German. & Eratosthenem.

d *De-*

laudem assecutum. nam & celerrimum in sylvis, & acutissimum in Musis factum esse. Pro quo studio illius petisse Musas ab Jove, ut in aliquo astrorum numero [d] deformaretur. Itaque Jovem fecisse, [e] ut cum omnia illius artificia uno corpore vellet significare, crura ejus equina fecisse, quod equo multum sit usus: & sagittas pro ingenio adjunxisse, ut ex his & acumen & [f] celeritas esse videretur: Caudam satyricam in corpore fixisse, quod non minus hoc Musæ, quam Liber Satyris sit delectatus. Ante hujus pedes stellæ sunt paucæ in rotundo deformatæ, quas [g] coronam ejus [h] ut ludentis abjectam, nonnulli dixerunt.

XXVIII. [a] *Capricornus.*

Hujus effigies similis est Ægipani: quem Jupiter, quod cum eo erat nutritus, in sideribus esse voluit, ut Capram nutricem, de qua ante diximus. Hic etiam dicitur, [b] cum Jupiter Titanas oppugnaret, primus objecisse hostibus timorem qui πανικὸς appellatur, ut ait Eratosthenes: hac etiam de causa ejus inferiorem partem [c] piscis esse formationem, quod muricibus, [d] id est maritimis conchyliis, [e] hostes sit jaculatus pro lapidum [f] jactatione. Ægyptii autem sacerdotes & nonnulli poetæ dicunt, cum complures dii in Ægyptum convenissent, repente venisse eodem Typhona acerrimum giganta, & maxime [g] deorum inimicum:

d *Deformaretur*] *Deformaret* Vlitt. 3.

e *Ut cum*] *Et cum* Cl. Schefferus.

f *Celeritas esse*] *Ejus* idem. Optimè παρ' ἰμείρα κρίθη.

g *Coronam ejus*] Hæc corona australis est, de quâ videndus Scalig. ad Manil. p. 411. & Theo in Aratum p. 51. ed. Lond. Geminus pag. 48. Νότιος καλεῖται ὑπό τινων ἡρακλῆς ὁ γονατικός. Plura dabit nomina Theo.

h *Ut ludentis*] Ὡσεὶ κωμάζοντος, ut rectè interpretatur Scaliger.

Ad CAP. XXVIII.

a *Capricornus*] *Pan* dicitur ab Eratosth. cap. 27. Schol. Arati p. 39. Ὁ δὲ Αἰγόκερως ὅμοιός ἐστι τῷ αἰγὶ. Κατηγορεῖται δὲ εἰς πρώτην Πανὸς εἰς γὰρ τοῦτον μεταβάλλει, διωκόμενος ὑπὸ τῶν ὅλων θεῶν &c.

b *Cum Jupiter Titanas*] *Quod cum* Soter & Veneta.

c *Piscis esse formationem*] *Formatione* Morelliani codices.

d *Id est, maritimis conchyliis*] Hæc nec Morelliani, nec 3. ex Vlitianis agnoscunt. Deleantur ergo, ut glossemata.

e *Hostes sit jaculatus*] Aliam causam afferunt Theo & Eratosthenes locis modo laudatis.

f *Jactatione*] *Jactione* cum Morellianis 3. Vlitiani.

g *Deorum inimicum*] *Hostem* iidem codices cum Morellianis.

micum: quo timore permotos in alias figuras se convertisse, Mercurium factum esse Ibin, Apollinem autem quæ [h] Threicia avis vocatur; Dianam [i] merulam simulatam. Quibus de causis Ægyptios ea genera violari non sinere demonstrant, quod deorum imagines dicantur. Eodem tempore Pana dicunt in flumen se dejecisse, & posteriorem partem corporis, effigiem piscis, [k] alteram autem hirci fecisse, & ita à Typhone profugisse: cujus cogitatum Jovem admiratum, effigiem ejus inter sidera fixisse.

XXIX. *Aquarius.*

Hunc complures Ganymedem esse dixerunt: quem Jupiter, propter pulchritudinem corporis ereptum parentibus, deorum ministrum fecisse existimatur. Itaque ostenditur ut aquam [a] aliquo infundens. Hegesianax autem Deucaliona dicit esse, quod eo regnante tanta vis aquæ se de cœlo profuderit, ut cataclysmus factus esse diceretur. [b] Eubulus autem Cecropem demonstrat esse, antiquitatem generis commemorans, & ostendens, antequam vinum traditum sit hominibus, aqua in sacrificiis deorum usos esse, & ante Cecropem regnasse, quam vinum sit inventum.

XXX. *Pi-*

h *Threicia avis*] *Threcia* Vlitt. 3.

i *Merulam simulatam*] Ita & unus ex Vlitt. Sed cæteri *heluro* vel *merulo*. Legendum omnino *æluro*, hoc est, feli sive cato, ut suspicatus est pridem Flavius Syllog. IV. quod *ælaro* in codice quodam inveniſſet. Non finit nos de emendatione illâ dubitare Antoninus cap. 28. ubi de Typhone agit: Ἀπόλλων μὲν ἰχθύος ἰδέαν, Ἕρμῆς δὲ Ἶβις, Ἄρης δὲ λεπιδωτὸς ἰχθύς, Ἄρτεμις δὲ αἴλουρος. Veneta exhibet *claro*. Unde vulgatum *cato* videtur ortum. Ovid. V. Met. 330. *Felе soror Phœbi, niveâ Saturnia vacca, Pisce Venus latuit.*

k *Alteram autem hirci*] Vide not. ad Lactant. Argum. Lib. V. Met. fab. 5. Germanici Schol. *Habet posteriorem partem piscis, priorem capricorni.* Addit idem, *item matrem ejus capram, quod dicolon inveniſſet in mari, ideo piscis candâ notatam.* Pro *dicolon* rescripserim *cochlen.* Eratosthenes cap. 27. Οὗτος δὲ δοκεῖ δύειν ὁ κόχλος.

Ad CAP. XXIX.

a *Aliquo infundens*] *Caliculo* conjicit Cl. Schefferus. Quod non malè arridet. Eratosth. cap. 26. Ἔχων γὰρ ἴσχυσε διυγρίαν.

b *Eubulus*] *Eubolus* Soter & Veneta. Sed perperam.

Ad

XXX. *Pisces.*

[a] Diogenetes Erythracus ait, quodam tempore Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphratem venisse, & eodem loco repente Typhona gigantа, de quo supra diximus, apparuisse. Venerem autem cum filio in flumen se projecisse, & ibi figuram piscium forma mutasse: quo facto, periculo esse liberatos. Itaque postea Syros, qui his locis sunt proximi, destitisse pisces esitare, quod vereantur eos capere; ne simili causa aut deorum præsidia impugnare videantur, aut eos ipsos captare. Eratosthenes autem ex eo pisce [b] natos homines dicit: de quo post dicemus.

XXXI. *Cetus.*

De hoc dicitur quod à Neptuno sit missus, ut Andromedam interficeret, [a] de qua ante diximus; [b] sed à Perseo sit interfectus, propter immanitatem corporis, [c] & per illius virtutem inter sidera collocatus.

XXXII. *Eridanus.*

Hunc alii Nilum, complures etiam Oceanum esse dixerunt. Qui autem Nilum volunt vocari, propter magnitudinem ejus & utilitatem, [a] æquissimum esse demonstrant:

Ad CAP. XXX.

a *Diogenetes Erythracus*] Ita & Soter. Veneta, *Diogenites Erithrachus*. Unde corruptius vulgarunt nonnulli *Diogenites Brithaeus*. Vossius legit *Diogenetes Erythraeus* Lib. III. Histor. Græc. Sed mallet *Diogennetus* vel *Diogenes*. Vlitt. 2. *Diognetus Erithraeus*. Videtur omnino scripsisse auctor, *Diogennetus Erythraeus*, vel *Diogenes Erythraeus*, ut repræsentat Anonymi codex.

b *Natos homines dicit*] Optimè Vlitt. 3. *Natos hos dicit*. Nati hi duo pisces ex pisce illo magno, qui Notius appellatur, de quo cap. 41. Verba Eratosthenis sunt cap. 41. Τέτε δ τὰς β ἐκγόνες εἶναι. Plura dicemus infr. ad cap. 41.

Ad CAP. XXXI.

a *De quâ ante*] *Quam ante* Veneta.

b *Sed à Perseo*] *Sed quod à Perseo* Vlitt. 3.

c *Et per illius virtutem*] Tò *per* non agnoscunt MSS. Vlitiani. Veneta, *& illius virtute*. Quod probandum utique.

Ad CAP. XXXII.

a *Æquissimum esse*] Eratosth. cap. 37. Ἕτεροι δέ φασιν δικαιότατον αὐτῶν εἶναι Νεῖλον.

strant: præterea quod infra eum quædam stella sit, clarius cæteris lucens, nomine [b] Canopos appellata: Canopos autem insula flumine alluitur Nilo.

XXXIII. *Lepus.*

[a] Hic dicitur Orionis Canem fugere venantis. Nam cum, ut oportebat, eum venatorem finxissent, voluerunt etiam hoc significare aliqua de causa; itaque leporem ad pedes ejus fugientem finxerunt: quem nonnulli à Mercurio constitutum dixerunt, eique datum esse præter cætera genera quadrupedum, ut alios pareret, alios haberet in ventre. Qui autem ab hac causa dissentiunt, negant tam nobilem & tam magnum venatorem, de quo & ante in Scorpionis signo diximus, oportere fingi leporem venari. [b] Callimachum quoque accusari, quod, cum Dianæ scriberet laudes, eam leporum sanguine gaudere, & eos venari dixisset. Itaque Oriona cum Tauro decertantem fecerunt. Leporis autem hanc historiam memoriæ prodiderunt: Apud antiquos [c] in insula Lero nullum leporem fuisse, sed ex eorum civitate adolescentium quendam, studio generis inductum, ab exteris finibus leporem fœ-

b *Canopos*] Eratosthenes: Ὑπόκειται δὲ αὐτῷ ὁ καλούμενος ἀστὴρ Κάνωβος, ὃς ἐστὶ πηδαλίῳ τῆς Ἀργοῦς, Schol. German. *Subjacet ei stella, quæ vocatur Canopus, sive Ptolemæon splendens, tangitque temonem navis.* Pro *Ptolemæon* lege *Ptolemæos* vel *Ptolemæus.* Capella Lib. VIII. *Et stellam, quam quidam Canopum, quidam Ptolemæum appellant, quæ superioribus inconspicua in confinio Alexandriæ incipit apparere, ut partem fluminis Eridani æstimabo.* Vitruvius Lib. IX. cap. 7. *Stella Canopi, quæ his regionibus est ignota.* Proclus in Sphærâ de Canobo sub finem: Οὗτος μὲν ὁ Κάνωβος ἀφανὴς ἐστι, καὶ πολλοῖς ἀπὸ ὑδάτων πόντων ὁρᾶται. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἐστὶ πηδαλιοῦχος ἀστήρ. Immo ἐπανίσχει. Sed ista videntur assuta Proclo à malâ manu.

Ad CAP. XXXIII

a *Hic dicitur*] Eadem verba habes apud Schol. Germanici in Dasypode.

b *Callimachum quoque accusari*] Pessime in Scholiaste Germanici: *Callimachusque accusat eum, quod* &c. Suspicor scribendum in Hygino *accusant*, & apud Scholiasten illum, *Callimachumque*, vel *Callimachum quoque accusant, quod* &c. Tangitur versus secundus Hymni in Dianam: Τῇ τόξα κηρόεντα τε μέλονται. Perperam vertit Frischlinus: *Cui tela & retia curæ sunt.*

c *In insulâ Lero*] Ita & Veneta. *In insulâ Hiero* Scholiastæ Germanici editiones antiquiores. Sed perperam, ut puto. Leri insulæ meminere præter alios Ælian. Histor. Anim. Lib. IV. cap. 42. Plin. Lib. IV. cap. 12. & Strabo Lib. XIV. Verum nihil illi de leporibus. De Carpatho tantum non idem, quod hoc de Lero Hyginus, narrat Eustath. ad Dionys. p. 71.

d *Ad*

fœminam prægnantem attuliſſe, & [d] ad ejus partum diligentiſſime miniſtraſſe. Itaque cum peperiſſet, [e] compluribus ejus civitatis ſtudium incidiſſe, & partim precio, partim beneficio mercatos, omnes lepores alere cœpiſſe. Itaque non longo intervallo tantam multitudinem leporum procreatam, ut tota inſula ab his occupata diceretur: quibus cum [f] ab hominibus nihil daretur, in ſemina eorum impetu facto omnia comederunt. Quo facto incolæ calamitate affecti, cum fame forent oppreſſi, communi conſilio totius civitatis vix denique eos ex inſula abegiſſe dicuntur. [g] Itaque poſtea leporis figuram in aſtris conſtituiſſe, ut homines meminiſſent nil eſſe tam exoptandum in vita, quin ex eo plus doloris, quam lætitiæ capere poſterius cogerentur.

XXXIV. [a] *Orion.*

Hunc Heſiodus Neptuni filium dicit, [b] ex Euryale Minois filia natum. Conceſſum autem ei, ut ſupra fluctus curreret, ut in terra: quemadmodum Iphiclo datum dicitur, ut ſupra ariſtas curreret, nec eas infringeret. [c] Ariſtomachus autem dicit [d] quendam Hyrica fuiſſe Thebis

d *Ad ejus partum diligentiſſimè miniſtraſſe*] Tò *diligentiſſimè* non agnoſcunt 2. Vlitt. Invenit tamen in Hygino olim Schol. German. *Et ad ejus partum diligentiſſimè, quæ opus eſſent, adminiſtravit.*

e *Compluribus civitatis* &c.] *Id compluribus* Scheſſerus.

f *Ab hominibus nihil*] *A dominis* unus Vlitt. & alter Morellianus.

g *Itaque poſtea leporis*] *Itaque pro eo leporis* Vlitt. unus. Sed alterum adſtruit Schol. German. *Itaque poſtea leporis figuram aſtris contulerunt.* Lege, *in aſtris conſtituerunt* ex Hygino.

Ad CAP. XXXIV.

a *Orion*] Hic & *Jugula* dictus eſt Latinis. Iſidor. Orig. Lib. III. cap. 20. *Hunc Latini Jugulam vocant, quod ſit armatus, ut gladius, & ſtellarum luce terribilis atque clariſſimus.* Corruptus ergo idem Iſidor. de Naturâ rerum cap. 26. *Hic autem Orion gladius dictus eſt. Unde etiam cum Latini jugulum vocant, ſidus, ut videtur, armatum, & terrarum luce terribile.* Corrige, *Jugulam.* Corruptus etiam in hac voce Schol. German. pag. 84. ed. Sanct. *A ſiniſtris Orionis, qui & Incola.* Et pag. 124. *Orion, qui & Incola vocatur.* Emenda utrobique *Jugula.*

b *Ex Euryale*] Ita & Eratoſthenes cap. 32. & Schol. Germanici. Perperam ergo Schol. Arati pag. 43. Βρύμης δ Μίνω. Perperam etiam Schol. Nicandri p. 3. ed. Soterianæ, Ἡσίοδος δέ φασιν αὐτὸν ἐξ Εὐάλης τῆς Μίνω θυγατρὸς εἶναι.

c *Ariſtomachus*] Ita eum ſcriptorem appellat quoque Germanici Interpres: ſtabiliuntque eam lectionem 3. ex codicibus Vlitianis. Malè ergo *Ariſtonicus* alii.

d *Quendam Hyrica*] Ita non dubita-

bis, [e] Pindarus autem in insula Chio. Hunc autem cum Jovem & Mercurium hospitio recepisset, petisse ab his ut sibi aliquid liberorum nasceretur. Itaque quo facilius petitum impetraret, bovem immolasse, & his pro epulis apposuisse: quod cum feciset, poposcisse Jovem & Mercurium quod corium de bove [f] fuisset detractum, & quod fecerant urinæ in corium infudisse, & id sub terra poni jussisse: ex quo postea natum puerum, quem Hyrieus [g] è facto Uriona nomine appellaret: sed vetustate & consuetudine factum est, ut Orion vocaretur. Hic dicitur Thebis Chium veniisse, & Oenopionis filiam [h] Meropen per vinum cupiditate incensus compressisse: pro quo facto ab Oenopione excæcatus, & de insula ejectus, existimatur Lemnum ad Vulcanum perveniisse, & ab eo quendam ducem Cedaliona nomine accepisse: quem collo ferens ad Solem veniisse, & ab eo sanatus, ut se ulciscceretur, Chium revertisse: Oenopiona autem à civibus sub terra custoditum esse. Quem postquam se invenire posse desperaret Orion, in insulam Cretam perveniisse, & ibi venari cœpisse cum Diana, & ei polliceri [i] quæ supra diximus, & ita ad sidera perveniisse. Nonnulli autem ajunt, Oriona cum Oenopione prope nimia conjunctum amicitia vixisse: & quod ei voluerit suum studium in venando probare, Dianæ quoque pollicitum quæ supra diximus, & ita interfectum. Alii dicunt cum Callimacho, cum Dianæ vim voluerit afferre, ab ea sagittis esse confixum, & ad sidera propter venandi consimile studium

vi reponere pro *Erythrea*, quod Veneta, Soteriana, Morell. & Schol. German. exhibent. MSS. Vlitt. *Chatrea* vel *Catrea* habebant. Quod propius accedit ad veram scripturam, ut & *Hyrea* Mycilli. Vide not. ad Hygin. Mythol. cap. 195. & Strabon. Lib. IX.

e *Pindarus*] In Dithyrambis, ut est apud Strabonem.

f *Fuisset detractum*] *Foret* MSS. 3.

g *E facto Uriona* &c.] Quod sic genitus esset. Ovid v. Fast. 535. *Hunc Hyrieus, quia sic genitus, vocat Uriona; Perdidit antiquum littera prima sonum.*

h *Meropen*] Ita & omnium antiquissima Veneta, & Schol. German. Male ergo Μέροπα eam vocat Theo ad Aratum, Alegò Parthenius, Ἀστερόπην Nicandri Interpres.

i *Quæ supra diximus*] Cap. 26. *Se omnia, quæ è terrâ oriuntur, interficere valere.* Schol. German. *Cum in Celinio venaretur, Dianam irridens, contemnebat ejus opera, quæ in monte constituebat. Itaque Dianam misisse scorpionem dicitur, qui Orionem vitâ privaret.* Idem in Scorpio: *Nigidius autem dicit Scorpionem ad perniciem Orionis in insulâ Chio*

dium deformatum. [k] Ister autem dicit Oriona à Diana esse dilectum, & pene factum ut ei nupsisse existimaretur. Quod cum Apollo ægre ferret, & sæpe eam objurgans [l] nihil egisset, natantis Orionis longe caput solum videri conspicatus, contendit cum Diana, eam non posse sagittam mittere ad id, quod nigrum in mari videretur. Quæ cum se vellet in eo studio maxime artificem dici, sagitta missa caput Orionis trajecit. Itaque eum cum fluctus interfectum ad litus ejecisset, & se eum Diana percussisse plurimum doleret, multis ejus obitum prosecuta lacrimis, inter sidera statuisse existimatur. Sed quæ post mortem ejus Diana fecerit, in ejus historiis dicemus.

XXXV. *Canis.*

Hic dicitur ab Jove custos Europæ appositus esse, & ad Minoa perveniſſe: quem Procris Cephali uxor laborantem dicitur sanasse, & pro eo beneficio Canem [a] munere accepisse, quod illa studiosa fuerit venationis: & quod Cani fuerat datum, ne ulla fera præterire eum posset. Post ejus obitum Canis ad Cephalum pervenit, quod Procris ejus fuerat uxor: quem ille secum ducens Thebas pervenit, ubi erat vulpes, cui datum dicebatur, ut omnes Canes effugere posset. Itaque [b] cum in unum perveniſſent, Ju-

Chio in Chelippio ortum, voluntate atque ope Dianæ. Nam cum in monte Celsionio venaretur, irridens Dianam &c. Pro *Celinio, Chilippio, Celsionio* videtur reponendum *Colone* ex Eratosth. cap. 7. Τοῦτόν φασιν ἐκτόπιον Ἄρτεμις ἀλαδοῦναι τῆς Κολώνης τὸ Χίου νήσου.

k *Ister autem dicit*] *Histrius* Ven. & MSS. 3. ex Vlitianis. Scribe *Istrus* tum heic, tum cap. 35. Usus est terminatione Græcâ, ut in *Periandrus, Mæandrus, Euandrus*, aliisque.

l *Nihil egisset*] Ita & MSS. 2. Vlitt. Elegans loquendi formula *nihil agere*. Euphorbus in tumulo Ciceronis: *Nil agis, Antoni: scripta diserta manent.* Vell. 11. 6. *Nihil tamen egisti, M. Antoni.* Quint. Declam. XII. *Nihil agis asserendo frumentum, si post illum diem teneris.*

Ad CAP. XXXV.

a *Munere accepisset*] Malim, *muneri*, ut cap. 5. *Muneri accepisse à Venere & Horis.* quanquam ibi Anonymi codex, *pro munere accepisse.* Possis dicere heic subaudiri præpositionem, quam addit German. Scholiastes, *Procridi in munere datam.* Et post paulo: *Ei in munere utrem plenum vino tribuit.* Fabulam vide apud Anton. Liberal. cap. 41.

b *Cum in unum perveniſſent*] Ἐπὶ τὸ αὐτό. Sallust. Jugurth. cap. 11. *Reguli in unum convenerunt.* Cap. 50. *Neque in unum sese recipiebant.* Cap. 98. *In unum contrahit.* Vetus Interpres Matth. XXII. 34. *Convenerunt in unum.* Luc. cap. XVII. 35. *Duæ erunt mulieres in unum.*

Jupiter neſcius quid faceret, ut Iſter ait, utroſque in lapides convertit. Nonnulli hunc Canem Orionis eſſe dixerunt, & quod ſtudioſus fuerit venandi, cum eo Canem quoque inter aſtra collocatum. Alii autem [c] Icarii Canem eſſe dixerunt, de quo ante [d] diximus: quæ multa propoſita ſuos habent auctores. Sed Canis habet in lingua ſtellam unam, [e] quæ ipſa Canis appellatur: in capite autem alteram, quam Iſis ſuo nomine ſtatuiſſe exiſtimatur, [f] & Sirion appellaſſe propter flammæ candorem: quod ejuſmodi ſit, ut præter cæteras lucere videatur. Itaque [g] quo magis eam cognoſcerent, Sirion appellaſſe.

XXXVI. *Procyon.*

Hic ante majorem Canem exoriri videtur, ſed à nonnullis Orionis eſſe exiſtimatur. hac etiam de cauſa [a] Procyon eſt appellatus, ſed iiſdem omnibus hiſtoriis, quibus ſuperior Canis, [b] annumeratur.

XXXVII. *Ar-*

c *Icarii canem*] *Icari* Veneta & Schol. German. Vide not. ad cap. 4. & Lucian. in Θεῶν Ἐκκλησια.

d *Diximus: quæ multa*] Schefferus, *multa, quæ propoſita.*

e *Quæ ipſa canis*] Mallem, *quæ & ipſa canis* &c. Schol. Germ. *Habet autem ſtellas, in capite unam, quæ Iſidis dicitur, claram: in linguâ unam, quam Sirium vel canem vocant.* Etiam Eratoſthenes, contra quam Hyginus facit, à Sirio Iſidem diſtinguit. Adi ipſum cap. 33. In ore ſive linguâ canis Sirius, in capite Iſis eſt. Geminus p. 48. *Stella vero ſplendida, quæ eſt in ore canis majoris, quæque videtur incrementum æſtivum efficere, eodem nomine cum toto ſigno canis appellatur.*

f *Et Sirion appellaſſe*] Schol. Arati pag. 44. ed. Lond. Σείριος καλεῖται, παρ' ὅσον σίσηριν ἀπὸ τὸ φῶς, καὶ ἔστι πορευόμενον ἐν τῇ παλμῷ τῆ λαμπηδόνος. Confer Etymol. magnum in Σειριάω, & Voſſii in *Sirius*. Aratus: Ὀξὺς σειριάς. κύμα καλοῦσ' ἀστρονόμοι Σείριον.

g *Quo magis eam cognoſcerent*] Hyginum ante oculos habuit Iſidorus Etym. Lib. III. *Canis autem vocatur propterea quod corpora morbo afficiat: ſive propter flammæ candorem, quod ejuſmodi ſit, ut præ cæteris lucere videatur. Itaque quo magis eam cognoſcerent Sirion appellaſſe.* Germ. Schol. *Sirium autem ſtellam vocatam putant propter flammæ candorem.*

Ad CAP. XXXVI.

a *Procyon*] *Anticanis* Scholiaſtæ Germanici eſt. Sed rectius *antecanis* Plinio & Ciceroni, ut *anteſcholanus* προσχολος Petronio. Appellatur autem eo nomine vel totum ſignum canis minoris, vel ſtella ſplendida, quæ eſt in cane minore. Vide Eratoſth. cap. 42. Geminum pag. 48. Theon. in Aratum p. 56. ed. Lond. *Minuſculus canis* eſt Vitruvio Lib. IX. cap. 7. *Canicula* Hygino ſupr. cap. 4. Sed perperam, ſi audias Scaligerum ad Manil. p. 405. Peccat etiam Capella *caniculam* appellans canem majorem Lib. VIII. Verba ejus adduximus infr. ad cap. 12. Lib. IV. Nec melius rem geſſit Schol. Horat. ad Lib. I. od. 17. Caniculæ. *Sirii ſtellæ in ore caniculæ afferentis nimios calores.*

b *Annumeratur*] *Enumeratur* mallet Schefferus.

Ad

XXXVII. *Argo.*

Hanc nonnulli propter celeritatem Græce dixerunt Argo appellatam: alii, quod Argus ejus fuerit inventor. Hanc autem [a] primam in mari fuisse complures dixerunt: & hac re maxime stellis esse figuratam. Hanc navim factam Pindarus ait in Magnesia oppido, cui Demetrias est nomen. Callimachus autem in iisdem finibus ad Apollinis Actii templum, quod Argonautæ proficiscentes statuisse existimantur in eo loco, qui Pagasæ vocatur, ideo quod navis Argo ibi primum compacta dicitur, quod est Græce [b] παγᾶσαι. Homerus hunc eundem locum in Thessaliæ finibus esse demonstrat. Æschylus autem, ut nonnulli ajunt, à Minerva quandam materiam loquentem eodem esse conjunctam. Sed hujus non tota effigies inter astra videtur: divisa enim est à puppi usque ad malum: significans, ne homines fractis navibus pertimescerent.

XXXVIII. *Centaurus.*

Hic dicitur nomine Chiron Saturni & Philyræ filius esse, qui non modo cæteros Centauros, sed homines quoque justitia superasse, Æsculapium & Achillem nutrisse, existimatur: pietate igitur & diligentia effecit, ut inter astra numeraretur. Apud hunc Hercules cum diverteretur, & simul cum Chirone sedens sagittas consideraret, fertur una earum decidisse supra pedem Chironis, & ita eum interfeciſse. Alii autem dicunt Centaurum miratum, quod

Ad CAP. XXXVII.

a *Primam in mari fuisse*] Vide Eratosth. cap. 35. & Schol. German. quæque annotavi ad Hygin. Mythol. cap. 14.

b Παγᾶσαι] Doricum hoc dicas pro παγῆσαι. Sed quid est παγῆσαι? Forte, παγῶναι. Tzetzes in Scutum Hesiodi pag. 104. ed. Heins. Πάγασ⊙ πόλις τ῀ Θετταλίας. τοῦτ⊙ ὀνομασθῆν⊙ παρὰ τὸ ἐκεῖ πεπῆχθαι Ἀργώ. Puto excidisse aliquid. Lego, Παγασὰ τοῦτο &c. Nam Παγασὰ Ἥρωνος φέρει est Straboni Lib. IX. Sic dictum ἀπὸ ναυπηγίας τ῀ Ἀργοῦς. *Pagasa* autem Plinio Lib. IV. 8. oppidum est Demetrias postea dictum. Verum an & Magnesia idem olim nomen habuerit, quod heic ait Hyginus, ignoro. Hoc scio Argos vocatum ab aliis illud oppidum, ubi fabricata illa heroum navis sit, & inde Argo dictam. Vide Etym. magnum in voce Ἀργώ. & Eustath. in Homer. Iliad. p. 247. ed. Bas.

Ad

quod tam [a] brevibus sagittis tam magna corpora Centaurorum interfecerit, ipsum contendere arcum conatum: itaque ex ejus manu sagittam prolapsam in pedem ejus incidisse: pro qua re Jupiter ejus misertus, inter sidera eum constituit [b] cum hostia, quam supra aram tenens immolare videtur. Hunc alii Pholon esse Centaurum dixerunt, eum qui aruspicio præter cæteros plurimum valuisset: itaque ad Aram cum hostia venire Jovis voluntate figuratum.

XXXIX. [a] *Ara.*

In hac primum dii existimantur sacra & conjurationem fecisse, cum Titanas oppugnare conarentur: eam autem Cyclopas fecisse. Ab ea consuetudine homines dicuntur instituisse sibi, ut, cum aliquam rem efficere cogitarent, prius sacrificarent, quam agere incepissent.

XL. *Hydra.*

In qua Corvus insidere, & Crater positus existimatur, de qua hanc habemus memoriæ proditam causam: Corvus

Ad CAP. XXXVIII.

a *Brevibus sagittis*] H. e. parvis. Sic infr. cap. 42. *Sed hæc est brevis & clara.* Confer annot. ad Fulg. de Prisc. Serm. in voce TUTULI.

b *Cum hostia*] *Pantheram* Capella appellat Lib. VIII. *Bestiam* θηρίον Vitruvius Lib. IX. Schol. German. *Quidam arbitrantur tenere in sinistrâ manu arma & leporem, in dextra vero bestiolam, quæ θηρίον appellatur; & βύρσαν, id est, utrem vini plenum, in quo Ithabat diis in sacrario.* Non convenit ei per omnia cum Eratosthene cap. 40.

Ad CAP. XXXIX.

a *Ara*] *Nectar* Eratosthenis est cap. 39. *Sacrarium* Schol. German. Θυματήριον Proclo, Θυτήριον Arato & Theoni p. 52. *Thuribulum* Germanico; nimirum quia Θυτήριον λιβανωτίδι ὅμοιόν ἐστι, ut ait Theo. Capella in Catalogo signorum australium, *cælulum, ara* &c. Glossa interlinearis interpretatur *cælulum thuribulum à cælando.* Atqui ara & thuribulum idem est signum. *Cœlulum* est λεχίον, corona australis. Vide annot. superius ad cap. 27. Astron. Manil. Lib. I. *Ipsius hic mundi templum est, victrixque solatiis Ara nitet sacris* &c. Germanici Scholiasten illustrat, quod ait Chrysologus Sermon. 87. *Inter sacraria nativitas sacra procuratur.* i. e. inter aras. Sacellum aliis est. Nepos Themist. cap. 8. *Cum eâ se in sacrarium, quod summâ colebatur cerimoniâ, se conjecit.* Quid proprie *sacrarium* sit, docet Servius ad Æn. XII. 199. *Sacrarium*, inquit, *proprie locus est in templo, in quo sacra reponuntur; sicut donarium est, ubi collocantur oblata.* Sed ip Gloss. Philox. *sacrarium, νεώριον.* Quo sensu Ambrosius Hexaëm. Lib. III. cap. 1. *Templum illud sacrarium Trinitatis.*

Ad

vus Apollinis tutela usus, eo sacrificante, missus [a] ad fontem aquam puram petitum, vidit [b] arbores complures ficorum immaturas: eas exspectans dum matureſcerent, in arbore quadam earum consedit. Itaque post aliquot dies coctis ficis, & à Corvo compluribus earum comesis, exspectans Apollo Corvum, vidit eum cum Cratere pleno volare festinantem. [c] Pro quo admisso ejus dicitur, quod diu moratus sit, Apollinem, qui coactus mora Corvi alia aqua est usus, hac ignominia eum affeciſſe, ut quandiu fici coquerentur, Corvus bibere non possit, ideo [d] quod guttur habeat pertusum illis diebus. Itaque cum vellet significare sitim Corvi, inter sidera constituit Cratera, & suppoſuit Hydram, quæ Corvum sitientem moraretur: videtur enim rostro caudam ejus extremam verberare, [e] ut tanquam sinat se ad Crateram transire. [f] Ister autem & complures dixerunt, Coronida Phlegyæ filiam fuiſſe: hanc autem ex Apolline Æsculapium procreaſſe, sed postea Ischyn Elati filium cum ea concubuiſſe. Quod cum videret Corvus, Apollini nunciaſſe: qui cum fuerit antea candidus, pro incommodo nuncio eum nigrum feciſſe, & Ischyn sagittis confixiſſe. De cratera autem hanc historiam Philarchus scribit: In Cherſoneso, quæ confinis est Trojæ, ubi Protesilai sepulchrum statutum complures dixerunt, urbs Phlagusa nomine dicitur, in qua Demiphon quidam cum regnaret, incidit eorum finibus repentina vasti-

Ad CAP. XL.

a *Ad fontem*] *A fonte* Veneta cum aliis antiquioribus. Sed alteram lectionem non unus tantum ex MSS. Vlitii, sed & German. Schol. adstruit: *Missus*, inquit, *ad fontem ut diis ad libandum aquam deferret.*

b *Arbores ficorum immaturas*] *Arbores grossos ficus habentes* appellat Schol. German. De grossis vide Lib. 1. Charis. Vetus Interpres Cantic. Salom. cap. 11. 13. *Ficus protulit grossos suos.* Cato R. R. cap. 93. *Fici uti grossos teneant* &c.

c *Pro quo admisso*] H. e. pro quo peccato. Ovid. xi. Heroid. *Ah miser admisso plectitur ille meo.* Et xvi. *Matris in admisso falsâ sub imagine lusa.* 11. Art. Am. 381. *Conjugis admissum violataque jura mariti.*

d *Quod guttur habeat pertusum*] Aliam causam adduxi ex Æliano ad Fulgent. Lib. 1. 12.

e *Ut tanquam sinat*] Adstruunt eam lectionem 3. Vlitt. Veneta tamen & aliæ antiquiores, *ut tanquam non sinat.*

f *Ister*] *Histrius* Veneta & Vlitt. 3. Scribe *Istrus*. Retinuit terminationem Græcam, ut in *Periandrus*, *Thessandrus*, aliisque. Ἴστρος est Græcis. Vide Hesych. in ἄμαξα. & Plutarch. libr. de Musicâ.

g Qua-

vastitas & civium internecio miranda: quare Demiphonta permotum ferunt misisse ad Apollinis oraculum, [g] quærens remedium vastitatis. Responso autem dato, ut quotannis una de nobilium genere virgo diis penatibus eorum immolaretur: Demiphon omnium filias præter suas sorte ductas interficiebat, usque dum cuidam civium loco nobilissimo eorum nato perdoluit inceptum Demiphontis: qui negare cœpit de sua filia se passurum sortiri, nisi eodem regis filiæ essent conjectæ. Quo facto rex permotus, illius filiam sine sorte ductam interfecit: quod [h] Matusius nomine, virginis pater, [i] instanti tempore simulavit se patriæ causa non ægre ferre factum: potuisset enim postea sorte ducta nihilominus interire: quod paulatim dies regi in oblivionem perduxit. Itaque cum se prope amicissimum regi virginis pater ostendisset, solenne sacrificium se habere dixit, eumque & filias ejus ad id conficiendum invitavit: qui nihil aliter futurum suspicatus, filias ante misit, [k] ut ipse occupatus in re civili postea veniret. Quod cum exoptanti Matusio accidisset, filias ejus interfecit, & sanguinem earum cum vino in cratere mixtum advenienti regi pro potione dari jussit. Qui cum filias desideraret, & quid his factum esset resciisset, Matusium cum cratere [l] in mare projici jussit: quo facto mare, quo ille est projectus, memoriæ causa Matusium mare vocatum est: portus autem adhuc Crater appellatur: quem antiqui astrologi stellis deformaverunt, ut homines meminissent, [m] maleficium neminem temere lucrari posse: neque oblivionem

g *Quærens remedium*] Vlitt. 3. *quærentis*. Lego, *quærentem*.

h *Matusius*] Sic quidem & Veneta & Vlitt. 3. cum heic, tum & in sequentibus. *Mastusius* tamen mallet ex Plinii Lib. IV. cap. 11. Micyllus.

i *Instanti tempore*] H. e. præsenti, ἐνίστατι χρόνῳ. Utitur & Plinius eâ phrasi Lib. XXIX. cap. 1. Nepos Themist. cap. 1. Diomedes Lib. 1. Paul. Epist. ad Rom. VIII. 38. Οὔτε ἐνίστατα, οὔτε μέλλοντα. Vet. Interpr. *Neque instantia, neque futura.*

k *Ut ipse*] *Ut & ipse* Vlitt. 4.

l *In mare projici*] *In mari* Veneta cum aliis antiquitus excusis cum heic, tum & cap. 17. Quod vereor ne frustra editores posteriores mutarint, cum nec in MSS. suis aliter invenerit Vlitius. Lactant. Argum. Lib. XIII. Met. fab. 2. *In profundo præcipitavit.* Ita & ibi MS. Adde not. ad Fulg. Lib. 1. cap. 2. & Hygin. Mythol. cap. 92.

m *Maleficium lucrari*] Impune ferre. Quam phrasin quam immerito è Latio exturbare conetur Boxhornius, disces ex iis, quæ ad Catonis disticha annotavit Cl. Daumius. Addo ejus observa-

nem inimicitiarum fieri solere. Nonnulli cum Eratosthene dicunt, eum Cratera esse, quo [n] Icarius sit usus, cum hominibus ostenderet vinum. Alii autem dolium esse, quo Mars ab [o] Etho & Ephialte sit conjectus.

XLI. *Piscis, qui Notius appellatur.*

Hic videtur ore aquam excipere à signo Aquarii: qui laborantem quondam [a] Isin servasse existimatur: pro quo beneficio simulacrum piscis, [b] & ejus filiorum, de quibus ante diximus, inter astra constituit. Itaque Syri complures pisces non esitant, & eorum simulacra inaurata pro diis penatibus colunt. [c] De hoc & Hegesias scribit.

XLII.

Reliquum est nobis de quinque stellis, quas complures ut erraticas, ita πλανήτας Græci dixerunt. Quarum una est Jovis nomine [a] Phaethon, quem Heraclides Ponticus ait, quo

tis ad eundem modum κερδαίνειν usurpari interdum Græcis. Lucas Act. Apost. cap. XXVII. 21. Κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ ζημίαν. Vet. Interpr. *Lucrique facere injuriam hanc & jacturam.* Vide ibi Pricæum. Victor in de Persecut. Vandal. Lib. III. *Ut immissentia adhuc tormenta lucreris.*

n *Icarius*] *Icarus* Veneta, Micyll. & Paris. Rectè. Vide not. supr. ad cap. 4. & Mythol. cap. 130.

o *Etho*] Ita & Soter. *Otho* Venet. & Micyll. Alii *Oeto*. Scribe, *Oto*. Ὦτος enim Græcis est. Vide not. ad Mythol. cap. 28.

Ad CAP. XLI.

a *Isin*] Aliter Theo ad Aratum pag. 131. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ τῷ μεγάλῳ ἰχθύϊ ἐπόμενοι, περὶ ὃ ἐν τοῖς ἑξῆς ἐρεῖ, οἵπερ Δίρκῃ τῇ Ἀνδρομέδης θυγατέρι ἐμπεσοῦσιν εἰς διάκοπτον ἔσωσαν. Pro Δίρκῃ malit forte quis Διρκέπτῃ, quam & *Phacetin* perperam appellat German. Scholiastes. Sed illud *Dercia proles*, quod Avieno restituit Grotius, facit ut nihil mutare audeamus. Διρκετῇ est Eratosthenis cap. 38. ex quo præterea liquet pro illis *in Boeth stagno* legendum esse *Bambyces stagno* apud Germanicianum interpretem. Confer quæ ad Eratosth. cap. 9. annotavit vir doctus, & Hygini Mythol. caput 223.

b *Et ejus filiorum*] Intellige duos illos pisces Zodiaci, de quibus cap. 30. egit, qui filii hujus magni piscis fuisse dicuntur. Ἔκγονοι appellant Eratosthenes & Theo, *Nepotes* German. Scholiastes.

c *De hoc & Hegesias*] *De hoc & Hesyas* Veneta. *Et Hesias* Vlitt. 3. Sanè *Hesias* invenit quoque in membranis suis Modius, qui rectè omnino inde *Ctesias* facit. Scribe ergo, *de hoc & Ctesias scribit.* Eratosthenes in hac fabulâ: Ὧς φασι Κτησίας.

Ad CAP. XLII.

a *Phaethon*] Sic & Soter. *Pheton* antiquiores cum Veneta. Quod idem est. Φαίνων, *Phænon* est Eratosthenis cap. 43. Vide notas ad cap. 17. & 18. Liban.

b *Eum-*

quo tempore Prometheus homines finxerit, hunc pulchritudine corporis reliquis præstantem fecisse, [b] eumque supprimere cogitare, [c] atque ut certum redderet Cupidinem, Jovi nunciasse. Quo facto missum Mercurium ad Phaethonta persuasisse ut ad Jovem veniret, & immortalis fieret: itaque eum inter astra collocatum.

SECUNDA stella dicitur Solis, quam alii Saturni dixerunt. Hanc Eratosthenes à Solis filio [d] Phaethonta appellatam dicit: de quo complures scripserunt, ut patris inscienter curru vectus, incenderit terras: quo facto ab Jove fulmine percussus, in Eridanum [e] dejectus est, & à Sole inter sidera perlatus.

TERTIA est stella Martis, quam alii Herculis dixerunt, Veneris sequens stellam; hac (ut Eratosthenes ait) de causa: Quod Vulcanus cum uxorem Venerem duxisset, & [f] propter ejus observantiam Marti ejus copia non fieret, ut nihil aliud assequi videretur, nisi sua stella Veneris sidus persequi à Venere impetravit. Itaque cum vehementer eum amor incenderet, rem significans, è facto stellam [g] Pyroenta appellavit.

QUARTA stella est Veneris, Lucifer nomine: quam nonnulli Junonis esse dixerunt. Hunc eundem Hesperum appellari multis traditum est historiis. Hic autem omnium siderum maximus esse videtur. Nonnulli autem hunc Auro-

b *Eumque supprimere cogitare*] Ita & MSS. 3. Vlitt. Perperam. Veneta cum antiquioribus, *cumque supprimere cogitaret*. Modius, *Eumque cum supprimere cogitaret*. Forsan rectius *ut hunc* ex præcedentibus huc revocaveris, & scripseris, *cumque hunc* &c.

c *Atque ut certum redderet* &c] Ita & Veneta aliæque omnes. MSS. 3. Vlitt. *Neque Jovis ut cæteros redderet*. Lege, *neque Jovi ut cæteros redderet*. Quomodo fere & Modius hunc locum constituebat.

d *Phaethonta appellatam dicit*] Cap. nempe 43. Ὁ δὲ δεύτερος ἐκλήθη μὲν Φαέθων ὁ μέγας. ἔστι δὲ ὀνομάσθη ἀπὸ τοῦ ἡλίου.

e *Dejectus est, & à sole*] Cum MSS. 3. habeant, *dejecerit, & à Sole*, legerim, *dejectus sit, & à Sole*.

f *Propter ejus observantiam*] Παρατήρησιν. Vide not. ad Myth. cap. 189. Vet. Interpres Luc. VI. 7. *Observabant scribæ*. XX. 2. *Observantes miserunt insidiatores*. *Observantiam* ponit pro *observatione*, ut Cassiod. in de Orthograph. *Quamvis antiquorum nulla observantia fuit cum N, an sine N scriberent*.

g *Pyroenta*] Vlitt. 3. *Pyronæ*. Videntur velle, *Pyroïde*. Eratosthenes: Ὁ δὲ τρίτος Ἄρεως πυροειδὴς καλεῖται. Sed vulgatum præter alios defendit Cicero II. Nat. Deor. & auctor libri de Mundo: Εἶτ' ὁ πυρόεις, ὁ Ἡρακλέους τε καὶ Ἄρεως προσαγορευόμενος. Sed cur πυρόεις Mars? *Quia ignitis* fal-

roræ & Cephali filium esse dixerunt, pulchritudine [h] multis præstantem: ex qua re etiam cum Venere dicitur certasse, ut etiam Eratosthenes dicit, eum hac de causa Veneris appellari: [i] exoriente sole, & occidente videri: quare, ut ante diximus, jure hunc & Luciferum, & Hesperum nominatum.

QUINTA stella est Mercurii nomine Stilbon: sed hæc est brevis & clara. hæc autem Mercurio data existimatur, quod primus menses instituerit, & perviderit siderum cursus. Euhemerus autem primam ait Venerem astra constituisse, & Mercurio demonstrasse.

XLIII.



PRÆ-

fulgorem ardoribus sanguinolentus, & minaci luminis coruscatione terribilis est, ut loquitur Firmicus Astron. Lib. 1. cap. 2. Confer nostrum infr. Lib. IV. cap. 19.

h *Multis præstantem*] *Multos* Vlitt. 3. Quod mutari non debuit.

i *Exoriente sole*] *Et oriente* mallet Schefferus. Quod non displicet.

PRÆTREA oſtenditur circulus quidam in ſideribus, candido colore, quem Lacteum eſſe nonnulli dixerunt. Eratoſthenes enim dicit Mercurio infanti puero inſciam Junonem dediſſe lac: ſed poſtquam eum reſcierit Majæ filium eſſe, rejeciſſe eum à ſe, & ita lactis profuſi ſplendorem inter ſidera apparere. Alii dixerunt dormienti Junoni [a] Herculem ſuppoſitum, & experrectam, id quod ſupra diximus, feciſſe. Alii autem Herculem propter nimiam aviditatem lactis multitudinem appetiſſe, neque in ore continere potuiſſe: quod ex ore ejus profuſum circulum ſignaſſe. Alii dicunt quo tempore Ops Saturno lapidem pro partu attulit, juſſiſſe ei lac præbere: quæ cum preſſiſſet mammam, profuſo lacte circulum deformatum, quem ſupra demonſtravimus. Nos autem omnium corporum deformationem dicere inſtituemus.

De deſcriptionibus Formarum Cæleſtium.

LIBER TERTIUS.

I. *Arcti.*

IGITUR incipiemus à polo Boreo protinus dicere, quo utræque Arcti [a] nixæ vehuntur, Arctico circulo clauſæ, & ita collocatæ, ut alternis unaquæque earum reſupinata caput alterius tegere videatur, ita tamen, ut caput ejus quæ ſuperior fuerit, ad caudam inferioris contendat. Harum major in extremo circulo pedes habet fixos. Præterea habet in capite ſtellas VII, omnes obſcuras, in utriſque auribus binas, in humero claram unam, in pede noviſſimo duas, [b] in ſummo interſcapilio unam, in crure de poſterioribus primo unam: in pede priori duas, in

Ad CAP. XLIII.

a *Herculem ſuppoſitum*] Fabula eſt apud Euſeb. 11. Præp. Euang. p. 35. ed. Steph. Tzetz. in Lycophron. p. 195. Conſtantin. Geopon. Lib. XI. 20. Eratoſth. καταστ. cap. 44.

Ad Lib. III. Cap. I.


a *Nixæ*] *Fixæ* volebat Modius. Sed alterum adſtruunt Vlitt. 3.

b *In ſummo interſcapilio*] *In armo* Schol. German. ἐν ὠμοπλάτῳ Eratoſthenes. Sed interſcapilii voce crebro

in cauda ipsa tres. Ita totius sideris stellæ sunt omnino XXI.

Minor autem habet [c] in stationis unoquoque loco stellas singulas clare lucentes, & supra caudam tres: omnino septem: sed in prioribus caudæ stellis [d] una est infima, quæ Polus appellatur, ut Eratosthenes dicit, per quem locum ipse mundus existimatur versari. Reliquæ autem duæ [e] χορδαὶ dicuntur, quod circum polum versentur.

II. *Draco.*



DRA-

bro utitur noster, ubi in Græco est ῥάχις vel ῥῶτον. Vide cap. 17. 19. 20. 23. 25. 26. 27. 34. &c. Gloss. Philoxeni: *Inter scapulam*, μεταφρενον. Legerim *interscapilium*, vel *inter scapulas*. quemadmodum in iisdem Glossis habes, *Infra nares*, μύξαξ. *Interdita* (leg. *interdigita*) μεσοδάκτυλα. Sanè in Cyrilli Lexico invenias, Μεταφρενον, *interscapilium*. Sed & illa, μεσομηρίον, *interfemus* (leg. *interfemur*.) Μεσόφρυον, *intercilium*: ut forsan in Philoxeno nihil mutandum sit.

c *In stationis unoquoque loco*] Eratosth. Ἐπὶ ἑκάστης γωνίας τῆς πλινθίδος. h. e. in quadrilatero. Invenit, opinor, in Græco vocem βάσις Hyginus. Βάσεις autem pedes Græcis interdum. Atque ita eam vocem accepit heic Hyginus.

d *Una est infima, quæ Polus*] Firmant eam lectionem Vitr. 3. & Eratosth. Καλεῖται, inquit, ἀμφὶ ἧσιν ἄξων, ὃς καλεῖται πόλος. Vir doctus in margine emendarum iverat, *una est in imo.*

e Χορδαὶ] Vide de illis Scalig. ad

DRACO inter duas Arctos collocatus, videtur corporis ſinu facto Arctum minorem ita concludere, ut pene pedes ejus tangere videatur: cauda autem flexa caput majoris attingere: & ſuo capite tanquam reducto circulum Arcticum tangens, corpus ut [a] in ſphæram complicari: & ſi quis diligentius attenderit, videre poterit caput Draconis ad majoris Urſæ regionem caudæ collocatum. Hic habet [b] in utroque tempore ſtellas ſingulas, in oculis ſingulas, in mento unam, & toto corpore reliquo paſſim diſpoſitas decem; ita ut omnino ſtellarum ſit XV.

III. *Bootes ſive Arctophylax.*



Hu-

Manil. p. 71. Schol. Germ. *Fiunt omnes ſeptem, ſupra alias decem, quæ præcedunt, & dicuntur Indentes.* Pro *alias* ſcripſerim *duas*, & deleam τὸ *decem*, vel *alias duas* pro utraque voce reponam.

Ad CAP. II.

a *In Sphæram complicari*] Modius & Grotius, *in ſpiram*. Optimè procul dubio. Nihil enim convenientius, quam ſpiræ, draconi. Capella Lib. II. *Et ſpiris torto nituerunt aſtra draconi.*

b *In utroque tempore*] Ἐπ' ἀμφοῖν κροτάφοιν.

Ad

Hujus manum sinistram circulus Arcticus includit ita, ut neque occidere neque exoriri videatur: ipse autem positus ab Arctico circulo ad Æstivum definitur, inclinatus in longitudinem, dextro pede Æstivo circulo nixus. Hujus humeros & pectus à reliquo corpore dividit circulus, qui per utrosque polos transiens, tangit Arietem & Chelas. Hic quidem cum Tauro, & Geminis, & Cancro, & Leone occidit: ideo sero occidere dicitur, quod magis erectus à pedibus pervenit ad terram: [a] at exoriens citius quam Chelæ videtur. Habet autem [b] in manu sinistra stellas quatuor, quæ nunquam occidere dicuntur: in capite stellam unam; in utroque humero singulas, [c] in utraque mamma singulas, sed clariorem dextram, & sub ea alteram obscuram, & in cubito dextro claram unam: [d] in zona unam clarius cæteris lucentem: hæc stella Arcturus appellatur: in utrisque pedibus singulas, quæ omnino sunt XIV.

IV. *Corona.*

CORONAM humero sinistro prope contingere Arctophylax videtur: [a] quæ autem Engonasin dextri pedis calce conjungit: hæc Cancro & Leone exoriente occidere, cum Scorpione exoriri perspicitur. Habet autem novem stel-

Ad CAP. III.

a *At exoriens*] *At plagius exoriens* Vlitt. 2.

b *In manu sinistrâ*] German. Schol. *in dextrâ*. Atque ita in Hygino reponendum esse liquet cum ex imaginibus Grotianis, tum ex Eratosthenis cap. 8. Ἐπὶ μὲν δεξιᾶς χειρὸς β', οἱ δ' ἀριστ. Emenda δή.

c *In utraque mammâ*] Ita & MSS. 3. Vlitt. & Veneta. Nec aliter in membranis suis invenit Modius. Schol. Germ. *In singulis mammillis claras singulas.* Eratosth. Ἐπὶ τῷ μαζῶν ἑκατέρου ἀ. Perperam ergo alii, *in utraque manu.*

d *In zona*] *Inter utraque genua* Schol. German. ἀνὰ μέσον τῶν σκελῶν Proclus & Geminus. ἀνὰ μέσον τῶν γονάτων Eratosthenes. Cum Hygino facit Theo in Aratum p. 15. ed. Lond. Ἔνα δὲ ἔχει ἐν μέσῃ ζώνῃ, ὃς διὰ τῶν ὑποκάτω τοῦ λαμπροτάτου ἰδίως καὶ αὐτὸς λέγεται ἀρκτοῦρος &c.

Ad CAP. IV.

a *Quæ autem Engonasin &c.*] Lege cum 3. Vlitt. *Qui autem Engonasin dicitur dextri pedis calce conjungitur.*



ſtellas [b] in rotundo diſpoſitas: ſed ex his tres clarius cæteris lucentes.

V. *Engonaſin.*

Hic poſitus inter duos circulos, Arcticum & Æſtivum, utriſque pedibus & dextro genu, quem ante diximus, Arcticum circulum finit, ita tamen, ut dextero pede [a] prioribus digitis circulum terminet, ſiniſtro autem toto caput Draconis opprimere conetur: Humeris autem velut ſuſtinens circulum Æſtivum, & manu [b] dextra projecta tangens: lævam autem è regione ad ſiniſtrum genu por-

b *In rotundo*] *In circuitu* Schol. German. Κύκλῳ Eratoſthenes. Ovid. III. Faſt. *Dicta facit, gemmaſque novem tranſformat in ignes: Aurea per ſtellas nunc micat illa novem.*

Ad CAP. V.

a *Prioribus digitis*] *Primoribus digitis* Vlitt. unus. Latiniſſimè profecto. Vide infr. cap. 21.

b *Dextra projecta*] Infr. cap. 8. *Manibus utriſque projectis figuratus.* Ita *projectam haſtam* pro *porrectam* dixit Nepos in Chabriâ cap. 1. Schol. German. *Dextro pede contra draconem porrecto pingitur.* Et ibi non malè *projecto* reſcribetes.

c *Qui*



porrigens, æquali intervallo circuli Æstivi & genu sinistri. Hic occidens capite prius quam reliquo corpore devenit ad terram: [c] qui cum totus occidit, ut pendere pedibus ex Arctico circulo videatur: exoriens ante pedibus quam reliquis membris. Habet autem in capite stellam unam, in sinistro brachio unam, in utroque humero singulas clare lucentes: in manu sinistra unam, in dextro cubito alteram: in utroque latere singulas, sed clariorem in sinistro: [d] in dextero femore duas, in genu unam, in poplite unam, in crure duas, in pede unam, [e] quæ dicitur clara, in sinistra manu quatuor, quas pellem Leonis esse nonnulli dixerunt.

VI *Ly-*


c *Qui cum totus occidit, ut pendere* &c.] Notat Micyllus: *Ita figuratur, vel simile quid deest.* Schefferus legit, *Qui cum occidit, occidit ut totus* &c. Malim, *Qui cum totus occidit, occidit ut pendere* &c. Neglexit geminare vocem librarius.

d *In dextro femore*] *Femine* Morell.

unus, & 3. Vitt. Sulpicius Severus Histor. Sacr. Lib. 1. *Contactu domini femine sacramentum dedit.* Apulej. Ἀνηχμ. *Sinuare ad Veneris usum femina.*

e *Quæ dicitur clara*] *Clava* Grotius. Sed eam supra dextram collocat Eratosth. Ὑπὲρ τῆς δεξιᾶς, inquit, χεῖρα ἀ. ἣ καλεῖται ῥόπαλον.

VI. *Lyra.*



Hæc posita est contra regionem ejus loci, qui est inter genu & manum sinistram ejus, qui Engonasin vocatur, cujus ipsa testudo spectat ad Arcticum circulum: summum autem cacumen ad polum Notium contendere videtur. Hæc Lyra Virgine exoriente occidere, cum Sagittario exoriri perspicitur. Habet autem in ipsis testudinis lateribus singulas stellas: in summis cacuminibus eorum, quæ in testudine [a] ut brachia sunt collecta, singulas: in mediis iisdem, quos humeros Eratosthenes singit, singulas: in scapulis ipsius testudinis unam: [b] in ima Lyra, quæ ut basis totius videtur, unam.

VII. *Olor.*

Ad CAP. VI.

a *Ut brachia sunt collecta*] Legerim *collocata*. quanquam Vlitt. 3. habent, *in testudinem, ut brachia, sunt conjecta*. *Conjecta* Venet. & aliæ antiquitus publicatæ.

b *In imâ lyrâ*] Non improbo quidem. Sed cum Veneta aliæque antiquiores repræsentent, *in imâ lyræ*, videri possit scripsisse *in imo lyræ*. *Fundum* vocat German. Scholiastes, πυθμένα Eratosthenes. Verba Scholiastæ sunt, *in fundo unam, in medullo unam*.

Le-

VII. *Olor.*



Hujus una ala eſt ad circumductionem hujus circuli, qui [a] Arcticus vocatur, contingens extremum pedem ſiniſtrum ejus qui Engonaſin vocatur: ſiniſtram autem alam habet paululum extra circulum Æſtivum, pene conjungens pedibus Pegaſi. Æſtivus autem circulus roſtrum ejus à reliquo corpore dividit. Cauda jungitur extrema cum capite Cephei. Hic cum virgine & Chelis occidens, prius capite quam reliquis membris devenit ad terram: exoritur autem cum Capricorno. Hic habet in capite ſtellam clare lu-

cen-

Lege, *in mediolo unam*, ut in libro Heinſii emendaverat neſcio quis doctus homo. Dictam & *lyram* nomine totius ſigni ſtellam illam, quæ in fundo eſt, docet nos Proclus, ut & Geminus p. m. 46. Cæterum in fine capitis hujus additur à Veneta & aliis, *& ita omnino ſunt novem*. Sed MSS. 3. Vlitt. non agnoſcunt illa. Diſertim alioquin & Eratoſthenes, τὰς πεντε Ϛ'. Sed decem lyræ ſtellas tribuit Hipparchus, octo Timochares apud Theon. in Arat. pag. 37. ed. Lond.

Ad CAP. VII.

a *Arcticus*] *Arcticos* Græcâ terminatione MSS. 3. Vlitt. & Veneta cum heic, tum & inſr. cap. 9. Sic *arctos* nominandi caſu habes Lib. 11. cap. 2.

Unable to display this page

manu dextera unam: item in cubito obſcuram unam, in ſiniſtra manu & humero ſingulas, in dextero humero unam: in zona, quæ medium ejus dividit corpus, tres ſtellæ claræ videntur, in latere dextero obſcura una: in ſiniſtro genu duæ: in utriſque pedibus ſingulæ: ſupra pedes ſtellæ quatuor. Hic totus omnino eſt ſtellarum XIX.

IX. *Caſſiepeia.*



CASSIEPEIA ſedens in ſiliquaſtro collocata eſt, cujus ſedilis & ipſius Caſſiepeiæ [a] pedes poſiti in ipſa circunductione circuli, qui Arcticus vocatur: effigies autem corporis ad Æſtivum circulum pervenit, quem capite & dextera manu tangit. Hanc prope mediam dividit circulus is qui Lacteus appellatur, [b] proxime Cephei ſignum collocatum

Ad CAP. IX.

a *Pedes poſiti*] *Poſiti ſunt.* Vlitt. 2.

b *Proximè Cephei ſignum collocatum*] *Collocatam* Vlitt. 3. ut referatur ad *Caſſiepeiam.*

c *Scor-*

catum. Hæc occidens [c]Scorpione exoriente, capite cum sedili resupina ferri perspicitur, exoriri autem cum Sagittario. Hujus in capite stella ostenditur una: in utroque humero una: [d]in papilla dextra clara una: in lumbis magna una, in sinistro [e]femore duæ: in genu una, in pede dextro una, [f]in quadrato, quo sella deformatur, in angulis utrisque singulæ clarius cæteris lucentes. Hæc igitur est omnino [g]stellarum XIII.

X. *Andromeda.*



ANDROMEDA proxime Cassiepeiam, supra caput Persei, brevi intervallo dissidente collocata perspicitur, manifi-

[c] *Scorpione exoriente*] *Cum scorpione oriente* Vlitt. 1. qui & supr. cap. 7. repræsentat: *Hic cum virgine & chelis exorientibus occidens.* Nec non cap. 3. *Hic quidem cum tauro & geminis orientibus & cancro & leone occidit.*

[d] *In papilla dextra*] Ita & Vlitt. unus. Sed *mamilla* al. cum Veneta & Scholiaste Germanici.

[e] *Femore*] *Femine* Vlitt. 2. Ut supra cap. 5. & infr. cap. 11.

[f] *In quadrato*] Ἐπὶ τῷ πλινθίῳ δ, ut habet Eratosthenes. Adde ergo post τὸ *deformatur* ex Vett. edd. *una.*

[g] *Stellarum* XIII.] XIV. MSS. 2. Vlitt. Sed & German. Schol. *Sunt omnes* XIII.

Ad

nibus diversis vincta, ut antiquis historiis est traditum. Cujus caput equi Pegasi [a] ventri conjungitur: eadem enim stella [b] & umbilicus Pegasi & Andromedæ caput appellatur. Hujus medium pectus & manum sinistram circulus Æstivus dividit. Occidit autem cum Pisce de duobus secundo, quem Andromedæ subjectum brachio supra diximus, exoriente Libra & Scorpione, capite prius quam reliquo corpore perveniens ad terram. Exoritur autem cum Piscibus & Ariete. Hæc, ut supra diximus, habet in capite stellam clare lucentem unam: in utroque humero unam: in cubito dextro unam, in ipsa manu unam: in sinistro cubito unam, in brachio unam, in manu alteram: in zona tres, [c] supra zonam quatuor: in utroque genu unam, in pedibus autem binas. Ita omnino [d] est stellarum XX.

XI. *Perseus.*

Hujus sinistrum crus & humerum lævum circulus Æstivus à reliquo corpore dividit. Ipse manu dextra [a] Arcticum circulum tangit: dextro pede caput Aurigæ premere velut currens videtur. Idem occidens Sagittario & Capricorno exorto, inclinatur ad caput versus, cum Ariete & Tauro rectus exoritur. Habet autem in utroque humero stellam unam: in manu dextra clare lucentem unam, [b] qua falcem tenere dicitur, quo telo Gorgonem interfecit: in sinistra alteram, qua caput Gorgonis tenere existimatur. Habet præterea in ventre stellam unam, in lumbis alteram: in dextro femore unam, in genu unam, in tibia unam, in pede unam obscuram, in sinistro femore unam, & in

Ad CAP. X.

a *Ventri conjungitur*] *Ventre* Vlitt. 2. Quod non ausim damnare. Vide not. ad cap. 16.

b *Et umbilicus Pegasi &c.*] Cæsar: *Vertice & Andromedæ radiat quæ stella sub ipsâ Alvo fulget Equi.*

c *Supra zonam*] *Sub zonâ* Grotius. Quam emendationem adstruunt & German. Scholiastes, & Eratosthenes.

d *Est stellarum* XX.] Schol. German. *Sunt omnes* XXI. Quod si numerum subducas, videbis ex illo emendandum esse Hyginum. XXII repræsentat pictura vetus.

Ad CAP. XI.

a *Arcticum circulum*] *Arctoum* MSS. 2.

b *Qua falcem tenere existimatur*] Geminus: *Quæ in summâ dextrâ Persei stellulæ crebræ & parvæ collocantur, hæ efficiunt constellationem falcis. Quæ vero in extremâ manu sinistrâ sunt sitæ stellæ, vocantur stellæ Gorgonum.*

c *Quod*



& in genu alteram: in tibia duas, in ſiniſtra manu [c] quod Gorgonis caput vocatur, ſtellas quatuor. [d] Omnino eſt ſtellarum XIX. Caput ejus & falx [e] ſine ſideribus apparent. Hunc Aratus cum diceret inter ſidera κεκονιορτμένον figuratum, acceperunt complures, eum pulverulentum dicere: quod minime convenit, poſſe inter ſidera etiam pulverulentum apparere: quod ſi eſſet, dignior erat Orion, cui idem aſcriberetur. Primum, quod aſſidue eſt venatus, & ſemper in terra fuit: [f] denique quod adhuc inter ſidera venari videtur: Perſeus autem [g] qui aſſidue vola-

c *Quod caput Gorgonis vocatur, ſtellas quatuor*] Scholiaſtes Germanici: *In capite Gorgonis circumquaque tres.* Et Eratoſthenes, περὶ τὰς Γοργόνος πλειάδας γ. Οἱ δὲ ἐν ἄκρᾳ τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ἢ Περσέως κεφαλῆς ἀστέρες, γοργόνιον καλοῦσι. Fort. Γοργόνιον, ut appellat Ptolemæus.

d *Omnino eſt ſtellarum* XIX.] Schol. German. *Fiunt omnes* XVIII. Veneta, & aliæ antiquiores, *Omnino eſt ſtellarum numerus decem & ſeptem.* Sed octodecim ſunt, ſi numeros Hygini ſubducas.

e *Sine ſideribus apparent*] Eratoſthenes: Ἡ δὲ κεφαλὴ, ἐν ᾗ ἅρπη καὶ γοργόνος ὄφθαλμος.

f *Denique quod adhuc*] *Deinde quod adhuc* MSS. 2. ex Vlitt.

g *Qui aſſidue volaret*] Ita & Vlitt. 2. Sed edd. antiq. *volabat.* Convenientius foret, *volarit.*

h Æto-

volaret, non poteſt pulverem habere. Quid igitur? Cum vellet Aratus eum currentem obſcure ſignificare, uſus Ætolorum conſuetudine, eum κεκονισμένον dixit: [h] Ætoli enim cum volunt aliquem decurrere ſignificare, [i] κεκονίσθαι dicunt, id quod Aratus voluit demonſtrare, non ut illum volantem aſſidue pulverulentum dicat, quod à multis perperam eſt intellectum.

XII. *Heniochus.*



HENIOCHUS autem circulo Æſtivo genuum fine, præterea ab humero ſiniſtro uſque ad zonam dividitur ab eo, quem ſupra Lacteum orbem diximus. Hujus dexter pes Tauri

h *Ætoli*] *Æoli* vel *Æolii* mallet Grotius, quod Æolicâ utatur dialecto Aratus.

i Κεκονίσθαι] Pariſ. & nonnullæ aliæ edd. κεκονίδθη. Edit. Ven. anni 1482. *Ceconiſſe.* Forte, κεκονίδθη. Euſtath. ad Hom. pag. 943. ed. Baſ. Ἔστι δὲ κονίειν παρὰ τὸ διὰ τῆς πολλῆς κόνεως ἐγείρειν ἐπὶ τῆς ταχυδρομίας δύναμιν. Confer Etym. in Κονία. Verſus Arati hi ſunt p. 53. ed. Lond. Καὶ οἱ δεξιτερὴ μὲν ὅπῃ κλισμὸν τελέσσῃ Πηγάσοιο δίφρου. τὰ δὲ ἐν ποσὶν οἷα διάκναν Ἴχνια μικρὴ, κεκονισμένῳ ἐν Διὶ πατρί. Schol. κεκονισμένῳ ἔοικεν, ἤγουν κόνιν ἐπὶ τῆς ταχυδρομίας ἐγείροντι.

Ad

Tauri sinistro cornu stella conjungitur una. Manibus ut lora tenens figuratur. Cujus [a] in humero sinistro Capra, [b] in manu autem duo Hœdi duabus stellis formati dicuntur. Totus autem pedibus Persei subjectus, caput habens contra ursæ majoris aspectum. Hic occidere Sagittarii & Capricorni exortu videtur: exoriri autem, Ophiucho & Engonasin occidentibus. Habet præterea in capite stellam unam: in utroque humero unam, sed in sinistro clariorem, quæ Capra vocatur, in utroque cubito unam, in manu duas, quæ Hœdi appellantur, stellis prope occidentibus [c] facti.

XII. *Ophiuchus.*

OPHIUCHUS inclinatus à capite, ut qui resupinari videtur, manibus anguem tenere figuratus. Hujus autem humeri Æstivo circulo dividuntur à reliquo corpore. Ipse genuum fine ab Æquinoctiali circulo terminatur, pede sinistro premens oculos, dextro autem testudini Scorpionis innixus. Anguis autem, qui ab eo tenetur, prope extremo ore Coronam contingit, medium ut præcingens Ophiuchum, à cauda brevior quam superiori corpore, qua manus sinistra ipsius signi figuratur: ita tamen, ut extrema cauda circulum Æquinoctialem cum Aquilæ cauda jungat. Occidens exortu Geminorum, Cancri, & Leonis, pervenit ad terram: exoriens autem cum Scorpione & Sagittario, apparet. Hic habet in capite stellam unam, in utroque humero singulas, in sinistra manu tres, in dextra quatuor, in lumbis duas, in utroque genu singulas, in dextro crure unam, in utroque pede singulas, sed clariorém in dextro. Itaque est omnino stellarum XVII. An-

Ad CAP. XII.

a *In humero sinistro capra*] Geminus pag. 45. Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ διαζώματος ὤμῳ τῷ ἀριστερῷ κείμενος, λαμπρὸς ἀστὴρ αἴξ προσαγορεύεται. Οἱ δὲ ἐπ' ἄκρα τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ κείμενοι ἀστερίσκοι δύο, ἔριφοι καλοῦνται.

b *In manu duas, quæ hœdi*] In sinistrâ manu puta. Ἐπ' ἀριστερᾶς χειρὸς, ut loquitur Eratosthenes. Schol. German. *Super ipso brachio stellas duas, quæ vocantur hœdi.* Servius ad Æn. IX. 668. *Retinet autem auriga stellas duas in manu, quæ hœdi vocantur, & capram, quam Amalteam dicunt: quarum & ortus & occasus gravissimas tempestates faciunt.*

c *Facti*] Al. *formati. Ficti* alter Morell. Ut & unus de Vlitt.

Ad



Anguis autem habet in ſummo capite duas, ſub capite quatuor, uno loco omnes. Ad manum ipſius Ophiuchi ſiniſtram duas, ſed quæ maxime ad corpus ejus accedit, clariorem: & in dorſo Anguis ad ipſam corporis conjunctionem quinque. Et in prima curvatura caudæ quatuor: in ſecunda, caput verſus, ſtellas ſex. Ita eſt omnino trium & viginti ſtellarum.

XIV.

SAGITTA inter duos circulos, Æſtivum & Æquinoctialem, ſuper Aquilæ ſignum poſita, dividitur ab eo circulo, qui utrique polo ſubjectus ad Cancrum & Capricornum pervenit. [a] Hujus acumen ad Equi pedum regionem ſpectat: altera pars ad humeros Ophiuchi tendit. Hæc occidit Virginis ortu: oritur autem cum Scorpione. Ha-

Ad CAP. XIV.

a *Hujus acumen*] Ita & Vlitt. 2. Malè *cacumen* editi vulgo. Vide infr. cap. 25. & Lib. IV. cap. 4. Lactant. De Opif. Dei cap. 7. *Acuminavit in caudam.*

Habet omnino ſtellas quatuor, quarum una [b] in principio materiæ, altera in medio, duæ reliquæ [c] in eo loco, quo ferrum ſolet affigi, diverſæ videntur.

XV. *Aquila.*



AQUILA ala dextra non multum extra circulum Æquinoctialem prodire, ſiniſtra autem non longe à capite Ophiuchi figurata videtur. Præterea roſtrum ejus à reliquo corpore dividit circulus, quem ſupra diximus à Cancro ad Capricornum pervenire: media autem finitur ab eo quem ſupra Lacteum orbem demonſtravimus eſſe. Hæc occidit exorto Leone: exoritur autem cum Capricorno, habens in capite ſtellam unam, in utraque penna unam, in cauda unam.

XVI. *Delphin.*

DELPHIN non longe ab Aquilæ ſigno figuratus, incur-

b *In principio materiæ*] H. e. ligni, unde ſagitta erat facta.

c *In eo loco, quo ferrum ſolet affigi*] h. e. *in acumine*, ut loquitur German. Scholiaſtes, *ἐν τῇ ἀκίδι*.

Ad



curvatione caudæ noviſſimæ tangit Æquinoctialis circuli circumductionem, capite [a] prope contingens equi Pegaſi roſtrum. Hic exoritur cum ſagittarii poſteriore parte. Occidit autem, cum Virgo exorta eſt ad capitis finem. Habet autem in capite ſtellas duas, ſupra caput [b] ad cervicem verſus duas: ad ea, quæ in ventre velut pennæ videntur, habet ſtellas tres: in ſcapulis autem unam; in cauda duas. [c] Omnino eſt ſtellarum decem.

XVII. *Equus.*

Ad CAP. XVI.

a *Prope contingens*] *Conjungens* unus ex Vlitt. Quod damnare haud auſim. Sic mox cap. 17. *Manum dextram cervice ſuâ conjungens.* Confer quæ diximus ad cap. 19. 28. 30. 34. 37. &c. Servius ad Æn. IX. vers. 668. *Hunc cum tauro una clara ſtella conjungit.*

b *Ad cervicem verſus*] Ita & Vlitt. 2. Tò *ad* notandum heic addi, quod omittei alias ſolet. Vellej. Lib. II. cap. 101. *Omnibus ad orientem verſus provinciis.* Non diſſimile eſt illud ejuſdem ſcriptoris Lib. I. cap. 15. *A Imperatoribus in patrium verſus.* Et Curtii Lib. IV. cap. 7. *In meridiem verſus Arabes ſpectant.* Salluſt. Catil. cap. 56. *In Galliam verſus caſtra movere.* Schol. German. heic habet, *in ſolio duas.* Scripſerat, opinor, in *leſiâ*, pro λοφιᾷ. Quam vocem ut ambiguam (verticem enim & cervicem notat) retinere illi ſatius viſum eſt, quam malè interpretari. Eratoſthenes, ὅτι τ̃ λοφίας β΄. Scripſeram hæc, cum à Grotio in Notis ad Imag. reſtitui vidi Scholiaſtæ iſti, *in colle duas.*

c *Omnino eſt ſtellarum decem*] Vlitt. 3. *Eſt omnino ſtellarum* IX. Quod convenit cum Eratoſth. & Scholiaſte Germ.

XVII. *Equus.*



EQUUS Arcticum circulum ſpectans, pedibus Æſtivo orbe niti, extremo ore caput Delphini tangere videtur, Aquarii manum dextram cervice ſua conjungens, & utriſque Piſcibus clauſus, quos in duodecim ſignis poſtea demonſtrabimus. Hujus in ſtellis corpus apparet uſque ad umbilicum deformatum: qui occidit cum Piſce de duobus primo, qui ſupra tergum ejus eſt fixus. Exoritur cum Aquario toto, & cum Piſce, [a] cum quo & occidit manus Aquarii dextra. Hic habet in roſtro ſtellas duas obſcuras, in capite unam, in maxilla unam, in utriſque auribus ſingulas, in cervicibus quatuor obſcuras: ſed maxime lucet quæ capiti proxima apparet: in humero claram unam;

cujus hæc ſunt verba: *Habet autem ſtellas novem, & ideo muſicum ſignum dicitur, eo quod in numero muſarum ſtellas habet.*


Ad CAP. XVII.

a *Cum quo & occidit manus*] Vett. edd. *Cum quo occidit, & manu* &c. Unus ex Vlist. *Cum quo occidit & manus* &c.

b *In*

unam, in pectore unam, [b] in interscapilio unam, in umbilico [c] novissimam unam, quæ Andromedæ caput vocatur, in genibus utrisque singulas, in utrisque poplitibus singulas. Ita est [d] omnino stellarum XVII.

XVIII. *Deltoton.*



DELTOTON autem in triangulum deformatur, [a] æquis lateribus duobus, uno breviore, sed prope æquali reliquis, inter Æstivum & Æquinoctialem circulum supra caput Arietis, non longe ab Andromedæ dextro crure, & Per-

b *In interscapilio*] *In armo* Schol. German. Quod idem est. Vide quæ ad cap. 1. annotavi.

c *Novissimam unam*] Eratosthenes, ἐπ' ὀμφαλῷ ἕκτον λαμπρὸν α'. Si eum locum respexit, interserendum *claram*. Schol. Germ. *In spirâ unam, in umbilico claram unam.*

d *Omnino est stellarum* XVII.] Schol. German. *Sunt omnes* XVIII. Qui numerus convenit cum stellis ab Hygino enumeratis.

Ad CAP. XVIII.

a *Æquis lateribus duobus*] Theo in Aratum pag. 31. Τὸ δὲ δελτωτὸν ἰσοσκελὲς, καὶ ἰσοπλευρον. Τας γὰρ κατὰ τὰς πλευρὰς ἴσας ἔχει, τὴν δὲ κάτωθεν ὑποτείνουσαν βραχυτέραν ἐστίν.

& Persei manu sinistra collocatum: cum Ariete toto occidens, exoriens autem cum ejusdem dimidia priore parte. Habet stellam [b] in unoquoque angulo unam.

XIX. *Aries.*



NUNC protinus XII. signorum figurationem dicemus, quorum est princeps Aries.

ARIES in Æquinoctiali circulo consistens, caput ad exortum habens conversum, occidens à primis pedibus, & exoriens caput infra Triangulum, quod & supra diximus, tenens collocatum, pedibus prope caput [a] contingens Pistricis. Habet autem in capite stellam unam, [b] in cornibus

[b] *In unoquoque angulo*] Non habent præpositionem Vitt. 2. Theo in Arat. p. 32. Ἔχει δὲ ἐν ἑκάστῃ γωνίᾳ ἀστέρα πρῶτον. Vel deest aliquid, vel ἀστέρα cum Grotio legendum, deleto ἐπὶ τοιαύτης.

Ad CAP. XIX.

[a] *Contingens*] *Conjungens* Vitt. 2. & Sussanus.

[b] *In cornibus*] *In auriculis* Scholiast. Germanici. Eratosth. ἐπὶ τῶν μυκτήρων. Hoc esset, *in naribus*.

c *In*

bus tres, [c] in cervice tres, in pede priore de primis unam, [d] in interscapilio quatuor, in cauda unam, [e] sub ventre tres, in lumbis unam, in pede posteriore unam. Omnino est [f] stellarum XVIII.

XX. *Taurus.*



TAURUS ad ortum signorum dimidia parte collocatus, ut incipere genu ac defigere ad terram videtur, caput eodem habens attentum. Genua ejus à reliquo corpore dividit circulus Æquinoctialis. Cornu sinistro, ut supra diximus, conjungitur [a] cum sinistro pede ejus, qui Au-

c *In cervice tres*] Rescribe *duas*, ut præferunt 4. Vlitt. & alter Morellianus. Firmant eam emendationem Eratosthenes & German. Scholiastes.

d *In interscapilio*] *In dorso* Scholiast Germ. ut ἐπὶ μέσῳ Eratosthene cum heic, tum cap. 23. Præpositionem non agnoscunt Vlitt. 3. nec Susianus liber, in quo fuit, *inter scapula*. Vide not. ad cap. 1.

e *Sub ventre tres*] Sic & Vlitt. 2. cum Eratosth. & Schol. German. Perperam ergo *sub ventre unam* alii.

f *Stellarum* XVIII. Si in cervice *duas* tantum colloces, erunt numero XVII. quomodo Vlitt. 2. & Susianus exhibent.

Ad CAP. XX.

a *Cum sinistro pede ejus*] Alter Morell. & unus ex Vlitt. *cum dextro* &c.



Auriga appellatur. [b] Inter hujus finitionem ~~corporis &~~ Arietis caudam ſtellæ ſunt ſeptem, quas Vergilias noſtri, Græci autem πλειάδας appellaverunt. Hic averſus oritur & occidit. Habet autem in cornibus ſingulas ſtellas, ſed in ſiniſtro clariorem: utriſque oculis ſingulas, in fronte media unam: [c] ex quibus locis cornua naſcuntur, ſingulas, quæ ſeptem ſtellæ Hyades appellantur: etſi nonnulli quas duas diximus noviſſime, ſtellas negaverunt eſſe, [d] ut omnino Hyades eſſent quinque. Præterea in ſiniſtro genu priore habet ſtellam unam, & ſupra ungulam unam; in dextro genu unam, & in interſcapilio tres, noviſſimam earum cæteris clariorem; in pectore unam. Quæ ſunt omnino, [e] præter Vergilias, XVIII.

XXI. *Ge-*

b *Inter hujus finitionem* &c.] In dorſo eas collocant Proclus & Geminus.

c *Ex quibus locis cornua naſcuntur*] Ἐν τῇ τῶν κεράτων ἐκφύσει.

d *Ut omnino Hyades eſſent quinque*] Geminus: Οἱ δὲ ὅτι τῶν βακχέως τοῦ πώγωνος κείμενοι ἀστέρες, ἢ ἀριθμὸν πέντε, κακῶς ὑάδες. Eadem habet Proclus in de Sphæra, ut & Hyginus ipſe Mythol. cap. 192.

e *Præter Vergilias* XVIII.] Ita & Vlitt. 2. tertius XVIIII. quartus XVII. Octodecim numerant quoque Eratoſthenes & Schol. German. Sed numerum earum

XXI. *Gemini.*



GEMINI ab aurigæ dextra parte ſupra Oriona collocati videntur, ita tamen, ut Orion inter Taurum & Geminos ſit conſtitutus. Capita eorum dividuntur à reliquo corpore circulo eo, [a] qui æſtivum definire ſupra eſt dictus. Ut complexa corpora inter ſe tenentes occidunt directi à pedibus: exoriuntur autem inclinati ut jacentes. Sed de his qui Cancro eſt proximus, habet in capite ſtellam unam claram, in utriſque humeris ſingulas claras, in dextro cubito unam, in genibus utriſque ſingulas, [b] in pedibus utriſque ſingulas: alter autem in capite unam, in utriſque mammis ſingulas, [c] in ſiniſtro humero unam, in

rum, quas Hyginus recenſuit; Gineas, malis XIV. ut Veneta & aliæ antiquiores exhibent.

Ad CAP. XXI.

a *Qui æſtivum definire*] Æſtatem


Vlitt. 4. Quod omnino probandum. Vide cap. 7. Lib. I.

b *In pedibus utriſque*] Unâ voce auctius Vlitt. 3. *In pedibus utriſque primoribus.* Sic ſupr. cap. 5. *In digitis primoribus.*

c *In ſiniſtro humero unam*] Poſt hæc

in pedibus utrisque singulas, & infra sinistrum pedem unam, quæ [d] πρόπους appellatur.

XXII. *Cancer.*



Hunc medium dividit circulus Æstivus ad Leonem & ad exortus spectantem, paululum supra caput Hydræ collocatum, Occidentem & Orientem posteriori corporis parte. Hic autem habet in ipsa testa stellas duas, quæ Asini vocantur, de quibus ante diximus: in dextris pedibus singulas obscuras, in sinistro primo pede duas, & in secundo duas obscuras, in tertio unam, [a] in quarto primo unam obscuram, in ore unam, in ea quæ [b] Chela dexterior

verba inserenda ista ex Vlitt. 3. *In sinistro genu unam.*

d *Propus appellatur*] *Tropos* Vlitt. 4. & Schol. Germ. in Vett. editionibus. Nimirum *propos* pro *propus* dederant librarii, ut *Trapezos* pro *Trapezus* Myth. cap. 176. aliaque id genus, quæ ad illum locum congessimus. Geminus: Ὁ δὲ πρόπους ἢ ποδῶν ἢ διδύμων ἄστρα πρόπους.

Ad CAP. XXII.

a *In quarto primo*] H. e. Ἐπ' ἀκρου αὐτῶ τελάρτω, ut loquitur Eratosthenes.

b *Chela dexterior*] *Cornua* chelas appel-

terior dicitur, tres ſimiles, non grandes, in ſiniſtra ſimiles duas. Omnino [c] eſt ſtellarum XVII.

XXIII. *Leo.*



LEO ſpectans ad occaſum ſupra corpus Hydræ, à capite qua Cancer inſtat, uſque ad mediam partem ejus conſtitutus, medius æſtivo circulo dividitur, ut ſub ipſo orbe priores pedes habeat collocatos: occidens à capite & exoriens. Hic habet in capite ſtellas tres, in cervicibus duas, in pectore unam, [a] in interſcapilio tres, in media cauda unam, [b] in extrema alteram, ſub pectore duas, in pede

pellat Scholiaſtes Germanici cum Cancri, tum & Scorpii, de quo cap. 25. agitur. *Furcæ* Apuleio ſunt in Apologiâ, *Forſiculæ* Plinio.

c *Eſt ſtellarum* XVII.] Ita & Vlitt. & Eratoſthenis. Schol. Germ. XVI. Perperam.

Ad CAP. XXIII.

a *In interſcapilio*] Delent ante hanc vocem præpoſitionem Vlitt. 3. cum heic, tum & paſſim ſupra infraque. Cæterum pro interſcapilio *ſpinam* exhibet Schol. Germanici, ut & ὀπὶ τᾶ ῥάχεως Eratoſthenes. Vide ſupr. cap. 19.

b *In extremâ alteram*] Ita & Vlitt. 3. Sed Veneta & aliæ antiquiores addunt *magnam*. Rectius eſſet *claram*. Schol. Germ. *In ultimâ caudâ claram unam*. Eratoſth. Ἐπ' ἐσχάτου πυμάτην δέ.

Ad

pede priore unam claram, in ventre claram unam, & infra alteram magnam: in lumbis unam, in posteriori genu unam, in pede posteriori unam claram. Ita omnino est stellarum XIX.

XXIV. *Virgo.*



VIRGO infra pedes Bootis collocata, capite posteriorem partem Leonis, dextra manu circulum Æquinoctialem tangit: [a] ac inferiorem partem corporis supra Corvum & Hydræ caudam habere perspicitur, [b] occidens capite prius quam cæteris membris. Hujus in capite est stella una obscura, in utrisque humeris singulæ, in utrisque pennis binæ, quarum una stella, quæ est in dextra penna ad humerum defixa, ἀστρυγνὶς vocatur. Præterea habet in utrisque manibus singulas stellas, quarum una quæ est in dextra manu, major & clarior, [c] ea cum spicis esse dicitur.

Ad CAP. XXIV.

a *Ac inferiorem partem*] *Ad inferiorem* Vlitt. 2. tertius, *at inferiorem* &c. Quod rectum est.

b *Occidens capite*] *A capite* Vlitt. 2.

c *Ea cum spicis esse dicitur*] Immo & *spica*

tur. In veſte autem habet paſſim diſpoſitas [d] ſtellas ſeptem, & in utriſque pedibus ſingulas. Ita eſt omnino [e] ſtellarum XVIII.

XXV. *Scorpius.*

Hujus prior pars quæ Chelæ dicuntur, ita premuntur ab Æquinoctiali circulo, ut eum ſuſtinere videantur. Ipſe autem pedibus Ophiuchi, de quo ſupra diximus, ſubditus, extrema cauda circulum Hiemalem contingere videtur: neque longe eſt ab eo ſigno, quod pro hoſtia Centaurus ferre perſpicitur. Occidit autem inclinato corpore, exoritur autem erectus à Chelis. Hic habet ſtellas in his, quæ Chelæ dicuntur, in unaquaque earum binas, ex quibus primæ ſunt clariores: præterea habet [a] in fronte ſtellas tres, quarum media eſt clariſſima, [b] in interſcapilio tres, in ventre duas, in cauda quinque, in acumine ipſo, quo percutere exiſtimatur, duas. Ita eſt omnino ſtellarum XIX.

XXVI. *Sagittarius.*

SAGITTARIUS autem ſpectans ad occaſum Centauri corpore figuratur, velut [a] mittere incipiens ſagittas, à pedibus uſque ad humeros in Hiemali circulo collocatus, ita ut caput ſolum ejus extra eum circulum, quem ſupra diximus, apparere videatur: cujus arcus Lacteo circulo medius dividitur. Ante pedes hujus eſt quædam corona ſtellis effecta, [b] de qua prius diximus. Hic præceps occidit,

ſpica dicitur. Vide Eratoſth. Schol. German. Proclum, & Geminum.

d *Stellas ſeptem*] *Sex* Vlitt. unus. Quod adſtruunt German. Schol. & Eratoſthenes.

e *Stellarum* XVIII.] MSS. 4. Vlitt. *ſtellarum* XIX. Quæ lectio rurſus ſtabilitur ab Eratoſthene & Germaniciano Scholiaſte.

Ad CAP. XXV.

a *In fronte ſtellas tres*] Ita & Eratoſthenes. Perperam, *in fronte duas* Schol. Germanici.

b *In interſcapilio*] Etiam heic, ut & mox cap. 26. 27. &c. præpoſitionem ignorant. Vlitt. 4. Sed monitum hoc jam ſuperius. Cæterum *in dorſo* ſtellas iſtas collocat Schol. Germ. Vide ſupr. quæ ad cap. 1. à nobis dicta ſunt.

Ad CAP. XXVI.

a *Mittere incipiens ſagittas*] *Sagittam* MSS. 4.

b *De quâ prius diximus*] Forte *ſuperius diximus*. Videl. lib. 11. cap. 27. Sed nihil ut mutemus ſatius eſt. Infr. cap. 34. *Sirion appellant, de quo prius diximus.*

c *In*



dit, exoritur directus. Habet autem in capite ſtellas duas, in arcu duas, in ſagitta unam, in dextro cubito unam, in manu priori unam, in ventre unam, in interſcapilio duas, in cauda unam, in priori genu unam, in pede unam, [c] in inferiori genu unam, in poplite unam. Omnino eſt ſtellarum XV. Corona autem Centauri eſt ſtellarum VII.

XXVII. *Capricornus.*

CAPRICORNUS ad occaſum ſpectans, & totus in Zodiaco circulo deformatus, cauda & toto corpore medius dividitur ab Hiemali circulo: ſuppoſitus Aquarii [2] manui ſiniſtræ, occidit præceps, exoritur autem directus. Sed habet in naſo ſtellam unam, infra cervices unam, in pectore duas, in priore pede unam, in priore eodem alte-

c *In inferiori genu*] Sine præpoſitione *inferiore genu* Vitt. 4.

Ad CAP. XXVII.

2 *Manui ſiniſtræ*] *Manu ſiniſtrâ* MSS.

4. Putes ſcripſiſſe Hyginum, *manu ſi-*

ni-



teram, in interſcapilio ſeptem, in ventre quinque, in cauda duas. Omnino [b] eſt ſtellarum viginti.

XXVIII. *Aquarius.*

AQUARIUS pedes habet in Hiemali circulo defixos, manum autem ſiniſtram uſque ad Capricorni porrigens tergus, dextra jubam Pegaſi [a] prope contingens, ſpectat ad exortus. Qui cum ita ſit figuratus, neceſſe eſt corpore eum prope reſupinato videri. Effuſio aquæ pervenit ad eum Piſcem, qui ſolitarius figuratur, de quo poſterius dicemus. Sed Aquarius & occidit & exoritur capite prius quam reliquis membris. Hic habet in capite ſtellas duas obſcuras, in utriſque humeris ſingulas magnas, in ſiniſtro cubito unam grandem, in manu priori unam, in utriſque mam-

niſtræ. Maro Æn. 1. *Parce metu.* Conſule Technicos, & Gellium.

b *Eſt ſtellarum viginti*] Stellarum XXII. Venet. *Stellarum* XXVI. Vlitt. 4. & Scholiaſt. Germanici: Eratoſthenes XXIV.

Ad CAP. XXVIII.

a *Prope contingens*] *Conjungens* Vlitt. 2. Vide ſupr. cap. 16.



mammis ſingulas obſcuras, [b] in lumbo interiori unam, in utriſque genibus ſingulas, in dextro crure unam, in utriſque pedibus ſingulas. Omnino eſt ſtellarum quatuordecim. Effuſio aquæ [c] cum aquario ipſo eſt ſtellarum triginta. Sed in his omnibus prima & noviſſima clara.


XXIX. *Piſces.*

Horum alter Notius, alter Boreus appellatur, ideo quod unus eorum, qui Boreus dicitur, inter Æquinoctialem & Æſtivum circulum ſub Andromedæ brachio collocatus, & Arcticum polum ſpectans, conſtituitur: alter autem eſt in Zodiaco circulo extremo ſub ſcapulis Equi non longe ab Æquinoctiali circulo collocatus, ſpectans ad

b *In lumbo* &c.] Ante hæc verba inſere illa ex Vlitt. 3. *Infra mammas ſingulas.* Eratoſthenes: Ὑπὸ τὰς μαζὰς ἑκατέρωθεν α'. Schol. German. *Sub mammillis ſingulas.*

c *Cum aquario ipſo*] Ex Vlitianis duo *æquali*, cæteri *aquili* exhibuerunt. Prius præfero. Intellige τῷ κάλπῳ, ſive urnam, quam *aquimanarium* Juris conſulti vocant. Schol. Germ. *Effuſio vero aquæ dextra lævaque ſit ſtellis* XXXI. *Quarum duæ ſplendidæ ſunt, cæteræ vero obſcuræ.* Confer Cujac. Obſerv. Lib. x. 17.

Ad



ad occasum. Hi pisces quibusdam stellis [a] ut lineola ab Arietis pede primo conjunguntur: quorum inferior ante occidere & exoriri videtur. Habet autem stellas XVII. Et Boreus omnino XII. Conjunctio eorum habet [b] ad Aquilonem spectans stellas tres, ad alteram partem tres, ad exortum tres, in commissura tres. Omnino duodecim. Horum conjunctionem, quæ à pede Arietis primo notatur, Aratus Græce σύνδεσμον ὑπερφίον, Cicero [c] Nodum cœlestem dicit: qui utrique volunt significare, eum nodum non solum piscium, sed etiam totius sphæræ esse: quo enim loco circulus ab Arietis pede μεσημβρινὸς dicitur, qui meridiem significet: & quo loco is circulus Mesembrinos conjungitur, & transit Æquinoctialem circulum, in ipsa conjunctione circulorum nodus Piscium significatur:

Ad CAP. XXIX.

[a] *Ut lineola*] Vide de illa lineola Scalig. ad Manil. p. 62.

[b] *Ad aquilonem spectant stellæ tres*] Emenda ex Vlitt. 2. *Spectantes stellas tres.*

[c] *Nodum cœlestem dixit*] Schol. German. *luteum alligamentum.* Fort. *cœlestium.* Nisi mavis, *lintеum* cum Grotio, quod λῖνον vocet id Ptolemæus.

tur: quare eum non modo Piſcium, ſed etiam [d] cœleſtium nodum appellaverunt.

XXX. *Piſtrix.*



[a] PISTRIX à media cauda dividitur ab Hiemali circulo, ſpectans ad exortus, roſtro prope poſteriorem [b] Arietis pedem jungens: hujus priorem partem corporis, quæ ſpectat ad exortum, prope alluere flumen Eridanus videtur. Hæc occidit exorto Cancro & Leone: exoritur autem cum Tauro & Geminis. Sed habet [c] in extrema cau-

d *Cœleſtium nodum appellaverunt*] Vlitt. *Cœleſtium nodum rerum appellaverunt*. Legerunt in Arato veteres pæne omnes σωίδιον ὑπερχόντων. Sed Grotius σωίδιον ὑπὲρ ἐχόντων legendum docet not. ad Imag. pag. 52. Atque ita editum à Londinatibus pag. 32. Καὶ τὰ μὲν εἰς ἀρκτὸν ὑπερχὰ καλός τι μέγας τι, Οὐ μὰ τὸ ϛ σωίδιον ὑπὲρ ἐχόντων καλέουσιν. Theo: Εἰς ἀρκτὸν ὄντι ϛ τῷ μέσῳ τῷ ἐχόντων, ὃ ϛις ὥσπερ σωδεῖ ἀμφοτέρας, ὃν καλοῦσιν ἐχόντων δρομέα.

Ad CAP. XXX.

a *Piſtrix*] *Cetus* eſt Schol. Germ. ut κῆτος Eratoſtheni. Vide annot. ad Mythol. cap. 273.

b *Arietis pedem jungens*] *Conjungens* unus Vlitt. Fruſtra *tangens* malebat vir doctus. Infr. cap. 34. *Pedem dextrum Orionis pæne capite ſuo conjungens.*

c *In extrema cauda ſtellas duas obſcuras*]

cauda ſtellas duas obſcuras, ab eo loco uſque ad reliqui [d] corporis curvaturam quinque; ſub ventre ſex. [e] omnino ſunt tredecim.

XXXI. *Eridanus.*



ERIDANUS à ſiniſtro pede profectus Orionis, & perveniens uſque ad Piſtricem, rurſum diffunditur ad Leporis pedes, & protinus ad Arcticum circulum tendit. Hujus figurationem Hiemalis circulus dividit ab eo loco, quo prope conjungitur Ceto. Hic Scorpione & Sagittario exorto occidere: exoriri autem cum Geminis & Cancro videtur. Habet ſtellas in prima curvatura tres, in ſecunda tres, [a] item in tertia [b] uſque ad noviſſimam ſeptem. Omnino ſtellarum eſt tredecim.

XXXII. *Le-*

ras] Schol. Germ. *In cauda extremo claras duas.* Verius, quam Hyginus, ait Grotius in not. ad Imag. pag. 65. De quo valde dubito. Nam cum Hygino Eratoſth. cap. 36. Ἐπὶ τῇ οὐρᾷ β'. φαεινούς.

d *Corporis curvaturam*] *Gibbum* vocat Germ. Schol. Κύρτωμα Eratoſthenes.

e *Omnino ſunt tredecim*] Τὸ *ſunt* nullus ex codicibus Vlitianis agnoſcit.

Ad CAP. XXXI.

a *Item in tertiâ*] Τὸ *item* abeſt à Vlitt. 2.

b *Uſque ad noviſſimam*] Vlitianorum

XXXII. *Lepus.*



LEPUS autem infra ſiniſtrum pedem Orionis per Hiemalem circulum fugiens, & ab eo inferiori parte corporis diviſus, occidit Sagittario exorto, oritur cum Leone. Habet autem ſtellas in utriſque auribus ſingulas, in corpore paſſim diſpoſitas duas, in pedibus prioribus ſingulas. ita ſunt omnino ſex.

XXXIII. *Orion.*

Hunc à zona & reliquo corpore Æquinoctialis circulus

unus, *uſque ad noviſſima.* Quod haud ſpreverim. Eratoſthenes: Ἐπὶ τῆς τρίτης ἴσας ἀφ' ἑκάτερον ζ'. ἃς φασιν εἶναι τὰ στόματα τοῦ Νείλου. Τὰς πάντας ιδ'. Nimirum in capite Nili unam collocavit, quam omiſit Hyginus. Scholiaſtes Germanici mirifice heic eſt interpolatus: *Habet*, inquit, *ſtellas in primo flexu quatuor, in ſecundo tres, in tertio tres, uſque ad noviſſimam ſeptem, quas dicunt in ore Nili fluvii eſſe. Sunt omnes* XVII. Emendo ex Hygino & Eratoſthene, *in ſecundo tres, in tertio uſque ad noviſſima ſeptem, quas dicunt ora Nili fluvii eſſe. Sunt omnes* XIV. Fruſtra heic eſt Grotius in notis ad Imag. pag. 67.

Ad



lus dividit, cum Tauro decertantem collocatum, dextra manu clavam tenentem, & incinctum enſe ſpectantem ad occaſum, & occidentem exortâ Scorpionis poſteriori parte, & Sagittario exoriente, cum Cancro autem toto corpore pariter exſurgentem. Hic habet in capite ſtellas tres claras, in utriſque humeris ſingulas, in dextro cubito obſcuram unam, in manu ſimilem unam, in zona tres, in eo quo gladius ejus deformatur, tres obſcuras, in utriſque genibus ſingulas claras, in pedibus ſingulas. omnino XVII.

XXXIV. *Canis.*

CANIS Leporem [a] fugientem perſequens, poſterioribus pedibus dividitur ab Hiemali circulo, pedem dextrum Orionis pene ſuo capite [b] contingens, capite ad occa-

Ad CAP. XXXIV.

a *Fugientem perſequens*] *Conſequens* edd. vetuſt. Sed Vlitt. 2. *proſequens.*

b *Contingens*] *Conjungens* eſt in 3. Vlitt. & utroque Morelliano.



casum spectans, sed caput ad Æquinoctialem circulum tendit: occidens oriente Sagittario, exoriens autem cum Cancro. Hic Canis habet in lingua stellam unam, [c] quæ Canis appellatur: in capite autem alteram, quam nonnulli Sirion appellant, de quo prius diximus. Præterea habet in utrisque auribus singulas stellas obscuras, in pectore duas, in pede priore tres, in interscapilio tres: in sinistro lumbo unam, in pede posteriori unam, in pede dextro unam, in cauda quatuor. omnino viginti.

XXXV. Προκύων.

Hic in Lacteo circulo defixus, pedibus Æquinoctialem circulum tangit. Spectat ad occasum, ut inter Geminos & Cancrum constitutus: qui quod ante majorem Canem exoritur, προκύων est appellatus. Hic autem occidit

[c] *Quæ canis*] Vlitt. 2. *Quæ stella canis* &c. Vide supr. Lib. II. cap. 35.

Ad



dit exorto Capricorno, exoritur cum Leone. Sed omnino est stellarum trium.

XXXVI. *Argo.*

Hujus puppis Hiemalem circulum & majoris Canis caudam contingens inferiore parte, novissime navis inclinata Antarcticum circulum tangit. Occidens Sagittario & Capricorno exorto ut in mari collocata, exoriens autem cum Virgine & Chelis. Hæc habet in puppi ad singula gubernacula, ad primum stellas quinque, ad alterum quatuor, circum carinam quinque, & [a] sub rejectu quinque, ad malum IV. Ita tota est stellarum viginti trium.

Ad CAP. XXXVI.

a *Sub rejectu*] Ita & Vlitt. 3. vulgo editi, *rejectum*. Unde *retinaculum* facit vir doctus ad Eratosthenem. *Retentum* volebat Grotius, quod κατέχεται Eratosthenes & Germ. Scholiastes appellant. Sed vulgatum *rejectum* à se defendi in curis secundis de militiâ navali ait Schefferus. Præstat ergo ἐπέχειν, donec illæ prodeant.



trium. Quæ quare non ſit tota in mundo collocata, prius diximus.

XXXVII. [a] *Centaurus.*

Hic ita figuratur, ut in Antarctico circulo niti pedibus, humeris Hiemalem ſuſtinere videatur: capite prope [b] caudam Hydræ contingens, hoſtiam dextra manu tenens ſupinam, quæ pedibus & extremo ore circulum Hiemalem tangit, inter eum & Antarcticum orbem collocata. Centauri autem crura à reliquo corpore dividit circulus qui Lacteus vocatur. Hic ſpectans ad ortus ſignorum, totus occidit Aquario & Piſcibus exortis. oritur au-

Ad CAP. XXXVII.

a *Centaurus*] Hic Chiron exiſtimatur à nonnullis, ut retulit Lib. 11. cap. 38. At Chiron Saturni & Phillyræ erat filius, qui inde Phillyrides à poetis dicitur, Propert. Lib. 11. el. 1. *Tarda Philoctetæ ſanavit crura Machaon, Phœnicis Chiron lumina Phillyrides.* Perperam ergo in Vett. edd. lemma hujus capitis habet *Phillyris.*

b *Caudam Hydræ contingens*] *Conjungens* Veneta cum aliis antiquioribus, quomodo & ſuos codices habere teſtatur Morellius. Nec aliter in ſuis Vlitius invenit.



autem cum Scorpione & Sagittario. Habet autem ſtellas ſupra caput tres obſcuras, in utriſque humeris ſingulas claras, in cubito ſiniſtro unam, in manu unam, in medio pectore equino unam, in prioribus poplitibus utriſque ſingulas, in interſcapilio quatuor, in ventre duas claras, in cauda tres, in lumbo equino unam, in genibus poſterioribus ſingulas, in poplitibus ſingulas. [c] Omnino ſunt XXIII. Hoſtia autem habet in cauda ſtellas duas, in pede de poſterioribus primo unam, & inter utroſque pedes unam, in interſcapilio unam claram, & in priore parte pedum unam, infra alteram: in capite tres diſpoſitas. Omnino ſunt numero decem.

XXXVIII. *Ara.*

[a] ARA propter Antarcticum circulum tangens inter Hoſtiæ

c *Omnino ſunt* XXIII.] XXIV. Veneta & antiquiores aliæ cum MSS. 2. ex Vlitianis. Κ', etiam Eratoſthenes.

Ad CAP. XXXVIII.

a *Ara propter*] Ita & Vlitt. 2. Sed totidem *ara prope*. Quod præferam.



ſtiæ caput & Scorpionis caudam extremam collocatur, occidens Arietis exortu, exoriens cum Capricorno. Hæc habet [b] in ſummo cacumine circuli ubi formatur, ſtellas duas, [c] & in imo altaris duas. Et ita eſt omnino ſtellarum quatuor.

XXXIX. *Hydra.*

HYDRA trium ſignorum longitudinem occupans, Cancri, Leonis [a] & Virginis, inter æquinoctialem & Hiemalem circulum collocatur, ita tamen, ut caput ejus contendens ad ſignum id, quod κρατήρ vocatur, & totius Hydræ

b *In cacumine circuli ubi formatur*] Hoc non capio; nec quid MSS. velint, in quibus *qui* vel *quid formatur*. Schol. Germ. *In ſuperficie, in qua primæ fuiſſe dicuntur*. Eratoſth. Ἐπὶ τ̃ ἐχαείδ.

c *Et in imo altaris duas*] Ita & unus de Vlitianis. Reliqui *alteras duas*. Nempe ὅτι τ̃ βάσεως, ut eſt apud Eratoſthenem. Corrige ergo Scholiaſten Germanici, qui corruptè, *duas in vaſe ejus*. Scrib. *in baſi ejus*. Οἱ ϛ. Deuteron. XII. 27. Πρὸς τῷ βάσει τῦ θυσιαϛηρίυ.

Ad CAP. XXXIX.

a *Et virginis*] Copulam nullus ex Vlitt. agnoſcit.

b *Uſque*



dræ prope quarta pars inter Æſtivum & Æquinoctialem circulum videatur. Cauda autem extrema pene Centauri caput tegens, ſuſtinet in dorſo Corvum, roſtro corpus ejus tundentem, & toto corpore ad Cratera tendentem: qui ſatis longo diſſidente intervallo, prope inter Leonem & Virginem conſtitutus videtur, inclinatior ad caput Hydræ, quæ occidit Aquario & Piſcibus exortis: oritur autem cum his ſignis, de quibus ſupra diximus. Habet autem in capite ſtellas tres, in prima à capite curvatura, ſex, ſed earum noviſſimam claram: in ſecunda curvatura tres, in tertia quatuor, in quarta duas, in quinta [b] uſque ad caudam novem, omnes obſcuras: ita fiunt numero viginti ſeptem. Corvus autem habet [c] in gutture ſtellam unam, in pennis duas, [d] infra pennam caudam verſus duas,

b *Uſque ad caudam novem*] Ita & Vlitt. 3. Sed Veneta cum antiquioribus *octo*. Atque ita etiam German. Scholiaſtes. Morellianam tamen lectionem ſtabilit Eratoſthenes, cujus verba ſunt: Ἀπὸ τῆς ε'. κεφαλῆς μέχρι τῆς κέρκου θ'. Corrige, ὀπὶ τῆς &c.

c *In gutture*] Ἐπὶ τῷ φάγχει Eratoſthenes.

d *Infra pennam caudam verſus*] Obſcu-

duas, in utrisque pedibus singulas: omnino septem. Supra primam à capite curvaturam Crater positus habet [e] in labris stellas duas, infra autem ansas duas obscuras, in medio Cratere duas, ad fundum duas. [f] Omnino sunt octo.

XL. *Piscis Notius.*



PISCIS autem qui Notius dicitur, inter Hiemalem & antarcticum circulum media regione collocatus, spectare ad exortum videtur, inter Aquarium & Capricornum, [a] ore excipiens aquam quæ funditur ab Aquario. Hic occi-

scurè dictum. Clarius Eratosthenes, ὅτι τ ὑδροχόυ. German. Schol. *In candâ.*

e *In labris*] *Labis* suspicabatur Grotius, hoc est, λαβίδες, *ansis*. Perperam. *In labris* est ὅτι τ χείλεσ Eratosthenis.

f *Omnino sunt octo*] Decem Vitt. 2. cum Schol. Germanici. Sex numerat Eratosthenes, omittens illas duas, quas infra ansas collocat Hyginus. Tanta veterum in his numeris discrepantia est.

Ad CAP. XL.

a *Ore excipiens aquam* &c.] Τ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τ ὑδροχόυ, ut est apud Geminum pag. 45. Confer Scalig. ad Manil. p. 62.

b *Ad*

occidit oriente Cancro, exoritur autem cum Piſcibus. Sed eſt ſtellarum omnino duodecim.

Quæ ad figurationem ſiderum pertinent, [b] ad hunc finem nobis erunt dicta, reliqua protinus dicemus.

De quinque circulorum inter corpora cæleſtia notatione, & Planetis.

LIBER QUARTUS.

I.



QUONIAM in initio ſphæræ circuli quinque quomodo efficerentur oſtendimus, neque eos [a] corpore ſiderum notavimus: & ſi duo noviſſimi nihil ad Solis curſum pertinent, hoc eſt Arcticos & Antarcticos, de mediis tribus dicemus. Sed quoniam Aratus quatuor circulis ſphæram

[b] *Ad hunc finem*] Vlitt. unus ἀρχαῖως, *ad hanc finem.*

[a] *Corpore ſiderum notavimus*] Ita & Vlitt.

ram plurimum valere dicit, neque eorum aperte quenquam demonstrat, voluntatem nostram apertius ostendemus. Et quemadmodum [b] in initio fecimus, [c] à Boreo polo dicemus.

IGITUR Æstivum circulum unum de quatuor esse dicemus, qui θερινὸς τροπικὸς vocatur, quo circulo [d] æstatem confici demonstravimus: & si non nemo dubitat, quare non utrique circuli, hoc est Æstivus & Hiemalis, uno nomine appellentur, ideo quod quem nos Æstivum diximus, nonnullis Hiemalis fiat: & quo circulo hiemem effici diximus, eo circulo aliis æstas sit. Qui si voluerint intelligere id ad nostram collocationem mundi esse demonstratum, qui inter Æstivum circulum & Arcticum sumus constituti, non ad illorum sphæram, qui ab Hiemali circulo Antarcticum habitantes, nobis Antipodes dicuntur, facilius ad nostram accesserint voluntatem. Si quis enim voluerit eorum quos Antipodas diximus, quod inferiore à nobis circulo constituti videntur, sphæram facere, non immerito nostrum Hiemalem sibi Æstivum circulum finxerit: aut [e] si quis scriptor eorum mentionem faciens, obscure voluerit Antipodas demonstrare, & dixerit, quibus in Capricorno æstas summa, aut in Cancro hiems maxima fiat, [f] non imperita ratione acutissime dixisse videbitur. quodcunque enim nostris circulis contrarium dixerit, id illis erit rectum. Sed ne longiore sermone præter consuetudinem utamur, ad inceptum revertamur.

II. IN

Vlitt. 3. Sed Veneta & aliæ vetustiores *annotavimus*; unde *annotavimus* facit Schefferus.

b *In initio*] Præpositionem heic ignorant Vlitt. 3.

c *A boreo polo dicemus*] Ita quidem etiam 3. Vlitt. Sed Veneta aliæque, *à boreo polo sumemus exordium*. An scripserat *ducemus exordium*? Supr. Lib. III. cap. 1. *Igitur incipiemus à polo boreo protinus dicere*. Non ideo tamen Latinè dicas, *à boreo polo dicemus*.

d *Æstatem confici*] Vlitt. unus *confieri*, alius *effici*. *Confieri* etiam alter ex Morellianis.

e *Si quis scriptor eorum*] Ita & Vlitt. 2. at unus *scripto eorum*.

f *Non imperitâ ratione*] *Nec imperitâ* Vlitt. 2. Ergo *nec* posuit pro *non*, ut cum *nec opinus*, *nec opinatus* & similia dicimus? Forte transpositio facta est, ut fuerit manus auctoris, *acutissimè nec imperitâ ratione* &c.

Ad

II.

IN ÆSTIVO circulo, de quo primum dicere instituimus, hæc signa sive partes eorum perspiciuntur: Capita Geminorum, Aurigæ genu utrumque, Persei crus, & humerus sinister. Andromeda autem à pectore, sed manu sinistra, dividitur. Atque ita evenit, ut caput ejus cum toto pectore & manu dextra videatur esse inter Æstivum & Æquinoctialem circulum: reliquum autem corpus inter Æstivum & Arcticum finem. Præterea in eodem Æstivo circulo pedes equi Pegasi positi videntur, [a] & caput à reliquo corpore dividitur Oloris, & alæ sinisterioris ut volantis pars non magna. Ophiuchus humeris ut circulum sustinere videtur. Virgo prope contingens à capite, inter hunc & Æquinoctialem circulum collocata est, ut fulgens ad Austrum. Leo à pectore ad lumbos dividitur, ut caput ejus & corporis superior à cruribus pars, inter hunc & Arcticum circulum videatur: inferior autem pars [b] inter Æstivum & Æquinoctialem circulum. Cancer autem sic dividitur medius, ut inter duos oculos ejus circulus trajectus existimetur. In his signis, & hoc, ut ante diximus, circulo cum vehitur Sol, evenit ut nobis qui hac inclinatione mundi utimur, sint diei de partibus octo partes quinque, noctis autem tres. Neque ita tamen ut ex horologiis, sed ex sphæræ ratione. Cum enim sphæram ita constitueris, ut circulus is, qui Arcticus vocatur, semper appareat, nunquam autem Antarcticus exoriatur, [d] atque ita sphæra est constituta: si voles Æstivum circulum dividere in partes octo, ex his invenies partes quinque in sphæra apparere, tres autem infra tanquam sub terra esse.

AT

Ad CAP. II.

a *Et caput à reliquo corpore*] *Sed caput* Vlitt. unus. Et mox, *hunc circulum sustinere.*

b *Prope contingens à capite*] Lege cum Vlitt. 2. *Prope hunc conjungens capite.* Vide supr. Lib. III. cap. 16.

c *Inter æstivum & æquinoctialem circulum*] Dele postremam vocem cum Vlitt. 3. & mox *duos* ante τὸ *oculos.*

d *Atque ita sphæra est constituta*] Dele τὸ *est* ex auctoritate 3. Vlitt. & dein sic distingue: *Atque ita sphærâ constitutâ, si voles* &c.

e *Si*

AT ALIQUIS dixerit, cur sphæræ circulos dividamus in partes octo, potius quam duodecim, aut quot libuerit alias partes? Hic non sphæram, sed se fallere hac ratione invenietur fere. [e] Si enim ita fecerit ex æstivo circulo partes duodecim, ex his partes septem, & dimidium partis apparere; quatuor autem & dimidium sub terra inveniet esse. Itaque evenit, ut cum ad septem partes addita dimidia sit, simili ratione ad partes quatuor accedat pars dimidia, & fiant supra terram partes septem, & dimidium partis: reliquum autem sub terra, quod est partes quatuor & dimidium. Igitur oportet intelligere, ut non [f] in minutis partibus & dimidiis fiat, sed certis numeris conficiatur, ut evenit in partibus octo. Præterea quoniam sphæra divisa in partes triginta, evenit ut ab æstivo ad Hiemalem sint partes octo: nimirum certe eos circulos dividemus in partes octo. Præterea quoniam ab æstivo circulo ad Æquinoctialem sunt partes quatuor de XXX. & rursus ab Æquinoctiali circulo ad Hiemalem de partibus triginta partes quatuor, & ita nihilominus Æquinoctialis ipse per se circulus medius dividitur, ut dimidia pars ejus sit sub terra, de partibus octo partes quatuor, & totidem supra, & tota ratio ad octavam partem perveniat: non dubium est, quin recte dividatur in partes octo. Præterea cum Sol per hos circulos currens iter annuum conficere videatur, & ab omnium signorum octava parte, ut posterius dicemus, incipiat exoriri, ut ad aliud signum transeat, neque ulla alia parte signi utatur, recte [g] ipsi quinque circuli dividuntur in partes octo. Præterea cum septem sidera ad eundem statum revertantur, ut quibusdam placuit, ut cujusmodi dies hodiernus fuerit in Solis aut Lunæ tempestate, ejusdem modi octavo anno sit futurus, vere sphæra quoque dividetur in partes octo. Præterea cum

e *Si enim ita fecerit*] Tò *ita* ignorant Vlitt. 2. Cæterum pro illo in fine præcedentis periodi *invenietur*, vulgati exhibent, *invenietur porro arbitror*. Sed illud *arbitror* non agnoscunt 3. Vlitt. qui & pro *porro* exhibent *fere* vel *ferè*. Id quod monendum mihi duxi propter Cl. Schefferum, qui vulgatis lectionibus fere ubique propemodum temerè propugnat.

f *In minutis partibus*] Vlitt. 2. *in minutis partibus*.

g *Ipsi quinque circuli*] Vlitt. unus, *Ipsi quoque circuli*.

h Ut

cum videamus octavo quoque die ejusdem sideris horam primam, aut quamlibet denique esse, [h] ut cujus hodie fuerit hora prima, ejusdem octavam quoque futuram: verissimum est ipsam quoque sphæram mundi, unde horæ sumuntur, dividi in partes octo. Sed ne reliqua prætermittamus in hoc occupati, ad propositum revertamur.

III.

SECUNDUS ab Æstivo Æquinoctialis est circulus, in quo hæc signa & partes eorum perspici possunt: Aries totus omnibus pedibus innixus videtur.

Hunc autem Aratus omnium siderum celerrimum esse demonstrat, etiam minori Arcto, quæ brevi spacio vertitur: [a] præstare id quod velit esse sic poterimus vel facillime intelligere. Cum sit enim maximus circulus Æquinoctialis in sphæra, [b] in eoque Aries ut affixus videatur, quomodocunque fuerint figuræ corporum collocatæ, ut ad eundem locum perveniant, necesse est semel verti sphæram. Quod cum fiat, & Aries in maximo circulo, & eodem tempore ad locum quo reliqua sidera perveniant, necesse est eum celerrimum dici. Sed nos [c] ad circuli effectionem veniemus, & reliqua dicemus. In eodem Tauri genua ut fixa perspiciuntur, etsi nonnulli ita finxere, ut uno genu, hoc est dextro nixus, sinistro [d] prope contingere videatur: de hoc in medio relinquemus. Sed in eodem circulo zona Orionis, ut ipso circulo præcinctus existimetur. Hydra flexu à capite primo, ut cervicibus erectis Cancrum contingere videatur: & ex inferiore corpore Hydræ Crater cum Corvo velut fixus esse circulo conspicitur. Item paucæ stellæ Chelarum, eodem adjunguntur. Ophiu-

h *Ut cujus hodie fuerit hora* &c.] Sententia flagitat, *& cujus* &c.

Ad CAP. III.

a *Præstare id quod velit esse*] Vlitt. unus, *quid velit esse*. Quod probo. Sed distinguendum cum Veneta, *etiam minori arcto, quæ brevi spatio vertitur, præstare. Id quid velit esse* &c. Τὶ αὐ θέλοι τοῦτο εἶναι, ut loquitur Lucas Digesti cap. 11. vers. 2.

b *In eoque aries* &c.] *Inque eo aries* Vlitt. 3. Mox lege, *quo reliqua sidera, perveniat.*

c *Ad circuli effectionem*] *Definitionem* Vlitt. 2. & alter Morellianus.

d *Prope contingere videatur*] Vlitt. 2. & Veneta, *prope pede contingere.*

Ophiuchi genua eodem circulo à reliquo corpore dividuntur. Aquila ſiniſteriore penna pene contingens figurata eſt. Eodemque circulo caput Pegaſi cum cervicibus nititur. His corporibus ſignorum Æquinoctialis circulus finitur. Quo Sol cum pervenit, bis uno anno conficit æquinoctium, hoc eſt in Ariete & Chelis: in hac enim parte ſphæræ & ver & autumnus [e] confici exiſtimatur: ita ut ver ſit in Ariete, autumnus in priore parte Scorpionis, quod ſignum nonnulli Libram dixerunt. Per hunc circulum tranſiens Sol ab Ariete ad Chelas, efficit ſex menſium diem his locis, qui intra Arcticum videntur orbem: noctem autem his qui Antarctico circulo ſunt clauſi: quare magis his locis nemo poteſt durare. Et rurſus ab Autumno uſque ad ver, hoc eſt à Chelis uſque ad Arietem perveniens, efficit his locis, ſex menſibus perpetuis diem, in quibus ante noctem demonſtravimus: è contrario autem noctem his qui Boreo polo ſunt proximi: ſed de hoc ante diximus: neque enim mirum eſt [f] hac collocatione ſphæræ id evenire. Erecto enim Boreo polo neque unquam occidente evenit, ut corpora quoque, quæ ei proxima ſunt circulo, ſero occidere videantur. Id ex hoc intelligere licebit: Cum in his partibus ſphæræ habitetur, quæ pars eſt ab Æſtivo circulo ad orbem, qui Arcticos vocatur, & de Arctico circulo, hoc eſt de duabus Urſis & Dracone, caput Draconis maxime niti ipſo circulo videatur, ita ut is qui Engonaſin vocatur, [g] inter Æſtivum & Arcticum locatus, caput Draconis premere intelligatur: quicunque, ut ante diximus, ad ipſum caput Draconis habitant, ita longo die utuntur, ut ne tertia quidem horæ pars in unaquaque nocte his obtingat. Itaque Aratus ait:

Κοίνη πε κεφαλὴ τῇ γήρᾳ ἔχει πεῤ ἀκρεὺ
Μίσγει δύσιές τε ἠὲ αὐτολυ ἀνίλλοπι.

[h] Item

e *Confici exiſtimatur*] *Confieri* Vlitt. 3. Etiam ſupr. cap. 1. *æſtatem confieri* pro *confici* unus habebat.

f *Hac collatione ſphæræ*] Lege, *collocatione* cum edd. Vett. & Vlitt. 3. Supr. cap. 1. *Ad noſtram collocationem mundi.*

g *Inter æſtivum & arcticum locatus*] *Collocatos* Vlitt. 2.

h *Item*

[h] Item Cicero dicit:

Quod caput hic paulum sese subitoque recondit,
Ortus ubi atque obitus parte admiscentur in una.

De hoc [i] Homerus quoque in Odyssea ita brevem noctem esse dicit, ut pastores cum alii exigant, alii reducant pecus, possit alius alium audire, cum unus propter noctem pecus reducat, alter propter lucem exigat: sed nos ad propositum revertamur.

IV.

TERTIUS ab Æstivo circulo qui Hiemalis vocatur, his corporibus & eorum partibus finitur: nam medium Capricornum dividens & pedes Aquarii, per caudam Pistricis ut trajectus videtur. Dividit etiam Leporem fugientem à cruribus, & quadam parte corporis, & Canis sequentis pedes & Navis ipsius puppim, Centaurique cervices à reliquo corpore dividit. Scorpionis extrema cauda, [a] quod acumen vocatur, eodem circulo conjungitur. Sagittarii arcus eodem orbe deformatur. Hujus orbis infra terram sunt de partibus octo partes quinque, supra terram autem tres. [b] Itaque fit brevior dies nocte, ut ante demonstravimus.

V.

QUARTUM circulum Zodiacum esse Aratus demonstrat, de quo ante diximus, & posterius dicemus. Sed Aratus non, ut reliqui astrologi, ab Ariete duodecim signa demonstrat, hoc est vere incipiente: sed à Cancro, hoc est ipsa æstate. Nos autem (quoniam ab Ariete incipi-

h *Item Cicero dicit*] *Idem* Vlitt. 2. & mox, *Quo caput* &c. Patricius & vulgati codices Ciceronis, *Hoc caput* &c. Pro *paulum* vir doctus rescripserat in libro Heinsiano *pandit*.

i *Homerus quoque in Odyssea*] In K videlicet vers. 82. Ὅτε ποιμένα ποιμὴν Ἠπύει ἐσπερίων, ὁ δὲ τ' ἐξελάων ὑποκλέψ. Vide ibi Scholiasten anonymum, & Eustath. pag. 384. ed. Bas. Theo in Aratum p. 12. ed. Lond. Ὁ δὲ Κράτης φησὶν, ὡς ὑπὸ τὸ ὁρίζοντα μίξεις ἀμφοτέρων γίνεσθαι, ὡς ἐν Ὀμήρῳ, Ἐγγὺς γὰρ νυκτὸς καὶ ἡμέρης εἰσὶ κέλευθοι &c. Versus iste 86. est libri modo laudati in Odyssea.

Ad CAP. IV.

a *Quod acumen vocatur*] Supr. Lib. III. cap. 25. *In acumine ipso, quo percutere existimatur.*

b *Itaque fit brevior*] Sic & Vlitt. 3. Vett. Cod. *It brevior* &c.

pimus) ita protinus dicemus. In hoc enim circulo sic duodecim signa figurantur: Aries, Taurus, Gemini: in his tribus signis ver demonstratur, & æquinoctium vernum. Cancer, Leo, Virgo: in his signis maxime æstas conficitur: sed sol incipit à Virgine jam transire ad æquinoctium autumnale. Chelæ, Scorpius, Sagittarius: in his tribus signis autumnus efficitur & æquinoctium autumnale. Capricornus, Aquarius, Pisces: in his tribus signis sol [a]hiemem conficere demonstratur. [b]Etsi nulla sunt signa XII. sed XI. ideo quod Scorpio magnitudine sui corporis duorum locum occupat signorum, è quibus prior pars Chelæ, reliqua autem Scorpio vocatur. Priores enim [c]astronomici, cum omnes res ad duodecim partes revocarent, ut menses, & horas, & latitudinem signorum: itaque & signa, per quæ res omnes significantur, duodecim voluerunt esse.

VI.

SED quoniam septem circulis in procœmio propositis, de quatuor circulis mentionem fecimus, ne septem ex ordine demonstratis, aliquid à nobis obscurius dictum videatur, [a]de septem superant tres, Arcticus, Antarcticus, & ille qui Lacteus vocatur. Itaque de his dicere incipiemus. Arcticon igitur orbem sustinet caput Draconis cum reliqua corporis parte. Cepheus autem pectore suo circulum jungit. Eodem orbe nituntur & pedes majoris Ursæ, præterea sedile Cassiepeiæ cum pedibus ejus [b]nititur ipsi circulo, [c]siniſtro pede, genuque dextro, & pedis

Ad CAP. V.

a *Hiemem conficere demonstratur*] *Transigere* 3. de Vlitt. quomodo & in suis Morellius invenit.

b *Etsi nulla sunt signa* &c.] Vlitt. 3. *Etsi nonnulla sunt* XII. *signa*. Forte, *nonnullis non sunt* &c. Sed nihil mutare præstat. *Nulla sunt signa*, pro *non sunt*, satis Latinè dictum est.

c *Astronomici*] Ita & Vlitt. unus. Vett. edd. *Astrologi*.

Ad CAP. VI.

a *De septem superant tres*] Lege cum Vlitt. 2. *Sed de septem superant tres, Arcticus, Antarcticus, & ille, qui Lacteus vocatur, itaque de his dicere incipiemus*. Ita distinguendum est.

b *Nititur ipsi circulo*] Rectius procul dubio est *ipso circulo*, quod in Vlitianorum uno fuit.

c *Siniſtro pede genuque dextro*] Longe aliter Veneta aliæque antiquiores, & de

dis prioribus digitis ejus qui Engonasin vocatur: & manus sinistra [d] Bootis exteriori parte circuli pervenit conjuncta. Ad Antarcticon autem circulum pervenit extrema navis Argo, pedesque Centauri posteriores adjunguntur: priores autem prope contingere, & Ara videtur prope affixa: Eridanique fluminis extrema significatio.

VII.

RELIQUUM est nobis definire quem supra Lacteum orbem demonstravimus. Ipse enim dividit Oloris extremam sinistram pennam, quæ extra Æstivum pervenit finem. Præterea transit manum dextram Persei, & ab humero sinistro Aurigæ perveniens sub manum ejus dextram, & Geminorum genua, & pedes ejus signi quod ἡνίοχον vocatur. [a] Hic dividens Æquinoctialem & Æstivum circulum, tangit extremum finem mali, qui in Argo nave defixus videtur: deinde rursus revertens, genua Centauri dividit à reliquo corpore, & extremam caudam terminat Scorpionis, & arcum medium Sagittarii, & Aquilæ dimidiam partem, per ejus transiens pennas.

VIII.

QUONIAM [a] de hujusce rebus exposuimus ordine, mundi rationem, & quemadmodum moveatur, protinus dicemus: & in duodecim signorum exortu ea quæ deinde corpora consequantur, & quæ perveniant ad occasum. Convenit nobis mundum ab exortu ad occasum verti, ideo quod videmus stellas exorientes ad occidentem converti. Sic enim primum poterimus scire, qui sint exortus,

& de dextro pede genuque sinistro. Notat & Morellius aliter legi, *extremo pede genuque sinistro.* Vlitt. 2. *Et dextro plano genuque sinistro* &c. Putes velle, *& dextra planta* &c.

d *Bootis*] *Booti* Vlitt. 2. & mox *pene contingere*, pro *prope contingere*.

Ad CAP. VII.

a *Hic dividens*] Rectius *hinc dividens* Vlitt. 2.

b *Qui in Argo nave*] Præpositio exulat à 2. Vlitt.

Ad CAP. VIII.

a *De hujusce rebus*] Fateor ita prætulisse etiam 2. Vlitt. Præferam tamen *hisce rebus*, quod in Vett. edd. visitur.

tus, & qui occasus. Si enim nostrum aliquis astiterit contra exorientem, necesse est Arctos nobis à sinistris partibus esse. Cum id ita fiat, illud quoque necesse est, ut omnia à dextris partibus exorta, in sinistris occidere videantur, de quo & ante diximus. Igitur cum videamus stellas exoriri & occidere, necesse est mundum quoque cum stellis verti. Sed nonnulli ajunt nihilominus id evenire posse, [b] ut si stante mundo, stellæ exoriantur & occidant, quod fieri non potest. Si enim stellæ vagæ feruntur, neque mundus ipse vertitur, non possunt corpora stellis figurata incolumia [c] & certa permanere. Illud enim videmus, in toto mundo stellas erraticas esse quinque, neque horum cursum quenquam posse definire: Aratum ipsum negare, se difficiles eorum cursus interpretari posse. Quomodo igitur cum quinque stellas nemo possit observare, tot millia quisquam possit pervidere, nisi qui [d] permittat, hic cursus stellarum posse esse, & nihilominus figuras corporum permanere: quod si non est, tota sphæra ad irritum revocabitur. Quicunque enim sphæram fecerit, non poterit efficere, ut sphæra stante nihilominus stellæ versentur. Illud etiam videmus in extrema cauda Draconis, stellam esse quæ in se vertatur, & in eodem loco constet. Quod si omnes stellæ vagæ feruntur, hanc quoque loco moveri necesse est, quod non evenit. Igitur necesse est mundum quoque, non stellas verti.

IX.

Quoniam ostendimus mundum cum stellis potius quam stellas per se verti, nunc reliqua dicemus. Cum enim traditum sit nobis, prius noctem quam diem fieri, noctem dicemus umbram terræ esse, eamque obstare lumini solis. Et si nonnulli [a] dixerunt in solis cursu evenire, ut cum

b *Ut si stante mundo*] Ita & Veneta. Sed τὸ *ut* ab uno Vlitt. abest. Ego potius τὸ *si* exturbem.

c *Et certa permanere*] *Aut certa* Vlitt. 2.

d *Permittat, hic cursus stellarum*] Lege cum Vlitt. 3. *Permittat hoc, cursu stellarum posse nihilominus figuras* &c.

Ad CAP. IX.

a *Dixerunt in solis cursu* &c.] Clar. Schefferus, *id solis occasu evenire*. Puto rectius fore, *id solis cursu evenire*, & cum

eum pervenerit ad eum locum, ubi occidere dicatur, ibi montium magnitudine à nobis lumen averti solis, [b] & ita noctem videri: quod si ita sit, nimirum eclipsin solis verius quam noctem dixerimus. Sed aliter esse ex ipsa sphæra intelligere licebit.

X.

Horizon enim dividens ea quæ videntur, & quæ non apparent, ita definit sphæram, ut semper sex signa de duodecim in hemisphærio videantur supra terram, sex autem signa sint infra sub terra. Igitur cum in uno eorum Sol nixus ferri videatur, ab eo circulo qui Horizon vocatur, exoritur: itaque incipit lucere, cumque nihilominus ipse mundus vertatur cum reliquis signis. Sed quo facilius intelligatur, ponamus solem esse in Ariete, à quo duodecim signa instituimus numerare. Igitur [a] cum sol sit in Ariete exoriente, dies est: qui cum vertente se mundo pervenit ad eum circulum qui Mesembrinus vocatur, efficit diei partem dimidiam. Sed sic etiam facilius intelligitur, & rursus ab eodem Ariete incipiemus. Cum Aries est exortus, præter eum hæc signa sunt in superiore hemisphærio: Pisces, Aquarius, Capricornus, Sagittarius, Scorpio. Horum cum tria signa occiderint, hoc est, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, exorta sunt tria signa quæ Arietem sequuntur, hoc est, Taurus, Gemini, Cancer. Tum fieri dimidium diem necesse est, & Arietem pervenire ad eum quem mesembrinum esse circulum supra diximus. Cum autem cum reliquis signis ipse Aries occidit, & exortus est Leo, Virgo: tum Chelæ exoriuntur, & in superiore hemisphærio vehuntur. Quæ cum

& cum pervenerit. Certè nisi & pro *ut* substituas, in sequentibus legendum foret *avertatur* & *videatur*. Isidorus Lib. de Rer. Naturâ cap. 28. *Sic cum die sol ad locum pervenerit, ubi occidere dicitur, ibi montium magnitudine à nobis separatur: sicque terræ objectu à septentrionali parte obumbratur aer, adeo ut nobis noctem efficiat hæc ipsa umbra terrarum.* Et cap. 21. *Nam dicunt hi-storici omnem terram montibus claudi, quorum umbra fertur luna subito non apparere.*

b *Et ita noctem*] *Et jam noctem* Vlitt. 2.

Ad CAP. X.

a *Cum sol sit in ariete exoriente, dies est*] Ita & Veneta & Vlitt. 2. Micyllus & alii, *In ariete, eo oriente dies est.*

cum occiderint, rursus Aries exortus efficiet lucem. Sed ne in dubium veniat, cum Ariete occidente dixerimus Chelas exoriri, quid [b] de reliquis signis sine sphæra possit intelligi, sic invenietur: In quocunque signo Sol fuerit exoriens, quodcunque ab eo signo septimo loco fuerit, id noctu primum exorietur, & ita conficiet cursum: mundus enim ipse semel in die ac nocte verti videtur. Itaque evenit, ut ipsa signa duodecim semel in die ac nocte videri possint. Sed ne Solis cursus, de quibus postea sumus dicturi, potius quam quod ante cœpimus enumeremus, [c] ad inceptum revertemur. Diximus enim principium mundi esse noctem, deinde diem. Inter noctem & diem, præter umbram terræ nihil interesse arbitramur. Sed quoniam signorum supra & corporum exortus instituimus, ad hoc perveniemus.

XI.

IGITUR vertente se mundo per utrosque Polos & per Axem, quem supra Dimensionem sphæræ diximus esse, & ita sphæra collocata, ut unus Polus semper sit supra terram, alter nunquam exoriatur, necesse est Arctos quoque & reliqua corpora, quæ sunt in Arctico circulo, nunquam occidere, reliqua autem omnia exoriri & occidere, quod [a] inferiora sunt ab eo circulo quem nunquam occidere diximus. Id enim posse fieri hæc edocet causa. Videmus caput extremum Draconis, quod maxime Arcticon extra circulum prominet, quodam tempore ita occidere existimatur, ut exortus cum occasu permisceatur, ut & ante diximus. Si autem pars aliqua occidere de summo circulo videtur, necesse est omnia quæ sunt inferiora, exoriri & occidere. Igitur convenit nobis sidera vertente mundo occidere & exoriri. Præterea hac inclinatione cœli, cum unus circulus ita sit erectus ut nunquam oc-

b *De reliquis signis sine sphæra*] Ita & Veneta & Vlitt. 2. Sed unus *in sphæra*. Alii antiquitus editi, *sive sphæra*.

c *Ad inceptum revertemur*] *Revertamur* Vlitt. 2.

Ad CAP. XI.

a *Inferiora sunt*] *Sint* Vett. edd. Quod præferam, cum nec Vlitius aliter in suis codicibus invenerit.

b *Pra-*

occidat, alter ita sit terræ subjectus, ut nunquam exoriatur, quicunque circuli fuerint in sphæra, hoc est ab Æquinoctiali ad polum qui Boreus appellatur, nullus erit eorum qui non majorem partem circunductionis habeat supra terram: qui autem ab Æquinoctiali fuerint circulo ad eum polum qui Notius appellatur, omnes inferiorem partem majorem habebunt quam superiorem: & quanto magis ad Polum Notium accesserint, hoc majorem partem sub terra habere perspicientur: & quanto magis ad Boreum finem venerint, hoc majorem partem circuli supra terram tenere videbuntur: quo enim erectior ipse Polus fuerit, hoc magis & circuli ejus erectiores videbuntur. Quod cum ita sit, si duo sidera simul fuerint orta, unum ab Arctico, alterum ab Antarctico circulo, serius occidet id sidus, quod ab Arctico circulo fuerit exortum: ideo quod majorem habet circunductionem sphæræ, quam quod à Notio polo est ortum. Si autem simul occiderint, serius exorietur id signum, quod ab Antarctico fuerit exortum, ideo quod tota illa collocatio mundi majorem partem habeat sub terra, quam illa pars quæ in Boreo polo est finita. Et non modo signa quæ sunt ad Arcticum finem collocata, [b] præstantibus corporibus, aut serius occidunt & ante exoriuntur, quam ea quæ Notio polo depinximus: sed ipsa quoque corpora inter se dissentiunt: ut si quod inferius sit signum, & id cum superiore exoriatur, tamen serius occidat. E contrario itaque si qua sunt signa ab Æquinoctiali circulo ad Notium polum figurata, horum si qua signa pariter exorta fuerint, citius occident quam ea quæ proxime Polum accedunt. Evenit etiam, ut non modo quæ simul sint exorta sidera, ex his serius occidant, quæ proxime Arcticum circulum sunt collocata, sed etiam si qua eorum ante exorta fuerint, quæ sunt ad Notium polum finita, tamen ante occidant quam ea corpora, quæ in Boreo polo figurata esse supra demonstravimus, ideo quod majore circunductione sphæ-

ræ

[b] *Præstantibus corporibus*] *Præstantiùs* Vlitt. 2. Fort. *Præstant iis* &c.

ræ utuntur ea corpora, quæ ab Æquinoctiali circulo ad Arcticum finem sunt constituta. Igitur ostendimus, qua inclinatione mundi sphæra sit constituta. Nunc ad duodecim signa revertemur. & quorum exortu quæ de reliquis corporibus occidant aut oriantur, commemorabimus, & initium ab Ariete faciemus.

XII.

ARIETIS exortu sinistra pars Andromedæ provenire, Ara autem occidere videtur. Cum eodem sidere exoritur & Persei caput usque ad umbilicum, ut dubium fere videatur, zona ejus utrum usque extremo Ariete, an Tauro primum exoriente prodeat ad lucem.

Tauro autem exorto, quæ prius dubia fuerunt, omnia sunt certa. Nam & Ara omnino occidit, & Perseus totus est ortus, & Aurigæ caput cum reliquo corpore duntaxat ad sinistrum pedem videtur, & Pistrix à cauda exoriens perspicitur. Hoc signo primum occidere Bootes videtur: etsi cum quatuor signis occidit, neque tamen totus ad terram potest pervenire: nam manus ejus sinistra circulo Arctico concluſa, neque oritur neque occidit.

Geminis exorientibus, tota jam Pistrix & fluminis Eridani prior pars apparet, & Orion exoriri videtur: occidit autem Ophiuchus à pedibus genuum fine.

Cancer exoriens obscurat dimidiam partem Coronæ, Pistricisque caudam, & Notium piscem: & caput cum reliquo corpore ad umbilicum ejus qui Engonasin vocatur. Ophiuchum à genibus ad humeros, & Anguem totum præter caput & cervicem, quæ ex Æstivo circulo tendit ad coronam. Bootem prope totum terra tenet tectum. Exoritur autem & Orionis corpus ad zonam, & Eridanus totus apparet.

Exortu Leonis reliqua pars occidit Coronæ, cum capite & cervicibus Anguis & Ophiucho: Engonasin autem qui vocatur, ejus præter sinistrum genu & pedem nihil apparet, & Bootes totus obscuratur: exoritur autem

ca-

caput Hydræ cum Lepore toto, & Procyon cum [a] pedibus prioribus Canis & Aquila tota.

Virgo autem exoriens non pauca sidera obscurat, nam statim [b] Lyra occidit cum sagitta & Delphino: & Oloris a capite corpus [c] ad caudam prope occidit, & Fluminis prior pars & Equi caput cum cervicibus: exoritur autem Hydra sine Crateris; & Canis totus & navis Argo sine totius veli.

Chelis exorientibus, videtur & Bootes exoriens totus, & tota navis apparet Argo Hydraque, [d] præter cacumen extremum caudæ, quod est sub terra. Exoritur etiam genu & sura ejus dextra qui Engonasin vocatur. Hunc eadem nocte occidere & exoriri licet videre: reliquum autem corpus cum Scorpionis & Sagittarii provenit parte. Præterea cum Chelis exoritur cauda Centauri, occidit reliquum Pegasi corpus: & Oloris extrema cauda, & Andromedæ caput cum umbilico Pegasi: & Pistrix reliquo corpore ad cervices, ut caput ejus solum videatur: & caput Cephei pendens ad Pistricis occasum, cum manibus & humeris pervenit ad terram.

Scorpione exoriente duæ partes Fluminis occidunt, & reliquum corpus Andromedæ cum capite Cephei. [e] Occidit etiam Cepheus capite ad humeros, quæ pars est extra Arcticum circulum constituta: obscuratur etiam Cassiepeia resupina occidens: exoritur autem [f] Corona, quæ ante Centauri pedes jacere existimatur: & Hydræ reliquum

Ad CAP. XII.

a *Pedibus prioribus canis*] Auctius Vlitt. 2. *Canis majoris*. Quod probo. Capella Lib. VIII. *Oriuntur vero Hydri caput, Lepus, Procyon, Caniculæque pars prima.*

b *Lyra occidit cum sagitta*] *Sagittario* Vlitt. 2. Non accedo. Capella: *Oriente autem virgine occidunt lyra, delphinus, sagitta* &c.

c *Ad caudam prope occidit, & Fluminis*] Vlitt. *Ad caudam prope occidentem.* Lego & distinguo: *Ad caudam prope. Occidit etiam* &c.

d *Præter cacumen extremum caudæ*] Scribe, *acumen.* Vide Lib. III. cap. 14.

e *Occidit etiam Cepheus capite ad humeros*] To *capite* ignorant Vlitt. 2. qui & pro *Cepheus* exhibent *Cephei.* Scribo ergo, *Occidit etiam Cephei humerus.*

f *Corona, quæ ante pedes Centauri*] Illa est australis Corona, quæ ante pedes Sagittarii, quem Centaurum nonnulli faciunt, ut abjecta visitur. Vide Lib. II. cap. 27. Errat ergo Capella Lib. VIII. ed. Grot. p. 282. Ariadnes Coronam hanc appellans, quæ cum Scorpione oritur. Corona Ariadnæ est στεφανος βορειος, uti loquitur Tzetzes ad Hesiod. p. 93. ed. Heins.

Ad

quum quod caudam esse supra diximus. Provenit etiam & corpus Centauri, quod equina figura videtur, & ipsius hominis caput, & hostia quam tenere eum supra diximus: denique ad id corpus qua fine pedes ejus sunt priores: Ophiuchi autem duntaxat caput exoritur, & ipsius Anguis caput quod est contra Cancrum.

Sagittarium exorientem Ophiuchus totus exoriens insequitur, & Anguis qui ab eo tenetur, caput ejus qui Engonasin vocatur, & sinistra manus ejusdem: deinde Lyra tota cum Cephei capite & humeris exit ad lucem. Occidit autem Canis major cum Orione toto, & Lepore, & Aurigæ superiore parte corporis: præterea caput & pedes ejus: occidit etiam totus Perseus præter crus & pedem dextrum. Argo autem puppim solam relinquens, pervenit ad terram.

Capricornus exoriens hæc sidera ad terram premere videtur, reliquam figuram navis, & signum quod Procyon vocatur. Eodem tempore & reliquum corpus occidit Persei. Exoritur autem Olor cum Aquila, & Sagitta, & Ara, quam proximam esse Notio polo diximus.

Aquarius exoriens ad dimidiam partem corporis Equi pedes secum de terra ducit, & caput cum cervice Pegasi. At contra Centaurus à cauda ad humeros virilis corporis occidit cum Hydræ capite & cervicibus.

Piscibus exorientibus occidit reliquum Hydræ corpus, & ipse Centaurus: exoritur autem Piscis qui Notius vocatur, & Andromedæ dextra pars corporis.

XIII. *Sol.*

SIC igitur exorientibus duodecim signis, reliqua corpora occidere & exoriri videntur. Sed ut ante diximus, nunc protinus de solis cursu dicemus. [a] Necesse est enim solem, aut ipsum per se moveri, aut cum mundo verti uno

Ad CAP. XIII.

a *Necesse est enim solem aut ipsum per se moveri* &c.] Hunc locum exscripsit Isidorus de Nat. Rer. cap. XVII. *Dicunt antiqui Aratus & Hyginus, solem per se ipsum moveri, non cum mundo verti uno loco manentem. Nam si fixus maneret, necesse erat eodem loco occidere & oriri* &c.

b *Dua-*



uno loco manentem. Quod si maneret, necesse erat eodem loco occidere & exoriri, à quo pridie fuerat exortus, quemadmodum signa eodem loco semper oriuntur & occidunt. Præterea si ita esset, necesse erat dies & noctes omnes æquales esse: ut quam longus hodiernus fuerit, tam longus semper sit futurus. Item nox simili ratione semper æqualis permaneat. Quod quoniam non est, illud quoque necesse est, cum videamus esse dies inæquales, & solem alio loco hodie occasurum, & alio heri occidisse. Si igitur aliis locis oritur & occidit, necesse est eum moveri, non stare. Solem autem contra mundi motum currere, sic possumus intelligere: evenit enim, ut [b] duabus ex causis sidera non possimus videre. Quarum una est, cum abierint infra terram, nostrum quoque effugere conspectum, ita ut [c] inferiori hemisphærio ostenditur. Altera

b *Duabus ex causis*] *Duabus in causis* Vlitt. 3.

c *Inferiori hemisphæria ostenditur*] *Ostendantur* Cl. Schefferus, refertque ad sidera. Vlitt. unus, *inferius hemisphærium ostendit.*

d Præ-

tera autem est ratio, quod propter fulgorem Solis, & vim maximam luminis, sidera obscurentur: sive quod stellis obsistit, ne candor earum ad nostros perveniat aspectus: sive sui magnitudine luminis officit oculis nostris, ne [d] præter ejus ignem aliam superiorem rem perspiciamus: quod magis verisimile videtur. Neque enim Solis ignem ejusmodi videmus, cujusmodi reliquos ignes intelligimus: sed ita lumen avertit nostrum, ut ipse quoque nobis non igneus, sed albus videatur esse. Præterea [e] in unaquaque nocte undecim signa necesse est apparere, ideo quod uno signo Sol ipse nixus, iter suum conficere videtur, cujus figuram corporis ipse suo lumine obscurat: cum eo enim signo & occidere & exoriri videtur. Nonnulli dicunt nos duodecim signa duntaxat hac ratione perspicere posse, si in ejus signi [f] prima novissimaque parte consistat. Habent enim duodecim signa partes ejuscemodi, ut unumquodque eorum in longitudine habeat partes triginta, in latitudine autem [g] partes duodecim. Itaque evenit, ut [h] in longitudine signorum annus sit, [i] in latitudine autem singuli dies sint. In prima parte Signi nihilominus nos reliquuum corpus ejus Signi videre posse nonnulli dicunt. Simili ratione, etsi fuerit in extrema parte Signi: quod fieri non potest. Nam cum sol sit in qualibet parte Signi, & exoriatur, ita magnum videtur habere fulgorem, ut omnia sidera obscuret. Illud tamen potest evenire, ut cum Sol sit in prima parte Signi & occidat, reliquum corpus ejus Signi appareat. Sed certius & verius est, undecim Signa quam duodecim apparere posse. Præterea quæritur, quare Sol contra mundi inclinationem currens, videatur cum ipsa sua sphæra occidere & verti. Nam si

Sol

d *Præter ejus ignem*] *Propter* malebat Cl. Schefferus.

e *In unaquaque nocte*] *Die ac nocte* suspicabatur Micyllus.

f *Prima novissimaque parte consistat*] *Novissimave* Vlitt. unus. Et mox cum Venetâ *ejusdemmodi* pro *ejuscemodi*.

g *Partes duodecim*] XX. Vlitt. 2.

h *In longitudine signorum annus sit*] Tò *sit* exulat à Vlitt. 2. Nec sane eo valde opus.

i *In latitudine autem singuli dies sint*] Pro *singuli* unus *signi*, & pro *sint* præfert *sit*. Videtur scripsisse, *in latitudine autem dies sit*. Certè τὸ *singuli* ab uno codicum Vlitt. planè exulat.

k *Si*

Sol contra siderum occasum curreret, de Ariete ad Pisces, non ad Taurum transiret. Exoriri etenim Pisces prius quam Aries, & occidere perspiciuntur: & ita mundus verti videtur, ut prius Pisces quam Aries occidant. Itaque diebus triginta Sol in Ariete currens, & ejus corpus obscurans, sic duntaxat apparet Sol, ut ex eo loco, quo Aries ante, exoriri videatur: & post dies triginta Sol videatur ab eodem loco surgere, ex quo loco Taurus ante exoriri videbatur. Igitur apparet solem ab Ariete ad Taurum transire. Quod si ita est, necesse est eum contra mundi inclinationem currere. Quare autem evenit, ut ante diximus, quod videtur cum mundo Sol verti: ejus similis hæc est causa: Ut si quis in naviculæ rostro sedens, inquirat ad puppim transire, & nihilominus ipsa navis iter suum conficiat: ille quidem videbitur contra naviculæ cursum ire, sed tamen eodem perveniet quo navis. Hoc autem sic etiam facilius intelligetur, si navim diviseris in partes trecentas sexaginta, quemadmodum Sol diebus trecentis sexaginta simul mundum transigit. Eodem modo, ut ante diximus, [k] si navis sit divisa, & in una parte de trecentis sexaginta constituatur quilibet eorum: navis autem habet unius diei cursum, ille quidem contra navim ire, sed cum ea ad locum definitum pervenire intelligetur. Non enim extra navim est, [l] quia rostro ad puppim transit, sed ipsa navi continetur; item Sol cum per ipsum mundum iter conficiat, & eo contineatur, videtur contra mundum ire, sed cum eo pervenit ad occasum. Cum enim mundus trecenties & sexagies se converterit, tunc Sol iter annuum conficit.

XIV. *Luna.*

QUONIAM de Sole quæ visa sunt nobis utilissima esse, literis mandavimus, nunc de Luna dicemus. Etsi alta conati perscribere, velut natura voluminis ad hoc loci devenimus,

k *Si navis sit divisa*] Moneo, ne quis conjecturis heic indulgeat, ita & Venetam & 2. habere ex codicibus Vlitianis.

l *Quia rostro*] Malim divisim legere cum Scheffero, *Qui à rostro.*

Ad



nimus, ne nonnullis [a] incaute hujus rationem relinquentes, aut propter magnum laborem defeciſſe, aut inſcientia ſuperati non valuiſſe [b] perſequi videamur. Nos autem non illorum exiſtimationis timendæ cauſa perſequi [c] conſuetudinis noſtræ rationem demonſtraſſe inſtituimus, ſed quod alterius quæri volumen [d] hoc perlecto noluimus: nec tandiu rem cogitatam ſcripto aliorum ad deſiderium adducere. Præterea cum reliqua omnia diligentiſſime perſecuti fuerimus, alienum videtur eſſe, nos non eandem perſequi cauſam. Quare, ſicut ante diximus, ad inceptum revertemur, & neceſſario totidem verbis de Luna ac Sole dicemus, ita: [e] Lunam per alios exortus & occaſus neceſſe

Ad CAP. XIV.

a *Incantè hujus rationem*] Ex Vlitt. unus *inchoata*, alius. *In tantum hujus*. Modius ex ſuis *intactam*.

b *Perſequi videamur*] Præfero lectionem unius ex Vlitianis, *viderentur*.

c *Conſuetudinis noſtræ rationem*] Lege cum Veneta, *& conſuetudinis* &c.

d *Hoc perlecto noluimus*] *Non voluimus* Veneta & aliæ antiquiores. Sed alterum adſtruunt Vlitt. 2.

e *Lunam per alios exortus & occaſus*] Exſcripſit etiam heic Hyginum Iſidorus in de Nat. Rer. cap. 19. *Lunam per alios ortus & occaſus, Hyginus ait, ne-*

ceſſe eſt moveri, non ſtare: idque facilius, quam de Sole, licet intelligere: neque enim tam magnus ardor ejus eſt, ut officiat oculis noſtris, neque, ut Sol, dies triginta unoquoque ſigno vehitur, ut difficile ſit intellectu, quanta particula luminis aut ipſius ſigni ſupereſſe videatur, cum ad aliud tranſierit ſignum. Luna enim cum duodecim ſigna diebus triginta percurrat, licet intelligere, duobus diebus & ſex horis Lunam in alio ſigno eſſe: hæc autem cum à Sole lumen accipiat, & ita nobis lucere videatur, non eſt veriſimile de tam multis cauſis, [f] potius eam conſtare quam moveri. Si enim ſuo lumine uteretur, illud quoque ſequebatur, eam ſemper æqualem eſſe oportere, nec die triceſimo tam exilem aut omnino nullam videri, cum totum tranſegerit curſum, ſola autem ad aliud transire ſignum intelligatur: Præterea, ſi ſuo lumine uteretur, hujus nunquam eclipſin fieri oportebat. Sed ne dubium ſiat, quare ſolis eclipſis fieri poſſit, qui utriſque lumen dare ſupra ſit dictus: Lunæ autem non facile fiat, cum alieno lumine utatur: ejus hæc veriſſima, ut arbitramur, eſt cauſa. Luna enim cum ex toto mundo & omnibus ſtellis maxime terræ proxima videatur, & ad acies noſtras perveniat: & quodam tempore [g] torrens perveniat ad eundem locum ſigni, quo Sol vehitur, obſcurare lumen ejus à noſtro conſpectu videtur. Hoc autem maxime evenit die noviſſimo, cum Luna tranſierit in duodecim ſigna, [h] & cum Sol ad aliud ſignum tranſire videatur, & proxima fiet illi. Quod evenire ſic etiam poteſt intelligi: Ut ſi quis alicui manum planam ad oculos admoverit, quanto magis ſic fecerit, hoc minus ille videre poterit: & quanto longius ab eo diſceſſerit, hoc magis illi omnia poterunt apparere: ſimili ratione, cum Luna ad Solis locum pervenit, tunc proxima ejus videtur eſſe, & radios ejus [i] ob-

neceſſe eſt moveri, non ſtare, idque facilius, quam de ſole, licet intelligere &c.

f *Potius eam conſtare quam moveri*] Lege *ſtare* cum Vlitt. 2.

g *Torrens perveniat*] *Currens* Scheſerus. *Velut torrens* Modius.

h *Et cum ſol ad aliud ſignum* &c.] *Tò cum* non agnoſcunt Vlitt. 2. qui & pro *fiet* exhibent *fiat*. Optimè procul dubio.

[i] obturare, ut lumen ejicere non possit. Cum autem Luna ab eo loco discesserit, tunc Sol lumen ejicit, & ita [k] ad nostra adjicit corpora.

Lunæ autem eclipsis sic evenit: Cum prope una dimensione sit Luna, cum abierit Sol sub terram, duntaxat hoc modo, ut per mediam terram, si quid directum trajeceris, [l] contingere possit Solem sub terram, Lunam autem supra terram. Quod cum ita evenit, necesse est Solis radios propter magnitudinem terræ ita esse dimissos, ut lumen ejus, quo Luna lucet, non possit ad eam pervenire: & ita [m] existimatur fieri eclipsis Lunæ. Quæ si suo lumine uteretur, licebat [n] ne apparere quidem nunquam Solem, ideo quod Luna nihilominus luceret. Sic namque accipit lumen, ut luceat cum Sol venerit per terras, sed non ut aliquem locum conclusiorem totumque spacium impleat lumine. Si quis nostrum steterit in eo loco, quo Sol maxime lucet, reliquis partibus lumen à Sole accipiens præbebit: id in Luna fieri invenitur, [o] eam Solis lumine accepto, lucere revibratione. Nonnulli existimant, cum dicitur Sol in Ariete aut in quolibet signo esse, eum supra ipsas stellas Arietis iter facere. Qui autem hac ratione utuntur, longe à vera ratione errant. Nam neque Sol, neque Luna proxime sidera apparent. Hac etiam de causa nonnulli septem stellas erraticas finxerunt, adjungentes eodem Solem & Lunam, quod cum quinque stel-

i *Obturare, ut lumen ejicere*] Unus Vlitt. & alter Morell. cum Vett. edd. *obscurare*.

k *Ad nostra adjicit corpora*] *Adicit* Vlitt. 2. Nec repudiabit, qui inspexerit, quæ ad Fulgent. Lib. II. cap. 4. & III. cap. 7. notavi.

l *Contingere possit Solem sub terram*] *Terrâ* Vlitt. 2. Sed alteram lectionem defendit Isidorus in de Nat. Rer. cap. 21. *Et quia eâ dimensione distat à sole, ut per mediam terram si quid directum inspiciatur, contingere possit solem sub terram, lunam autem supra terram* &c.

m *Existimatur fieri eclipsis*] *Existimari* vel *existimare* Vlitiani codices. Si prius admittas, sequitur ut scribas *eclipsin*.

n *Ne apparere quidem nunquam*] Sententia flagitat *unquam*. quod & Clar. Scheffero venerat in mentem. Interim non ignoro Græcismum posse dici vulgatum, quo duo negativa fortius negant. Vetus Interpres Luc. XVIII. 8. *Nolebat nec oculos levare*. Varro apud Nonium pag. 532. ed. Mercer. *Quod à rege munera eorum noluerit nemo accipere*. Et p. 530. *Omnino omnes heroas negat nescisse*. In Vet. Inscript. apud Gruter. pag. 875. *Nihil nunquam* pro *unquam*. Adde his, quæ habet Muretus ad Catull. carm. 4.

o *Eam solis lumine accepto*] *Eam à sole lumine* &c. Vlitt. 2.

p *Lu-*

ſtellis feruntur: [p] Luna enim [q] proxime terram eſt: itaque triginta diebus totum mundum exiſtimatur tranſire. Id hac evenit ratione: [r] ſi circulos quis intra Zodiaci ambitum fecerit, eoſque hoc intervallo finxerit, ut terra ſit in medio, & unam à terra ad Lunam menſionem fecerit, quam Græci τόνον appellaverunt. Hunc autem, quia certum ſpacium non potuerunt dicere, tonon dixerunt. Igitur abeſt Luna à terra tono uno. Hac igitur re, quod breviſſimo circulo devehitur, diebus triginta [s] ad primum pervenit circulum. Ab hoc circulo abeſt circulus [t] ſemitonio, [u] quo Mercurii ſidus vehitur. Itaque diebus triginta ad alterum ſignum tranſiens tardius, ab hoc circulo [x] abeſt tono dimidio: quo loco iter ſuum Veneris dirigit aſtrum, [y] tardius quam Mercurii ſtella conficiens curſum. Tranſit enim ad aliud ſignum diebus triginta. Supra hujus ſtellam Solis eſt curſus, qui abeſt [z] ab Heſpero, quæ eſt Veneris ſtella, medietate toni. Ita cum inferioribus pariter pervolans anno uno duodecim ſigna percurrit, triceſimo die ad aliud tranſiens ſignum. Supra ſolem igitur & ejus circulum Martis eſt ſtella, quæ abeſt à Sole tono dimidio. Itaque dicitur diebus ſexaginta ad aliud ſignum tranſire. [a] Supra hunc orbem Jovis eſt ſtella, quæ abeſt à Martis hemitonio. Itaque uno anno ad alterum tranſit ſignum. Noviſſima ſtella Saturni, quæ maxi-

p *Luna enim*] *Luna etiam* Cl. Scheſſerus.

q *Proximè terram eſt*] Ita reſcripſi ex Vett. edd. pro *terra*, quod perperam Morell. & Sanctandr. exhibebant.

r *Si circulos quos intra Zodiaci* &c] Auctius una vocula Vlitt. 2. *Ut ſi.* Præterea pro *quos* iidem codices exhibent *quis*, ut & Veneta aliæque antiquitus excuſæ.

s *Ad primum pervenit circulum*] *Signum* Veneta, & aliæ deinceps vulgatæ. Quod vereor mutare, cum nihil mutent Vlitiani codices.

t *Semitonio*] *Tonon dimidium* vetuſtiores. Nec aliter in ſuis invenit Vlitius.

u *Quo Mercurii ſidus*] *Quo circulo Mercurii ſtella* Vlitt. 2.

x *Abeſt tono dimidio*] *Tonon dimidium* Veneta, & aliæ etiam hoc. Nec diſſentiunt Vlitiani codices, quorum 2. infra quoque, *abeſt à ſole tonum dimidium.* Immo nunquam aliter, niſi accuſandi caſu, ſpatia iſta efferunt.

y *Tardius quam Mercurii ſtella*] Vlitt. 2. *Quam Mercurii ſtella tardiorem conficiens curſum.*

z *Ab Heſpero*] *A veſpero* Vlitt. 2. Et mox *tonum dimidium* pro *medietate toni.*

a *Supra hunc orbem Jovis eſt ſtella*] Per anaſtrophen Veneta, *hunc orbem ſupra* &c. Atque ita planè etiam unus Vlitt.

maximo vehitur circulo: hæc autem tono distat à Jove. Itaque annis triginta duodecim percurrit signa. Ab ipsorum tamen siderum corporibus Saturnus abest tono uno & dimidio. Hac igitur ratione potes scire, neque Solem neque Lunam contingere stellas, & nihilominus per zodiacum circulum verti. Hinc etiam possumus intelligere, [b] Lunam minorem esse Sole. Omnia enim quæ proxima sunt nobis, majora necesse est esse, quam quæ longo dissidente intervallo videmus. [c] Igitur Lunam videmus proxime nos esse. neque eam majorem nostro aspectui esse quam Solem. Illud quoque necesse est, cum Sol longe absit à Luna, [d] & à nobis major videtur, si prope accesserit, multo majorem futurum. Præterea necesse est, ut ante diximus, aut nullam stellam erraticam esse, aut Solem pariter cum Luna ut reliquas stellas errare. Si enim quisquam mihi potest demonstrare quinque stellarum cursum, & dicere, quod hodie [e] coram earum quæque ad aliud transeat signum, quemadmodum de Sole & Luna fieri videmus, & nihilominus suum efficit cursum, non est erratica. Si autem dubium est, quod hodie transeat, & ad aliud signum compari ratione cum Luna feratur, & suum circulum dirigat, quemadmodum stellæ quæ sunt dubiæ, necesse est has quoque errare: sed non evenit ut errent, præsertim cum suo tempore ad cursum revertantur. Igitur ne stellæ quidem, cum certo tempore ad suum signum revertantur, possunt errare, nisi forte vo-

b *Lunam minorem esse sole*] Ita edd. antiquiores cum Morellio. Perperam *majorem esse* Sanctandr. Transtulit Hygini verba in sui libri de Nat. Rer. caput 16. Isidorus: *Lunam minorem esse dicunt, quam solem. Omnia enim quæ sunt proxima nobis, majora videntur. longinquitate autem locorum visus languescit. Lunam ergo videmus prope nos esse, nec eam majorem aspectui nostro, quam solem. Ideoque cum sol longè superior sit, quam Luna, & tamen à nobis videtur: jam si prope nos accesserit, multo majorem futurum.* Eadem invenies apud eundem Orig. Lib. III. cap. 47.

c *Et à nobis major videtur*] Debebat scripsisse *videatur*. Ut & inferius, *& nihilominus suum efficiat cursum*. Nihil tamen mutandum esse liquet ex verbis Isidori, in quibus τὸ *major* malè omissum est. Adde not. ad Mythol. cap. 148.

d *Igitur Lunam videmus*] Non malè Schefferus, *si igitur lunam* &c.

e *Quæque coram earum*] Delendum τὸ *coram*. Geminavit pravè vocem eandem librarius.

Ad

volumus accipere excusationem, quod duo corpora magna facilius possint observari, quam singulæ stellæ, quæ non certos cursus conficientes videntur apparere.

XV. *Venus.*

STELLAS quinque nonnulli has ajunt esse: Veneris, Mercurii, Jovis, [a] Saturni, & Martis: E quibus esse maximam colore candido, nomine Hesperum, & eam appellari Venerem. Hæc stella non abest à Sole longius duobus signis [b] infra ejus circulum collocata, sicut ante diximus: apparens maxime noctu, sed toto mense [c] non plus indeficiens potest videri. Sed totus Hesperus incertos efficit cursus, non eodem tempore ad præteritum transiens signum.

XVI. *Mercurius.*

SECUNDA stella est Mercurii, nomine στίλβων, totus acuto lumine, sed [a] in aspectu non magnus. hic autem à sole non longius abest signo uno, qui semper eosdem cursus efficiens, modo nocte prima, modo autem ad Solis exortus incipit apparere, nonnunquam etiam perpetuum signis quatuor est cum sole: rediens autem, cum sole [b] non amplius est, quam tertiam partem signi.

XVII. *Ju-*

Ad CAP. XV.

a *Saturni & Martis*] *Solis & Martis* Vlitt. 2. & Morell. alter. Solis sanè & Saturni quidam eandem fecerunt stellam. Vide cap. 42. Lib. 11.

b *Infra ejus circulum*] Al. *subter.* quod idem est. Geminus: κατώτερον δὲ τοῦ ἡλίου φαίνεται ὁ τοῦ Ἀφροδίτης ἀστήρ.

c *Non plus indeficiens*] *Undevicies* ex conjecturâ Modius. Quod non displicet. Capella Lib. VIII. *Quæ quidem in ortu matutino plerumque quatuor mensibus immoratur: in vespertino vero nunquam plus viginti diebus.*

Ad CAP. XVI.

a *In aspectu non magnus*] Ita & Veneta & Vlitt. 2. nisi quod perperam τὸ *non* omittunt. Eratosthenes cap. 43. Πέμπτον δὲ Ἑρμοῦ στίλβων, λαμπρὸς & μικρός. Vide Hygin. supr. Lib. 11. cap. 42.

b *Non amplius est quam tertiam* &c.] Τὸ *quam* ignorant Vlitt. 2. & abesse potest eleganter.

XVII. *Jupiter.*

JOVIS autem ſtella, nomine [a] φαίθων, [b] corpore eſt magnus: figura autem ſimilis Lyræ, hic autem duodecim ſigna annis totidem [c] tranſire exiſtimatur: & unoquoque anno nuſquam apparere dicitur, non minus dies triginta, non plus quadraginta: ſed tum maxime obſcuratur, cum occidit cum ſole. Exoriens autem apparet ante quam ſol.

XVIII. *Saturnus.*

[a] SOLIS ſtella nomine φαίνων, corpore eſt magno, colore autem igneo: ſimilis ejus ſtellæ, quæ eſt in humero Orionis dextro. Hic per duodecim ſigna aſſidue ferri videtur: nonnunquam etiam cum ſolis ipſius ſideribus apparet, modo aliis partibus adjectis circuli. Hanc ſtellam nonnulli Saturni eſſe dixerunt. Redire autem ad ſignum annis triginta, & quotannis non apparere, non minus dies triginta, nec amplius quadraginta.

XIX. *Mars.*

RELIQUUM eſt nobis de Martis ſtella dicere, quæ no-

Ad CAP. XVII.

a Φαίθων] Ita eum appellant quoque Geminus p. 14. Cleomedes p. 66. Cenſorinus cap. 13. Capella Lib. VIII. Firmicus Aſtron. II. cap. 2. *Qui à nobis*, inquit, *Saturnus dicitur, ab Ægyptiis Φαίνων vocatur; quem nos Jovem vocamus, Ægyptii Φαέθοντα vocant; qui à nobis Mars, ab illis πυρόεις dicitur; quæ à nobis Venus, ab illis Φωσφόρος vocatur; quem Mercurium dicimus, illi στίλβοντα vocant. Φαίνων* tamen Jovis ſtella eſt Eratoſthen. κατ. cap. 43. Iſidor. de Nat. Rer. cap. 3. & 23.

b *Corpore eſt magnus*] *Magna* Vlitt. 2. Fort. *corpore eſt magno*, ut capite ſequenti.


c *Tranſire*] *Tranſigere* Vlitt. 2. cum Veneta. Catal. Pith. pag. 84. *Quisquis hanc pergis, Periandri tranſige thermas.* Sanè *tranſigere vitam* dixit Tertull. de Carn. Reſurr. cap. 15. pro eo, quod Salluſtio placuit Catil. cap. 1. *tranſire vitam.* Hyginus ipſe ſupr. cap. 13. *Simul mundum tranſigit.*

Ad CAP. XVIII.

a *Solis ſtella nomine Φαίνων*] *Phaeton* edd. Vett. Sed *Phenon* unus Vlitt. cum Morell. Phænon ſanè Saturni ſtella eſt Ciceroni, Cenſorino, Gemino, Cleomedi, Apulejo, Auſonio, Capellæ, & aliis; quam noſter cum Solis ſtella confundit. Etiam Eratoſthenes, quanquam ei Phaëthon eſt, Ὁ δὲ τρίτος, inquit, ἐπιλάμπει μὲν Φαίθων ὁ μέγας, ἔστι δὲ οὐκ ἐμφανὴς διὰ τὸν ἥλιον. Si eſt ὁ μέγας, cur ergo Hyginus, *corpore eſt magno?* An ſcripſerat, *corpore eſt non magno?* Conſer cap. 42. Lib. II.

Ad

Unable to display this page



IN

INDEX
RERUM VARIARUM,

P. Significat libros Poetici Astronomici. Simplex numerus capita Mythologiæ. Præf. significat Genealogiam, quæ Fabulis præmittitur.

A Græcum Parcæ invenerunt, 277.
Abas, 14. Lynceï filius, 244. 273. à Lynceo accipit clypeum, 170. 273. Megapenthen occidit, 244.
Abas Neptuni filius, 157.
Abderus occisus ab Hercule, 30.
Abrax, 183.
Abseus unus Gigantum. *Præf.*
Absoris, oppidum, 23.
Absoritani à serpentibus infestantur, 26.
Absyrtus Æetæ filius, 23.
Acamas in equo Trojano, 108.
Acastus Peliæ filius, 24. 273. Laodamiæ pater, 103. 243. ludos fecit Argis, 273.
Accipiter ante Dædalion, 200.
Aceſtes Criniſi fil. 273. certat sagitta, *ibid.*
Achmantis filia Danai occidit Echomantum, 170.
Achareus certat cum Hercule, 273.
Achelous flumen ex Ponto & mari. *Præf.* ejus & Melpomenes liberi. *ibid.* inter quos Sirenes, 141. occisus ab Hercule, 31. vinum ejus flumini admixtum, 274.
Achilles, 96. Pelei & Thetidis filius ad Lycomedem missus, ne iret ad Trojam, 96. nomen Pyrrhæ habuit impositum inter feminas, *ibid.* ab Ulysse agnitus est, *ibid.* ad Trojam venit navibus sexaginta, 97. occidit septuaginta duos, 114. amicus Patrocli, 257. cui facit ludos funebres, 273. occiditur ab Apolline, 113. formosus, 270. ad ejus sepulchrum immolata Polyxena, 110.
Achivi qui quot occiderint, 114. quos reges habuerint, 124.
Acholoe Harpyiarum una, 14.
Acrisius Euaretes pater, 84. & Danaes, 63.
Acœtes, unus Tyrrhenorum, 134.
Actæon, 181. à canibus discerptus, 181. 247.
Acte, una Horarum, 183.
Actea una Nereidum. *Præf.*
Actor Hippasi, unus Argonautarum, 14.
Actor Neptuni & Agamedes fil. 157. pater Menœtii Argonautæ, 14.
Acus reperta à Belone, 274.
Adamantæa nutrix Jovis, 139.
Admeto. *Præf.*
Admetus, 50. Pheretis filius Argonauta, 14. in venatione apri Calydonii, 173. uxor ejus Theone castissima, 256. item Alceſtis, 50. quæ pro ipso vicariam mortem obiit, 243. servum habuit Apollinem, 50.
Adonis Myrrhæ filius, 164. aut Smyrnæ, quem ex Cinyra patre concepit, 58. 275. Veneri amatur, 271. occisus ab apro, 248. ab inferis rediit in vitam, 251.
Adrasta Oceani f. 182.
Adrastus Herculis fil. 242. se ipsum igne cremat, *ibid.* habet filium Ægialeum, 71.
Adrastus, 69. Talai fil. cum sex aliis obsidet Thebas, 69. 70. ut succurrat Polynici, 68. solus vivus evadit in ea obsidione, 70.
Æacus Peneidos maritus, 14. filius Jovis, 52. 155. pater Pelei, 53.
Æcæus procus Helenæ, 81.
Æœa, insula, 125.
Æeta, 22. Solis & Perſæ fil. *Præf. item* 3. & 27. frater Perſæ, 27. Clytium interficit, 14. & Phryxum, 3. Pellem auream habuit, 188.
Æga nympha. P. 2. 13. urbs. *ibid.*
Ægearum conditor. 219.
Ægeus Pandionis fil. hospitio excipit Medeam & ducit conjugem, 26. ex Æthra gignit Theseum, 37. 79. 173.

in mare se præcipitat, 43.
Ægialeus, Adrasti fil. cadit ad Thebas, 71.
Ægina, 52. Asopi filia, ex Jove gignit Æacum, 52.
Ægina insula, 14. unde nomen acceperit, 52.
Ægipan, P. 2, 13. & 28. filius Jovis, 155.
Ægisthus, 87. filius Thyestis nutritur à capra, 152. Agamemnonem interficit & Cassandram, socia Clytemnestra matre, 117. ab Oreste occiditur, 244. cum fratris uxore concumbit, 258. filium suum epulatur, *ibid.*
Ægle. *Præf.* Solis filia, 156. Phaethontis soror, in arborem mutata 154.
Ægyptus pater Lyncei, 273. frater Danai, 168. à Polyxena Danai fil. occiditur, 170.
Ægyptus insula, 276.
Ægyptii primi prælia instituerunt fustibus, 274. mœnibus cingunt oppida, 149. quare quædam animalia non edant, P. 2. 28.
Ælice, nympha. P. 2, 13.
Æmathia, Nerei & Doridis fil. *Præfat.*
Ænaria insula, 125.
Æneas Veneris & Anchisæ fil. 94. quot occiderit, 115. pius erga parentem, 254. & ideo reditum ab inferis consecutus, 251. fugatur ab Achille, 112. templum construit Veneri, 260. ludos funebres fecit patri, in quibus vicit Acestes, 273.
Æolus Neptuni & Menalippes fil. 186.
Æolus Helenæ filius. P. 2, 18. potestatem habet ventorum, 125. filiam Canacen interficit, 238. fratrem habet Macareum, *ibid.* filios Sisyphum & Salmoneum, 60.
Æon canis Actæonis, 181.
Ærica. *Præf.*
Æropa, uxor Atrei, adultera, 86.
Æs inventum à Cadmo, 274.
Æsculapius, 49. Apollinis filius, venatur aprum Calydonium, 173. vitam reddit Glauco, & à Jove interficitur fulmine, 49. *Vid.* Asclepius.
Æson pater Iasonis, 8. 14.
Æeta, Solis filius, 22.
Æthalides, Mercurii & Eupolemiæ fil. 14.
Æthlius, 155. *Vid.* Not.
Æthon, aquila, ab Hercule occisa, 31.
Æthon canis Actæonis, 181. equus Solis, 183.
Æthra, 37. *Præf.* Pitthei filia, 79. mater Thesei, *ibid.* & 37. se ipsam interficit, 243.
Æthra, ancilla Helenæ, 92.
Æthiops, equus Solis, 183.
Ætna mons, refugium Deucalionis in diluvio, 53. impositus Typhoni, 152.
Ætolus pater Endymionis, 271.
Afri prælia primi instituere fustibus, 274. cur vocati Pœni, 178.
Agamede, Augei filia, mater Dictyos ex Neptuno, 157.
Agamemnon, Atrei & Æropes filius, 97. cum Menelao quærit Thyestem, 88. Ulyssem invitant ad bellum Trojanum, 95. ad Trojam quot navibus venerit, 97. quot ibi occiderit, 114. Briseida eripit Achilli, & reddit Chrysi, 106. Iphigeniam non vult immolari, sed persuadetur ab Ulysse, 98. cum Cassandra venit in patriam, 116. est inter reges Argivorum, 124. Clytemnestram habet uxorem, 78. à qua occiditur, 240.
Aganippe, uxor Acrisii, mater Danaes, 63.
Agapenor Ancæi & Iotis filius, 97. procus Helenæ, 81. quot navibus ad Trojam venerit, 97.
Agathon filius Priami, 90.
Agave Amazon, 163.
Agave, una Nereidum. *Præfat.*
Agave Cadmi filia, interficit filium, 184. 239. & maritum, 240. 254.
Agenor filius Neptuni, 157. habet filios Cadmum, 6. 76. 179. Pelasgum, 134. Phineum unum Argonautarum, 14. rivalis Persei, 74. ab Euippe Danai filia occiditur, 170.
Agenor Iasi filius, 145. *Vid.* Not.
Agenor Trojanus quot occiderit, 115. Helenorem & Chlonium interfecit, 113. in certamine cum Achille servatur ab Apolline, 112.
Aglaurus ex incesto natus, filius Erichthei & Procridis, 253.
Aglauros filia Cecropis in mare se præcipitat, 166.
Agnodice puella medicinam discit contra leges Atticorum, 274.
Agoreus rex Athenienstum, 48.
Arge, canis Actæonis, 181.
Agrianome filia Persei, 14.
Agriodus canis Actæonis, 181.
Agrisope mater Cadmi, 6. 179. & Europæ, 178.

Agrius.

Agrius, 175. Parthaonis filius. Oeneum fratrem regno ejecit, 175. à Diomede iterum ejicitur, *ibid.* idemque se ipsum interficit, 242.
Agrius canis Actæonis. 181.
Agrus, Præf.
Ajax Locrus vincit & occidit Caranum. 113. in funere Patrocli lucta fit superior, 273 Cassandrum rapit à signo Palladio, 116. Fulmine ictus interit, *ibid.*
Ajax Oilei filius Telamonius, procus Helenæ, 81. quot navibus venerit ad Trojam, 91. quot occiderit, 114. certat cum Hectore, 112. Achillis arma postulat, 107. se ipsum interficit, *ibid.* & 242.
Alce, canis Actæonis, 181.
Alcestis, 51. Peliæ filia, 24. Admeti uxor, 50. pro quo mortem obiit, 51. rediit ab inferis, 251. reducta ab Hercule, 51.
Alcimede, mater Iasonis, 3. 14.
Alcimedon Tyrrhenus, 184.
Alcinous rex, Nausicaæ pater, 125. Ulyssem naufragum excipit hospitio & donis, 126. Judex constitutus inter Colchos & Iasonem, 23.
Alcmæon, 73. Amphiarai filius inter Epigonos, 71. Matrem Eriphylen interficit, 73. à socero suo interficitur, 245.
Alcon unus Argonautarum, 14.
Alcon filius Amyci aprum Calydonium venatur, 173.
Alcon alius filius Martis, & ipse aprum venatur Calydonium, 173.
Alcumena, 29. Amphitryonis uxor, ex Jove parit Herculem, 29.
Alcyone Atlantis filia, 157. una Pleiadum, 192. ejus ex Neptuno liberi, 157.
Alcyone, 65. Æoli & Egiales filia, 65. uxor Ceycis, cujus amore se præcipitat in mare, *ibid.*
Alcyone conjux Meleagri, 174.
Alcyonia qui dies, 65.
Alecto. *Præf.*
Alemone. *Præf.*
Aleii campi, 57.
Aletes, 122. filius Ægisthi, rex Mycenarum, ab Oreste interficitur, 122.
Aleus pater Auges, 99. 162.
Alexander, 91. filius Priami, 90. expositus Paris dicitur à pastoribus, 91. fratres vincit suos, *ibid.* fuit formosissimus, 270. certavit cum Menelao, 112. quot occiderit Achivos, 115. socio Deiphobo Achillem occidit, 110. à Philoctete interfectus est, 112.
Alexander Eurysthei filius rex Achivorum, 124.
Alope, una Harpyiarum, 14.
Alope, 187. filia Cercyonis, mutata in fontem, 187.
Alope, urbs, 14.
Alopie, una Harpyiarum. 14.
Aloeus, pater Oti & Ephialtæ, 28.
Alphesibœa, filia Phegei, 244.
Alpheus. *Præf.* Phlegei pater, 245.
Alta, Cathesti filia, mater Ancæi, 14.
Althæa, 171. filia Thestii, 14. 173. una nocte cum Marte & Oeneo concumbit, suscipitque filium Meleagrum, 171. facem parere sibi videtur, 249. filium interficit, 239.
Amalthea, capra. P. 2, 13. nympha. *ibid.*
Amarunceus Onesimachi filius quot navibus pugnarit ad Trojam, 97.
Amathia. *Præf.*
Amazones quæ, 163. balteum earum petit Hercules, 14.
Ambracia, 123.
Ambrosia, una ex Hyadibus, 182. soror Hyantis, filia Atlantis & Pleiones, 191.
Ameleon Argonautarum unus 14.
Amicitia. *Præf.* qui eâ fuerint junctissimi, 257.
Ammon. P. 2, 20.
Amœme, filia Danai occidit Polydectorem, 170.
Amymone una earum, è quibus filios creavit Neptunus, 157.
Amphialus Neoptolemi & Andromachæ filius, 123.
Amphiaraus, 73. Oiclei & Clytemnestræ filius, 250. vel, ut alii putant, filius Apollinis, 70. 128. Augur eximius, *ibid.* habet filium Alcmæonem, 71. cum quadrigis devoratur à terra, *ibid.* & 250.
Amphidamas habet filiam Naupidamen, & ex ea nepotem Augeam, 14.
Amphidamas filius Egei & Cleobules, 14.
Amphimachus filius Cteati, quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Amphinome. *Præf.*
Amphion Jovis & Antiopæ filius, 155. rex

rex Thebanorum, 76. ducit Niobam uxorem, ex qua filiam habet Chloridem, 14. Thebas cinxit muro, 69.
Amphion Hippasi filius, unus Argonautarum, 14.
Amphion Terei filius occidit filios avi sui, 244.
Amphitemis uxorem habet Tritonidem, filium Cephalionem, 14.
Amphithoe. *Præf.*
Amphitrite. *Præf.*
Amphitrione mater Tritonis, ex Neptuno. *Præf.*
Amphitryon maritus Alcumenes, Oechaliam it expugnatum, 29. Electrionem Persei filium interficit, 244.
Amphrisus, antrum, 30.
Amponitus, 14.
Ampycus, pater Mopsi, 14. 128. 173. filius fuit Elati, 128.
Amycus, 17. Neptuni & Melies filius, à Polluce interficitur, 17.
Amymnei populi, 193. 252.
Amymone, 169. Danai filia, amata à Neptuno, mater Nauplii, 14. 169. Midamum occidit, 170. Adde Amœmone.
Amymonius fons. 169.
Amyntor, pater Phœnicis, 97. 173. à Damone Danai filia occisus. 170.
Anaplades amat Venerem. P. 2. 16.
Anatole, una Horarum, 183.
Anaxibia filia Dymantis, uxor Peliæ, mater Acasti, 14. & Alcestis, 51.
Ancæus Lycurgi filius. Tegeates, unus Argonautarum, 14. venatur aprum Calydonium, 173. à quo percussus interiit, 248.
Ancæus Neptuni filius, 157. Imbrasius, unus Argonautarum, 14. proreta navis Argus, *ibid.* mox quoque gubernator, 18.
Anchisa. 94. *v.* Anchises.
Anchises Assaraci filius, 94. formosissimus, 270. amatus à Venere, 94. filium habet Æneam, *ibid.* à quo eripitur ex incendio Trojano, 254. fulmine ictus periit, 94. sepultus ubi dicatur. 260.
Andræmon, pater Thoantis, 97.
Androgeus, filius Minois occisus, 41.
Andromacha Eetionis filia, Neoptolemi uxor, mater Amphiali, 123.
Andromachus filius Ægypti, occisus ab Herone filia Danai, 170.
Andromeda, 64. Cephei & Cassiopeæ filia, ceto objecta liberatur à Perseo, 64. P. 2. 11.
Andros insula, 276. 14.
Antæus, Terræ filius ab Hercule occisus, 31.
Antheus Neptuni & Astyphiles filius, 157.
Anthus filius Niobes, 145.
Antias, filius Mercurii, 160. *v.* Not.
Anticlia, filia Autolyci, conjux Laertis, mater vero Ulyssis, 201. se ipsam interficit, de filii morte accepto nuncio falso, 243. filius cum ea loquitur apud inferos, 125.
Antigona Pheretis filia, Pyremi uxor, mater vero Asterionis, 14.
Antigona, 72. Oedipi filia, ex Iocasta, 67. Polynicen fratrem dat sepulturæ, 72. 254. & se ipsam interficit. 243. alii ab Hæmone amatore dicunt occisam, 72.
Antilochus Nestoris filius, nutritus à cane, 252. procus Helenæ, 81. quot navibus venerit ad Trojam, 97. quot occiderit, 114. ab Hectore interfectus est, 113.
Antimachus procus Helenæ, 81.
Antimachus Ægypti filius occisus ab Idæa, filia Danai, 170.
Antinous, filius Priami, 90.
Antioche, una ex Amazonibus, 163. *v.* Not.
Antiochus Ægypti filius. occisus ab Itea Danai filia, 170.
Antiopa Æoli filia, Neptuno amata, ex quo habuit Bœotum & Hellenem, 157.
Antiopa, 7. 8. Nyctei filia, Lycum habuit maritum, 7. ex Jove peperit Zethum & Amphionem, *ibid.* & 155.
Antiopa filia Martis, una ex Amazonibus, 241. ab Hercule captiva donatur Theseo, 30. qui eam in matrimonium ductam post interficit, 241.
Antiope, Pylonis filia, uxor Euryti, 14.
Antipaphus filius Ægypti, occisus à Critomedia, filia Danai, 170.
Antiphas, Laocoontis filius, necatus à serpente, 135.
Antiphates rex Læstrygonum, 125.
Antiphus, Mnesyli filius, quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Antippus, pater Hippeæ, avus Polypheni Argonautæ. 14.

Antippus alius occisus ad Trojam à Sarpedone, 113.
Antodica filia Danai, quem occiderit, 170.
Anæreata Mereti filia, mater Euryti & Echionis ex Mercurio, 14.
Aper Calydonius à quibus oppugnatus fuerit, 173. Erymantheus occisus ab Hercule, 30. aper & leo juncti ad currum, 50. ab apris percussi qui perierint, 248.
Aphareus pater Idæ ac Lyncei, 14. 80. 173.
Aphirape. *Præf.*
Apidanus flumen, 14.
Apollo Jovis & Latonæ filius. *Præf.* ubi natus. 53. 140. mutat se in gruem, P. 2. 28. Cassandram vult comprimere irrito conatu, 93. Coronida fecit gravidam, 202. Daphnen frustra persecutus est, 203. amavit Hyacinthum, 271. filium habuit Asclepium ex Coronide, 14. Idmonem ex Cyrene nympha, 14. Jovi adest contra Titanas, 150. Admeto servit, 50. ejusque pavit pecus, 14. Arnas condidit, 275. cum Neptuno Trojam cinxit muro, 89. Cyclopas interfecit, 49. Marsyam vincit provocatus, 165. Midam multat ob judicium pravum, 191. Niobes occidit filios, 9. reperit quasdam literas, 277. & medicinam ocularium, 274. semper est imberbis, item crinitus & cultu muliebri, 9. Apollinis filii, 161. tripus, 32.
Aprum Calydonium venatum quinam ierint, 173. ab apro percussi qui interierint, 245.
Apseudes. *Præf.*
Aptale, 160.
Aquilo pater Chionæ, 157. item Zethis & Calais ex Chione, 14. Latonam defert ad Neptunum, 140.
Arcades primi fecerunt res divinas diis, 274.
Arcadia misit auxilium adversus Aprum Chalydonium, 173.
Arcania, Danai filia, quem occiderit, 170.
Arcas canis Actæonis, 181.
Arcas, Jovis filius ex Callisto, 155. 176. P. 2. 4. Trapezunta condidit, 275.
Arcesilaus, Lyci & Theobulæ filius, quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Arcturus, 130. & arctophylax. P. 2. 4.
Archelaus, 219. Timeni filius Cisseum conjicit in foveam sibi præparatam, 219.
Archeolus Herculis filius, 162.
Archenor filius Niobæ, 11.
Archia, Oceani filia, soror & uxor Inachi, 143.
Archius filius Cephali, pater Laertis, 189.
Arcippa, in venatione apri Calydonii, 173. Arcturus, qui prius Icarius, 130.
Arete uxor Alcinoi, 23.
Arena Bibali filia, 14.
Arethusa Herilei filia, mater Abantis ex Neptuno, 157.
Arethusa una Nereidum. *Præf.*
Arethusa, canis Actæonis, 181.
Arge, 205. in cervam mutata, 205.
Argia, una Oceanitidum. *Præf.*
Argia Adrasti filia, uxor Polynicis, 69. quem tradit sepulturæ, 72.
Argia, uxor Inachi, mater Ius, 145.
Argia uxor Polybi, mater Argi, 14.
Argivi Danai, & unde, 170.
Argo canis Actæonis, 181.
Argo navis inter sydera, 14. prima navis in mari, P. 2, 37. ubi facta, *ibid.*
Argolica galea, 273.
Argonautæ, 14. convocati qui, 14. veniunt in Lemnum, 15. ad Cyzicum, 16. cui ludos faciunt, 273. ad Amycum, 17. & Lycum, 18. & Phineum, 19. & Stymphalidas, 20. ad Colchos, 21. & Æetam, 22.
Argos oppidum, 145.
Argus Agenoris filius condidit Argos, 145. 275.
Argus Danai filius, faber navis Argus, 14.
Argus Jovis filius & Niobæ, 145. 155. rex fuit Argivorum, 124.
Argus Piranti & Callirhoes filius, 145.
Argus Phrixi filius, Athamantis nepos, 3.
Argus Polybi filius, unus Argonautarum, 14. faber navis Argûs & inventor, P. 2, 37.
Ariadne, 43. filia Minois, 14. fratrem & filios occidit, 255. Theseum amavit, 270. ejus corona, P. 2, 5.
Aries chrysomallus, ex Neptuno & Theophane natus, 188. Phrixum detulit Colchos, *ibid.* & 3.
Aries Jovi aquam monstrans, relatus inter sydera, 133. aries sit Neptunus, 188.

Arion. 194. projectus in mare, servatur à delphinis, 194. P. 2. 17.
Aristæus Apollinis & Cyrenes filius, 161. P. 2, 4. maritus Autonoes, ex qua Actæon, 180. 247.
Aristogiton & Armodius amici, 257.
Aristomachus, pater Temeni, 124.
Aristonoe filia Danai, quem occiderit, 170.
Arma Junoni primùm facta à quo, 274.
Armorum judicium, 107.
Armoastus Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Armodius & Aristogiton amici, 257.
Arnœ oppidum conditum ab Apolline, 275.
Aromachus, filius Priami, 90.
Arprites, 157. v. Not.
Arpya, canis Actæonis, 181.
Arsalte Danai filia quem occiderit. 170.
Arsinoe, una Hyadum, 182.
Ascalaphus Martis filius, 159. procus Helenæ, 81. quot navibus venerit ad Trojam, 97. occiditur à Deiphobo, 113.
Ascanius filius Priami. 90.
Ascanius filius Æneæ ex incendio eripitur à patre, 254. eo duce ludunt pueri Trojam, 273.
Ascanius fluvius, 14.
Asclepius filius Apollinis, 14. ex utero matris Coronidis excisus, 202. clinicen reperit, 274 rediit ab inferis, 251. ex mortali factus immortalis, 224. *vid.* Æsculapius.
Asellus certat cum Priapo de virilitate, P. 2, 23.
Asellorum capita in lectis quare, 274. clamore terrentur gigantes, P. 2, 23.
Asia, una Nereidum. *Præf.*
Aslo, equus solis, 183.
Asopus pater Æginæ, 155.
Assaracus, pater Ganymedis, 224.
Asteria Atlantis filia, mater Oenomai, 250.
Asterides Ægypti filius à quo occisus, 190.
Asterie Poli & Phœbes filia, *Præf.*
Asterie, 53. Titanis filia mutata in avem, 53.
Asterion Pyremi filius, Argonauta, 14.
Asterion Hyperasii filius, 14.
Astræus. Gigantum unus. *Præf.*
Astrologiam quis primus fuerit interpretatus, 274.
Astyanax Hectoris & Andromachæ filius de muro dejectus, 109.
Astycratia, filia Amphionis, 69. & Niobæ, 11.
Astynome, filia Amphionis, 69.
Astynome, filia Talai, 70.
Astynomus, filius Priami, 90. occisus ab Achille, 114.
Astyoche amata Herculi, mater Tlepolemi, 97. 162.
Astyochea, uxor Strophii, soror Agamemnonis, 117.
Astyphile, filia Phœnicis, mater Antei ex Neptuno, 157.
Atalanta, 185. Schœnei filia, conversa in leænam, 185.
Atalanta Iasii filia, pellem apri Calydonii accipit à Meleagro, 174. ex eodem gignit filium Parthenopæum dictum, 99. qui inter formosissimos numeratus, 270.
Athamas, 5. Æoli filius, pater Melicertæ ex Ino. 239. & 1. mittit Delphos scisscitatum remedium contra sterilitatem, 2. Learchum alterum filium interficit, 2.
Athenæ, 164. conditæ à Minerva, 275. 164. primum oppidum in terris, *ibid.* mittunt auxilium contra aprum Calydonium, 173.
Athenienses victi à Minoe eique tributarii, 41. quos habuerint reges, 48. medicinam discere mulieres vetant & servos, 274.
Athla Herculis, 30.
Atlas Ætheris & Terræ filius, *Præf.*
Atlas Iapeti & Clymenes filius, *Præf.* maritus Oceanitidis sive Pleiones, pater Hyadum, 192. & Hyantis filii, 148. cœlum ferre cogitur, 150.
Atlas pater Alcyones, 157. Calypsus, 125. Diones, 83. Electræ, Taygetes, 155.
Atalante Schœnei filia, venatrix apri Calydonii. 173.
Atlantius Mercurii & Veneris filius, Hermaphroditus dictus, 271.
Atlites, Ægypti filius à quo occisus, 170.
Atreus Atrei filius occisus ab Ægistho, 244.
Atreus, 88. 258. Pelopis filius rex Argivorum, 124. pater Agamemnonis, *ibid.* & 78. Thyesti proprios liberos edendos apponit, 244. 258. primum solis eclipsin invenit, *ibid.*
Atreus Priami filius, 90
Atropos Noctis & Erebi filia. *Præf.* cum so-

ſororibus cæteris Parcis litteras ſeptem invenit, 277.
Atrotus leo, 30.
Atthis inſula, alias Salamina, 14.
Avernus lacus, 88.
Auge, 99. Alei filia, ex Hercule gignit Telephum, 99. patrem fugiens à Teuthrante habetur pro filia, *ibid.* à filio cognoſcitur, 100.
Augeas Solis & Naupidames filius, 14.
Augeus rex, pater Agamedes, 157. ejus ſtabulum purgat Hercules, 30.
Augures, 128. ex Græcia vocati in Ægyptum ob ſterilitatem, 56.
Augurium Phineo dat Apollo, 19.
Aura, canis Actæonis, 181.
Aurifodinas invenit Lynceus, 14.
Aurophite, mater Cycni, 97.
Aurora Hyperionis & Solis filia, *Præf.*
Aurora uxor Tithoni, 270. Cephalum amat. *ibid.* eum allicit ad concubitum, 189. Procrin decepit, *ibid.*
Aurum primus invenit Sacus, 274.
Autolycus, 201. Mercurii & Chiones filius, 200. furaciſſimus, 201. pater Anticliæ. *ibid.* & 243.
Autolycus Phrixi & Chalciopes ſororis Medeæ filius, 14. Megæræ pater, 243.
Automedon quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Autonoe Cadmi & Harmoniæ filia, 179.
Autonoe matertera Penthei, 184. Ariſtæi uxor, mater Actæonis, 180.
Autonous occiditur à Deiphobo, 113.
Auxo, una Horarum, 103.
Axenus flumen. *Præf.*
Axion, Priami filius, 90.

B.

B. littera à quo inventa, 277.
Babylon condita à Semiramide, 275. murus ejus inter ſeptem miracula, 223.
Baſus Argi & Euadnes filius, 144.
Bebrycia regio, 17.
Bellerophon Neptuni & Eurynomes filius, 157. amatus à Sthenobœa, 243. interficit Chimæram, 57. p. 2. 18.
Bellerophontes victor equo in ludis Acaſti, 273.
Belone primum reperit acum, 274.
Belus Neptuni & Agemedes filius, 157. Danai & Ægypti pater, 168. gladiis primus uſus eſt in bello, 274.
Belus Didonis pater, 243.
Beroe nutrix Semeles, 167. 179.
Beronice, P. 2, 24.
Biadice, uxor Crethei, P. 2, 20.
Biantes filius Priami, 90.
Bias unus ſeptem Sapientum, 221.
Bibalus, pater Arenæ, 14.
Bimater Dionyſius, 167.
Bitias & Cleops, Cidippæ filii, 254.
Blanirus procus Helenæ, 81.
Bliade, mater Menophri, 253.
Bœotia, mater Hyadum, P. 2, 21.
Bœotus, à quo Bœotia & Æolus Neptuni & Theanus filii, à Melanippo adoptati, 186.
Bœotus Neptuni & Antiopæ filius, 157.
Bootes, P. 2, 2.
Borax, canis Actæonis, 181.
Boreas Aſtræi & Auroræ filius, *Præf.*
Boreas canis Actæonis, 181.
Boſphorus unde dictus, 145.
Boves domare primus quis invenerit, 277.
Briareus Titanum unus. *Præf.*
Briſeis, Briſæ filia, Achillis captiva, erepta ab Agamemnone, 106.
Briſſonius, Priami filius, 90.
Bromie, Hyadum una, 182.
Bronte equus Solis, 183.
Buſiris, 56. Neptuni filius immolat hoſpites, 56. filiam habet Meliten, 157. ab Hercule occiditur, 31.
Butes Teleontis & Zeuxippes filius, 14. ex Venere habet Erycem filium, 260.
Byblis, Mileti filia, ſe ipſam interficit, 243.
Byſaltis pater Theophanes, 188.
Byrſeus rex Thraciæ, pater Orionis, 195.

C.

Cadmus, 6. filius Agenoris, 76. & Agriopes, uxorem habet Harmoniam, & ex ea filias quatuor, 179. inter has Semelen, 155. & Ino, 2. & Agaven, 240. & filium Polydorum, 76. unus fuit regum Argivorum. *ibid.* litteras ex Ægypto tulit in Græciam, 277. Thebas condidit, 275. Draconem Martis filium interfecit, 178. ideo verſus eſt in draconem, 6.
Cæneus Elati filius Argonauta, 14. filios habet Epeum & Priaſum, *ibid.* & Cyl-

& Clymenum, 242.
Cæneus, P. 2, 1. vid. *ib.* not.
Calais Aquilonis filius tucharchus navis Argûs. 14. matrem habuit Orithyiam, cumque fratre fugavit Harpyias, *ibid.* & 19. Diaulo vicit in ludis Acasti, 273. occisus ab Hercule, 14.
Calchas Thestoris filius, 190. augur. 97. 128. Iphigeniam jubet immolari, 98.
Calchodon, maritus Imenaretes, pater Elephenoris, 14. 97.
Calciope uxor Mnesyli, filium habet Antiphum, 97. patrem sequitur in exilium, 254.
Calciope soror Medeæ, 14. uxor Phrixi, ejusque filii, 3. 14. 21.
Callianassa, una Nereidum. *Præf.*
Calliope, una Musarum, mater Orphei, 14.
Callirhoe, uxor Chrysaoris, mater Geryonis, *Præf.* & 151.
Callirhoe Piranti filia & Niobes, 145.
Callisthene Eubœæ filia, 238. *vid.* not.
Callisto, 177. compressa à Jove, 176. Lycaonis filia, mater Arcadis ex Jove, 155. P. 2, 1. mutata in ursam, 177.
Calyce Hecatonis filia mater Cygni, 157.
Calydon, 69.
Calydonius aper. *v.* Aper.
Camilla Metabi filia nutrita ab equa, 252.
Canace filia Æoli concumbit cum fratre, 238. 242. ideo à patre interfecta, 238.
Canache, canis Actæonis, 181.
Canis nutrit Antilochum, 252. in rogum Patrocli conjicitur, 273. canis Lælaps donatur Procri, 189. Mæra, facta stella, 130. canum Actæonis nomina, 181. qui devorati à canibus, 247.
Canta insula, 23.
Cantus filius Ceriontis, 14.
Capaneus Hipponoi & Astynomes filius, 70. fulmine ictus, *ibid.* & 6.
Capaneus, maritus Euadnes, 256. pater Stheneli, 257. 175.
Capharea saxa, 116.
Capitolinus clivus, 261.
Capra mater Ægipanis ex Jove, 155. nutrit Ægisthum, 252.
Capricornus ante Pan dictus, 196.
Caranus patet Polyidi, 251.
Caria una Horarum, 183.
Carmenta litteras Latinas ex Græcis prima fecit, 277.
Carmentum conditum à Nilo, 275.
Carnubuta, P. 2, 14.
Caro humana cibus comitum Tyrrheni, 274.
Cassandra, 93. filia Priami, 90. augurii perita, 128. sed ei fides non habetur, 108. in pœnam, quod Apollini copiam sui facere noluerat, 93. à signo Palladis abripitur ab Ajace, 115. à Clytemnestra & Ægistho interficitur, 117.
Cassiope mater Andromedæ, 64.
Cassiopeia contendit de forma cum Nereidibus, P. 2, 10.
Cassus Ægypti filius à quo occisus, 170.
Castalius fons, 6.
Castissimæ quæ fuerint, 156.
Castor Jovis & Ledæ filius unus Argonautarum, 14. in venatione apri Calydonii, 173. mors ejus, P. 2. 22. ex mortali immortalis factus, 224. alterna morte rediit ab inferis 251.
Cataclysmus, 153.
Cathestus pater Altæ, 14.
Caucasus, 54.
Caunus, filius Mileti, frater Byblidis, 243.
Cecrops filius Terræ, rex Athenienſium, 48. filiæ ipsius tres, 167.
Cecrops filius Vulcani, 158.
Celæno Atlantis & Pleiones filia *Præf.*
Celæno Neptuni & Ergei filia, 157.
Celæno Thaumantis filia, *Præf.*
Celeuma, 14.
Cenchreis, uxor Cinyræ, mater Smyrnæ, 58.
Ceneus Coronis filius, Argonauta, 14.
Cenotaphium Paridi factum à Priamo, 273.
Centauri, 33. filii Ixionis & nubis, 62. fratrem habent Pirithoum, 14. ferro non possunt vulnerari, *ibid.*
Cephalion filius Amphitemidis & Tritonidis nymphæ, pastor, 14.
Cephalus filius Mercurii & Creusæ, 160. alii Deionis filium faciunt, 241. rex Athenienſium, 48. funda vincit in ludis Acasti, 273. conjugem occidit imprudens, 241. ejus canis, P. 2. 35.
Cephalus Pandionis filius, amatus ab Aurora, fuit formosissimus, 270.
Cepheus, Egei & Cleobules filius, unus Ar-

Argonautarum, 14. pater Andromedæ, 64. P. 2, 9.
Cepheus Ponti & Terræ filius, *Præf.*
Cephisus flumen, filius Ponti & Maris, *Præf.* filium habet Narcissum, 271.
Ception, pater Peneidos, 14.
Ceraſſus aquam primum admiscuit vino, 274.
Cerberus ex Typhone & Echidna natus. *Præf.* & 151. canis infernalis, ab inferis productus ab Hercule, 30.
Cercion, filius Vulcani, 158. filiam Alopen ob incestum interficit, 138. occisus à Theseo, 38.
Ceres Saturni & Opis filia, *Præf.* frumentum invenit in Sicilia, 274. item serere, & domare boves, 277. filiam habet Proserpinam, 251. 147. ex Jove, 146. alumnum Triptolemum reddere vult immortalem. *ibid.* Pelopis edit brachium, 83. redit ab inferis, 251. vertit Lyncum in lyncem, 259.
Cerinthus oppidum, 14.
Certamen ludicrum navale, ab Ænea factum, 273. quadrigarum ubi primo institutum, 274.
Cerva nutrit Telephum, Herculis filium, 99. 274.
Cervus cum cornibus aureis ab Hercule captus, 30.
Cestu vicit Pollux in ludis Acasti, 273.
Ceteus, Lycaonis filius, P. 2, 6.
Cetus Gorgonis maritus. *Præf.*
Cetus cui Andromeda objecta, 64. interfectus à Perseo, *ibid.* alius cui Hesione objecta, interfectus ab Hercule, 31, 89.
Chalciope. *vide* Calciope.
Chalybes, 14.
Charops, canis Actæonis, 18.
Charopus pater Nirei ex Nympha, 97. 270.
Chadiætros canis Actæonis, 181.
Cherſis Phorci & Tetoæ filia, *Præf.*
Chiade, filia Niobes, 11.
Chias, filia Amphionis, 69.
Chilon Lacedæmonius, unus septem sapientum, 221.
Chimæra Typhonis & Echidnæ filia, *Præf.* & 151. occisa à Bellerophonte, 57.
Chiona Aquilonis filia mater Moepi ex Neptuno, 157.
Chiona, 200. Dædalionis filia, una nocte cum Apolline & Mercurio concumbit, 200.
Chirodamas, filius Priami, 90.
Chiron Saturni & Philyræ filius, *Præf.* & 274. medicinæ ex herbis inventor & chirurgiæ. *Ibid.* pietatis causa relatus inter astra, p. 2, 38.
Chirurgica à quo inventa, 274.
Chlonius interfectus ab Agenore, 113.
Chlonius alius interfectus ab Ajace, 113.
Chloris, filia Amphionis, & Niobes, 10. 69. 14. uxor Nelei. *ibid.*
Chloris uxor Ampyci, 14.
Choraules olim Pythaules dictus, 275.
Chronius Lacreti, & Cleobules filius, quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Chronus pater Leophites, 97.
Chrysaor Neptuni & Medusæ filius, *Præf.* & 151. uxorem habet Callirhoen, filium Geryonem, *ibid.*
Chryseis Chrysis filia, Agamemnoni data in conjugium, 121.
Chryses, 121. Sacerdos Apollinis, 121.
Chryses junior, Agamemnonis & Chriseidis filius, 121. cum Oreste interficit Thoantem, *ibid.*
Chrysippus Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Chrysippus, 35. Pelopis filius raptus à Laio propter formam, 85. & Theseo, 271. occisus ab Atreo & Thyeste, suasu Hippodamiæ matris ejus, 85. 243.
Chrysolaus filius Priami, 90.
Chrysomallus aries Neptuni filius, 168.
Chrysorrhoas flumen, olim Lycormas, 242. item Pactolus, 191.
Chrysothemis ex Apolline gignit Parthenon, P. 2, 25.
Chrysothemis Danai filia quem occiderit, 170.
Chthonius, Spartorum unus, 178.
Cicones ad quos delatus Ulysses, 125.
Cidippe, mater Cleobis & Bitiæ, Sacerdos Junonis, 254.
Cilix, filius Agenoris, Ciliciæ dat nomen, 178.
Cinna, uxor Phoronei, mater Apidis & Niobes, 145.
Cinyras Paphi filius, 242. 270. formosissimus, *ibid.* pater Adonis ex Smyrna, 248. 251. 271. vir Cenchreidis, 58. rex Assyriorum. 16. & 270. se ipsum interfecit ob concubitum cum filia, 242.
Cios urbs, 14.
Circe, Solis & Perseidis filia, *Præf.* &

156. Glaucum amat, 199. ab Ulysse fallitur, 125. & ex eo suscipit duos filios, *ibid.*
Cisseis Naiadum una, 182.
Cisseus, pater Hecubæ, 91. 111. 243. 240.
Cithara Arionis inter astra, 194. Cithara vincit Orpheus in ludis Acasti, 264.
Cleio Nereidum una. *Præf.*
Cleo, Danai filia, quem occiderit, 170.
Cleobula, mater Euripidis ex Apolline, 161.
Cleobule, mater Cephei & Amphidamantis ex Egeo, 14.
Cleobule mater Pithi ex Lacreto, 97.
Cleobulus unus septem sapientum, 221.
Cleopatra Danai filia, quem occiderit, 170.
Cleopatra uxor Phinei, 19.
Cleops & Bitias, 254.
Climenus, pater Alcimedes, 14.
Clitemneste, Ponti & Maris fil. *Præf.*
Cloanthus victor navi in ludis Æneæ, 273.
Clotho, una Parcarum, *Præf.* cum sororibus invenit litteras quasdam Græcas, 277.
Clymene una Amazonum, 163.
Clymene. una Nereidum, *Præf.* mater Mnemosynes ex Jove, *ibid.* & 152.
Clymene nympha, mater Thesimenis ex Parthenopæo, 71.
Clymene Oceani filia, mater Pasiphaes ex Sole, 156.
Clymenus Schœnei filius, 246. aut Cænei, 242. pater Harpalices, cum qua concubuit, 253. filium ex ea epulatus est, 246. sese ipsum interfecit ob concubitum cum filia, 242.
Clymenus Solis filius pater Phaethontis ex Merope, 154.
Clypeus præmium certaminis in ludis, qui fiebant Argis, 274.
Clytemnestra, 117. Ledæ & Tyndarei filia, 27. uxor Agamemnonis, quem curat interfici, 117. 240.
Clytia, mater Medeæ ex Æeta, *Præf.*
Clytius, rex Oechaliæ, Iphiti filius, interfectus ab Æeta, 14.
Clytius procus Helenæ, 84.
Clytus Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Clytus Temenei filius unus regum Achivorum, 124.
Clytus Trojanus, quot occiderit, 115.
Cocalus rex, 44.
Cœlum ex Æthere & Die natum, *Præf.*
Cœmse, Gigantum unus, *Præf.*
Cœranus, pater Polyidi, 136.
Cognatos suos qui occiderint, 244.
Colchi Absorin oppidum condunt, 23.
Collatinus maritus Lucretiæ, 256.
Colophomus, gigantum unus, *Præf.*
Colophonia Erichthei filia à patre occiditur ex sorte pro Athenienfibus, 238.
Colossus Solis Rhodiorum, inter septem opera admiranda, 223.
Columbæ ovum excludunt, ex quo Venus nata, 197. in deorum numero apud Syros, nec comeduntur, *ibid.*
Cometes, olim Merope, 192.
Concha pertusa Tyrrheno pro buccina, 274.
Concordiæ templum Romæ, 261.
Concubuerint quæ contra fas, 253.
Conjuges suos quæ uxores occiderint, 240. qui mariti, 241.
Continentia ex Nocte & Erebo *Præf.* v. Not.
Coran, canis Actæonis, 181.
Corcyra insula qualis, 276.
Corinthus, ante dicta Ephyre, 276.
Cornicines à quo inventi. 274.
Cornix Minervæ nunciat rem occultam, 166.
Cornucopiæ unde, 31.
Corona Ariadnæ, vel Liberi, P. 2, 5.
Coronis Oceani filia una Hyadum, 182.
Coronis, 202. Phlegyæ filia, mater Asclepii ex Apolline, 161. 14. P. 2, 40. interfecta ab Apolline, 202.
Coronis uxor Asclepii, mater Machaonis, 14.
Corvus olim albus cur niger, 202.
Corybantes qui, 139.
Corydon, Gigantum unus, *Præf.*
Coryna, 14.
Corynetes, filius Vulcani, 158.
Cothonea uxor Eleusini, mater Triptolemi, 147.
Cratæis fluvius, pater Scyllæ, 199.
Creon, filius Menœcii, rex Thebanorum, 76. regnum occupat occiso Laio, 67. pater Glauces, quam in matrimonium dat Iasoni, 25. v. Not. item Megaræ, quam dat Herculi, 72. flamma perit à Medea ei procurata, 25.
Crenis una Nereidum. *Præf.*

Creſphontes, maritus Meropes, occiſus à Polyphonte, 184.
Creta, inſularum majorum una qualis, 276. ſanctiſſima dicitur Minoi, 198. auxilium mittit contra aprum Calydonium, 191.
Cretheus, P. 2. 20.
Creteus maritus Tyrus, pater Peliæ, 12.
Cretici verſus, 177.
Creuſa Creontis filia, uxor Iaſonis, à Medea incendio perimitur cum marito, 25.
Creuſa, Creontis filia, mater Cephali, 160.
Criniſus flumen, pater Aceſtæ, 273.
Crinus, filius Argi & Evadnes, 145.
Critomedia filia Danai, quem occiderit, 170.
Crotos Panis & Euphemes filius aſtrum factus dictum ſagittarius, 224. P. 2. 27.
Crumiſſa inſula, 188. cujus incolæ mutati à Neptuno in pecorum formam. *Ibid.*
Cteatus pater Amphimachi, 97.
Cura fingit homines, 220.
Curetes, 139. mos eorum pulſandi clypeos haſtis, 20.
Currus junctus draconibus, 147. Leone ac apro, 50.
Cyaneæ cautes, 21.
Cyaneus, unus ex procis Helenæ, 81.
Cyclades inſulæ quot, & eorum nomina, 276.
Cygnus Martis filius armis occidit Pilum in ludis Acaſti, 274.
Cygnus alter Martis filius occiſus ab Hercule, 261. 31.
Cygnus Neptuni filius ex Calyce. 157.
Cygnus Ociti & Aurophites filius quot navibus pugnarit ad Trojam, 97.
Cygnus rex Liguriæ, propinquus Phaethontis, mutatus in avem, 154.
Cyllene, Menophri filia, cum patre concumbit, 253.
Cylindrus, filius Phrixi, 3.
Cyllo, canis Actæonis, 181.
Cyllopotes, canis ejuſdem. *ibid.*
Cymodoce Nereidum una. *Præf.*
Cymothœa, itidem una Nereidum. *Ibid.*
Cyneum mare, unde, 111.
Cynaras Paphi filius Smyrnam condidit, 275.
Cyprus inſula qualis, 216.
Cyprius, canis Actæonis, 181.
Cyrene Penei filia mater Ariſtæi, 161.
Cyrene Nympha, mater Idmonis ex Apolline, 14.
Cyri domus inter ſeptem miracula, 223.
Cytheron mons, 7.
Cyzicus, 16. Euſori filius, rex Propontidis, à Iaſone occiſus per imprudentiam, 16. ei Iaſon facit ludos, 273.

D.

Dædalus, 39. Euphemi filius, 39. vel Eupalami, 274. artem fabrilem accepit à Minerva, 39. ſtatuas deorum fecit primus, 274. Paſiphaes amores juvat, 40. Perdicem occidit, 244. 39.
Damon Siculus matrem rapit ex igne, 254.
Damone, Danai filia, quem occiderit, 170.
Danae, 63. Acriſii & Aganippes filia, cum qua concubuit Jupiter verſus in pluviam auream. Hinc Perſeus ejus filius, 63. 155.
Danaus, 168. Beli filius rex Argivorum, 124. biprora navi primo uſus, 277. 168. filias habuit quinquaginta, 168. ludos facit cantu in nuptiis filiarum, unde Hymenæus dictus, 273. filiæ illæ Danai occidunt patrueles, 168. quem quiſque earum occiderit, 170. ob id pœna earum apud inferos, 168.
Daphne, 203. Penei filia verſa in laurum, 203.
Daplidice filia Danai quem occiderit, 170.
Dardanus Jovis & Electræ filius, 155. Dardaniam condit, 275. obitum ejus luget Electra inter ſydera, 192.
Dares in ludis Æneæ certat, 273.
Daſcylus, 14.
Deianira, 36. Dexameni filia, 31. 33. vel Oenei, 36. 240. vitiata ab Hercule, 33. in conjugium petitur ab Ixione. *ibid.* à Neſſo prope violatur in flumine, 34. cujus impulſu occidit Herculem, 240. 36. mox ſe ipſum ideo interficit. *ibid.*
Deianira Oenei & Althææ filia, ſoror Meleagri, 174.
Deion, pater Cephali, 48. 241. & Niſi, 198.
Deiopea, una Nereidum. *Præf.*
Deiphila, filia Adraſti, uxor Tydei, mater Diomedis, 97. 79.

Deiphobus Priami filius certat in ludis ad cenotaphium Paridis, 273. interficit Aſcalaphum & Antonoum, 113. à Menelao occiditur, 113.
Deiphobus Priami filius alius, occiſus ab Helena, 240.
Deloamus ſacerdos Apollinis, cujus filius devoratus à canibus, 247.
Delos una Cycladum, 276.
Delphini Arionem vehunt Corinthum, 194. dicti ſunt Tyrrheni, 134.
Delphus, filius Apollinis, 161.
Delus, prius Ortygia dicta, 140.
Demarchus filius Ægypti à quo occiſus, 170.
Demiphon, rex Phlaguſæ, P. 2, 40.
Demnoſia, filia Priami, 90.
Demodice, uxor Crethei, P. 2, 20.
Demoditas Danai filia quem occiderit, 270.
Demoleon Phrixi & Chalciopes filius, unus ex Argonautis, 14.
Demonaſſa, conjux Iri, mater Euridamantis, 14.
Demophile Danai filia quem occiderit, 170.
Demophoon Theſei filius, amatus à Phyllide, 59.
Demoſthea filia Priami, 90.
Denuxippus apri Calydonii Venator, 173.
Dercetis mater Semiramidis, 223.
Deſmontes, pater Menalippes, 186.
Deucalion, 153. ſub quo diluvium, P. 2. 29. poſt diluvium reparat genus humanum, 153.
Deucalion pater Idmomenei, 97.
Deucalion Herculis & Theſpii filiæ filius, 161.
Deucalion Minois & Paſiphaes filius, Argonautarum unus, 14. in venatione apri Calydonii, 173.
Deucalion pater Protogeniæ, 155.
Dexamene una Nereidum. *Præf.*
Dexamenus pater Deianiræ, 31. 33.
Dia inſula, 20, 21. 43.
Dia Oenei filia, mater Pirithoi ex Jove, 155.
Diana, 181. Jovis & Latonæ filia. *Præf.* nata in inſula Delo, 140. cincta viri cultu, 9. mutat ſe in catum. P. 2, 28. non niſi virgines admittit in conſortium ſuum, 189. Faſcelis dicta, & quare, 261. Actæonem dilaniandum canibus præbet, 180. Græcis in Aulide iraſcitur, 98. Jovi fert opem adverſus Titanas, 150. mittit aprum Calydonium irata, 172. Metapontina dicitur, 186. Niobes filios occidit, 9. & Orionem, qui eam violare quærebat, 195. & Philonidem ſeu Chionen, 200. Taurica dicta, cui fiebant ſacra immolatis hoſpitibus, 261. ſignum ejus ſuſtulit Oreſtes, 120. Templum ejus inter ſeptem miracula, 223. quod ab Otrira una ex Amazonibus primo ſtructum, 225. Dianam violare volunt Otos & Ephialtes, 28.
Diaphorus judex ad Trojam, 97.
Diaſtor, filius Priami, 90.
Dictys filius Neptuni & Agamedes, 157.
Dido, Beli filia, ſe ipſam occidit ob Æneam, 243.
Didymaon faber, 273.
Dies Ætheris uxor, ejuſque liberi, *Præf.*
Dimas pater Anaxobies. 51.
Dimas pater Hecubæ, 91. 111. 243.
Dinamene una Nereidum. *Præf.*
Dino, Phorci & Tetoæ filia, *Præf.*
Dinus, equus Diomedis, 30.
Diodotus Pili pater, 273.
Diomeda uxor Pallantis, mater Eurychi, 97.
Diomedea uxor Iphicli, mater Iolai. 103.
Diomedes Atlantis & Aſteries filius, à quadrigis ſuis perditus, 250.
Diomedes Tydei & Deiphilæ filius quot navibus venerit ad Trojam. 97. certat cum Æneа & Glauco, 112. eſt in equo Trojano. 108. Dolonem & Rheſum interficit. 113. avo ſuo reſtituit regnum, 175. unus eſt ex procis Helenæ, 81.
Diomedes rex Thraciæ habet equos carne humana veſcentes, quos occidit Hercules. 30.
Dione Ætheris & Terræ filia, *Præf.* mater Veneris ex Jove, *ibid.*
Dione uxor Tantali, mater Niobes, 9.
Dionyſius tyrannus Moerum inſidiatorem ſervat in vita, ejuſque vult fieri amicus, 257.
Diophites, filius Priami, 90.
Diores victor curſu in ludis Æneæ, 273.
Dioſcoris oppidum à quo conditum, 275.
Dioxippe, Amazonum una, 163.
Dioxippe filia Solis & Clymenes. *Præf.*

Dioxippe, canis Actæonis, 181.
Disco Perseus interficit avum, 63. vincit Telamon in ludis Acasti, 273.
Discordia, Noctis & Erebi filia. *Præf.* quando cœperit esse inter homines, 143.
Dodonides nymphæ, quæ, 182.
Dolichodromus, ludi genus, 273.
Dolon filius Priami, 90. occiditur à Diomede, 113.
Dolopea urbs mittit auxilium contra aprum Calydonium, 173.
Dolopeis urbs juxta lacum Xynium, 14.
Dolophion pater Phimachi, 102.
Dolor Ætheris & Terræ filius. *Præf.*
Dolus Ætheris & Terræ filius. *Præf.*
Domus Cyri inter septem miracula, 223.
Dorceus, Canis Actæonis, 181.
Doricops, filius Priami, 90.
Doris uxor Nerei, unde Nereides. *Præf.*
Doto una Nereidum. *Præf.*
Draco Martis filius occiditur à Cadmo, 178.
Draco Typhonis & Echidnæ filius, *Præf.* custodit pellem auream Colchis, *ibid.* mala Hesperidum, 70. occiditur ab Hercule, *ibid.*
Draco, canis Actæonis, 181.
Draconteum genus, 67. 68. in corpore habent insigne qui ex eo, 12.
Drias frater Terei, filius Martis, 45. pater Lycurgi, 132.
Drimo, una Nereidum, *Præf.*
Dromas, canis Actæonis, 181.
Dromius, canis Actæonis, 181.
Dryas, Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Dryas Iapeti filius, in venatione apri Calydonii, 173.
Drypon, filius Priami, 90.
Dumiles, *Præf.*
Dymas v. Dimas.
Dysis, una Horarum, 183.

E.

E litera à quo inventa, 277.
Echidna uxor Typhonis quos habuerit liberos, *Præf.* & 151.
Echidna, canis Actæonis, 181.
Echion, unus ex Spartis, 178.
Echnobas, canis Actæonis, 181.
Echo, filius Mercurii, 160.
Echomius Ægypti filius à quo occisus, 170.
Eclipsin Solis quis primus observarit, 258.
Effra, unus gigantum, *Præf.*
Egeus, maritus Cleobules, pater Amphidami & Cephei, 14.
Egyale, uxor Æoli mater Alciones, 65.
Ephesus, olim Alope dicta, 14.
Elatus, maritus Hippeæ, pater Polyphemi, 14.
Elatus pater Cænei, 14. 173. 242.
Elete, una Horarum, 183.
Electra, Agamemnonis & Clytemnestræ filia, 122. Iphigeniæ sorori oculos vult eruere insciа. *ibid.* Orestem fratrem occulit, 117. Pyladæ nubit, 122.
Electra, filia Danai, quem occiderit, 170.
Electryon, frater Stheneli, à quo fuerit occisus, 244.
Elephenor, Calchodontis & Imenaretes filius, quot navibus ad Trojam venerit, 97. fuit unus ex procis Helenæ, 82.
Eleusin urbs à quo condita, 275.
Eleusinus filius Mercurii, 275.
Eleusinus maritus Cothoneæ, pater Triptolemi, occisus à Cerere, 147.
Elion canis Actæonis, 181.
Emphitus, unus gigantum. *Præf.*
Enceladus, gigas, *Præf.*
Endymion, 271.
Enipeus flumen convenit cum Apidano, 14.
Enneados littus, unde ita dictum, 59.
Enyo, Phorei & Tetoæ filia, *Præf.*
Eos, equus Solis, 183.
Epaphus, Jovis & Ius filius, 155. Ægypti rex Memphin aliaque oppida primus condidit, 149. 275.
Epaphus Noctis & Erebi filius, *Præf.*
Epaphus Sicyonius Antiopam ducit uxorem stupratam à Jove 8. alii ipsum stuprasse ferunt, 7.
Epeus equum Trojanum fecit, 108.
Ephebi formosissimi qui, 271.
Ephialtes unus gigantum, *Præf.*
Ephoceus Neptuni & Alcyones filius, 157.
Ephyre una Nereidum, *Præf.*
Epicharmus Siculus quas literas invenit, 277.
Epigoni septem ad Thebas qui, 71.
Epimetheus Iapeti & Clymenes filius *Præf.* maritus Pandoræ & ex ea pater Pyrrhæ, 142.

Epiphron Noctis & Erebi filius, *Præfat.*
Epistrophus, filius Iphiti & Hippolites, quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Epopeus Lesbiorum rex, pater Nyctimenes, cum qua concubuit, 253.
Epopeus pater Oenopes, 157.
Epopeus, unus ex Tyrrhenis piratis, 134.
Equa nutrit Hippothoum, 252. & Harpalicen, *ibid.* & 193. item Camillam, 252.
Equi ambulantes super aquas & aristas, 89. mordici, 273. Solis, 183. velociores Aquilone, 84. ab equis suis qui perempti, 250. equus Trojanus, 208.
Erebus, ex Chao & Caligine, *Præf.*
Egeus, pater Celænus, 157.
Erginus, filius Neptuni, 14.
Eribotes, Teleontis filius, 14.
Erichtheus, 46. filius Pandionis, rex Athenienſium, 48. immolat Colophoniam filiam pro Athenienſibus, 238. vel, ut alii, Otioniam, 46. fulmine perit, 47.
Erichtheus, pater Creuſæ, 160.
Erichtheus, pater Orithiæ, 14.
Erichthonius, 166. Vulcani filius, quomodo natus, 166. rex eſt Athenienſium, 48. argentum primus defert Athenas, 274. & quadrigas, P. 2, 13.
Ericlimenus, filius Neptuni. 157.
Eridanus flumen, pater Zeuxippes, 14. inter aſtra, quis. P. 2, 32.
Erigone, 130. Icarii filia, ejuſque pietas, 254. P. 2, 4. eo occiſo ſe ipſam ſuſpendit, 130. 243. poſt facta ſignum cœleſte, quod virgo dicitur, 224.
Erigone Ægiſthi & Clytemneſtræ filia, ope Dianæ fit ſacerdos in Attica, 122.
Erimachus aper, 30. v. Not.
Eriphia, Najadum una, 182.
Eriphyla, 73.
Erybœa mater Ajacis Telamonii, 97.
Erylus, gigas, *Præf.*
Eryx, 260. Veneris & Butæ filius, 16.
Eteocles Oedipi filius, rex Thebanorum, 76.
Ethalides, unus ex Tyrrhenis piratis, 134.
Ethalion, Jovis & Protogenies filius, 155.
Ethemea, uxor Meropis, P. 2, 16.
Etheria, Solis & Clymenes filia, ſoror Phaetontis, *Præf.* verſa in populum, 154.
Evadne, filia Neptuni & Lenæ, 157.
Evadne, filia Philacis, uxor Capanei, caſtiſſima, 256. Stheneli mater 97. conjicit ſe in pyram, qua conjux cremabatur, 243.
Evæmon maritus Opis, pater Eurypyli, 97.
Evagoras, filius Priami, 90.
Evagoreis, Ponti & Maris filia,
Evandrus litteras Græcas tulit in Italiam primus, 277.
Evarete filia Acriſii, uxor Oenomai, 84.
Evatimus in venatione apri Calydonii, 173.
Eubœa inſula, 14. ejus ſpecies, 276.
Eubule, filia Danai, quem occiderit, 170.
Eudæmon, Ægypti filius, à quo occiſus, 170.
Eudora, una Hyadum, luctu conſumpta, 192.
Eudoxa, una Niobidarum, 11.
Eudromus, canis Actæonis, 181.
Euhadnes, aſtrologiam docuit primus, 274.
Euhenus fluvius, 12. 13. 14.
Euhenus, Herculis & Theſpii filiæ filius, 162. præcipitat ſe in flumen, 242.
Eumæus ſybotes non noſcit Ulyſſem, 126.
Eumelus, filius Admeti & Alceſtis, quot navibus venerit ad Trojam, 97. procus Helenæ, 81.
Eumelus Corinthius, autor vetus, 183.
Eumolpus Neptuni filius in ludis Acaſti vicit voce ad tibias, 273.
Eumolpus, Neptuni filius alius, oppugnat Athenas & occiditur, 46.
Eunæus, filius Iaſonis & Hypſipiles, 15. & 273.
Eunippe, Danai filia, quem occidit, 170.
Eupalamus, pater Dædali, 244.
Eupheme, nutrix Muſarum. P. 2, 27.
Euphemus, filius Neptuni, 257. & Europes, qui ſicco pede cucurrit ſuper aquas, 14. in venatione apri Calydonii, 173.
Eupheno, filia Danai, quem occiderit, 170.

Euporie, una Horarum, 183.
Euphrates ex Ponto & mari natus, *Præfat.*
Eureſtus, Mercurii filius, 160.
Euribates, filius Teleontis, 14.
Eurimus, pater Tireſiæ, 15.
Euripides Apollinis & Cleobulæ filius, 161.
Euripides Tragicus à canibus conſumptus, 247.
Europa, 178. Agenoris filia, ex Jove filios habet tres, 155.
Europe, Tityi filia, ex Neptuno habet filium Euphemum, 14.
Eurota flumen, 77.
Euryale Gorgonis & Ceti filia, *Præf.*
Euryalus, vincit curſu in ludis Ænex, 273.
Eurybates inter nuntios ad Trojam, 97.
Euryclia, nutrix Ulyſſis, 125.
Eurydamas, Iri & Demonaſſæ filius, 14.
Eurydice Nerei & Doridos filia, *Præf.* uxor fuit Orphei, quam revocavit ex inferis, 164.
Eurydice, Danai filia, quem occiderit, 170.
Eurydice uxor Lyci, Archemori mater, 273.
Eurylochus cum ſociis à Circe mutatur in beſtias, 125.
Eurymus habet filium Telemum, 125. & Tireſiam, 128.
Eurynome Niſi filia ex Neptuno gignit Agenorem & Bellerophontem, 157.
Eurynome Ponti & Matis filia, *Præf.* ex Jove gignit Gratias, *ibid.*
Eurynome uxor Talai mater Adraſti, 69.
Eurypilus, procus Helenæ, 81. à Neoptolemo occiditur, 112.
Euryſthenes, filius Ægypti, à quo occiſus, 170.
Euryſtheus rex injungit Herculi labores, 30. 32. pater Alexandri regis Argivorum, 124.
Eurytion, centaurus, ab Hercule occiſus, 31.
Eurytion, victor ſagitta in ludo Ænex, 273.
Eurytus, filius Mercurii, 160. & Antreatæ, unus Argonautarum 14. ſagitta vincit, 273.
Eurytus maritus Antiopæ pater Clytii & Iphiti, 14.
Euſorus pater Cyzici, 16.
Euſtyoche, uxor Phylei, mater Megis, 97.

F.

Faces ſceleratæ, 249.
Fatum, Noctis & Erebi progenies, *Præf.* fata canunt Parcæ, 171.
Favonius Aſtræi & Auroræ proles, *Præf.*
Fœminis medicinam diſcere olim prohibitum apud Athenienſes, mox permiſſum, 274.
Fibulis matris oculos ſibi eruit Oedipus, 67.
Filiæ Danai quæ quos occiderint, 170. Oceani, 182.
Filias qui occiderint ſuas, 238.
Filios quæ matres occiderint, 239. qui conſumſerint in epulis, 246.
Fiſtulæ cantus à quo inventus, 274.
Flevia, urbs in Olympo, 14.
Flumina ex Ponto & Mari nata. *Præf.*
Focus v. Phocus.
Fontes ex Gigante & Styge. *Præf.*
Formido ex Venere & Marte. *Præf.*
Formoſiſſimi qui fuerint, 270.
Frenos equorum quis invenerit, 274.
Frumentum Cereris inventum, 274. 277. per quem propagatum in univerſum orbem, 147.
Funebres ludi & certationes, 91. 156. 273.
Fuſtibus utebantur primum pro armis, 274.

G.

Galathea, Nerei & Doridos filia, *Præf.*
Galea Argolica, 273.
Ganymedes, filius Aſſaraci, mutatus in aquarii ſignum, 224.
Ganymedes, filius Erichthonii, formoſiſſimus, amatus Jovi, 271. raptus ab eo aquilæ ſpecie, P. 2, 16. aquarius, P. 2, 29.
Gargaſus Trojanus, quot occiderit, 115.
Gavius occiſus ab Ajace, 113.
Generos & ſoceros qui occiderint, 245.
Geryon Cryſaoris & Callirhoes filius, trimembris. *Præf.* pater Hippotæ, 173. ab Hercule interfectus, 30.
Gigantes ex Terra & Tartaro nati. *Præf.*

Gladio quis primus usus, 274.
Glauce Creontis filia, uxor Iasonis, 25.
Glauce Nerei & Doridos filia, *Præf.*
Glauce, Amazonum una, 168.
Glaucippe filia Danai quem occiderit, 170.
Glaucus deus amat Scyllam, 199.
Glaucus Minois filius vitæ restituitur per Æsculapium, 49. vel Polyidum, ut alii, 251.
Glaucus Sisyphi filius, discerptus ab equis, 273. 250.
Glaucus ad Trojam occisus à Diomede, 112.
Gorge, filia Oenei, soror Meleagri, mutata in avem. 174.
Gorgis uxor Andræmonis, mater Thoantis, 97.
Gorgition, filius Priami, 90.
Gorgo, canis Actæonis, 181.
Gorgo, uxor Ceti, *Præf.*
Gorgon. P. 2, 12. Typhonis & Echidnæ proles. *Præf.* ejus caput ostensum mutat videntes in lapides, 64.
Græ. P. 2, 12.
Gyarus insula, qualis, 276.
Gyas victor in ludis Æneæ, certamine navali, 273.
Gymnici ludi fiunt Palæmoni singulis quinquenniis, Isthmici dicti, 2.
Gyrton, urbs Thessaliæ, 14.

H.

Haliætos avis, olim Nisus, 199.
Hammon, 133. ejusque templum conditum à Libero, 133. 275.
Harmonia, filia Martis & Veneris, *Præf.* & 159. dono à Minerva vestem accipit sceleribus tinctam, 148. uxor Cadmi, cum quo versa in draconem, 6.
Harpalice, 206. Clymeni filia, cum quo concubuit, 253. filium ex eo concubitu natum interficit, 255.
Harpalice Harpalici filia nutritur à vacca & equa, 193. 252. patrem servat in bello, 254. 193. à pastoribus interfecta. *ibid.*
Harpalicus, 193. rex Amymneorum, 193. 252. à Neoptolemo vulneratur & post in seditione interficitur, *ibid.*
Harpalus, canis Actæonis, 181.
Harpyiæ ex Thaumante natæ, *Præf.*
Hecabe, Danai filia, quem occiderit, 170.
Hecatompylæ Thebæ, 275.
Hector Priami filius, 90. Ajaci donat gladium, 112. occidit triginta unum, 115. inter hos Protesilaum & Antilochum. 113. ab Achille occiditur, 112.
Hecuba, 111. Cissei filia, uxor Priami, castissima, 256. per somnium vidit parere facem ardentem, 91. post gignit Alexandrum, Paridem deinde dictum. *ibid.* præcipitat se in mare facta captiva, & fit canis, 111.
Hecypris, una Horarum, 183.
Helena, 79. Jovis & Ledæ filia, conjux Deiphobi, quem occidit, 240.
Helena Jovis & Pyrrhæ filia, 155.
Helena Tyndarei & Ledæ filia, 78. formosissima, *ibid.* procos habuit multos, 78. qui fuerint, 81. rapta à Theseo & Pirithoo de sano Dianæ, & delata Athenas, 79. Menelaum eligit maritum præ aliis, 78. rapitur à Paride, 92. cum Menelao revertitur in patriam, 118.
Helenus, Priami filius, augur. 128.
Heliades quæ, & quomodo mutatæ in arbores, 144.
Helice, Danai filia, quem occiderit, 170.
Helieta, Danai filia quem interfecerit, 170.
Helimus cursu victor in ludis Æneæ, 273.
Helle, Athamantis & Nebulæ filia, 1. quæritur ad cædem ab Inone, 2. fit insana, 3. ex arietedecidit in mare, unde Hellespontus, *ibid.* P. 2, 20.
Hemon canis Actæonis, 181.
Hephestius. P. 2, 13.
Henicea, filia Priami, 90.
Hercules Jovis & Alcumenæ filius, 155. 29. ejus athla quæ, 30. ejus parerga, 31. Alcestin revocat ex inferis, 51. Amazonum petit baltheum, 14. aquilam Promethei interficit, 144. Argonautarum est socius, 14. Cygnum occidit, 261. draconem interficit & hydram, *Præf.* Hesionam liberat, 89. Lycum occidit, 32. Neleum item, ejusque filios, 10, 31. Nessum quoque, 34. Pylum expugnat, 10. Theseum & Pirithoum reducit ab inferis, 79. ludos gymnicos instituit, 273. Hylam amat, 271. Deianiram ducit uxorem, 33. & Megaram, quam occidit per insaniam cum filiis, 241. à Deianira impulsu Nes-

Nessi occiditur, 240. 243. simul ipse se conjicit in ignem, 242. ex mortali fit immortalis, 224.
Hermaphroditus, 271.
Hermes cur dictus Mercurius, 143.
Hermione Menelai & Helenæ filia, uxor Oresti, 122.
Hermonia. v. Harmonia.
Hero filia Danai, quem occiderit, 170.
Hero filia Priami, 90.
Herse. Cecropis filia, cum sororibus accipit custodiendum Erichthonium à Minerva, 166. se ipsam præcipitat in mare, *ibid.*
Hesiona, Laomedontis filia, mater Teucri, 97.
Hesione objecta ceto, 31.
Hesperides ex Nocte & Erebo, *Præf.* draco earum, *ibid.* earum mala, P. 2, 3.
Hesperie, una Hesperidum. *Præf.*
Hesperus dicitur & Lucifer, P. 2, 42.
Hestiæa ex Ponto & Mari. *Præf.*
Hierophilus medicus præceptor Agnodices, 274.
Hilagus filius Priami, 90.
Himantes pater Plutonis, 155.
Hipasus Pellenes maritus, pater Asterionis & Amphionis, 14.
Hippalcimus, Pelopis & Hippodamiæ filius, 14.
Hippalcus, Pelopis & Hippodamiæ filius, 84. maritus Asteropes, pater Penelei, 97.
Hippasus Euryti filius, 173. pater Actoris, 14.
Hippasus, Priami filius, 90.
Hippea Antippi filia, uxor Elati, mater Polyphemi, 14.
Hippocoon, Amyci filius, in venatione apri Calydonii, 173. pater Nelei, 10. 32. & Milei, 14.
Hippocoon in ludis Æneæ vincit sagitta, 273.
Hippocrene fons, P. 2, 18.
Hippodamas occisus ab Agamemnone, 113.
Hippodamia, Oenei filia, uxor Pelopis, se ipsam interficit, 143.
Hippodamia Oenomai filia, 14. concumbit cum patre, 253. mater Hippalcimi, 14.
Hippolyte, una ex Amazonibus, 163. filia Martis & Otriræ, 30. ab Hercule captiva donatur Theseo, *ibid.*
Hippolite uxor Iphiti, mater Schedii, 97.
Hippolytus accipit vitam ab Æsculapio, 49.
Hippolytus, 47. Thesei & Antiopes filius, à quadrigis suis perimitur, 250. revocatur ab inferis voluntate Dianæ, diciturque Virbius, 251.
Hippomedon Nesimachi & Mythidices filius, 70.
Hippomenes Megarei & Meropes filius, vincit Atalantam cursu, 185.
Hipponous Herculis filius se ipsum conjicit in ignem, 242.
Hipponous, maritus Astynomes, pater Capanei, 70.
Hipposidus, filius Priami, 90.
Hippotas, filius Geryonis, 173.
Hippotes, Creontis filius, 27.
Hippothoe, una ex Amazonibus, 163.
Hippothoe, Danai filia, quem occiderit, 170.
Hippothoe, Peliæ filia, cum sororibus coquit patrem in aheno, 24.
Hippothous, Neptuni & Alopes filius, nutritus ab equa, 252. licet bis esset expositus, 187. accipit regna avita à Theseo, *ibid.* à Telepho occiditur cum fratre Nereo, 244.
Hippotrochus, Priami filius, 90.
Hipseus, pater Themistus, 157.
Homo primum è luto, 142. post è lapide misso jussu Jovis, 153. animam accipit à Minerva, 142. homines sine legibus & oppidis vivebant olim, unaque utebantur lingua, 143. ignem petebant à diis, 144.
Horarum nomina, 183.
Hospites peregre adventantes immolati olim in Ægypto, 56. item in Taurica, 120.
Hyacinthus, filius Oebali, amatus ab Apolline, 245. filiam habet Spartanam, quam immolat pro Atheniensibus, 238.
Hyades, quæ. 182. locum habent inter sydera, 192. nomina earum, P. 2, 21.
Hyas, 192. Atlantis & Pleiones filius, occisus ab apro, 192.
Hyas maritus Bœotiæ, P. 2, 21.
Hydra ex Typhone & Echidna, 151. novem habet capita, *Præf.* interfecta ab Hercule, *ibid.* & 30. qui tela sua ejus felle tincta reddebat venenatissima, 34.
Hylactor, canis Actæonis, 181.
Hylas Theodamantis & Menodices filius, 14. amatus ab Hercule, quia

formosissimus, 271. raptus à Nymphis juxta Cion, 14.
Hylæus, canis Actæonis, 181.
Hymane uxor Phorbantis, mater Tiphyos, 14.
Hymenæus cantus unde, 272.
Hyparete, Danai filia, quem occiderit, 170.
Hyperantus, filius Ægypti, à quo occisus, 170.
Hyperbius, filius Ægypti, à quo occisus, 170.
Hyperenor, unus Spartorum, 178.
Hyperion ex Æthere & Terra. *Præf.* uxorem habet Æthram, liberos Solem, Lunam, Auroram, *ibid.*
Hyperiscus, filius Priami, 90.
Hypermestra Thestii filia, ex Apolline mater Amphiarai, 70. servat Lynceum patruelem, 169. sano colitur, *ibid.*
Hypseus, pater Themistus, 239. 243.
Hypsipile, 74. filia Thoantis, patrem interficiendum clam imponit navi, ut servaretur, 15. 254.
Hyreus. P. 2, 34.

I.

I littera à quo inventa, 277.
Iæra Nerei & Doridos filia. *Præf.*
Ialmenus, Lyci & Pernidis filius, quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Ianassa, Nerei & Doridos filia. *Præf.*
Ianira, Nerei & Doridos filia. *Præf.*
Janthe, Ponti & Maris filia. *Præf.*
Iapetus, Terræ & Tartari filius gigantum unus. *Præf.* uxor ejus Clymene, filii, Atlas, Epimetheus, Prometheus, *ibid.* & 142.
Iapetus alius, cujus filius Dryas in venatione apri Calydonii, 123.
Iasion Ilithii filius, formosissimus, 270. amatus à Cerere, *ibid.*
Iasius Atalantæ pater, 70.
Iason, 24. Æsonis filius & Alcimedes, 3. jubetur pellem auream Phrixi petere, *ibid.* & 12. convocat Argonautas, 14. amatur à Medea impulsu Veneris, 23. Peliam curat interfici per Medeam, 24. filios ex ea habet Marcerum & Feretum, 25. repudiata Medea, ducit Creusam. *ibid.* filios habuit & ex Hypsipyle Lemniade, 15. fuit in venatione apri Calydonii, 178.
Iason Jovis & Electræ filius, à quadrigis suis peremptus, 250.
Icarius, 130. P. 2, 41. vinum accipit à Libero, *ibid.*
Icarus Dædali filius liquefactis alis decidit in mare, 40. Pater Erigones, 248. fit stella dicta Arcturus, 224.
Icarus, rex Cariæ, Theonen sibi emit in concubinatum, 190.
Ichnobates, canis Actæonis, 181.
Ida mons, in quo Paridis judicium, 92.
Idas Apharei & Arenæ filius, unus Argonautarum, 14. occidit aprum, *ibid.* prælio vincitur à Telepho, 100.
Idea, Danai filia, quem occiderit, 170.
Ideus Thestii filius in venatione apri Calydonii, 173. pellem ejus apri vult eripere Atalantæ, sed occiditur à Meleagro, 174.
Idmon filius Apollinis ab apro occiditur, 148. 18.
Idmoneus, filius Deucalionis, 97. formosissimus, 270. procus Helenæ, 81. quot navibus venerit ad Trojam, 92.
Idothea, filia Agamemnonis.
Idothea, filia Oceani, 182.
Idya uxor Æetæ, mater Medeæ, 25.
Ienios Agrus, gigantum unus. *Præf.*
Ignem quis primus invenerit, 144.
Ilia, mater Romuli & Remi, 252.
Iliona, 109. Priami filia, 90. uxor Polymnestoris, 109. Polydorum fratrem educit pro filio suo. *ibid.* 254. maritum occidit, 240. 109. se ipsam interficit, 243.
Ilius, Apollinis & Vreæ filius, 161.
Iltonomus, filius Ægypti, à quo occisus, 170.
Ilus, maritus Leucippes, pater Laomedontis, 250.
Imber aureus, 63.
Imbrasus, olim Parthenia, 14.
Imenarete, uxor Calchodontis, mater Elpenoris, 97.
Immortales ex mortalibus qui facti, 224.
Impiæ quæ fuerint, 255.
Inachus Oceani filius, sororem habet Archiam, & ex ea filium Phoronea, 143. 225. & filiam Io, 145.
Inachus, Ponti & Maris filius. *Præf.*
Inachus Triopis & Oresiadis filius, 245.
Incesti concubitus, 253.
Indi cur nigri facti, 154.
Indus ex Ponto & Mari natus, *Præf.*
Indus rex Scythiæ, primus reperit argentum, 274. ab Inferis qui redierint

rint licentia Parcarum. 251.
Ino. 2, 4. Cadmi & Harmoniæ filia, 179. impellit Themistonem ad cædem sui ipsius, 243. præcipitat se in mare, *ibid.* fit dea Leucothea, 224.
Inscriptio equi Trojani, 108.
Insulæ maximæ, 276.
Inventores primi rerum, 277.
Invidia ex Pallante & Styge nata. *Præf.*
Io, 145. Inachi & Argiæ filia à Jove compressa, & Junone mutata in bovem, fit Isis, 145. P. 2. 21.
Iobates, pater Sthenobœæ, 243.
Iocaste filia Meneci, 242. mater Oedipi, *ibid.* ex Laio, 66. nubit filio suo, 67.
Iole, 35. Euryti filia, captiva Herculis, 16.
Ionium mare unde dictum, 145.
Iphigenia, 98. Taurica, 120.
Iphimedia, uxor Aloi, filia Neptuni, 28.
Iphiclus Iolai pater, 173.
Iphinome, Amazonum una, 168.
Iphis, filius Phorbantis, 18.
Iphitus, Euryti & Antiopes filius rex Oechaliæ, contendit sagittarum scientia cum Apolline. 14.
Ira, ex Æthere & Terra. *Præf.*
Iris ex Thaumante. *Præf.*
Ischys Elati filius concumbit cum Coronide, P. 2, 40.
Isis, quondam Io, 145. mutata in piscem, servatur à feritate gigantum, P. 2. 41.
Itea, filia Danai, quem occiderit, 170.
Itemales, qui exposuit Oedipum, eundem agnoscit, 67.
Ithaca, mittit auxilium contra aprum Calydonium, 124.
Itys, Terei & Prognes filius, occisus à matre, & patri in epulis appositus, 45. 239.
Juno in anum se convertit, 13. Saturni & Opis filia. *Præf.* uxor Jovis. *ibid.* mater Martis. *ibid.* & Vulcani sine patre. *ibid.* pendet in aëre, 166. mutat se in formam Heroes, 167. de forma certat cum Venere & Minerva, 92. Calistonem mutat in ursam, 177. Iasoni polliceri omnia, quæ velit, Medeam compellit, 21. à Phoroneo arma primum accipit, 274. & honoratur sacris, 143. Tiresiam excæcat, 75. Titanas concitat contra Jovem, 150.
Jupiter, Saturni & Opis filius, *Præf.* ejus liberi varii. *ibid.* & 155. Æginam amat, 52. Alcumenam decipit, 29. Antiopam viduam comprimit, 7. Asterien amat, sed rejicitur, 53. Calystonem hospitis sui filiam comprimit, 177. Europam transportat in Cretam, 178. Ledam quoque amat, 77. Niobam primam mortalium facit gravidam, 145. ob amores mutatur in Cygnum, 77. P. 2, 8. & imbrem aureum, 63. & taurum, 178. Typhonem fulmine percutit, 152. genus humanum perdit diluvio, sub specie incendii extinguendi, quod à Phaethonte factum, 152.
Jupiter Ammon unde, P. 2, 20.
Jupiter victor, 185.
Jusjurandum natum ex Æthere & Terra, *Præf.*
Ixion, 62. filius Leontei, nubem pro Junone comprimit, & generat Centauros, 62. è quibus Eurytion, 33. Nessus, 35. Pirithous, 14.

L.

Labdacus, pater Laji, 85. 76.
Labros, canis Actæonis, 81.
Labyrinthus Dædali, 40. ejus exitus ut monstratus, 42.
Lacte serino qui nutriti, 252.
Lacæna, canis Actæonis, 181.
Lacedæmon, Jovis & Taygetes filius, 155.
Lachesis, Noctis & Erebi filia. *Præf.*
Lachne, canis Actæonis, 181.
Lacon, canis ejusdem. *ibid.*
Lacretus, maritus Cleobules, pater Pithi, 97.
Lacus ex Pallante & Styge nati. *Præf.*
Ladon, canis Actæonis, 81.
Lælaps, canis ejusdem. *Ibid.* item, Dianæ, quem nulla fera poterat effugere, 189.
Laerta, Deucalionis filius, in venatione apri Calydonii, 173.
Laertes Archii filius, 189. pater Ulyssis, *ibid* &. 97.
Læstrygones, 125.
Læthusa uxor Lyncei regis, 45.
Laira Leucippi filia, sacerdos Dianæ, rapta à Castore & Polluce, 80.
Lajus, 66. filius Labdaci, maritus Iocastæ, 66. in exilium ejicitur ab Amphione & Zetho, 9. à filio suo Oedipo occiditur, 67.

Lampetie Clymeni & Meropes filia, soror Phaethontis, 154.
Lampetie, Solis filia, 156.
Lampus canis Actæonis, 81.
Laocoon, 135. filius Acœtis, frater Anchisæ, sacerdos Apollinis, hastam mittit in equum Trojanum, 135. cum filiis necatur à draconibus, *ibid.*
Laocoon, filius Porthaonis, unus Argonautarum, 14.
Laodamia, 104. Acasti filia, uxor Protesilai, se interficit desiderio mariti, 243.
Laodice, filia Priami, 90.
Laomache, una Amazonum, 163.
Laomedon, 89. pater Hesiones, 31. 89.
Laomedon, Ili & Leucippes filius, à quadrigis suis peremptus, 250.
Lapithæ à Centauris impetuntur propter uxores, 33.
Lares, qui alias Corybantes, 139.
Laris filius Pelasgi, 145.
Lariſſa urbs, 14.
Latinus, Telemachi & Circes filius, 127. auctor linguæ latinæ, *ibid.*
Latona Poli & Phœbes filia, *Præf.* mater Apollinis & Dianæ ex Jove. *ibid.* & 140. ei vim intentat Tityus, 55. præfert se eidem Niobe, 9.
Leæne, canis Actæonis, 181.
Learchus, Athamantis & Jovis filius, 1. interficitur à patre, 2.
Lebes aureus, præmium victoriæ, 273.
Leda, 77. Thestii filia, compressa à Jove, *ibid.*
Lemniadæ, 15. patres & filios occidunt, 255. 15.
Leros insula vastatur à leporum copia, P. 2, 33.
Lentesmophius, Terræ & Tartari filius, *Præf.*
Leo & aper ad currum, 50. Nemeus, 30. Leonis exuviæ, præmium victoriæ, 273.
Leodacus, maritus Agrianomes, pater Oilei, 14.
Leodice filia Martis, 159.
Leonteus pater Ixionis, 62.
Leophites, filius Chroni, quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Lepores vastant Lerum insulam, 2, 33.
Lernæus fons, 30. 169. Lernæa hydra, 30.
Leucippe, uxor Thestii, mater Iphicli, 14.
Leucippe uxor Ili, mater Laomedontis, 250.
Leucippe, Thestoris filia, patrem servat in vita, occidere se volentem, 190.
Leucippus, filius Herculis, 162.
Leucon, canis Actæonis, 181.
Leucothea, v. Leucothoa.
Leucothoa, quæ ante Ino, 224. Latinis est mater Matuta, 2. baltheum dat Ulyssi, 125. ex Sole filium habet Thersanonem, 14.
Liber, 167. filius Jovis ex Proserpina, discerptus à Titanibus, 155.
Liber filius Jovis ex Semele, 155. ejus nutrices, 192. descendit ad inferos, indeque revertitur, 151. & ex mortali fit immortalis, 224. Athenienſibus irascitur, eorumque filias punit, 130. Niso nutricio suo regnum eripit, 130. Tyrrhenos mutat in delphinos, P. 2. 17. Vulcanum ebrium ducit in concilium duorum, 166. Liberi bacchæ, 7. Libero quis primus fecerit simulachrum, 225.
Libye, filia Palamedis, 160.
Libys, filius Libyes & Mercurii, 160.
Libys, Tyrrhenus, 135.
Lichas famulus Herculis, projectus ab eo in mare, 86.
Lichas petra, unde, 36.
Licoterses rex Illyriæ, 184.
Lidus, filius Herculis, 162.
Lingua una olim omnes utebantur hominibus, earum diversitas extitit sub Mercurio, 143.
Linus Apollinis filius & Uraniæ, 161. quot occiderit ad Trojam, 114. vincit cantu in ludis Acasti, 273.
Litteræ à quibus inventæ, 277.
Longodes, cometæ genus, 192.
Lotophagi, qui, & quo genere victus usi, 125.
Lucifer pater Leuconoes, 161.
Lucretia, Lucretii filia, castissima, 256.
Luctus ex Æthere & Terra natus. *Præf.*
Ludi qui primi facti & à quibus, 273.
Luna Hyperionis & Æthræ filia. *Præf.* mater Pandionis ex Jove, *ibid.* amat Endymionem, 271.
Lupa nutrit Romulum & Remum, 252.
Lycaon, 176. filius Pelasgi, 176. ejus filii apponunt carnes humanas Jovi, *ibid.*
Lyciſca, canis Actæonis, 181.
Lycoreus, Apollinis filius, 161.
Lycorias, Nerei & Doridis filia, *Præf.*
Lycormas flumen, post Chrysorrhoas di-

dictum, 242.
Lycoterses rex Illyriæ occisus ab uxore sua, 240. 254.
Lycurgus fugat Hyadas, P. 2, 21.
Lycurgus, 132. Driantis filius Liberum expellit è regno, à quo punitur insania, & objicitur pantheris, 232. vel à se ipso interficitur, 242.
Lycus Martis filius, 159.
Lycus, 18. Neptuni & Celænonis filius, 157. interficere vult uxorem & filios Herculis, ob quod ab ipso interficitur, 31. 32.
Lycus, maritus Theobules, pater Arcesilai, 97.
Lydi lanam primi fecere, 274.
Lymnoria, Nerei & Doridis filia, *Præf.*
Lyncæste, canis Actæonis, 181.
Lynceus Ægypti filius, pater Abantis ex Hypermestra, 273. servatur ab ea in vita, 168.
Lynceus Apharei filius, 173. & Arenæ, unus ex Argonautis, 14.
Lynceus rex, maritus Læthusæ, 44.
Lynceus, Thestii filius, in venatione apri Calydonii, 173.
Lyncus, 259. rex Siciliæ, mutatur in lyncem feram à Cerere, 259.
Lytra Hectoris, 106.
Lyrisitia, Ponti & Maris filia, *Præf.*

M.

Macareus Æoli filius se ipsum interficit propter Canacen sororem, 242.
Macareus Iasonis & Medeæ filius occiditur à matre, 239.
Machaon Asclepii & Coronidis filius, 97. procus Helenæ, 81. quot navibus venerit ad Trojam, 97. in equo Trojano fuit, 108.
Machimus, canis Actæonis, 181.
Magnesia, mittit auxilia in aprum Calydonium, 173.
Maja, Atlantis & Pleiones filia, *Præf.* mater Mercurii ex Jove, *ibid.*
Manto Tiresiæ filia, 128.
Mare ex Æthere & Terra natum, *Præf.* mare Cyneum, unde, 243.
Mariti qui occiderint uxores suas, 241.
Mars, Jovis & Junonis filius, *Præf.* conjicitur in dolium à gigantibus, P. 2, 40. ex Venere gignit Harmoniam & Formidinem, *ibid.* ex aliis alios, 159. pro Cygno filio vult pugnare contra Herculem, sed à Jove impeditur, 31. Meleagrum quidam putant ejus filium, 14. filiam habet Hippolytam Amazonam ex Otrira, 30. de qua vide, 223. 235. ei consecrata pellis aurea à Phryxo, 12. 14.
Marsyas, 165. Oeagri filius, provocat Apollinem ad certamen, 165. discipulum habet Olympum, *ibid.* & 273.
Marsyas flumen unde, 165.
Mastusius. P. 2, 40.
Mater Dea filium habet Midam, 191.
Matres, quæ filios suos occiderunt, 239.
Matuta mater, alias Ino aut Leucothea, 2. 224.
Mauritania insula maxima, 276.
Mausolus rex, cujus monumentum inter septem opera mirabilia, 223.
Mæandrus ex Ponto & Mari, *Præf.*
Meda oppidum in Ecbatanis à quo conditum, 275.
Medea, 25. Æetæ & Idyæ filia, 25. soror Chalciopes, 14. 21. ducitur ad Iasonem à sorore, 21. quem juvat & liberat à periculis, 22. fratrem suum Absyrtum, occisum ab Iasone, sepulturæ tradit, 23. Dianæ sacerdotem se simulat & decipit Peliades, 24. ab Iasone repudiatur, quem cum filiis ex eo interficit, 25. nubit Ægeo, 26. ex quo habet filium Medum, 26. quem stimulat ad cædem Persis, 27.
Medea terra, unde dicta, 28.
Medicina inventa à Chirone, 138. mulieribus tradi prohibita olim Athenis, 274.
Medon, unus Tyrrhenorum piratarum, 134.
Medus, 27. Ægei & Medeæ filius occidit Persen cognatum suum, 244. & sic regnum occupat avitum, 27. à se nominat Medam oppidum, 275. & terram Medeam, 27.
Medusa filia Gorgonis & Ceti. *Præf.* ex Neptuno, gignit Chrysaorem & Pegasum. *ibid.* & 151.
Megara, 32. Creontis filia, occiditur ab Hercule marito suo, 241. 31.
Megapenthes Proeti filius Perseum occidit, & ab Abante occiditur, 144.
Megarenses & eorum rex Nisus, 198.
Megareus, Neptuni & Oenopes filius, 157. uxorem habet Meropen, & ex ea filium Hippomenem, 185.
Megera Ætheris & Terræ filia, *Præf.*
Meges, Phyllei & Eustyoches filius, quot navibus iverit ad Trojam, 97. unus ex procis Helenæ fuit, 81.

Melampus canis Actæonis, 181.
Melanchætes canis ejusdem. *ibid.*
Melaneus canis ejusdem. *ibid.*
Melanippe, Desmontis vel Æoli filia, 186. à Neptuno compressa, à patre excœcatur. *ibid.*
Melanthius, unus ex procis Penelopes, laceratus per membra, 126.
Melas Phrixi filius, 3. & Chalciopes, 14. naufragus cum fratribus inventus ab Argonautis, 21.
Melas unus ex Tyrrhenis piratis, 134.
Meleager, 174. Oenei & Althææ filius, *ibid.* vel Martis, 14. inter Argonautas, *ibid.* & eos qui aprum Calydonium venantur, 172. 173. peculiaria ejus fata, 174. filium habet Parthenopæum ex Atalanta, 270. ob eam occidit avunculos suos, 244. vincit jaculo in ludis Acasti, 273. à matre ipsi mors allata, 239. modus, quo id factum, habetur, 174.
Meleagrides sorores Meleagri versæ in aves, 175.
Melia Ponti & Maris filia, *Præf.*
Melicertes Athamantis & Inus filius, 1. Phrixo datur necandus, 2. præcipitat se in mare, & fit Palæmon, *ibid.* & 224. 243.
Melisseus rex Cretæ. P. 2, 13.
Melite, Busiris filia, mater Meli ex Neptuno. 157.
Melite Nerei & Doridis filia, *Præf.*
Melos Tyrrhenum, 274.
Melphis, uxor Moli, mater Merionis, 97.
Melpomene una Musarum, ex Jove & Moneta nata, *Præf.* mater Sirenum ex Acheloo, *ibid.* & 125.
Memnon occidit Antilochum, 112. ab Achille occiditur, *ibid.* Memphis urbs Ægypti à quo condita, 275.
Menalippe, filia Chironis, P. 2, 18.
Mendacium ex Æthere & Terra natum, *Præf.*
Menelaus Atrei & Æropes filius, 97. procus Helenæ, 81. missus ad quærendum Thyestem, 88. Helenam accipit uxorem, 78. eandem amittit per Paridem, 92. duces ad bellum Trojanum conducit cum Agamemnone fratre, 95. quot navibus ad id bellum venerit, 97. adjudicat Ulyssi arma Achillis, 107. est in equo Trojano, 108. certat cum Alexandro, 112. occidit Antilochum, *ibid.* & Deiphobum, 113. in Ægyptum defertur, 116. vicit jaculo in ludis Patrocli, ejusdemque rogo injicit captivos, equum, & canem, 273.
Menephiaraus, gigantum unus, *Præf.*
Menœtius Actoris filius inter Argonautas, 14. maritus Philomelæ, ex qua habet Patroclum, 97. 257. 270.
Menœcus, pater Creontis, 25. 76. & Iocastes, 243. de muro Athenarum se præcipitat, 242.
Menophrus, filius Bliadis, sororem habet Cyllenen, cum qua, ut & matre, concumbit, 253.
Menycus. *vide* Menœcus.
Mera Nerei & Doridos filia. *Præf.*
Mera canis Icarii, 130.
Mercurius, Jovis & Majæ filius. *Præf.* mutat se in Ibin, P. 2, 28. ejus filii, 160. inter quos Autolycus, 199. Cephalus, 241. Eleusinus, 275. Echion & Eurytus, 14. assidue venit ab inferis, 251. linguarum diversitatem docet homines, 143. litteras invenit ex volatu gruum, 277. reperit & lyram, P. 2, 7. palæstram primus docuit, *ibid.* rota constrinxit Ixionem, 72. vinxit Promethea in Caucaso, 144. Meretus pater Antreatæ, 14.
Meriones Moli & Melphidis filius quot navibus ad Trojam venerit, 97. est inter procos Helenæ, 81. quot occiderit ad Trojam, 114.
Merope Atlantis & Pleiones filia, *Præf.* una Pleiadum, 193. Cresphontis uxor, 137. quo occiso, fit uxor Polyphontis, *ibid.* & 184. eumque per filium suum Telephontem interfecit, *ibid.*
Merope, 137. uxor Cresphontis, & Polyphontis, *ibid.*
Merope, Megarei uxor, filium habet Hippomenem, 185.
Merope filia Oenopionis, P. 2, 34.
Merope, Nympha, ex Sole habet filium Phaethontem, 154.
Merope, uxor Sisyphi, P. 2, 21.
Merope filia Solis & Meropes, soror Phaethontis, 154.
Merops, rex insulæ Coæ, P. 2, 16.
Metabus, rex Volscorum, pater Camillæ, 252.
Metalces, Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Metus, Neptuni & Melites filius, 157.
Micos, insula, 276.
Midamus, Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Midas, 191. filius Cybeles, 274. seu Ma-

Matris Deum, 191. auriculas asininas accipit ab Apolline, *ibid.* quidquid tangebat, vertebat in aurum, *ibid.* plumbum album & nigrum invenit primus, 274.
Mileus Hippocoontis filius, unus Argonautarum, 14.
Minerva, ex Jovis capite nata, *Præf.* Athenas condit, 275. Erichthonium nutrit, 166. homini ex luto formato dat animam, 142. Jovi fert auxilium contra Titanas, 150. navem biproram prima ædificat, 277. & eam, quæ Argo dicta, quam & inter sydera refert, 14. Minervæ monitu equus Trojanus ædificatus, 108.
Minervæ insula, 23.
Minos, 41. Jovis & Europæ filius, 178. uxorem habet Pasiphaen, & ex ea filium Minotaurum, 40. & filiam Ariadnen, 42. Athenienses sibi facit vectigales, 41. Nisum superat, 98. à filiabus propriis occiditur, 44.
Minotaurus, filius Minois & Pasiphaes, Labyrintho includitur & interficitur à Theseo, 40. & 50.
Minyas pater Periclymenes, 14. Minyæ dicti Argonautæ, & ob quam causam, *ibid.*
Misericordia, Noctis & Erebi filia, *Præf.*
Miseria Noctis & Erebi filia, *Præf.*
Mnemosyne Jovis & Clymenes filia, *Præf.*
Mnestheus unus ex procis Helenæ, 81. in Æneæ certamine navali, 273.
Mnesylus, maritus Calciopes, pater Antiphi, 97.
Mœpus Neptuni & Chionæ filius, 157.
Mœrus & Selinuntius amici, quorum alter vadem se pro altero præbet, alter ad diem dictum revertitur, 257.
Mœsia, in qua condit civitatem Polyphemus, 14.
Molam salsam hostiis imponere quis primum instituerit, 277.
Molphetes Sirenum una, *Præf.*
Molus, maritus Melphidis, pater Merionis, 97.
Moneta, Ætheris & Terræ filia, *Præf.* mater Musarum ex Jove. *ibid.*
Monuste, Danai filia, quem occiderit, 170.
Mopsus Ampyci filius & Chloridis, 14. augur, 128. in venatione apri Calydonii, 173. socius Argonautarum, perit morsu serpentis, 14.
Mori optimum mortalibus, 254.
Mortales quinam facti sint immortales, 224.
Mulier in virum converti non potest, 14.
Munera quid possint, 189.
Murus Babylonicus à quo conditus, 223.
Musæ, ex Jove & Moneta natæ, *Præf.* judices sunt inter Apollinem & Marsyam, 165.
Musia, una ex Horis, 183.
Mycon uberibus filiæ alitur in carcere, 254.
Myrmidon, pater Eupolemiæ, 14.
Myrmidone, Danai filia, quem occiderit, 170.
Myrmidones ex formicis facti homines, 52. promittuntur milites ab Achille ad bellum Trojanum, 96.
Myrrha concumbit cum patre suo mutaturque in arborem, 164. *vide* Smyrna.
Myrtilus Mercurii & Theobules filius, 224. auriga Oenomai, juvat Pelopem in certamine cum hero suo, 84. projicitur in mare, *ibid.* fit sydus Heniochus vocatum, 224.
Myrtoum mare unde, 84.
Mythidice, Talai filia, 70.

N.

Naiades, quæ, 182.
Nape, canis Actæonis, 181.
Narcissus Cephisi filius, formosissimus, & amator sui ipsius, 271.
Naricea, urbs, 14.
Nasamon Amphitemidis & Tritonidis filius, frater Cephalionis, 14.
Naubolus, pater Iphiti, 14.
Navis Argo. *v.* Argo biprora, 277. 278.
Naupidame, Amphidamantis filia, ex Sole genuit Augeam, 14.
Nauplius, 116. Neptuni & Amymones filius, 169. 14. pater Palamedis, cujus cædem ulciscitur, 116.
Nausicaa filia Alcinoi Ulyssem naufragum servat, 125.
Nausiphous filius Ulyssis & Circes, 125.
Naxus insula, 192. una ex Cycladibus, 276.
Nebula, uxor Athamantis, mater Phrixi, 1.
Neleus Hippocoontis filius, maritus Chloridis, ex qua præter cæteros filios habuit Periclymenum & Nestorem,

gem, ab Hercule occisus, 10. 14. 31.
Neleus, Neptuni & Tyrus filius, 157.
Nemea, ubi ludi, & quando, 273. Nemeus leo, 30.
Nemesis amata à Jove, P. 2, 8.
Neoptolemus, 123. Achillis & Deidamiæ filius, etiam Pyrrhus dictus, 97. pater Amphiali ex Andromacha, 123. Eurypylum provocatus occidit, 112. & alios quinque, 114. etiam Priamum, 113. Hermionen sponsam repetit ab Oreste, & ideo ab eo occiditur, 123.
Neptunus, Saturni & Opis filius, *Præf.* à Jove dejectus sub undas, 139. infestus Minervæ, 166. Cæneum vertit in speciem juvenilem & facit invulnerabilem, 14. Periclymenum mutat in aquilam, 10. Trojam cingit muris, 89. sacra annua accipit à Pelia, 12. filios quos habuerit, 157. in his Amycus, 17. Busiris, 56. Erginus, 14. Eumolpus, 46. Euphemus, 14. 173. Hippothous, 252. Polyphemus, 125. fœminas stupravit Amymonen, 14. Europen, *ibid.* Meduſam, 152.
Nereides, Nerei & Doridos filiæ, quæ, *Præf.* arma ferunt Hectori per mare, 186.
Nereis, Priami filia, 90.
Nereus, pater Nereidum, *Præf.*
Nereus, frater Hippothoi, occisus ab Hercule, 244.
Nesea una Nereidum, *Præf.*
Nesimachus, pater Hippomedontis, 70.
Nessus, 34. ab Hercule confixus telis, Delaniræ sanguinem suum dat pro philtro, 34. 33.
Nestor, Nelei & Chloridis filius quot navibus venerit ad Trojam, 97. certat in ludis Priami, 273. vixit tria secula beneficio Apollinis, 10.
Nicteus pater Antiopæ, 155.
Nilus ex Ponto & Mari, *Præf.* in cœlo, P. 2, 32.
Nilus Solis filius conditor Carmenti, 275.
Nimertis, una Nereidum, *Præf.*
Nimphes, una Horarum, 183.
Nioba, 9. Phoronei, & Cinnæ filia, 145. prima mortalium compressa à Jove, *ibid.* dicta est Isis, *ibid.*
Niobe, 145. Tantali & Dionæ filia, uxor Amphionis, ex quo susceptit Niobidas, 9. versa in lapidem, *ibid.*
Niobidæ, qui, 11.
Nireus Charopis filius, formosissimus, 270. inter procos Helenæ, 81. quot navibus venerit ad Trojam, 97. ab Eurypylo occisus, 113.
Nisus, 198. Deionis vel Martis filius, rex Megarensium, 44. a Minoe proditione filiæ vincitur, *ibid.* ideo se ipsum interficit, 242. & vertitur in avem haliæton, 44.
Nisus, 131. Bacchi nutricius, quem, excludit regno, *ibid.*
Nisus, pater Eurynomes, 157.
Nisus certat cursu in ludis Æneæ, 273.
Nobilem quem quis occiderit, 113.
Notus ex Astræo & Aurora, *Præf.*
Nox, ex Chao & Caligine, *Præf.*
Nubes, uxor Ixionis, ex quâ filium habet Eurytionem, 33. & Nessum, 34.
Nycteus, Neptuni & Celænus filius, 157.
Nyctimene, 204. Epopei filia, à patre compressa, 253. vertitur in noctuam, 204.
Nymphæ rapiunt Hylam, 14. Dodonides, quæ, 181.
Nysa, una Naiadum, 182.
Nysa mons, 187.
Nysius, 71.
Nysus, Baccho nutritius datus à Jove, 167. regno Thebano ejicitur a Baccho, 131.

O.

Oblivio ex Æthere & Terra, *Præf.*
Obrimus, Ægypti filius à quo occisus, 170.
Obstetrices ignorabantur apud veteres, 274.
Occiderint se ipsos qui, 242. se ipsas quæ, 243.
Oceanitides quæ, *Præf.*
Oceanus, ex Æthere & Terra. *Præf.* ejus filiæ, 182. Clymene & Persis, 156. uxor ejus Tethys, P. 2, 1. circumfusus terræ, P. 1, 8. inter astra, P. 2, 32.
Ocyale, Amazonum una, 163.
Ocydrome, canis Actæonis, 181.
Ocydromus, canis Actæonis, 181.
Ocypete, Thaumantis filia, *Præf.* Harpyiarum una, 24. quæ ejus forma. *ibid.*

Ocy-

Ocypote, canis Actæonis, 181.
Ocythous, canis Actæonis, 181.
Odice una Horarum, 183.
Odyssea, 125.
Oeager, maritus Calliopes, pater Marsyæ, 165. & Orphei, 14.
Oebalus, pater Tyndarei, 78.
Oechialia, 14. mittit auxilium in aprum Calydonium, 173. expugnatur ab Hercule, 35.
Oecleus, pater Amphiarai, 128.
Oedipus, 67. Laii & Iocastæ filius à matre exponitur, 66. patrem inscius interficit, & matrem accipit uxorem, 67. rex est Thebanorum, 77. se ipsum reddit cœcum, 67. & interficit, 242.
Oeneus, 129. 172. filius Parthaonis, 129. 139. 172. rex Ætoliæ, à Diana vexatur immisso apro Calydonio, 172. uxorem habet Althæam & ex ea Meleagrum, 171. & Peribœam, & ex illâ Tydeum, 70. habet filias Deianiram, 244. & Diam, 155. & Hippodamiam, 244. à Libero donatur vite, ac serendi ejus scientia, 129.
Oenomaus, 84. Martis & Asteropes filius, 159. uxorem habet Euareten & ex ea Hippodamiam, 84. cum quâ concubuit, 253. à quadrigis propriis perimitur, 250. 84.
Oenope, Epopei filia, ex Neptuno gignit Megareum, 157.
Oenopion, pater Meropes, P. 2, 34.
Oetæus mons, 36.
Ogygia filia Amphionis, 98. & Niobes, 11.
Oileus Ajacis pater, 114.
Oileus Leodaci & Agrianomes filius, 14.
Olenus, filius Vulcani, P. 2, 13.
Olor, cur inter astra, P. 2, 8.
Olympici ludi instituti ab Hercule, 273.
Olympus Marsyæ discipulus, 165. victor tibiis in ludis Acasti, 273.
Olympus mons, 14.
Omelympus, canis Actæonis, 181.
Omphale regina, cui Hercules in servitutem traditus, 32. à qua remissus cum muneribus, P. 2. 14.
Onesimachus, pater Amaruncei, 97.
Opera septem mirabilia, 223.
Opheltes pirata Tyrrhenus, 134.
Ophites, Herculis & Megaræ filius, 32. 162. à patre per insaniam occisus, 31. 32.
Ophiuchus, P. 2. 14. & P. 3. 13.
Ophiusa insula, P. 2. 14.
Opis, Nerei & Doridis filia, *Præf.* ex Saturno parit Jovem, *ibid.* 139.
Oppidum primum in terris quod, 164. oppida quæ quisque condiderit, 275.
Ops Ætheris & Terræ filia, *Præf.* Jovis mater dicitur. P. 2. 13. Saturno lapidem dat pro filio, P. 2, 43.
Orchomenus filius Athamantis, 1. à matre occisus, 238.
Orchomenus, oppidum, 97. unde Orchomenius 14.
Orcus sub Tartara dejectus, 139.
Oreasis, 145.
Oreon, mater Menodices nymphæ, 14.
Oresitrophos, canis Actæonis, 181.
Orestes, 119. Agamemnonis & Clytemnestræ filius, 122. servatur à sorore Electra in vita, 117. interficit Ægysthum, 244. 119. Aleten & Neoptolemum, 123. item matrem suam Clytemnestram, 119. cujus agitatur furiis, 119. 120. amicum habet Pyladen, 257. aufert signum Dianæ Tauricæ, 120. uxorem ducit Hermionen, 122. ossa Ariciam, mox Romam translata, 261.
Orias, canis Actæonis, 181.
Oribasus, canis Actæonis, 181.
Orion, 195. P. 2, 34. à Diana ob tentatam pudicitiam interfectus, & relatus inter sydera, 195.
Orithyia, Erichthei filia, mater Zetis & Calaidis, 14.
Orontes Ponti & Maris filius, *Præf.*
Orpheus Oeagri & Calliopes filius, Argonautarum unus, 14. ab Apolline didicit canere, A. 2. 27. descendit ad inferos propter conjugem Eurydicen, 251. 164. ejus Lyra, P. 2, 7.
Orsilochus, P. 2, 13.
Orthesie, una Horarum, 183.
Ortygia, insula, 150. quomodo nata, 53.
Ortyx avis, 53.
Orythyia, Nerei & Doridis filia, *Præf.*
Oscillationis festum, 130.
Ossa mons, 28.
Othus, 28. Terræ & Tartari filius, gigas, *Præf.* cum Ephialte Dianæ insidiatur, mox ab eo interficitur, 28.
Othrepte, Amazonum una, 163.
Otionia Erichthei filia, Neptuno immolata, 46.

Otrira, Amazonum una, conjux Martis ædificat templum Dianæ Ephesiæ, 223. 225. mater est Hippolytæ, 30.
Ovum, ex quo Venus nata, 197.
Oxyrhoe, canis Actæonis, 181.
Ozomene, uxor Thaumantis, ex quo genuit Harpyias, 14.

P.

Pachitos, canis Actæonis, 181.
Pactolus flumen dictum Chrysorrhoas, & quare, 291.
Padæus filius Laomedontis, postea Priamus dictus, ab Hercule fit rex Trojæ, 90.
Padus flumen, Græcis Eridanus, 154.
Pæneis, Ceprionis filia, 14.
Pæon, filius Neptuni & Helles, P. 2, 20.
Palæmon, ante Melicertes, 2.
Palæmon, Priami filius, 90.
Palæmonius, Lerni filius, 14.
Palæno, filia Danai, quem occiderit, 170.
Palamedes, 105. Nauplii filius, *ibid.* Decipit Ulyssem, eumque ideo habet inimicum sibi, 95. ab Ulysse circumventus, occiditur per exercitum, 105. litteras invenit undecim, 278. pater Libyes, 160.
Palladium signum, 116.
Pallas filius Nilei occisus à Theseo, 244.
Pallas, Poli & Phœbes filia, *Præf.*
Pallas, Tartari & Terræ filius gigas, *Præf.*
Pallium duplex, 14.
Pammachium, alias pancratium, 273.
Pamphagus, canis Actæonis, 181.
Pamphede, Phorci & Tetoæ filia, *Præf.*
Pamphylus Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Pan, 196. Mercurii & Penelopes filius, 124. Ægyptiis dat consilium contra Typhonem, 196. mutat se in piscem, P. 2, 28. fistulæ cantum invenit, 274. certavit ea cum Apolline, 191. ex mortali factus immortalis, 224. 196.
Panchaia, regio, 274.
Pancratium, 273.
Pandarus occiditur à Diomede, 112.
Pandion Erichthonii filius, rex Athenienſium, 48. pater Ægei, 26. 37. Agorei quoque, 48. & Erichthei, 46. item Prognes & Philomelæ, 45.
Pandora, 142. à Vulcano facta, *ibid.*
Pandrosus, filia Cecropis, præcipitat se in mare, 166.
Panope, una Nereidum, *Præf.*
Panopea, una Nereidum, *Præf.*
Pantheris objectus Lycurgus, 132.
Panthius, Ægypti filius, 170.
Panthous Trojanus quot occiderit, 115.
Paphus, pater Cinyræ, 270. 242.
Parcæ, Noctis & Erebi filiæ, numero tres, *Præf.* canunt hominibus fata, 171. literas invenerunt septem, 277. dant quibusdam licentiam redeundi ex inferis, 251.
Paris, v. Alexander Priami. Paridis judicium, 92.
Parnassus, mons, 4. 140.
Parthaon, pater Agrii, 175. 241. & Oenei, 239.
Parthenia insula, olim Imbrasus, post Samos dicta, 14.
Parthenius mons, 99.
Parthenopæus, filius Atalantæ, 99.
Parthenos, P. 2, 25.
Pasiphae, 40. Solis & Persæ filia, *Præf.* uxor Minois, mater Deucalionis, 14. amat taurum, & ex eo gignit Minotaurum, 40.
Pasiphe Ponti & Maris filia, *Præf.*
Patroclus Menœtii & Philomelæ filius, 97. procus Helenæ, 81. quot navibus ad Trojam venerit, 97. quot ibi occiderit, 114. inter eos est Sarpedon, 112. singulari amicitia junctus Achilli, 257. formosissimus, 270. interficitur ab Hectore, 106. funus & ludos ei facit Achilles, 273.
Pegasus equus ex Neptuno & Medusa natus, *Præf.* 151. P. 2, 18.
Pelasgus Agenoris & Triopæ filius, rex Achivorum, 124. primus ædificat templum Jovi Olympio, 225. filius ejus Laris, 145.
Pelethronius, frena & ephippia invevit, 274.
Peleus Æaci & Peneidos filius, unus Argonautarum, 14. conjugem habet Thetin, 54. amicum singularem Phœnicem, 257. vincit lucta in ludis, 273. Triptolemum jubet interfici, 47.

Peleus Neptuni filius, 157.
Peliades, quæ, 24.
Pelias, 12. Neptuni & Tyrus filius, 157. uxorem habet Anaxobien, & ex ea filiam Alceſtin, 51. & filium Acaſtum, 14. à Medea necatur, 24.
Peline, urbs, 14.
Pelion mons, 28.
Pellene, 14.
Pelopea, filia Thyeſtis, cum quo concubuit, 253. in eundem fuit pia, 254. ſe ipſam interficit, 88.
Pelopia, filia Peliæ, 24.
Pelopidæ, 56.
Peloponneſus unde, 84.
Pelops, 83. Tantali & Dionis filius, 82. rex Achivorum, 124. uxorem habet Hippodamiam, 84. 243. filium Atreum, 87. Chryſippum, 85. 271. Hippalcimum, 14. & Thyeſtem, 86. 124. à Tantalo cæſus revocatur in vitam à diis, & humerum accipit eburneum, 83. interfecit Oenomaum ſocerum ſuum, 245.
Peloris, mater Polyſenis, 97.
Pelorus Terræ & Tartari filius, *Præf.*
Peneleus, procus Helenæ, 81. quot navibus ad Trojam venerit, 97. quot occiderit, 114.
Penelope Icari filia, uxor Ulyſſis, caſtiſſima, 256. obſidetur à Procis, 125. quomodo eas deluſerit, 26. poſt obitum Ulyſſis nubit Telegono, 127.
Peneus flumen, pater Daphnes, 203.
Peneus, pater Cyrenes, 161.
Penthesilea una Amazonum, 163. Martis & Otreræ filia, occiditur ab Hectore. 112.
Pentheus, 184. Echionis filius, rex Thebanorum, *ibid.* uxorem habet Agaven, quæ eum interfecit, 184. 239.
Peranthus, Argi filius, rex Achivorum, 124.
Perdix filius ſororis Dædali, ſerram primus invenit, & circinum, 274. ob quod à Dædalo eſt interfectus, 39. 244.
Periander Corinthius, 221.
Periclymene, Minois filia, mater Admeti, 14.
Periclymenus, Nilei & Chloridis filius, unus ex Argonautis, 14. à Neptuno in aquilam mutatus effugit mortem ab Hercule intentatam, 10.
Perithous Ixionis filius amicitiam colit cum Theſeo, 257. nuptias celebrat cum Hippodamia, turbatas à Centauris, 23.
Perius Ægypti filius à quo occiſus, 170.
Pernis, uxor Lyci, mater Ialmeni, 14.
Perrhæbia, 14.
Perſa ex Sole quos genuerit, *Præf.*
Perſeis, Poli & Phœbes filia, *Præf.*
Perſeon, pater Agrianomes, 14.
Perſes, Solis & Perſæ filius, *Præf.* interfectus à Medo, 243.
Perſeus Jovis & Danaes filius, 243. liberat Andromedam, 64. condit urbem Perſeida, 276. occiditur à Megapenthe, 244.
Perſis Oceani filia, mater Circes ex Sole, 156.
Phæacum inſula, 125.
Phædimus Niobes filius, 11.
Phædra filia Minois, uxor Theſei, 43. amat privignum ſuum Hippolytum, 47. ſe ipſam ſuſpendio necat, 243.
Phaethon, formatus à Prometheo, fit ſtella, P. 2. 8.
Phaethon, 154. Solis & Clymenes filius, 156. currum patris conſcendit ipſo inſcio, & comburit genus humanum, 152. ab equis ejus perditur, 250. & à Jove fulmine percutitur, 152. delapſus in Eridanum, P. 2. 42.
Phalaris tyrannus Siciliæ, 257.
Phaleros, Alcontis filius, 14.
Phegea, filia Priami, 90.
Phegeus, Alphei filius, filiæ ſuæ filiam interficit, 244.
Phemius, Procus Helenæ, 81.
Pheomis Terræ & Tartari filius, *Præfat.*
Pheres, pater Antigonæ, 14.
Pheretus Iaſonis & Medeæ filius, interfectus à matre, 239.
Pheruſa, Horarum una, 183.
Pheruſa, Nerei & Dorides filia, una Nereidum, *Præf.*
Phiconome, Danai filia, quem occiderit, 170.
Phidias, faber ſigni Jovis Olympici, 223.
Phidippus, procus Helenæ, 81.
Philammon, Apollinis & Leuconoes filius, 161. alii Chionen aut Philonidem faciunt ejus matrem, 200.
Philamnon, Vulcani filius, 158.

Philea, Danai filia, quem occiderit, 170.
Philinas, Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Phillus Herculis filius, proavi fratrem occidit, 245.
Philoctetes, 102. Pæantis & Demonassæ filius, 102. inter Argonautas, 14. à serpente in Lemno vulneratur, 102. Herculis amicus, 257. cui struit pyram, 86. inter procos Helenæ, 81. quot navibus venerit ad Trojam, 97. quot occiderit, 114. inter eos fuit Alexander, 112.
Philoctus, Vulcani filius, 158.
Philomela, Danai filia, quem occiderit, 170.
Philomela, filia Pandionis, soror Prognes, à Tereo violata vertitur in avem, 45.
Philomela 45. Pandionis filia, à Tereo violata, *ibid.*
Philomela filia Priami, 90.
Philomelus, primus plaustri inventor, P. 2, 4.
Philonis, uxor Hesperi, mater Ceycis, 65.
Philonis, filia Dædalionis, 200.
Philyra, 138. Oceani filia, 138. ex Saturno quos pepererit, *Præf.* versa est in arborem, 138.
Phimachus, pastor, 102.
Phineus, 19. Agenoris filius, maritus Cleopatræ, vexatus ab Harpyiis, 19. docet Argonautas fugare Stymphalidas, 20.
Phisadie, soror Pirithoi, ancilla Helenæ, 79.
Phlagusa, urbs Chersonesi, P. 2. 40.
Phlegeus Alphei filius, generum suum occidit, 245. & filiæ filiam, 244.
Phlegyona, 245.
Phlegon, equus Solis, 183.
Phlegya, Solis filia, 156. mater Coronidis, 202.
Phliasus, Liberi & Ariadnes filius,
Phlius, urbs, 14.
Phlogius, Phryxi & Calciopes filius, 14.
Phocis, insula, 117.
Phocus, Æaci & Peneidos filius, 14.
Phocus Cænei filius, 14.
Phocus Danai filius, architectus Græcorum ad Trojam, 97.
Phœbe quos filios habuerit ex Polo, *Præf.*
Phœbe, Leucippi filia, sacerdos Minervæ, rapta à Castore & Polluce, 80.
Phœbe Solis filia, 156.
Phœbe Clymeni & Meropes filia, 154.
Phœnix, filius Agenoris, in Africa condit Pœnos, 178.
Phœnix Amyntoris filius in venatione apri Calydonii, 173. quot navibus pugnarit ad Trojam, 97. amicum singularem habet Peleum, 257.
Pholöe, captiva, dono data, 273.
Pholos centaurus, P. 2, 38. aruspicina plurimum valuit, *ibid.*
Phorbas, pater Tiphyos, 18. Rhodiis est auxilio, P. 2, 14.
Phorcus, Terræ & Tartari filius, *Præf.* ejus & Tetoæ liberi, *ibid.*
Phoroneus, 143. Inachi filius, rex Achivorum, 124. primus dicitur regnasse, 143. templum primus struxisse Junoni, 225. eidem primus fecisse sacra, 143. & arma, 274. *vid.* Not.
Phryxi filii, 21.
Phryxus, 3. Athamantis & Nebulæ filius, 1. ubi natus, P. 2, 20. offert se immolandum pro civibus, 2. defertur Colchos, 3. ibi consecrat pellem arietis aurei, 22. Chalciopem sororem Medeæ habet uxorem & ex ea filios, 14. ab Æeta socero interficitur, 3.
Phronius, Phryxi filius, 14.
Phrontides, Phryxi filius, 14. 21.
Phthia insula, 14. mittit auxilium in aprum Calydonium, 173.
Phylacus, maritus Periclymenes, pater Iphicli, 14.
Phyleus, maritus Eustyoches, pater Megis, 97.
Phyllæus mons, 14.
Phyllis, 59. ob desiderium Demophoontis moritur, 59.
Phyllodoce, Nerei & Doridis filia, *Præf.*
Piecus ex Ponto & Mari, *Præf.*
Pierius, 225.
Pietatis exempla, 254.
Pigmalion frater Thasii, 56.
Pilus Diodoti filius, occisus à Cygno, 273.
Pimetus, pater Pyrrhæ, 155.
Pinther, Vulcani filius, 158.
Piranthus, Argus & Euadnes filius, 145.

Piresia urbs, 14.
Pirithous Jovis filius, & Diæ, 155.
Pirithous, Ixionis filius, Argonautarum unus, 14. amicus Thesei, 157. cum quo descendit ad inferos, 79.
Pistris, navis, 273.
Pitheus pater Æthræ, 37. & 14.
Pithus, Lacreti & Cleobules filius, quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Pittacus Mitylenæus, 221.
Pityocamptes à Theseo occisus, 38.
Pleiades, Atlantis & Pleiones filiæ, etiam vocatæ Hyades, & quare, 193.
Pleione, Atlantis uxor, quos habuerit ex eo liberos, *Præf.* mater Hyantis, 248. item Pleiadum, 192.
Plexippus Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Plexippus, Thestii filius, in venatione apri Calydonii, 173. occiditur à Meleagro, 174.
Plinthius Athamantis & Themistus filius à matre occiditur, 239.
Plisthenes Atrei filius à patre ignorante occiditur, 76.
Plisthenes, Thyestis filius, infans patri epulandus apponitur, 88.
Plotæ insulæ, alias Strophades, 14.
Plumbum primus invenit Midas, 274.
Pluto Saturni & Opis filius, *Præf.* rapit Proserpinam, 146.
Plutone Himantis filia, mater Tantali ex Jove, 155. 82.
Plutus Cereris & Iasionis filius, P. 2, 4.
Podalirius, procus Helenæ, 81.
Podarce, Thaumantis filia, *Præf.*
Podarces, Andræmonis & Gorgidis filius, quot navibus ad Trojam venerit, 97.
Podarius, equus Diomedis, 30.
Podasimus, Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Pœas, pater Philoctetis, 14.
Pœmenis, canis Actæonis, 181.
Pœni unde sic dicti, 178.
Pœnope Nerei & Doridos filia, *Præfat.*
Pollux Jovis & Ledæ filius, 77. 155. Argonauta, 14. cestu vincit in ludis Acasti, 273. vincit Amycum, 17. & Idam, 80. vicaria morte obit pro fratre, *ibid.* redit subinde ab inferis 251.
Polybotes, Pirithoi & Hippodamiæ filius, quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Polybotes Terræ & Tartari filius, *Præfat.*
Polybus pater Argi, 14.
Polybus rex, maritus Periboeæ, nutritius Oedipi, 66. clemens, decedit Corinthi, 67.
Polydamas quot occiderit, 115.
Polydectes Magnetis filius, P. 2, 12.
Polydectes rex, Danaen sumit in conjugem, 63. ludos funebres ei facit Perseus, *ibid.* 273.
Polydector Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Polydora, Amazon, 163.
Polydorus, Cadmi & Harmionæ filius, 179. rex Thebanorum, 76. pater Labdaci, *ibid.*
Polydorus Hippomedontis & Euanippes filius, unus ex Epigonis, 71.
Polydorus Priami filius, 90. educatur à sorore Ilionâ pro suo filio, 109. interficit Polymnestorem, *ibid.*
Polyhymno, Oceani filia, 182.
Polyidus, 136. Cœrani filius, augur, 128. Minois filio restituit vitam, 136. 251.
Polymena, Priami filia, 90.
Polymetus Priami filius, 90.
Polymnestor rex Thracum, luminibus & vita privatur à Polydoro & uxore propria, 109. 240.
Polynices, 68. Oedipi filius & Iocastæ, expulsus à fratre, venit ad Adrastum, ejusque filiam Argiam ducit uxorem, 69. oppugnatum Thebas it, 70. rex fit Thebanorum, 76. ab Eteocle interficitur, 71. ejus sepultura prohibetur, sed crematur à sorore, 72. 254.
Polyphemus Elati filius, & Hippeæ Argonautarum unus, 14. condit civitatem in Mœsia, & perit apud Chalybas, *ibid.*
Polyphemus Neptuni filius, Cyclops, includit Ulyssem, & ab eo excœcatur, 125.
Polyphontes rex Messeniæ sumit uxorem Cresphontis à se occisi, 137. à Telephonte ejus filio occiditur, 184.
Polypoetes procus Helenæ, 81. quot occiderit, 114.
Polysenes, Astionis & Peloridis filius,

quot navibus ad Trojam venerit, 97.
Polyxena, Danai filia, quem occiderit, 170.
Polyxena, 110. Priami filia, 90. immolatur ad ſepulchrum Achillis, 100.
Polyxenus, procus Helenæ, 81.
Polyxo, Atlantis & Pleiones filia, 102.
Polyxo, Lemniadum una, ſuadet recipi Iaſonem, 15.
Polyxo, Ponti & Maris filia, *Præf.*
Pondæus, pater Atlantis, 173. *vid.* Not.
Pontus Ætheris & Terræ filius. *Præf.* ejus liberi ex Terra, *ibid.*
Porphyrion Noctis & Erebi filius, *Præfat.*
Porthaon, pater Laocoontis, 14. & Oenei, 172.
Portunus deus quis, 2.
Poteſtas, Pallantis & Styges filia, *Præfat.*
Priami filii, & filiæ, 90.
Priamus Laomedontis filius olim Padaces dictus, ab Hercule accipit regnum paternum, 89. uxorem habet Hecubam, & ex ea liberos multos, 91. eorum nomina, 90. occiditur à Neoptolemo, 113.
Priapus, filius Mercurii, 160.
Prialus, Cæneï filius, 14.
Priſcus pater Aſterionis, 14.
Proci Helenæ, 81.
Proci Penelopes, 125.
Procris Erichthei filia cum patre concubuit, 253.
Procris, 189. Pandionis filia, concumbit cum marito quaſi peregrino, 189. à marito ſuo occiditur, *ibid.* & 210. ejus canis, P. 2, 35.
Procruſtes Neptuni filius, crudelis in hoſpites, à Theſeo occiditur, 38.
Proetus rex excipit Bellerophontem exulem, 57. à Perſeo mutatur in lapidem, monſtrato capite Meduſæ, 64.
Progne Pandionis filia uxor Terei filium proprium interficit, 239. 255. & marito eum tradit epulandum, 45.
Prometheus, 143. Iapeti & Clymenes filius, *Præfat.* ignem dat hominibus in ferula, ideoque aquila ei immittitur à Jove, 144. ab ea liberatur per Herculem, 54. fallit Jovem ficto tauro, P. 2, 15. homines primus format ex luto, 142. primus fert annulum, P. 2, 15.
Proneus filius Priami, 90.
Proſerpina, 146. Jovis & Cereris filia, *Præf.* rapta a Plutone, 146. dimidia parte anni eſt apud Jovem, *ibid.* ex quo genuit Liberum, 155.
Proteſilaus. 103. Iphicli filius, olim Iolaus dictus, 103. procus Helenæ, 81. uxorem habet Laodamiam caſtiſſimam, 256. ab Hectore occiditur, & ab uxore ab inferis revocatur, 103. 251. ſepulchrum ejus ubi, P. 2, 40.
Prothenor quot navibus venerit ad Trojam, 91.
Protheon Ægypti filius à quo occiſus, 174.
Protheus Ægypti filius à quo occiſus, 170.
Proteus, 118. deus maris, vertens ſe in omnes figuras, catena ligatur à Menelao, 118.
Proteus pater Telemi auguris, 128.
Protho Nerei & Doridis filia, *Præfat.*
Prothous procus Helenæ, 81. quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Protodamas, filius Priami, 90.
Protogenia Deucalionis filia, ex Jove gignit Ætolum, 155.
Provocantes qui certarint inter ſe, 112.
Pterelas, canis Actæonis, 181.
Ptolus, Ætheris & Terræ filius, *Præf.*
Pugna Ætheris & Terræ filia, *Præfat.*
Pugno, Ægypti filius, à quâ occiſus, 170.
Pylachantus occiſus ab Achille, 113.
Pylades Strophii filius, amicus Oreſtis, 257. quem juvat mortem patris ulciſci, 119. ab Iphigenia ſervatur immolandus, 120. Electram ducit uxorem, 122.
Pylon, pater Antiopes, 14.
Pylos urbs expugnatur ab Hercule, 10.
Pyramides Ægypti inter miracula orbis, 123.
Pyrante, Danai filia, quem occiderit, 170.
Pyranthis, Danai filia, quem occiderit, 170.

Pyranthus rex Corinthi, diligit Arionem, ejusque vitæ insidiatores punit, 194.
Pyremus, pater Asterionis, 14.
Pyrene, Danai filia, quem occiderit, 170.
Pyrois, equus Solis, 183.
Pyrois, stella, P. 2, 42.
Pyrrha cum Deucalione servatur in diluvio, 152. renovat genus humanum jactis lapidibus, 153.
Pyrrha Epimethei & Pandoræ filia, prima mortalis creata, 142.
Pyrrha nomen Achillis inter mulieres, 96.
Pyrrhe, Pimeti filia, mater Helenæ, 155.
Pyrrhus, qui alias Neoptolemus, 97.
Pythagoras, olim fuit Euphorbus, 112.
Pythaules quis, 273.
Pythia pius in patrem, 254.
Pythius Apollo quare dictus, 141.
Python, 148. draco Terræ filius, *Præfat.* persequitur gravidam Latonam & ab Apolline occiditur, 140. 53.
Pyttheus pater Æthræ, 14.

Q.

Quadrigæ à quo primum inventæ inter homines, P. 2, 13. quæ rectores suos perdiderint, 250. earum certamen ubi primum institutum, 274.

R.

Raidne, Acheloi & Melpomenes filia, *Præf.*
Regnum quis instituerit primus inter homines, 143.
Reges Achivorum, 124. Atheniensium, 43. septem ad Thebas, 70. Thebanorum, 76.
Rerum inventores primi, v. Inventores.
Rhadamantus, Jovis filius, 155.
Rhene insula, una Cycladum, 176.
Rhene Nympha, mater Ajacis, 97.
Rhesus à quo occisus, 113.
Rhodope, Ponti & Maris filia, *Præfat.*
Rhodope, mons Thraciæ, 132.
Rhodus olim Ophiusa, P. 2, 14. ejus amplitudo, 276.
Rias, filius Neptuni, 157.
Romani mittunt desultorem in ludis, 180. in funeribus adhibent tubicines, 274. sacra crudelia Taurorum repudiant, 261.
Romulus & Remus nutriti à lupa, 252.

S.

Sacra Thesmophoria, 147. Trieterica, 132.
Sacrificia qui primi instituerint, 274. quomodo quondam facta, P. 2, 15.
Sacus, Jovis filius, primus invenit aurum, 274.
Sagittas dono dat Vulcanus Apollini & Dianæ, 140. Hercules felle Hydræ tingit ex consilio Minervæ, 30. sagittis certat Eurytus in ludis, 273. & Hippocoon, *ibid.*
Sagittarius signum cœleste, etiam Croton dictus, 224. P. 2, 27.
Sagnos, canis Actæonis, 181.
Salamina, 14. mittit auxilium in aprum Calydonium, 173.
Salius certat cursu in ludis Æneæ, 273.
Salmoneus Athamantis filius, P. 2, 20.
Salmoneus, 6. Æoli filius, discordat à fratre suo Sisypho, 60. imitatur tonitrua & fulmina Jovis, 61. 250. filiam habet Tyronem, 60. 157. 239. 254. à Jove fulmine occiditur, 61. 250.
Samos, olim Imbrasus & Parthenia dicta, 14.
Sapientes Græciæ septem, 221.
Sardinia, ejusque magnitudo, 276.
Sardo Stheneli filia, condidit Sardes, 275.
Sarpedon, Jovis & Europæ filius, 155. 178. certat in ludis Priami, 273. quot occiderit, 115. occiditur à Patroclo ex provocatione, 112. 106.
Saturnus Ætheris & Terræ filius, *Præf.* Opem habet conjugem, & ex ea filium Jovem, *ibid.* pro filio Jove devorat lapidem, 139. & regno dejicitur ab eodem, 54. quem restitutum cupit Juno, 150. versus in e-

quum concumbit cum Philyra, 138. judex est in controversia Jovis & Curæ, 220. Saturni templum Romæ, 261.
Satyrus violare vult Amymonen, sed à Neptuno abigitur, 169.
Saxa Capharea, 116.
Scamandrus Ponti & Maris filius, *Præfat.*
Schedius, Iphiti & Hippolytes filius, quot navibus venerit ad Trojam, 97.
Schoeneus, pater Atalantæ, 244. & Clymenes, 246.
Scylla, 199. Cratetis fluminis filia, à Circe mutata in monstrum, 199. alii Typhonis filiam ajunt, 125. 151.
Scylla, Danai filia, quem occiderit, 170.
Scylla, Nisi filia, amat Minoem, ejus causa prodit patrem, & in piscem vertitur, 198. 255.
Scylla, navis, 273.
Scyro, insula, 96.
Scytha excoriat Marsyam, 145.
Selinuntius & Mœrus amici, 257.
Semele, 179. Cadmi & Harmoniæ filia, 179. bibit cor Liberi, & ex eo fit præg. ns, 167. petit Jovem ad se venire cum fulmine, & sic conflagrat, *ibid.* 179. filium ex Jove habet Liberum, 155. Juno omnem ejus progeniem odio habet, 5.
Semiramis Dercetis filia condit murum Babyloniæ, 223. Ninum conjugem interficit, 240. se ipsam interficit, 243.
Senectus, Noctis & Erebi filia, *Præfat.*
Septentrio sidus, olim Calysto, 177. cur non occidat, *ibid.*
Sergestus victor navi in ludis Æneæ, 273.
Seriphus insula, 63.
Serram quis invenerit, 274.
Servi prohibiti medicinam discere, 274.
Siboe, una Niobidarum, 11.
Sibylla Samia, Cymæa, 128.
Sicilia insula, 40. 141. ejus amplitudo, 276.
Sicyon, 88. ejus spatium, 276.
Sictothius, Niobæ filius, 11.
Sidon, urbs, 178.
Silenus, 191.
Siluo, Ponti & Maris filia, *Præf.*
Simois, Ponti & Maris filius, *Præfat.*
Simon, pirata Tyrrhenus, fit delphinus, 134.
Simonides quas litteras invenerit, 277.
Simulachra deorum quis primus fecerit, 274.
Sinon, aperit equum Trojanum, 208.
Sirenes, 141. Acheloi & Melpomenes filiæ, *Præf. &* 125. earum species & fatum, *ibid. &* 141.
Sirenides locus cur sic dictus, & ubi, 141.
Sisyphus, 60. pater Glauci, 250. 273. per Autolycum amittit pecus suum, ideoque filiam ejus corrumpit, 201. item fratris sui filiam Tyronem, 60. ob impietatem volvit saxum apud inferos, *ibid.*
Smyrna, 58. Cinyræ & Cenchreidis filia, concumbit cum patre, 58. 242. mutata in arborem, 58.
Soceros qui occiderint suos, 245.
Socordia, Ætheris & Terræ filia, *Præfat.*
Sol Hyperionis & Æthræ filius, *Præfat.* uxorem habet Clymenen & Perseidem, *ibid.* ejus liberi, 156. inter hos & Æeta, 22. 27. Augeas & Thersanon, 14. quadrigas primum instituerat inter deos, P. 2, 13. eas avertit, ne videat scelus Atrei, 88. equorum nomina in eis, 183. nunciat Vulcano adulterium Veneris, 198. Solis boves ab Ulyssis sociis absumpti, 125. colossus Rhodi, *vid.* Colossus. eclipsis à quo prima observata, 258.
Solon, 225.
Somnia ex Nocte & Erebo, *Præf.*
Somnus ex Nocte & Erebo, *Præf.*
Spariantis, Hyacinthi filia, immolata à patre, 238.
Sparta, mittit auxilium in aprum Calydonium, 173.
Sparti, nati ex dentibus draconis, se mutuo interficiunt, exceptis quinque, 178.
Sphincius, Athamantis & Themistus filius, 1.
Sphinx, Typhonis & Echidnæ filia, *Præf. &* 151. vexat agros Thebanorum, donec soluto per Oedipum ejus carmine, se præcipitat in mare, 67.

Spio, Nerei & Doridis fil. *Præf.*
Sponde, una Horarum, 183.
Sterilitas frugum ob scelera hominum, 88.
Sterope, una ex equabus Solis, 183.
Sterope, Pleiadum una, 192.
Steropes, Ætheris & Terræ filius, *Præfat.*
Sthenelus Capanei filius, amicus Diomedis, 257. procus Helenæ, 81. in equo Trojano, 108. sequitur Diomedem in Ætoliam, 175. à Phillo occiditur, 244.
Stheno, Gorgonis & Cetus filia, *Præfat.*
Sthenobœa, 57. filia Iobatis, uxor Prœti, amat Bellerophontem, 57. se ipsam interficit, *ibid.* & 243.
Stiĉte, canis Actæonis, 181.
Stilbon, canis Actæonis, 181.
Stilbon, stella, P. 2. 42.
Strata equorum quis invenerit, 274.
Strophades, insulæ Ægei maris, 14. 19.
Strophius maritus Astyochæ, 117. habet filium Pyladem, 119. 120.
Strymon Ponti & Maris filius, *Præfat.*
Stymphalides, 20. pennis pro sagittis utuntur. 20. fugant eas Argonautæ & Curetes, *ibid.* occiduntur ab Hercule, 30.
Styx ex Nocte & Erebo, *Præfat.* juncta Pallanti quos crearit liberos, *ibid.*
Suculæ, quæ Græcis Hyades, 192.
Superbia Ætheris & Terræ filia, *Præfat.*
Sus, immolatus Cereri, 277.
Symplegades petræ superantur ab Argonautis, 21. ars, qua superatæ, 19.
Syria dea, quæ, 197.
Syri columbas & pisces quare non edant, 197.
Syrus, canis Actæonis, 181.

T.

T littera à quo inventa, 277.
Tænaria insula, 79. Tænarius, qui ex ea, 14. Tænarium littus, P. 2. 17.
Talaus, maritus Eurynomes, pater Adrasti, 69. item Astynomes, 70. Eriphyles, 71. Mythidices, 70.
Tallius procus Helenæ, 81.
Tanais Ponti & Maris filius, *Præf.*
Tantalus, 82. Jovis & Plutonis filius, 155. rex Achivorum, 124. divulgat Jovis consilia, 82. habet uxorem Dionen, filium Pelopem, quem occidit, & edendum apponit, 83. pœna ejus apud inferos, 82.
Tantalus Niobæ filius, 11.
Tantalus, Thyestis filius, patri epulandus apponitur à fratre Atreo, 88. 246.
Tartarus Ætheris & Terræ filius, *Præf.* pater Typhonis, 152.
Taurica insula, 15. in ea cultus Dianæ qualis, 120.
Taurus Marathonius, occisus à Theseo, 35. Pasiphaes, ab Hercule ductus Mycenas, 30. tauri æripedes flammas spirantes, 22.
Taygete, Atlantis filia, 155. Pleiadum una, 192. mater Lacedæmonis ex Jove, 155.
Tegæa mittit auxilium in aprum Calydonium, 173.
Telamon, Æaci & Pæneidos filius, inter Argonautas, 14. cum Hercule interficit cetum Hesiones, 89. vincit disco in ludis Acasti, 178. est in venatione apri Calydonii, 173. filium habet Ajacem, 97. & Teucrum, 89.
Telegonus, 127. Ulyssis & Circes filius, 125. interficit patrem, & Penelopen ducit uxorem, 127.
Telemachus, filius Ulyssis & Penelopes, infans subjicitur aratro patris, 95. procos interficit cum patre, 126. Circen ducit uxorem, 127. filium habet Italum, *ibid.*
Telemus, Eurymi filius, augur, 128.
Telemus, Protei filius, augur, 128.
Teleontes, procus Helenæ, 81. filios habet Buten & Eurybaten, 14. uxorem Zeuxippen, *ibid.*
Telephus, 101. Herculis & Auges filius, 162. nutritus à cerva, 252. & ideo sic nominatus, 99. interficit cognatos suos, 244. Laodicen Priami filiam habet uxorem, 101. ab Achille vulneratur, Græcisque viam monstrat ad Trojam, *ibid.*
Teles, Acheloi, & Melpomenes filia, *Præf.*
Tellus, nomen primo homini imposuit, 220.

Unable to display this page

jugium, metu Jovis, & consilio Promethei, 54. ex eo habet filium Achillem, 96. coronam ab eâ accipit Theseus, P. 2, 5.
Thetis, uxor Oceani, nutrix Junonis, 177.
Theutras, 100. rex Moesiæ, pater Auges, *vid.* Teutras.
Thisaide ancilla Helenæ, 92. 79.
Thisbe Babylonia ipsa se interficit, 243.
Thoas Andræmonis & Gorgidis filius, 97. procus Helenæ, 81. quot navibus ad Trojam venerit, 97. quot occiderit, 114. fuit in equo Trojano, 108. servatus à filia Hypsipyle, 15. solebat immolare peregrinos, 120. interficitur à Chryse & Oreste, 121. 261.
Thoe, Nerei & Doridis filia, *Præfat.*
Thous, canis Actæonis, 181.
Thrasymedes, Nelei & Eurydices filius, quot navibus ad Trojam venerit, 97. quot occiderit, 114.
Thrax, filius Martis, 159.
Thyestes, 258. Pelopis & Hippodamiæ filius, 84. concumbit cum uxore fratris, propriumque filium epulatur, 258. rex est Achivorum, 124.
Tymbræus, Lacoontis filius, necatus à serpente, 135.
Tibias quis invenerit, 165.
Tigris, canis Actæonis, 181.
Tigris flumen ex Ponto & Mari, *Præfat.*
Timenus, filius Herculis, pater Archelai, 219.
Timolus, 191.
Timor, ex Æthere & Terra, *Præfat.*
Tione, Acheloi & Melpomenes filia, *Præf.*
Tiphys, Phorbantis & Hymanes filius, 14.
Tiresias, 75. Eurii filius, augur, liberat Thebas, 68. 67. fit ex viro mulier, 75. excæcatur à Junone & septem vivit ætates, *ibid.*
Tisamenus filius Orestis rex Achivorum, 124.
Tisiphone Ætheris & Terræ filia, *Præfat.*
Titanaide, una Horarum, 183.
Titanes Ætheris & Terræ filii, *Præfat.* à Junone concitantur in Jovem, 150. detrusi in Tartarum, *ibid.*
Titanus, pater Asteriæ, 53.
Tithonus, Laomedontis filius, conjux Auroræ, formosissimus, 270.
Tityus, pater Europes, 14.
Tlepolemus, Herculis & Astyoches filius, 162. procus Helenæ, 81. quot navibus venerit ad Trojam, 97. interfectus à Sarpedonte, 113.
Trapezos oppidum, à quo conditum, 176. 275.
Trieterica sacra quæ, 131.
Triopas rex Thessalorum, P. 2, 14.
Triops, Piranthi filius, 145. rex Achivorum, 124. saturari non potuit, & quare, P. 2, 14. ejus filii ex Oreaside conjuge qui, 145. in his est Pelasgus, 225.
Triptolemus, 170. Eleusini & Cothoneæ filius, Cereris alumnus, à qua fruges serere didicit, 147. 277. P. 2, 14. petitur insidiis regis Lynci, 259.
Trite, Danai filia, quem occiderit, 170.
Triton, filius Neptuni, *Præf.* ejus buccina, P. 2, 23.
Tritonis nympha, uxor Amphitemidis, filios quos habuerit, 14.
Trœzene, 14.
Troja muris cincta ab Apolline & Neptuno, 89. quomodo à Græcis capta, 108. Trojam expugnatum qui, & quot navibus iverint, 97.
Trojani qui quot occiderint, 115. eis infestæ Juno & Minerva, 92.
Troilus, Priami filius, 90. occisus ab Achille, 113.
Tuba à quo inventa, 274.
Tubicines adhibiti in funeribus & quare, 274.
Tulliæ impietas in patrem, 255.
Tusci quondam Tyrrheni dicti, 133.
Tydeus, Oenei & Peribœæ filius, fratrem Menalippum occidit, 69. pelle aprina utitur pro veste, *ibid.* rex fit Thebanorum, 70.
Tyndareus, 78. Oebali filius, uxorem habet Ledam, pater est Helenæ & Clytemnestræ, 78.
Typhon, 152. Terræ & Tartari filius, *Præfat.* uxorem habet Echidnam, *ibid.*

ibid. filiam Scyllam, 125. Et Sphingem, item Gorgonem, Cerberum, Hydram, 151. Jovem provocat, & ab eo fulmine percutitur, 152. 196.
Tyro, Salmonei filia, 157. à Sisypho compressa, 60. filios suos necat, 239. idque propter patrem, 254.
Tyrrheni piratæ, 134. delphini facti, *ibid.*
Tyrrhenum mare, unde, 134. melos quid, 274.
Tyrrhenus Herculis filius quid invenerit, 274.
Tytius, 55. Terræ filius, à Jove interfectus est fulmine, 55.

V.

Vacca nutrit Æolum & Bœotum, item Harpalicen, 252.
Vdæus, unus Spartorum, 178.
Velificia quis invenerit, 271.
Venus Diones & Jovis filia, *Præfat.* à Vulcano deprehensa in adulterio, 148. amat Anchisen, 94. certat de forma cum Junone & Minerva, 92. mutat se in piscem, P. 2, 30. contendit cum Proserpina de Adonide, P. 2, 7.
Venus alia, 197. Nata ex ovo, 197.
Verusius, Mercurii filius, in venatione apri Calydonii, 173.
Vesta, Saturni & Opis filia, *Præfat.*
Victoria Pallantis & Stygis filia, *Præfat.*
Vicus sceleratus Romæ, 255.
Vinum cur Oenos dictum, 129. ejus serendi modum docuit Liber, *ibid.* aqua miscere quis ostenderit primus, 274.
Vir in mulierem non potest converti, 14.
Virbius qui olim Hippolytus, 251.
Virgo signum cœleste, olim Erigone, 224.
Vis, Pallantis & Stygis filia, *Præfat.*
Vltio, Ætheris & Terræ filia, *Præfat.*
Vlysses, 95. Laertæ & Anticliæ filius, 97. inter procos Helenæ, 81. simulat insaniam, sed à Palamede deprehenditur, 95. quot navibus ad Trojam venerit, 97. fuit in equo Trojano, 108. Palamedem opprimit confictis criminibus, 105. Iphigeniam abducit sub prætextu nuptiarum, 98. Hecubam trahit in servitutem, 111. cum Ajace certat de armis Achillis, 107. ejus errores, 125. cognitio & certamina cum procis, 126. occiditur à filio Telegono, 127.
Ulyssis cognitio, 126.
Vltio, Ætheris & Terræ filia, *Præfat.*
Urania, canis Actæonis, 181.
Urania, Musarum una, mater Lini, 161.
Vrbes quis primus constituerit, 149. quæ à quibus conditæ, 275.
Vrea, filia Neptuni, 161.
Vrsa sydus, Græcis helice, olim Calysto, 177.
Vulcanus, Junonis filius, *Præf.* Minervam vult comprimere, 176. patefecit adulterium Veneris, 148. mulieris effigiem fingit ex luto, 142. ejus filii, 158.
Vxores quæ maritos occiderint, 240.

X.

Xanthe Amazonum una, 173.
Xantippes pietas erga patrem, 254.
Xantho, Nerei & Doridis filia, *Præfat.*
Xanthus, Ægypti filius, à quo occisus, 170.
Xanthus, equus Diomedis, 30.
Xanthus, Triopæ & Oresiadis filius, 145.
Xiphias stella, 192.
Xynius lacus, 14.

Y.

Y littera docet situm Hyadum, 192.
Ypseus, 195. v. Hypseus.
Ypetaclus, pater Asterionis & Amphionis, 14.

Z.

Zephyrus Astræi & Auroræ filius, *Præf.*
Zephyrus, canis Actæonis, 181.
Zetes Aquilonis & Orithyiæ filius, fugat cum fratre Harpyias, 19. vincit dolichodromo, 273. occiditur ab Hercule, 14.
Zethus Jovis & Antiopæ filius, 155. rex Thebanorum, 76.
Zeuxippe, filia Eridani, 14.
Zminte insula, 120. v. Sminte,
Zminthius Apollo, 106.
Zmyrna, 251. v. Smyrna,

INDICULUS

Scriptorum, qui ab Hygino laudantur.

Numerus paginas signat.

Æschylus, 376. 384. 411. in Prometheo Soluto, 371.
Aglaosthenes, Naxicorum scriptor, 358. 387.
Alexander, 395.
Amphis, comœdiarum scriptor, 356.
Anacreon, 370.
Aratus, 370. 389. 401. 431. 449. 461. 465. 466.
Aristomachus, 407.
Asclepiades, 395.
Ariethus Tegeates, 358. 370.
Argolicorum scriptores, 367.
Auctor incertus Creticorum, 248. 367. item versuum, quibus dicta septem sapientum comprehensa sunt, 287.
Callimachus, 390. 400. 406. 408.
Cicero, 467. in Phænomenis, 49.
Cleostratus Tenedius, 379.
Conon Samius, 400.
Ennius, 24.
Eratosthenes, 361. 363. 369. 371. 382. 386. 392. 400. 403. 415. 417. 424.
Eubulus, 404.
Euhemerus, 377. 379. 417.
Eumelus Corinthius, 256.
Euripides, 20. 24. 374. 375. 376. 394. In Menalippa, 390.
Diogenes Erythræus, 405.
Hermippus de sideribus, 366. 393.
Hegesianax, 370. 381. 404.
Hegesias, 415.
Heraclides Ponticus, 415.
Hesiodus, 391. 401. 407.
Herodotus Milesius, 360.
Homerus, 256. 366. 397. 411. Iliad. B. 378. In Odyss. 467.
Hyginus Genealogiarum Lib. 1. 376.
Ister, 409. 413.
Leon, qui de rebus Ægyptiis scripsit, 394.
Mnaseas, 395.
Musæus, 379.
Ovidius, 256.
Panyasis in Heraclea, 369.
Petellides Gnosius, 366.
Parmeniscus, 360. 378.
Philarchus, 413.
Pindarus, 408. 411.
Pisandrus, 399.
Polyzelus Rhodius, 381.
Pherecydes, 361. 391. 395.
Sophocles, 375.
Sositheus, Tragœdiarum scriptor, 402.

Unable to display this page

SCHEFFERI INDEX LOCUTIONUM RARIORUM,

Quæ apud

HYGINUM

Occurrunt.

Th. MUNCKERUS adauxit, & à mendis quam plurimis repurgavit.

P. Significat libros Poëtici Astronomici: Simplex numerus sine literæ alicujus adjectione, Fabulas.

A Mari piratæ, 190. *qui inde venerant.* à patria profugus, 24. à Sidone Cretam transportavit, 178. à Thebis profugit. 67. à Thebis veniſſe ſe indicat, 69. *Omnia cum præpoſitione, de qua vide Sanctium lib. IV. Min. ubi de ellipſi.*

Ab Athenis abiit, 39. redit Colchos. 26. Ab Ilio claſſis, 110. *quæ inde profectura eſt.* Ab Thebis profugit, 184. ab Ægina inſula Peleus, 14. *inde oriundus. Sic*, ab Imbraſo inſula Ancæus: ab oppido Corintho Ixion. *Ibidem. Integre:* ab hoc oppido Alexander Magnus oriundus dicitur, 219. ab janua miſit malum, 92. ab advena mors, 3. *ſic*, à morſu ſerpentis obiit, 14. ab luctu eo ſunt conſumptæ, 192. *cauſam notat.* ab amplexu tenere ſimulachrum, 104. *plene, ac cum præpoſitione, quæ alias omittitur. Quomodo Balbus lib. IX. ad Cic. Illud certe ſcio, me ab ſingulari amore benevolentiaque, quæcunque ſcribo, tibi ſcribere.* ab inimico ſe ulciſci, 184. *Vide in Ulciſcor.* ab ſpecie humana eos immutavit, 125. ab ſpecie humana mutatus in lapidem, 64. ab humanâ ſpecie ſunt informati in ſaxum. *ibid.*

Abjicere. Abjectis miniſteriis, 120, h. e. abactis, ejectis. Vide Notas.

Abjurgare. Abjurgata ſunt arma ab eo, 107. *i. e. per jurgium in judicio ablata.*

Abſconſe. 184. *Occulte, vel, ut, Cicero, abſcondite. Nempe veteres in ſupino dixere, conſum, ſicut liquet ex compoſito, abſconſum. Inde Conſus, Deus conſiliorum occultandorum, & abſcondendorum, & hoc adverbium abſconsè: quod & apud Philoxenum reperitur.*

Abſiſtere pugna, 168. *abſtinere.*

Accedere. Acceſſerunt Lemno, 15.

Accipere fabricam à Minerva, 39. *ut à magiſtra, per informationem. Paulo aliter:* non voluit accipere Myſteria Bacchi, 184. *noluit ſe initiari Bacchi per ea.* accipere furiam, 107. *ſicut, accipere calamitatem, contumeliam.* accipere quem hoſpitio, 125.

acceptus liberaliter in servitutem, 51. accipi hospitaliter. P. 2, 14.
Accommodare sibi pennas, 40. *adjungere.*
Acer gigas P. 2, 28.
Acerbe vivere. P. 2, 14.
Acquiescere, 254. *Mori. Sic quiescere, usurpavit Virgilius, nisi quod addiderit, morte. ut Æn. 9. Placidaque ibi demum morte quievit.*
Acropodium Minervæ 99.
Acumen scorpii P. 3, 25. P. 4. 4. *aculeus.*
Ad flumen exit abluere sanguinem, 88. ad tibias Olympi voce vincit 273. *junctæ eis.* ad Trojam exire. 121. *contra eam, ut debellet. sic* ad eum strinxit gladium 91. *Contra eum, in eum. Cicero lib. I. de divinat. Mirari licet, quæ sint animadversa à Medicis herbarum genera, quæ radicum ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. Vide notas.* ad Circen reliquerat eum. 125. *apud. Sic,* ad fontem apium erat, 74. ad inferos, 25. 55. 60. ad mare lavare vestem, 66. ad montem interfecit eum, 30. ad regem criminatur eam, P. 2, 18. ad saxa naufragium fecerunt, 116. ad sepulchrum immolarunt, 110. ad sororem est commendatus, 3. *aliter,* ad formam pristinam restituere. 125. *in formam.* ad horam non apparet, 254. *in hora.* ad sidera deformatus P. 3, 34. *in sideribus, inter sidera. aliter.* ad necem jussit eam includi, 187. *elliptice pro usque ad. Sic,* ad partum ejus P. 2, 33. ad progeniem ejus ei est inimica, 148. *aliter,* ad terminum vitæ. P. 2, 14. *vicinitatem notat.*
Adigere. adacti in cuneum trunci arborum, 14. *vide notas.*
Adjicere. adjiciunt eum fluctus ad littus. P. 2, 34.
Adjutorium 190. *auxilium.* rogarunt, ut eum adjutorium Danais mitteret, 96. adjutorio cui esse, 257. in adjutorio eum vocavit. 190.
Administrare falce vitem, P. 2, 4. *putare.*
Admittere. admisit ei aquilam. P. 2, 15. *immisit. misit ad eum, quæ excederet.* admiserunt ei capram P. 2, 13. *quæ nutriret.*
Admissum. P. 2, 40. *Commissum, delictum.*
Adscendere. Quo cum adscendissent, 3. *Ellipt. pro in quo, vide Not.* Aspicere quid per rimam, 104.
Adstringere. adstrictus ad currum, 106.
Adsum. adest mors ei à manu propinqua, 45. de nati manu, 67. *parata est, imminet.* partus, 99.
Advenerat dies, 186.
Adversus montem saxum volvere, 60. *contra montem.*
Æneum, 24. *ahenum, per ellipsin dictum, cum integre sit, æneum vas.*
Ænum, 24. paulo post est æneum. Adde Indicem nostrum in Fragm. Petronii.
Æstimans, 27. 29. 68. 88. 104. 106. 136. 180. 190. 234. *existimans. Phædrus: Ridicule magis, hoc dictum, quam vere æstimo. lib. III. c. 5. ubi vide, quæ notavi.*
Æthiopes fiunt necessario, P. 1, 6.
Afflabat vestigia alicujus Hydra. 30.
Agnitio. agnitione facta, rex eum remisit, 190. *cum agnovisset.*
Agnoseo. Priamus eum agnovit, regiaque recepit. 91.
Ago. *acti menses.* P. 2, 8. *exacti. Sic Phædrus noster, lib. I. c. 19.*
Alligare. alligavit impetum puellæ, 185. *ligavit, cohibuit.*
Alterna morte redire, 251.
Anchisa, 94. *Anchises.*
Anguitenens. P. 2, 14.
Animare quem cibo potuque, 126. *reficere.*
Antemittit filias. P. 2, 40. *præmittit.*
Apiacia corona. 74.
Apparent boves ad horam, 254. *Comparent, adsunt. Plaut. in Capt. Ego mox apparebo domi.*
Appetere. eo magis appetunt, quo interdicitur sæpius. P. 2, 13. *absolute.*
Applicare se complexui P. 2, 13.
Applodere quem in terram, 126.
Apponere. appositus austro. P. 2, 3. *positus ad eum locum, eam regionem. Sic,* appositi austri flatibus. P. 1, 6. appositus eis sol pervidetur. Ibid. *propinquus, admotus.* Sed vid. Not.
Aprinea pellis 69. *aprugna.* Apud Busiridem est sterilitas, 56. *in ejus regno.* apud homines enunciare, 94.
Aquarium. P. 2, 28. *Ellipt. pro vas aquarium, id est urna, vel simile quid.*
Arbitror. arbitrans esse hostes, 16.

Ar-

Arbor malus, 126. *vide Not.*
Ardor officit oculis P. 4, 14. *ſplendor. Cicero de divin. Stellarum ardore micantes.*
Armentarii, 186.
Ars citharæ, 194. *Sic apud Fabium lib. 2. c. 7. ars armorum.* Medica. 101.
Aruſpicium P. 2, 38. *vide Plin. VII. c. 56.*
Aſcendere. *vid. adſcendere.*
Aſpectus P. 2, 13. *Vultus.*
Aſpis en Argo, 170.
Aſſidui flatus. P. 1, 8.
Athlon funebre, 91. *certamen.*
Attentum caput ad terram, P. 3, 20. *tentum, directum, flexum.*
Augurari quid, 136. *Servius ad Virg. VIII. Æn. Augurer dicimus tum, cum futura veris captamus auguriis.*
Augurium dare cui 19. *facultatem augurandi, ſcientiam.* Plin. lib. VII. c. 56. *Augurium ex avibus invenit Car.*
Auſpicatur ei aquila. P. 2, 16. *auſpicium ei facit.*

B.

Bacchatio Liberi. 8. *quæ à Libero immiſſa.*
Belligeravit cum Athenienſibus 41. *ita Plautus, & Ennius.*
Belligeratus eſt, 275. *pro belligeravit, ſi lectio eſt integra.*
Bifariam ſe conjicit in paludem Tanais, P. 1, 8. *per duos ramos, in duobus oſtiis.*
Blanditur ei canis. 126.
Bonitas formæ. 8. *pulchritudo.*
Bracceæ. P. 1. 8.
Brevis ſtella. P. 2, 42. *quæ minime ſcintillat.*

C.

Cacumen caudæ extremum P. 4, 12. *de Hydræ ultima parte caudæ. vid. Not.*
Cæterum. P. 2. *præf. pro, deinde.*
Caliginem injicere cui. 2. *viſum impedire.*
Canere fata cui, 171. Capillos totondit, atque exiit pro juvene ſacerdote. 190.
Carpo. Carpſerunt eum Titanes, 155. *diſcerpſerunt. Simplex pro compoſito, quod ſolet.*
Caſte ſacra facere, 26.
Cataclyſmus, 153. *Græca imitatione.*
Certamen ad cantum citharæ, 165.
Certatio, P. 217. *certamen.* Inter Neptunum & Minervam cum eſſet. 164. prima Herculis P. 2, 24.
Certati ſunt curſu, 273. *certaverunt. Sed mihi locus valde ſuſpectus, licet dignum ſcriptore noſtro Barthius judicet, probetque exemplis aliorum etiam Salmaſius ad Solinum p. 110.*
Certum eſt oculis eorum, 192 *ex oculis, per oculos, tanquam teſtes. Vel potius ſimpliciter, certum eſt oculis, pro oculi habent certum, ut, oculis, ſit caſus tertius.*
Chalcidicum, 184. *paulo ante dixit hoſpitium. Vide Turnebum XIX.* Adu. c. 1. *Græca ratione dictum.*
Chryſomallus aries, 188. *Græca conſuetudine, pro aureum vellus habens.*
Cincta veſtem deorſum, 9. *cujus contrarium eſt, alticinctus apud Phædrum lib. II. c. 6. Ut autem cinctus alte, ſic plane cinctus deorſum, dicitur optime.*
Circumlavat inſulam Nilus, 276. *circumfluit.*
Claudere quem in tenebris, 7. *ut captivum.* Clauſus piſcibus. P. 3. 17. *circumdatus, & quemodo claudi latus dicitur.*
Clypeum, 273. *neutro genere. Livius lib. I. c. 43. Arma his imperata, galea, clypeum, ocreæ. Sic habet optima Gronoviana, ubi vide ſimul, quæ viro ſumme notantur.*
Cœpit colere eum, 104. *coluit. Sic* cœpit abducere taurum, 91. conſumere 125. negare 199. ſepelire fratrem 80. velle interficere eos, 35. cœpit figi ſagittis. P. 2, 16. *fixa eſt.* Vide Phædrum noſtrum.
Cogitatio P. 2, 17. *excogitatio, commentum factioroſum.*
Cogitatum P. 2, 28. *eodem ſenſu, ut cogitatio.*
Cogito. Cogitata mors. P. 2, 4. *putata, credita.*
Cognitio. Cognitione facta, 122. *cum ſe cognoviſſent mutuo.*
Cognoſco. Cognito in hoſpitio, 112. *Cognito eo, quod eſſet in hoſpitio, quod hoſpitii lege ſibi mutuo eſſent devincti. Vide notas.*
Colligo. Collecti equo, 108. *congregati in equo.*
Collocare nuptui ſororem, 257.

Cometes, 192. *sic Lucanus, & alii.*
Commeatum petere tridui, 257. indulgere cui. *ibid. veniam abeundi.*
Commeletare tibiis, 165. *Græca imitatione. pro cancre. Vide Salmas. ad Solin. p.* 122.
Commendare. Commendavit eum ad regem, 95. *amandavit, ablegavit, ut esset sub ejus tutela, cura, & potestate. Vide Celeber. Gronovii. III. Obs. c.* 23. Commendatus ad sororem, 3. *apud sororem, quomodo Cicero, laudare ad aliquem. Epistola ad Brutum,* 15. *Non id propositum est huic epistolæ. Messallam ut laudem, præsertim ad Brutum.*
Commotus mente. P. 2. 14. *iratus.*
Communivit eo loco oppidum, 176. *ædificavit in eo loco.*
Comparativus positus pro superlativo. Donum posterius prioribus anteposuit. 92. pro, donum postremum.
Compellari ab aliquo, 57. *absolute, pro sollicitari ad stuprum.*
Complexui se applicare P. 2, 13. *congredi cum aliqua.*
Compastor, 187. *à compasco scilicet, quod habet Plinius lib. IX. c.* 54.
Componere in unum carnem. P. 2, 15. in unum membra P. 2. 5.
Comprecari Jovem. 2. *precari. Compositum pro simplici, ut sæpe noster.* Comprecatus patrem. P. 2, 5.
Compressione ex ea peperit, 187. *Concubitu.* In compressione nocturna gladium eduxit, perdidit, 88.
Compressus filiæ fratris, 60. Ex eo compressu natus Perseus, 63. *compressio. Sic Terentius in Adelph. Virgo ex eo compressu gravida facta est.*
onari. qui cum conatus esset, 55. *absolute. Terent. in Heaut. Act.* 11. *sc.* 1. *Duos meliuntur, dum conantur, annus est.* Errat v. Cl. In Terent. legitur, *dum comuntur.*
Concedere. concessa scientia à quo, 14. *data, edocta.*
Concipere. dixit, se ab Apolline concepisse, 121. *ex Apolline.*
Concredere consilia sua cui 82.
Concubitio. concubitionis genus inusitatum. P. 2, 12. *de concubitu Jovis cum Danaë, specie pluviæ se insinuantis.*
Conditio regis, 100. *active, quam effert.*
Condormire, 125. *dormire.*
Confectio. P. 1. præf. *compositio, conscriptio, scriptum opus, quomodo Cicero, sed cum addito, libri. Ut in de Senect. Confectio hujus libri mihi jucunda fuit.*
Conferre arma cum quo. 16. *pugnare. Vide Corneli. Nep. in Eum. c.* 11.
Conficere sacrificium. P. 2. 40. *facere.* quem ex pennis, 20. *pennis, vel cum pennis trajectum occidere.*
Confidere sibi de re aliqua. P. 2, 26. *plane, quod alii præpositione omissa. & sic Cæsar 2. B. C. confidere de salute.*
Conflagravit Semelen, 179. *cremavit. Sic passiva significatione Auctor ad Herennium: Urbs acerbissimo concidit incendio conflagrata.* Vide *Sanctii Minervam.*
Congeminare noctes duas, 29.
Conjector. 91. *interpres somniorum. vid. Festum.*
Conjicere. conjicit se hircus in vineam. P. 2, 4. Tanais in paludem. P. 1, 3. *eo decurrit.* Conjecit clavos in rotas, 84. obicem rotis posuit, ne possent excidere ex axe. Vide me in de Re Vehiculari lib. 1. Conjecta sunt in testudine ut brachia. P. 3. 6. *vide Not.*
Conjugio ducere quam. 186. *Ellipt. pro, in conjugio. quod est positum pro, in conjugium, ut sit in aliis.* privare quam i. e. *fieri pellicem ejus.*
Conjuravit cum matronis. 2. *vide Notas.* Conjurarunt inter se. 46. *Ita & Plautus.*
Conjurati duces ad oppugnandam Trojam, 95. conjuratæ Lemniades, 15.
Conlactius, 224. *Collactaneus. Vid. Not.*
Conscendere in ratem, 3.
Conscium rei sumere quam, 4.
Consecratæ inter Sidera, 102.
Consenserunt famuli cum nautis, 124. *de conjurantibus.*
Constare. Constat Hercules contra Hydram. P. 2, 23. *Stat, compositum pro simplici, & notat hostilitatem ac pugnam.*
Constituere astra, P. 2, 42. *stellis suas assignare figuras corporaque.* constituit reliquam copiam exercitus. P. 2, 42. *fugientem ante facit stare, confirmato animo.* constituere oppidum, 149. constituere simulacrum, 225. templum, 260. *sic*, constituta urbs ab ejus nomine. P. 2, 2. constituit petitionem inter eas. P. 2, 24. *Instituit*

tuit (si modo integra est scriptura) fecit, ut peterentur propter dotem, quia indotatæ negligebantur.

Constituit sibi præsidium currus, P. 2, 14. constituta ætate quis 15. *senili.* ad constitutum, 148. *sc. tempus, de quo inter eos convenerat.*

Constringere in rota quem. 62. *Vide, quæ de hac re scripsi lib. I. c. 18. de Re Vehiculari.*

Consumere. Consumsit brachium ejus, 83. *in cibum, puta, edit. Sic* consumunt pecora ejus, 126. ipsam equæ suæ, 250. æstimans, consumere ipsam velle, 136. consumptus est in templo 247. consumpti sunt à Sphinge, 69. *aliter.* consumptæ ab luctu, 191. *viribus & vita exhaustis. aliter.* consumere partem P. 2, 15. *sumere.*

Contendere. Contendentes venerunt ad regem, 187. *litigantes.* contendit pammachum, pancratium Hercules in ludis, 273. *certavit id genus certaminis cum aliis.*

Continentur hæc signa cursu Solis, P. 2, 20.

Contingunt sacrificia pauperibus P. 2, 15. *datur eis facultas sacrificandi.* Quomodo Ovidius. XII. Met. v. 195. *Sed jam aut contigerant illi connubia matris, Aut fuerant promissa tuæ.*

Contra regionem ejus loci est posita Lyra P. 3, 6. Thebas ager est. P. 2, 20.

Contrahere litem ira, 257. *Vide Not.*

Convenio. convenit ei, 105. *cum eo, de colludentibus occulte.* conveniisse eos inter se negant P. 2. 4. *concordes fuisse.*

Conversatur hic inter homines. P. 2. 24. *versatur.*

Copia reliqua exercitus. P. 2. 24. *pars, multitudo.* ab eo, ut copiam sibi faceret, impetrare non potuit. P. 2, 20. *Plenius ita:* corporis copiam non fecit, 93. cum ei copia non fieret. P. 2. 16. *eodem sensu.*

Coquo. Coctæ ficus. P. 2, 40. *maturæ factæ.*

Corintho decidit Polybus, 69. *Ellip. pro, in Corintho, Corinthi.*

Corius, 195. *pro, corium. Vid. Notas.*

Corpore ejus inducta, incidit in amorem. P. 2. 20. *forma.* corporibus recuperatis. P. 2, 20. *quomodo apud Phædrum, corpus facere.*

Crateris ansæ, labra, P. 3. 39.

Creo. Creata ea est prima mortalis, 142. *genita.*

Credere se noluit, 274. *committere ejus fidei.*

Cretosum lutum, 220.

Cruciatus. data ei est in cruciatum, 8. *ut ab ea cruciatu & supplicio posset affici.*

Cubare. ut cubaret secum, impetravit, P. 2. 8. *concumberet.*

Cum caussa interficere genus mortalium, 152. *opponitur τῷ, sine caussa.* cum Musis delectatur. P. 2, 27. *plene, quod alias vulgo sine præpositione efferunt. Τῷ cum respondet ita.* cum descendebat, & aurum subito ostendebat, ita rumor sublatus est, 14.

Cupidus viæ, 194. *qui festinat ad faciendum iter.*

Custodes misit cum muliere, 45. *Ministros, qui curam ejus haberent.*

D.

Dare. da, quod pueri solent, 189. *inter obscœna. vide Priap. 2. & ibi notas.* Data ei est fuga, 119. *permissa, concessa.*

De Caucaso est solutus, 54. fano rapuerunt, 77. Græcia venerunt ad Aulidem Danai, 265. insula ejectus. P. 2, 34. manu filii mortem cavere. 66. nutricibus una. P. 2, 2. re ea responsum petierunt, 139. re Venerea voluptas, 75. rebus his diligenter exquisivit Thales. P. 2, 2. tenebris Labyrinthi ad lucem venit. P. 2, 5.

Decantare, 194. *Cavere.*

Decidit, percussus ab apro, 14. *compos. pro simpl. cecidit i. e. occubuit.*

Declinare, illa declinavit, dum colligit aurum, 185. *omisit persequi.*

Deficit ei animus P. 2, 16. *moritur.* defectus currus, 84. *cui quid deest, non integer.*

Definitur ad æstivum ab arctico circulo. P. 3. 3. *pro, usque ad æstivum.*

Deformare. deformavit corpora eorum in astris P. 2, 4. *formavit, figuravit.* deformatur in aliquo numero astrorum P. 2, 34. sella quadrato, P. 3, 9. deformatus ad sydera P. 2, 34. *pro ad sydera, vel, in sydera.*

Delectatur cum Musis. P. 2, 27. *plene, quod alii malunt omissa præpositione, delectatur Musis. Cicero epist. ad At-*

tic. II. Interea quidem cum Musis nos delectabimus.
Delibare cui de frugibus, 130. *libare.*
Deltotum. cum eo sidere, quod deltotum vocatur P. 2. præfat.
Demandavit eum necandum 119. *mandavit, præcepit.* Strophio in Phocide, 117. commendavit Antigonam ad pastores. 72. *ablegavit. vide, Mandare.*
Demere capillos, 189. 274. *detondere, resecare, quomodo apud Plautum, demere ungues.*
Demonstrare. demonstrant, omnium fratrum inter se amantissimos fuisse, P. 2, 22. *testantur. Sic*, demonstrat eum Phorbanta nomine. P. 2, 14. demonstratur Sisyphi uxor. P. 2, 21.
Denique. primum, denique P. 3, 11. *deinde.*
Deorsum cinctus vestem, 9.
Deoptare. deoptandi potestatem ei dedit, 191. *optandi.*
Deponere. deposita ibi est filia, 88. *securitatis causa constituta.*
Deprecari. deprecatus est eum, sepulturæ traderet. 125. *ellip. ut traderet. deprecatus, pro, precatus, ut alibi, compositum pro simplici. Integre est in his:* deprecatus Pollux, ut liceret. 80. ad deprecandum venit, ut sibi redderet, 121. deprecatus pro eis est Polydectes, 63. *veniæ impetrandæ caussa. Sic*, deprecati sunt pro Hypsipyle, 74. *adde* 72.
Deprehendi non potest, 201. *absolute, puta, in furto.*
Desperata spes. P. 2, 4.
Despicere. cum cæteri despexissent. 22. *scil. eam, quod ex superioribus huc trahendum, significatque, omittere, non curare.*
Detexere, 126. *finire texturam.*
Detrahere. detraxit ex veste sibulas, 67.
Devirginare quam, 23. *Sic Petronius: Devirginetur Pannychis nostra.*
Devoratus terra, 73.
Differre. quos illa conditione ita differebat, 126. *Extrahebat, injecta mora.*
Diffinio. diffinierunt eum aurigam. P. 2, 13. *nominarunt.*
Dignitas formæ, 106. *præstantia, venustas.*
Dignus ejus sæculi, P. 2, 5. *Ellip. pro, moribus ejus sæculi. Vide Voss. de constr. c. 11. Adde Not.*
Diligenter agnovit, 254. *probe, bene. Vide, quæ notavi ad fragm. Petronii p. 65. ibique adde Indicem. Sic*, diligenter navigare. P. 2, 2.
Diminuere ignem. P. 2, 15. *honeste, pro, subducere clanculum furto.*
Directus oritur. P. 3, 26. p. 3, 27. *rectus; ejus oppositum, obliquus.*
Discedere. discessere, 112. *absol. pro, discessere a pugna, omiserunt conflictum.*
Discere. didicit Lyram. P. 2, 6.
Discumbere cum ancillis, 126. *convivari*
Dissuaderi. dissuasus ille ab amicis, fraudavit fidem, 219.
Diversæ manus, P. 3, 10. *versæ in contrarias partes.*
Divertitur Hercules apud ipsum, P. 2, 38.
Divinitas. Divinitate aliqua servatus, 104. *numine quodam, virtute quadam divina.*
Divinus, 118. *vates. Martialis: Non sum divinus, sed scio, quid facias.*
Do. Dant balatum carnes, 126. *edunt.* dare fruges in sementem, 2. quem in cruciatum alteri, 8. dare optatum cui, 14. *largiri, quod quis optavit, petit.* viam regi, 67. data ei est fuga, 119. *concessa, præbita.*
Doctus augurio. 14. *Ellip. pro in augurio.*
Domus. domum reditio, 125.
Domos diversas petierunt. 14. *sedes.*
Donificare, 112. *dona dare.*
Draco custos fontis. 74.
Duco. ducere prædam sibi, 110. *capere.* conjugio quam, 106. *Ellip. pro, in conjugio, quod idem, ac in conjugium.* ductus oblivione prætermisit eam P. 2, 7. forte, ut sacrum faceret, 135.
Dum transiret, 12. *dummodo.* Immo, *cum transiret.*
Durare nemo potest his locis, P. 4, 3. non possunt homines propter ardorem P. 1, 8. *Terentius Adelphis: Non Hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest.* duratæ lachrymæ in electrum, 154. *duræ factæ.*

E.

Edere quem ex insula, 192. *Ejicere, compositum pro simplici dare. quomodo apud Terent. in Eunucho: Mirum, ni*

ni ego me turpiter hodie hic dabo. A. II. *sc.* 1. *ubi vide Gujetum.*
Efficere. Efficit flexum capite primum. P. 3, 8. *flectit sc.*
Effigies. Effigiem restituit ei suam, 126. *speciem, formam.* in effigiem delphini transfiguratus est, 134. in quamcunque effigiem vult, transmutatur, 205. *Plinius X.* 44. *Unde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutator.*
Egens liberis, 175. *orbus.*
Ejicio. Ejicit coxas, 57. *movet è sede sua naturali. Vide Not.* lumen sol. P. 4, 14. *emittit.*
Elidere. Elidebatur graviter ad terram, 38. *Vide Notas.*
Ellipsis apud nostrum frequens; in hisce singularis. Genua ejus reliquo corpore divisit P. 3, 20. *deest* A. *Sic.* quo Midas petiit. 191. *à quo.* raptu Proserpinæ abertantes, 141. deest *A B. ab raptu, post raptum. Ita.* his commemorabilis est cetus. præf. 2. *pro, ab his, post hæc.* pellem Colchos servabat. 151. *Deest Apud; apud Colchos.* Etiam scriptis tuis perspici potest. P. 1. præf. *Deest Ex. ex scriptis. Sic* Theseus ludis eum rapuit. *pro, ex ludis.* Stephanus facto appellatus. P. 2, 5. *pro, ex facto.* quo cum Areopagitæ consedissent, 274. *pro, ex quo, ex qua re, ob quam rem. Ita.* quo ejus prior pars apparet P. 2, 21. *Ex quo, unde.* quo cum Mars venisset, 35. *Ex quo, ex qua causa.* quo Midas petiit, 191. *ex quo.* Ægypto oppida communire jussit eum, 149. *deest IN. Sic.* cœlo videbatur alte volans. P. 2, 8. conjugio duxit Melanippam, 186. *Sic*, Corintho Polybus decedit, 167. *pro, in Corintho.* Delo nullus canis, 248. Lero insula nullus lepus, P. 2, 33. mundo collocavit. P. 2, 8. nuptiis accepit à Venere, P. 2, 5. nuptiis filiarum fecit, 273. somno acquieverunt, 254. tantum bellatrix, 193. *pro in tantum.* Templo Dianæ immolatur, 120. *pro in templo.* Hoc Hercules Nessum sagittis confixit, 34. *Sic*, quæ sol ne pollueretur, aufugit, 258. *deest, OB. vel, propter. Ita.* Jupiter nescius, quod faceret. P. 2, 35. *ob quod. Et hoc genus nostro frequentissimum, ac peculiare, quod frustra putarunt emendandum. Sic.* quod cum mori non posset, 52. quod cum venisset, 63. quod Jovis eos cum vidisset, 79. *Adde* 103, 104, 106, 121, 133, 136, 140, 146, 166. fecit, inter se certarent, 126. *deest, Ut, ut certarent.*
Ementiri. illa ementita est, dicitque, signum contaminasse, 120.
Eo. ire ad oppugnatum Thebas, 73. Trojam, 121. *proficisci.*
Eo intervenit, 32. *Ellip. in eo tempore, ut fab.* 46. *In eo tempore Eumolpus venit.* eo jussit ingeri carbones, 219. *pro, in eo loco.*
Epulari. epulandum ei apposuit. filium 258. *edendum. vide Not.*
Equi. equis junctis vehi, 47. *pro vehiculo. Vide not in de Re Vehiculari.*
Erga quem bene merens, 25. *Plaut. in Amphit. V.* 1. *Jam istuc gaudeo, ut erga me est merita.*
Ergastulum. ex ergastulo aliquis, 190. *Græca imitatione.* pro *ergastulario.*
Erratio. locutus de fine errationis suæ, 125. *vagi & incerti itineris.* incidit compluribus erratio P. 2, 2. *error.*
Eruditus omnium artium P. 2, 6. *Græc. Synt. v. Sanctium. II. c.* 3.
Et cognita sorore, & Terei impium facinus, 45. *Nota casus diversos. Et vide Not.*
Eventus. eventum suum dicere Dianæ verita est. P. 2, 1. *id, quod evenisset sibi, casum suum. Sic*, eventu liberari. P. 2, 4.
Ex diverso non potest videri, P. 2, 12. ex fide data rogavit eum, ut hoc faceret, 198. ex hoc est cognitus, 96. ex sortibus occidit, 138. *sortibus sic volentibus & prædicentibus.* ex numero deorum habent columbas, 196. *inter deos, in deorum numero. Aliter*, aves ex pennis suis eos confecerunt, 20. *plene, quod vulgo omissa præpositione, confecerunt pennis, vel cum pennis. Notat instrumentum. Sic* ex venenis miracula fecit, 24. ex felle tinxit sagittas, 30. *notat materiam. Sic*, ex foliis se obruit, 126. ex purpura intextus Ganymedes, 273. ex gemmis monile aureum, 73. *cum gemmis.*
Exagitare quem, 26. *inquietare accusando.*
Exeo. Exire ad lucem, P. 4, 12. *compos. pro simpl. h. e. oriri. Similiter*, exit ex arena aries, 133. *it, prodit.*

Sic, Exeunt ex ea serpentes 91. exire extra venatum, 19. Exit inter eos draco, 100. sors Helenæ, 89. *Vide Not.* Exit victor 84. *fit, evadit.*
Exequi injurias fratris, 117. *Plinius III.* ep. 4. *Venichat in mentem, priores nostros etiam singulorum hospitum injurias accusationibus executos. Sic*, jussit avi sui injurias exequi. 28. executa est injurias suas, 109. cupiens exequi injurias à fratre suo, 88. exequi mortem patris, 119. 184. pœnas fratrum, 174. pœnas matris, 58. 140.
Exercere canes, 181. se cithara, 106.
Exesse. Serpens appositus, qui jecur ejus exesset, 55. *devoraret.*
Exigere ævum in mari, 125. vitam sine oppidis, legibus, 143. *agere.* Exigere pecus. P. 4. 3. *ducere in pascua.*
Exitium. ad hoc exitium venit, 190. *extremum, ultimum, ad hunc eventum, antiquo. Festus. Exitium antiqui ponebant pro exitu.*
Exordium regnandi tradidit Phoroneo Jupiter, 143. *primum regem fecit eum.*
Explicare. mittit, qui explicarent infantem aliquem, 186. *diligenter inquirerent, & comparerent.*
Exponere. Jussit exponi, quem peperisset, 66. *absol.* Expositus est in Lemno, 102. *Ex navigio.*
Expostulo. Expostulavit, ut ejus filia immolaretur, 46. *postulavit. Sic*, Expostulavit, ut filia objiceretur ceto, 64.
Exquiro. Exquisivit de his rebus, P. 2. 2. *quæsivit.*
Exsuperare, 71. *superstes esse. Vide Notas.*
Extollere saxum P. 2, 6.
Extra ire venatum, 18. *exire.*
Extrahere quem ad mortem, 8. *trahere.*
Exuere quem ex utero alterius, 167. *promere.*
Exulari. Tunc ea iterum exulatur, 26. *fit exul, in exilium ejicitur.*

F.

Fabrica, 38. *ars fabrilis. Ita Cicero. Vide notas.*
Fabricari. Fabricatus est plaustrum. P. 2, 4.
Facere. facta agnitione, 190. facere clamorem P. 2, 23. hecatomben, 118. ova pullos, 65. sacra Junonis, 143. simulachrum Neptuno. P. 2, 17. vitem floridam. P. 2, 4. urinam in corium, 195.
Facies virginalis. P. 2, 1. *species.*
Facunditas P. 1. præf. *Glossæ Græco Latinæ veteres: εὐγλωττία, facunditas.*
Fallo. fefellit avaritia votum, 89. *irritum fecit.*
Farcio. fartum ventriculum, 126. *vid. Not.*
Fatalis crinis, 242. titio, 171. Ulysses est his, 141. *fati & ebitus caussa.*
Fatum est, condere eum oppidum ibi, 178. fatum harum est, tamdiu vivere, 125. fatum fuit huic, ut Acrisium interficeret, quod peperisset, 63. fatum fuit Thetidi, fore fortiorem patre, qui ex ea natus esset, 54. fata canere cui, 171, 174.
Feræ. P. 2. 14. *serpentes.*
Feriati ut essent, præcepit, 108.
Fero. arma tulerunt, amissis sponsis, 80. *absol. pro, tulerunt contra eos. i. e. bello eos petierunt.* fertur dies, nox. P. 4. 9. *simpl. pro composito, affertur, fit.*
Ferox facta, 199 *fera.*
Fidem non habet, 92. *non consequitur, non invenit apud alios, ei non creditur. Sic Ovidius, Res habuit fidem.*
Figo. fixit se in petram fuscina, 169.
Figura corporis ea. P. 2, 1. *species, forma. Sic*, figura hospitis, 189. figura Alexandri Apollo eum occidit, 113. *pro sub figura, i. e. ejus habitu, specie.*
Figurare. figuravit arietem inter sidera. P. 2, 20. ita eum sideribus figurasse ajunt. p. 2, 14. figuratur inter sidera. P. 2, 4. figurata lyra stellis P. 2, 7. figuratum simulacrum delphini inter sidera P. 2, 17.
Finis. fine genuum dividitur. P. 3, 12. & 13. fine genuum occidit à pedibus. P. 4, 12. fine crateris, veli, oritur. P. 4, 12. fine media, 82.
Fio. fit cognitio, 122. *agnoscunt se mutuo.* fieri debet hecatombe, 118.
Fines dictæ sunt, 145.
Flebile canere, 157.
Fleo. Flet, ne amicus periret, 257.
Floridam facere vitem. P. 2, 4.
Formatio. hujus inferiorem partem piscis esse formationem, ajunt, P. 2, 28. *speciem, formam.*

Frau-

Fraudare, quod & ipsum Laomedon fraudavit, 89. fraudavit fidem, 219. *Sicut Cæsar III. B. C. Fraudavit stipendium militum.*
Fulgitrua, 183.
Furia, 107. *furor.*
Furtum facere cui, 200.

G.

Gymnici ludi, 273.
Gens armatorum, 22.
Genus. Generis totius matronæ, 2. *gentis. Nepos: Ex Macedonum autem genere duo.*
Gradior iter, 38. *ambulo, iter facio. Vid. Not.*

H.

Habere pulverem, P. 3, 11. *pulverulentum esse.* repetitionem domum, 118. virtutem tantam, 64.
Hecatombe, 118.
Homines, 142. *viri.*
Hospes 189. *peregrinus.*
Hospitaliter accipi, P. 2, 14. *amice, bene.*
Hostiam percutere, 183.

I.

Jaculari quem conchiliis, P. 2, 28. Horatius Lib. 1. od. 2. *Sacras jaculatus arces.*
Id. Id Aletes, &c. 122. *pro, ob id. Vide ellips.*
Ignarus filius Priami, 273. *Ignotus.* Tac. H. 3, 74. *Turbæ sacricolarum immixtus ignarusque apud Cornelium delituit. Ita ibi ex Cod. Vaticano edidit Lipsius.*
Ignoratur ab hominibus, 125. *est eis ignotus, nunquam viderunt eum.*
Illidere. Membra eorum illisa sunt ad saxa, 116.
Illustrare artem suam per civitatem, 194. *notam & claram facere.*
Immutare. Immutat mentes medicamentum, 132. *dementat.* immutavit socios ab humana specie, 125. Immutatus in lapidem ab humana specie, 64. *transformatus.*
Impellere. Impulit super Castorem pilam, 80. *projecit.*
Imponere. Imposuit laurum in caput, 203. *posuit.* notam in ungulis, 200. imposuit super eum montem, 152.
Imprecari cum vellet Busiris deos, 31. *precari, Sic*, imprecata est, ut afficeretur supplicio, quisquis &c. 165.
In aquam stare, 92. *in aqua.* in arcem equum cum statuissent, 108. *in arce.* in aspectum non magnus, P. 4, 16. *vulgo aspectu, i. e. in aspectu. Sic*, in servitutem liberaliter tractatus, 51. In tabernaculum obruerat aurum, 105. In terram Atticam sacerdotem eum fecit, 122. *Aliter.* in adjutorio vocavit eum, 190. *pro in adjutorium.* in concilio quem adducere, 66. *in concilium. Sic*, in conjugio avehere quam, 5. in conjugio dare quam. 72. in Ida monte ut deducat eas. imperat. 92. in insula detulit eum, 139. in Istria eum persecutus est. 23. in mari projectus, P. 2. 40. in munimento concluſit eam, 186. in numero stellarum eam retulit, 177. in præsidio cui dare quem, 52. in venatione exire, 186. in usu suo consumere quid, P. 2, 15. *Aliter.* In Astra constitutus, P. 2, 7. *pro, inter astra.* in Musis acutissimus, P. 2, 27. *Aliter.* In Astris deformavit corpora, P. 2. 4. *vulgo omissa præpositione; astris deformavit. Sic*, in flamma consumere hostias, P. 2. 15. in his locis proximi, P. 2. 30. in hospitio cognito discedunt, 112. *Aliter.* in conjugem habere quam, 10. *id est, conjugem. Aliter.* in concubinatum quam emere sibi, 190. in conjugium abducere quam, 43. in conjugium avehere quam, 63. in conjugium dare quam, 72. 123. habere quam, 42, 45. Sic Justin. VII. 6. *Sororem Olympiadis in matrimonium habebat.* in conspectum adduxit Cerberum regi, 30. in conspectum deæ incidit Actæon. 191. in cruciatum dare quam, 8. in dies, 101, 165. in certamen provocat ad cantum citharæ, 165. in figuram hospitis eum mutat. 189. in hoc auxilium petit. 40. in honorem quem recipere hospitio, 19. *vide Notas.* in hospitium venire ad quem, 57. in potionem dat cor contritum, 167. in quietem ei venit Apollo, 194. in sementem dare fruges, 2. in similitudinem pugnantis constituit eum inter sidera, P. 2, 6. in unum perveniunt, P. 2, 36. *veniunt. compos. pro simpl. Aliter.* in deliciis

habuit eum, 91. in equo ſcribere, 108. in perſona mendici eum adducit ad ipſam, 126. in pila colloeare oſſa, 90. in rotundo deformatæ ſtellæ, P. 2, 27. in rotundo diſpoſitas ſtellas habet, P. 3, 4. in venatu necari, 150. In naufragio perire, 65. *plene, pro naufragio perire.*
Inauratus aries, 3. *aureus, altis.*
Incidit. Incidit Thebis ſterilitas frugum, 67. *accidit, evenit.* ſtudium compluribus civitatis, P. 2, 33. *vide Notas.* ſuſpicio ei, virum ſuum concubuiſſe, 7. in amorem ejus, 190.
Incinctus eſſe, P. 3, 33. *cinctus.*
Incommodus nuntius, P. 2, 40. *malus.*
India, 275. *pro Mediterraneis Africæ. Adde Turnebi Adverſaria.*
Indicium cognitionis filii, 37. ſignificationis fecit tonitru, P. 2, 5.
Inevitabile jaculum, 189.
Infinitivus poſitus pro præterito imperfecto cum conjunctione, ut. Ei reſponſum fuit, mortem cavere, 27. *ut caveret.* ad flumen exit, ſanguinem abluere, 88. *ut abluceret.* Initigavit Vulcanum, Minervam petere in conjugium, 166. *ut peteret.* Ibi fatum eſſe reſponſum accepit, eum oppidum condere, 178. *ut ibi conderet.* à rege petiit, per civitatem artem ſuam illuſtrare, 194. *ut illuſtraret. Aliquando ponitur pro futuro, ut:* mentitur, eam in conjugium dari, 98. *datum iri.* Si quis interiiſſet, oppidum ea clade liberari, 69. *liberatum iri.* ex urbe ſeceſſit, ſimulatque ſe ſacra facere, 129. *ſe facturum.* pollicitus ire, 41. *ſe iturum.* Se inde abire, 67. *ſe abiturum.* ſe dare in conjugem, 92. *ſe daturum.*
Infirmare alicui fidem ſuam, 123.
Informo. informati ſunt in ſaxum ab humana ſpecie, 64. *transformati ſunt; immutati, ut mox habet.*
Ingeſtum Præfat. Fab.
Ingeniculare ſe. P. 2, 6. *in genua procidere, à geniculare, quod habent Gloſſæ veteres Græco Latinæ.* γονυπετῶ, *geniculo. Item Philoxenus, niſi quod litteram unam mutat, alteram omittat. Scribit enim, Genuclat,* γονυκλίζῃ: *unde ingeniculus apud Firmicum in Aſtronom.*
Ingenioſus ad artem muſicam, P. 2, 7. *Commodo ingenio præditus. Ovidius de agro uſurpavit. IV. Faſt. v. 694 Sed ad ſegetes ingenioſus ager.*
Inhabitat urbem, 14.
Injicere amorem cui, 22. caliginem, 2. veſtem, 1. injecta inſania ſe præcipitavit, P. 2, 13.
Inquinare aquam, 199. *inficere. Etiam hoc ſic uſurpat Ovidii exemplo, ut alia, qui ſic loquitur in Metam. XIV.*
Inquiſivit, quo eum ducerent, 91. *quæſivit. Sic*, inquiſivit ab ſorore, quid ita aliter ſortes dixiſſent, 109. inquirit quis tranſire ad puppim, P. 4, 13.
Inſcientia, P. 4, 14. *inſcitia.*
Inſcienter, P. 2, 42. *imperite, inepte.* inſcientiſſime, P. 2, 12.
Inſcius. Inſcia voluit interficere filium, 100. *ignorans, filium eſſe.* inſcia voluit ſorori oculos eruere, 122. *ignorans, eſſe ſororem.*
Inſequi. Inſecutus eſt pœnas matris, 58. *ſecutus eſt, poſt eſt natus, quam puniretur.*
Inſidere in hydra, P. 2, 40. *ſedere.*
Inſigne habet in corpore, 72. inſignia ingenuitatis, 187.
Inſpicere. Id Pelias inſpiciens, 12. *cernens.*
Inſtat in manu ejus capra, P. 2, 13. *ſtat.* inſtanti tempore ſimulat, P. 2, 40. *præſenti.*
Inſtituo. Inſtituerunt curſoribus, ut currerent, P. 2, 15. *pro, in curſoribus. vid. Not.*
Intelligere non poſſunt, quis eſſet, 95.
Inter conjuratos veni, 95. *ad conjuratos: vel potius, in conjuratis, cum conjuratis.* inter ſe ſunt inimici, 60. *quomodo Cicero in ep. ad Q. Frat. Inter ſe amant. vid. Nepot. Dion. c. 4.*
Intercedo. *Cum jam tempus intercederet*, 126. *poſt tempus aliquod.*
Interdicere. Interdixit eis, ne ciſtulam aperirent, P. 2, 13. *dixit.*
Interfectrix, 122.
Interire. ab Lapithis interierunt Centauri, 33. *Cicero Acad. Nihil valentius, a quo intercat.*
Interitus ei eſt futurus ex partu, 140. *partus natus eum interficiet.*
Internuntius inter matrem & filium, 184.
Interponere ſe inter quos, 23.
Interſcapilium, P. 3, 1. & 19. & 20, & 23, & 25. *item.* 16, & 27, & 37. *ſpatium inter ſcapulas, à tergo. Vox occurrit apud Marcellum Empiricum, ævi Theodoſiani ſcriptorem. Philoxenus*

nus pro eo usurpavit, interscapulum, Græceque reddidit μεσάφρενον.
Intervallum dissidens breve, P. 3, 10. longum satis, P. 3, 39.
Intervenit eo rex, 120. nutrix, ne se necaret, 59.
Invenio. inventus est esse filius Priami, 273. inventa est mulier, 23. *Terent. Eunuchi fine. Scio, Pamphilam meam inventam civem. Ubi Donatus: inventam, cognitam.*
Invidia. propter artificii invidiam tecto dejecit eum, 39. 244.
Involare pecus alicujus, 200. *invadere, subducendi & furandi animo.*
Jovis, 31. 53. 54. 63. 75. 79. 92. 140. 146. 150. 152. *pro, Jupiter, antique, ac plebeio more, cum plebs retinens sit antiquorum. Vide Vossium de Anal. I. c. 48. & quæ nos in Frag. Petronii Dalmaticum.*
Iratus. Irato animo quid ferre, P. 2, 4.
Irrigare amnes undique, 152. mare in terram, 164. *inducere. Cato de R. R. c. 151. Aquam irrigato leniter in arcas.*
Irrigatio, 153. *diluvium.*
Is. Ut liceret ei communicare, 80. *pro, sibi.*
Isim. P. 2, 40. *pro Isidem.*
Ita ornatus, quomodo se præcipitaverat, 194.
Itaque. cogitans, si Ariadnen in patriam portasset, sibi opprobrium futurum; itaque reliquit, 43. *vulgo cogitans, reliquit, vel quia cogitavit, itaque reliquit. puto & hoc plebejum esse. adde P. 2, 5.*
Jubeo. jusserat filio, ut auferret, 55. *Græca consuetudo. vid. Vossium de Constr.*
Judicare secundum aliquem, 75. 164. *Cicero ad Att. 12. Secundum Buthrotios judicavit.*
Jugum. Cleops & Bitias pro bobus sub jugo se junxerunt, 254. *plene, pro quo vulgo, jugo se junxerunt.*
Jupitris, P. 2, 13. *pro, Jovis. Probat Priscianus.*
Juror. Juratus est illi, P. 2, 15. *Plautus in Rud. Nam tu juratus mihi es. pro jurasti. & sic Lucanus, aliique. Quanquam & hoc inter plebeja referendum videtur.*
Juvare. Juvit auxilio receptos Iason, 25. *Cic. pro Corn. Nostros duces auxilio laboris, commeatus juverint.*

L.

Laborare quid in adolescentia, P. 1. præfat. *scribere, consignare litteris.* laborans fœmina, 274. *parturiens.*
Lacedæmon hospes, 92. *Lacedæmonius.* Verba Hygini sunt: *Helenam a Lacedæmone ab Hospite Menelao abduxit.* Sed ibi *Lacedæmon* urbis nomen est, nec adjectivum, sed substantivum.
Lachrimatur obitum ejus, P. 2, 4. id est, propter obitum ejus. *Terent, Eunuch. A. V. sc. 1. Num id lachrimat virgo? P. id opinor. Donatus eo loco: id lachrimat, ut supra, id vero serio triumphat: pro, ob id.*
Lactans nutrix, 147. *vid. Not.* vacca, 106.
Lapides Lychnici, 223. v. Plin. XXXVI. c. 5. *ubi hoc genus lychniten vocatum à Varrone docet.*
Lavare vestem ad mare 66. lavandum vestem tulit ad flumen, 125. *Ellip. pro, ad lavandum.*
Legere serpentes, 26.
Liberalis judex, P. 1. *oppon. severo, acerbo.*
Liberare flumen, 257. *Ita Frontinus lib. 1. c. 5. c. 3. Unam spem salutis haberet, si flumen liberasset. Adde lib. IV. c. 7, c. 28.*
Libere accipere quem hospitio, 125. *ut liberum decet, liberaliter.*
Liberi. procreavit liberos septem, totidemque filias, 9. *pro filios septem.*
Lingua una loquuntur primi homines, 143.
Lis. litem contrahere, 257. *litigare, contendere, rixari.*
Lucrari maleficium, P. 2, 40.
Ludi. Ludos fecit nuptiis filiarum, 223. *Ellip. pro, in nuptiis.*
Lumen ei restituit, 106. *lumina, visum.*
Lychnici lapides, 223.

M.

Machinari cœperunt ei referre hanc gratiam, 46.
Mandare. Mandavit ei per obtestationem, ne alter ferret impune, 8. mandavit filium in Ætoliam, 184. *Simpl. pro Compos. amandavit. Cic. pro Sylla. Familiarissimum suum dimittere ab se, & mandare in ultimas terras. Sic,* mandat Philomelam ad Lynceum regem, 45.

Mantis, 190. *vates, augur.*
Manus diversæ, P. 3, 10.
Mederi. medetur æstum caniculæ ventus, P. 2. 4. *Terent. Phorm. Quas, cum res adversæ sint, minus mederi possis.*
Medicamentum malum esse dicit vinum, 132. *venenum.* arbitrantes Icarium sibi malum medicamentum dedisse, 130. medicamentis inquinavit aquam, 199. *pro, medicamentis malis, venenis.*
Medicina ars, medicina ocularia, 274.
Membratim, 165, 184.
Meminit transisse animam in corpora, 112.
Merens bene erga quem, 25.
Migrare in se gloriam, 259. *transferre. quomodo Gellius, migrare nidum lib. 11, c. 29. Ita cassita nidum migravit, hoc esse, alio transtulit.*
Minari. damna minatur sponsori, 221.
Ministrat lepori ad partum ejus, P. 2, 33. *Ell. pro, usque ad partum; donec peperit. Dico autem, lepori, quia, leporem, quod præcedit, refertur ad, attulisse, non ministrasse.*
Miracula ex venenis facit, 24. *vide, Ex.*
Miseror. miserata est illi Venus, 58. *vide Vossium de Constr. c. 39. misereta, habes sæpiuscule apud Virgilium.* Miserata eum est Minerva, 204. est virginem, 98. Miserata filia multis lachrymis, P. 2, 4. *repete, cadaver, ex superioribus.*
Mitto. mittere desultorem, 80. *in circo scil. ad cursum. Vox est circensis.* misit formidinem ei, 143. *immisit. simpl. pro composito.* Sagittam ad id, quod videbatur nigrum, P. 2, 34.
Missam faciebat arborem viribus, 38. *pro, omissam à viribus, hoc est, omittebat vires, quibus scilicet tenebat ante.*
Mnesteres, 126.
Moderatio versuum, P. 1. præf. *modulatio, carmen.*
Moles saxea, 125.
Monocrepis, 12. *μονόκρηπις.*
Monstrum demonstrare, 136. *ostendere, quid significet.* solvere, 136. *ænigma.*
Morari. ubi & Theonoe morabatur, *habitabat.*
Mordicus arripuit pedem, P. 2, 23. *Morsu.* mordici equi, 273. *Mordentes frena, nec audientes regimen. Vid. Not.*
Multum videre, 14. *bene, clare.*
Mundus, P. 1, 1. *vid. Plinium lib. II. c. 1. & Ciceron. in Timæo. Adde Turneb. 19. Adv. c. 24. & 28. c. 14. Gronov. ad Stat. Theb. XI. v. 130. Atque sic usurpat noster dicto* lib. 1. c. 2. & 8. lib. 2. c. 13. & 16. lib. 3. c. 36. lib. 4. c. 8. *Sic,* mundus vertens, P. 2, 10.
Muneror. requirunt Icarium, ut pro beneficio remuneraretur, P. 2, 4. *passive. vide tamen Not.*
Munus. Munere alumni, 192. *beneficio, opera.* Munera fœminea, 96. *Munuscula, faminis competentia.*
Murus lapideus, 63. *quia est & lignens.*
Mutilum, 201. *Cornibus destitutum. Columella 7. c. 6. Omni regione maritet gregum mutilos esse oportebit, quoniam cornuti sæve pernicioti sunt. Adde Donatum.*

N.

Nanciscor. Nacta occasione, 1. 8. 186. *Ita Apulejus, Nacta libertate. Vide Vossium.* nacti ab Apolline, 28. *capti.*
Natura, P. 2, 23. *pudendum. Ita Cicero, III. de N. D. Cujus obscœnius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit.*
Necessarium. necessario adductus, P. 2, 4. *eo, quod est necessarium.*
Necessitudo, P. 2, 15. *necessitas.*
Nemo centaurus, P. 2, 27. *Cic. 3. leg. Pontificem neminem bonum esse.*
Nihil aliter futurum rati, P. 2, 48. *non aliter.*
Nimium obscurum caput videtur, P. 2, 25.
Niti genu dextro, P. 4, 3. laboribus majoribus, P. 1. præf. *conari, annitti.*
Notam imponere in ungulis, 201.
Nox. nocte sacrificat, 99. *de nocte. Ellip.*
Nuntius incommodus, P. 2, 40. *malus, tristis.* nuncius venit, esse immolatos, 127. *pro venit nuncians, seu, qui nunciabat.*
Nutricius, 131. *Cæsar. III. Bel. C. Nutricius ejus pueri eunuchus.*
Nutritor, 273.
Nutrix lactans, 147. *quæ lac præbere potest, licet nec præbeat.*

Ob

O.

Ob id factum, 195. *plene, pro, ob id, eam ob causam, ideo.*

Obduco. Obductum caput, 88. *tectum. Cic. 2. de leg. Corpus quasi operimento matris obducitur. Adde Not.*

Obeo. Obire ab morsu serpentis, 14. *plene. pro, obire morsu, sicut Plinius, obire morbo.*

Objicio. Objicere amorem infandum cui, 40. caliginem, 24, 98. timorem hominibus, P. 2, 28 objecit mulieribus, ut Orphea appeterent, P. 2. 7. *pro, objecit appetitum.* objecta fames ei, P. 2, 14. objecto furore à Junone, P. 2, 23. insania à Jove, 2, 3, 32, 132, 166, 184. à Libero, 242.

Obligo. Obligare quem laribus hospitalibus, 15. *fœdere hospitii ad aras eorum sancito.* se jurejurando, 75.

Oblivio fit inimicitiarum, P. 2, 40.

Obruere se foliis, 125. *Ellip. pro in foliis. Sic* obruebat alumnum suum clam in igne, 147. obruit ibi magnum pondus auri, 105. *defodit. atque ita paulo post,* obruitur ab igni, 171. *consumitur.*

Observantia. propter observantiam Veneris, P. 2, 42. *quâ observatur, custoditur.*

Obsistere se eis non posse vidit, 168. *resistere.*

Obtestatio. Per obtestationem cui quid mandare, 8. *h. e. cum obtestatione, seu precibus, in quibus dii adhibentur testes, implorenturque ulteres, nisi fiat, quod petitur. Vide Festum.*

Obtinere regnum, 122. occupare.

Obturare radios solis, P. 4, 14.

Occidere eam in Oceanum prohibet Thetis, 177. *cadere, sicut alias sidera solent.* Occiduntur centum armenta, 118. *mactantur per sacrificulum.* Occisi tempestate, 116. *obruti.*

Occupare. occupat, eum sibi vim afferre voluisse, dicit, P. 2, 18.

Ocularia medicina, 274.

Opera. cum sciret, suapte propter opera tot eam ærumnas tulisse, 145. *sua culpa. Terent. Phorm. Opera tua ad restim mihi quidem res rediit planissime.*

Operire. operuit se pellem leoninam, 69. *Ellip. pro in pellem: est autem in pellem, pro, in pelle, quod sæpe solet. vide supra in IN. Ideo operuit se pellem, pro, operuit se pelle.*

Opponere liberos vestimentis candidis 4. *ante quem ponere.* ad januam quid 125. *ponere.*

Opprimere pedem cui, 67. *premere, ladere.* cum fame forent oppressi, P. 2, 33. *pressi.*

Optatum, 14. *res optata. ita Cic. & alii.*

Optio. optionem accipere, 166. dederunt ei, si quid peteret, 195. optione data à Jove, 197.

Oraculum in monte Parnasso, 140. *de loco.* ex oraculo responsa dare, *ibid.*

Orator. cum sciret, ad se oratores venturos, 95. *legatos.*

Ordinem servare, 14. *Nauticum, & proprium remigum, de quo in curis secundis nostrorum de Mil. Nau. librorum.*

Oriundus ab Ægis, 219.

Ornare patris exequias, 273. *celebrare, facere.* ornatus rebus omnibus, 125. *instructus.*

Ostendit amicissimum se, P. 2, 40. *exterius scilicet, per simulationem. Corn. Nep. in Dione. c. 4. Ostendens, se id utriusque caussa facere. pro, simulans sermone.* canis ei cogitatæ mortis suspicionem ostendit, P. 2, 4. *nullatus scilicet.* ostenditur ei in prodigiis; adesse mortem, 45.

P.

Pagus Athenæ, 79. *Vid. Not.*

Palam fecit ei de suppositione, 67. *Ellip. pro fecit ei palam id, quod scibat de suppositione.*

Pammachium, 273. *vid. Not.*

Par. parem quærens, 136. *conjugem, de serpentibus. quomodo pares de columbis Columella, & alii.*

Pario. peperit Pollucem, 77. de viro. Adde c. 4. Errare heic virum Cl. disces ex notis ad cap. 8.

Partiri. cum secum partiri vellent aurum argentumque, 125. *dividere.*

Partus. instabat ei partus, 7. hunc partum Niobe antepositi Latonæ, 9. *loquitur de liberis quatuordecim, ab ipsa editis.*

Pastio. in pastionem mittere boves, 254.

Patere. pater noctu, 204. *conspectui, puta; potest conspici. vide Not.*

Patior. demonstrat, eam non potuisse pati amplius, & ad sidera evolasse, P. 2, 25. *absol. Virg. Ecl.* 10. *Certum est in sylvis, inter speléa ferarum malle pati. hoc est, morari, versari.* pati dolorem non potest, fletum non potest, 104. *perferre.*
Patrimonium magnum sibi acquisivit, 194. *de quibuscvis opibus, non solum paternis. Ita plerumque usurpant ICti. Glossæ veteres Gr. Lat.* ἐσία, *patrimonium, substantia, res familiaris. Adde Vellejum Paterc. II. c.* 3.
Patrueles conjuges, 255. sorores, 178. *Sic apud Plaut. Poen. Patrueles fratres.*
Paucum tempus, 195.
Pecus mugiebat, 125.
Peloponnesum, 84. *Peloponnesus. vid. Not.*
Penna. in utraque penna stellam habet unam, P. 3, 15. pennas sibi & Icaro fecit Dædalus, 40. in utrisque pennis binas, P. 3, 7. & 24. & 39. *h. e. alis. Curtius. VII. c.* 8. *de Fortuna. Manus & pennas tantum habet, quum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non sinit.*
Per obtestationem mandare cui, 8. *cum obtestatione.* per scalam cadere, 125. *de scalis.*
Peragere. peracto anno, 68. *acto, circumacto.*
Percutere hostiam, 184. *Sic Ovid. 4. Trist. Eleg.* 2. *Percussa securi victima.* talum sagitta, 107. percutit eum coluber, 102. scorpius acumine, P. 2, 25. percussus ab apro, 14, 18, 249.
Perdere devictos, 17. *cædere, occidere.*
Perdoleo. perdoluit inceptum Demiphontis cuidam civium, P. 2, 40. *vehementer doluit, ut explicat Donatus apud Terentium. Porro, perdoluit inceptum, ut Ovidius, Tu vero tua damna doles. Vide Sanctium lib. III. p.* 156. *Doluit cuidam, autem, ut Terent. Eunuch. III. s.* 1. *Dolet dictum imprudenti adolescenti. quod genus ibi Donatus inter plebeja numerat.*
Perire in naufragio, 65.
Perlatio ad sidera, P. 1. Præf.
Permitto. nisi permittat hoc, P. 4, 8. *concedat, non contra loquendo.*
Permoveo. permotæ lamentationibus interierunt, P. 2, 21. *Ellip. pro ex lamentationibus.* permotam dolore, ab his se removisse ajunt, *ibid.* permoto animo eripuit, P. 2, 15. *commoto, irato.*
Perperam injicere cui vestem *i. e. aliam vestem, quam debuerat. fab.* 1.
Perpetuus humerus, 93. *nulla ruptura divisus. vid. Not.*
Persequitur filiam Nisus, 198. persecutus est ursam in templum, P. 2. 4. *de venatore.* quidam pastor equam persecutus, 187. *secutus, more pastoris. Dicam pluribus in de Opilione, epuscule.*
Persona. in persona mendici ducit Ulyssem ad Eurycliam, 126. *paulo ante, faciem, effigiem appellavit*
Persto hæc possidere, 189. *maneo in hac sententia, ut velim possidere.*
Persuadere. Myrtilo persuasit, regnumque ei dimidium pollicetur, si se adjuvaret, 84. *absol.*
Pertimeo. dicuntur aselli pertimuisse, P. 2, 23. *absol. Tacitus de vulgo. lib.* 1, 29. *In vulgo nihil modicum, terrent, ni paveant, ubi pertimuerint, impune contemni.*
Pervidere sidera, P. 2, 2. *videre.*
Pervio aëre uti, 14.
Perusto sunt corpore, P. 1, 8. *nigro à colore solis.*
Pessum abire, 125. *pro, ire.*
Petitionem constituit inter eos, P. 2, 24. *vide sup. in Constituere.*
Peto. petit concubitum ab eo, 189.
Physice statio. P. 1, 4.
Pietati non potuit negare, 166. *exigenti scilicet, id est, quia officium pietatis requirebat, non potuit negare.*
Pitulum. Sedere ad pitulum, 14.
Pius. quæ piissimæ fuerunt, vel piissimi, 254. *in titulo.*
Placitum hoc non est Jovi, 143. *non placuit.*
Plena utero, 64. *gravida.*
Pœna. pœnas fratrum dum vult exequi, 174. *quæ ipsis debebantur ab aliis. Sic,* Apollo pœnas matris executus est, 140.
Pœnitet. Pelops cum capita vidisset, pœnitere eum cœpit, regis crudelitatem timens, 84. *absol.*
Polliceor. in qua epistola tantum ei auri pollicetur, quantum Ulysses obruerat, 105. *antique, pro, promittitur, & simul plebeje. Metellus Numidicus, apud Priscianum: Nam ut aliis plerumque obvenienti magistratu ob metum statuæ pollicentur. Vide*

de Voſſium de Anal. III. ei Rex pollicitam fidem præſtitit, 109. *promiſſam.* ab rege pollicita petit, 219. *promiſſa.*

Ponere. Si carmen, quod poſuiſſet, aliquis interpretatus eſſet, 67. *propoſuiſſet.* Juno dicitur, ſerpentem ibi cuſtodem poſuiſſe, P. 2, 3. poſuit arbitrio Helenæ, 78. *ellipt. pro, poſuit in arbitrio.* jubet gladium poni, 136. *Simpl. pro compoſito, apponi.* taurus ponitur in athlo funebri, 91. *ut de eo certarent, eſſetque præmium victoris. Vide Phædrum noſtrum lib. I. c. 15.* poſita inſula eſt in Hiſtria, 23. Mauritania poſita ad Solis ortum, Ægyptus in ſole & auſtro, Sicilia in triſcelo, Rhodus in rotundo, 276.

Poſitio Ægypti, P. 2, 19. *ſitus ejus & figura.*

Poſſidet inſula tot oppida, 276. *habet.*

Poſſum. reſpondit, ſe artem medicam non poſſe, 101. *ſcire. Vid. Not. Sic,* potens arte citharæ, 194.

Poſterus. in poſterum, 23. *Ellip. pro, in diem poſterum, in craſtinum.*

Potentia tanta canis, jaculi, 189. *virtus.*

Poteſtas. Niſo regni poteſtatem tradidit, 131. *fecit eum regni adminiſtratorem.*

Potiora ingerit alii alius, 257.

Potiri. munere alumni potitæ ſunt, & in juvenes mutatæ ſunt, 182. *abſol.* potitus eſt domum ſuam, 126.

Præceps occidit, P. 3, 26. *inverſe in caput.*

Præceptum ſortium, 12. *reſponſum, oraculum.*

Præcluſit eam in muro, 63.

Præfatio. ſine præfatione parentis, projecit ſe in mare, P. 2, 5. *imploratione, invocatione.*

Prænonere. Prometheus Jovi pollicetur, ſe eum prænoniturum ſi ſe vinculis liberaſſet, 54. *abſolute.*

Prænavigantem Ulyſſem ſociis ſpoliavit, 199. *præternavigantem. Sic Plin. VI. c. 23.*

Præſtare cibum, potum, ubera cui, 186. lac cui, 187. pollicita eſt, eum præter cæteros præſtaturum, 92. *futurum, extiturum.*

Præter cæteros ſolus auſus fuit conſtruere, 102. *ſine cæteris.* præter cæteros fortiſſimus erat, 77. *ſupra cæteros.* fecit, ut vates præter cæteros mortales eſſet, 75. pollicita eſt, eum divitem præter cæteros præſtaturum, 92. *Cic.* Offici. 2. *Teſtis eſt Phalaris, cujus eſt præter cæteros crudelitas nobilitata.*

Prætereo. cani datum, ne ulla fera præterire eum poſſet, P. 2, 35. *effugere. Terent. Hecyr. III. ſc. 4. O fortunate, neſcis quid mali præterieris.*

Prætermittere conditionem, 100.

Præterquam ſolent, 147. *plus, quam ſolent. Vide ſupra in Præter.*

Premit eam partus, 7. *de parturiente.*

Prima leo, 57. *Ellip. pro prima parte.*

Prior. Priorem mittit militem, 105. *quem ante miſerat.*

Pro deo, non pro homine fecit, P. 2, 23. pro ingenio adjunxit, P. 2, 27. pro juvene exit, pro ſacerdote vade, 190. pro ſacerdote venit, 24. *Sub tali ſpecie.* pro filio ſuo educarunt, 91. *loco filii.* Senſit, pro ſe numen aliquod fuiſſe, 29. *ſuo loco & habitu.*

Procreare. procreavit filios duos ex ea, 4. rex à conjuge petebat, ut ſibi liberos procrearet, 186.

Proferre delphinum in mare, 134. *ferre.*

Proficiſcitur Eridanus à pede Orionis, P. 3, 31. *inde oritur, de flumine.*

Profugere. profugit fratrem in rate, 277. *fugit.* profugerunt à patria, 24.

Progredi, rogavit eum, ut progrederetur, 257. *exiret è domo in publicum.*

Projici ſeris juſſit infantes, 186. projecta manu, dextera tangens circulum æſtivum, P. 3, 5. *prolata ante ſe, protenta. Sic,* ſiniſtra projecta cum pelle leonis, P. 2, 6. *more pugnantis cum clypeo.* manibus utriſque projectis figuratus, P. 3, 8. projecta flumina in unum conveniunt, 14. *profuſa.*

Proluere ſe ad fontem, 181. *lavare.*

Prope diem partus, P. 2, 1. *imminente partu.*

Propinquus. à propinqua manu adeſt filio mors, 44. *à cognatione juncta manu.*

Proponi. propoſita eſt ceto, P. 2, 9. *in cibum videlicet.*

Proſiluit è navi, 103.

Protinus. reliqua protinus dicemus, P. 3, 40. *Virgilius IV. Georg. Protinus aërii mellis cœleſtia dona Exequar. Sic,* nos quoniam abariete incipimus, ita protinus dicemus, P. 4, 5. *porro, citra interruptionem.* Mundi rationem, & quemadmodum moveatur, proti-

tinus dicemus, P. 4. 8. ut ante diximus, nunc protinus de Solis cursu dicemus, P. 4, 13.
Provolvi. provoluta multitudo magna delphinum, P. 2. 5. *de piscibus emergentibus.*
Prudens augurio, 14. *Ellip. pro, in augurio, ut Cic. de Am. Prudens esse in jure putabatur.*
Pyrrhon Græce rufum, 96.

Q.

Quadratum, quo deformatur sella. P. 3, 9.
Quadriga. fulmina in quadriga sedens imitabatur, 250. cum quadriga ictus fulmine. *ibid. Adde* 61.
Quærit ut eos tollat, 186. *absol. pro, quærit vias, rationes.*
Quasi fœminam eum superavit, 90. *absque difficultate, tanquam imbellem.*
Quemadmodum ædificabat, pilam impulisse super Castorem ajunt, 80. *ut ædificabat, eo ipso momento.*
Queritur mortem uxoris, P. 1, 7.
Qui cum Amphitryon in regiam intrasset, 29. *quare cum. Vide Terent. Adelph. 5. sc. 3. ubi Donatus, Qui quare significat. Quanquam Terentius cum interrogatione usurparit,* qui sciret, se non rediturum, 73. *quum sciret.*
Quidnam fecisset, deliberat, 220.
Quod. Jupiter nescius, quod faceret, *pro, ob quod. vide supra in Ellipsi. OB.* quod pecoris esset natum, se immolaturum vovit, 89. *quicquid, quantum pecoris.*

R.

Recipere quam nutricem filio, 147. *accipere, capere.*
Recrescо. Jecur, quod cum luna recrescit, 55. *si quid absumitur.*
Recognosco. Eumæus eum non recognoscebat, 126. *cognoscebat, ita Cic. & alii.*
Recupero. corporibus recuperatis, Libero statim nunciaverunt, P. 2, 20. *refectis. Tacitus. III. Histor. 22. Reciperatis cibo somnoque viribus.*
Recusare. re audita Agamemnon recusare cœpit, 98. *negare. absol.*
Redeo. Redeunt alterna morte Castor & Pollux, 251. *pro, ab alterna, in vitam scilicet, hoc est, reviviscunt, dum alius pro alio moritur.* alternatim in gratiam simulatam, 259.
Redigo. Redigere pecus in speluncam, 125. *agere, de pastoribus prop.*
Referre gratiam cui, 45. *facto scilicet.* insulam in superiorem partem, 140. *ferre, agere sursum.*
Refigere clypeum, 170. *suspensum detrahere.*
Regere Colchos navim, 15. *Ellip. usque ad Colchos, donec eo veniretur.*
Regno tenere insulam, P. 2, 16.
Rejectum navis, P. 3, 36. *Vide lib. de Mil. Nav.*
Relinquere. parit geminos, & relinquit, 8. *non tollit, non nutrit, sed deserit.*
Remediari. Hastam cum rasissent, remediatus est, 101. *Sanatus, curatus est. Scribonius Largus, Tiberiani ævi scriptor, in præf. Cibo vinoque apte interdum dato remediari tutius eos existimavit. Adde compos.* 14. *Capro quoque notum hoc verbum.*
Removit flatus ventorum dea, 261. *cohibuit, noluit flare.*
Renuntiare. quæ Tantalus ad homines renuntiavit, 92. *Plautus Bachid. A. 1. sc. 2. Pol metuo magis, ne Phœnix tuis factis fiam, teque ad patrem esse mortuum renunciem. Adde Stich. A. 4. sc. 2.*
Rescindere factum alicujus, 145. *irritum facere.*
Responsum ei ex prodigiis, 3. *plene: vulgo præpositionem emittunt.*
Responsum. ex responso, 138. *absolute, pro responso oraculi.*
Restituo. restituerunt templum, 225. *refecerunt: Cic. in Top. Si ædes corruerunt, quarum usus fructus legatus est, hæres restituere non debet.* restituere quem ad formam pristinam, 125.
Resupinari videtur Ophiuchus, P. 3, 13. resupinata occidit, P. 4, 12. resupinato corpore videtur, P. 3, 28.
Rogavit regna avita Hippothous, 187. *petiit, repetiit.*
Rostrum, P. 3, 17. *de equi ore. quomodo de canibus & cervis usurpavit Plinius.*
Rudimentum. hoc velut rudimento scientiæ nisus, præf. P. 1. *specimine prime.*

S.

Sacra jussit comburi, 104. *supellectilem sacram.*
Satisfacere. qua consuetudine homines usi, quo satisfacere Prometheo viderentur, P. 2, 15. *quod eorum commodo istam pœnam pertulerit, & in delectationem ejus, sive gratiam. Fabius plenius, Ad voluptatem alicujus satisfacere. decl.* 35. satisfacit, se ex eo natum, P. 2, 5. *probando palam evincit, facitque ne quis possit amplius dubitare.*
Scapilium, P. 3, 17. *Veteres dixisse scapulam, & scapulum videntur. Ideo in Philoxeno est, interscapulum. A Scapulum autem est scapulinm, seu scapilium.*
Scelus convertere in se, 190. *cædem.*
Scientia sagittarum, 14. *ut, scientia syderum, Cicero.*
Scio. quod sciret, si quis ex eo natus esset, se regno privaret, 139. *Ellip. pro, quod sciret, quod is se regno privaret, si quis esset natus.*
Scius. omni artificio scium futurum, 92. *Ellip. pro, in omni artificio, ut supra, Prudens augurio. Porro, scius habes apud Pacuvium. Vide, quæ notavi ad Fragm. Petronii Tragur. Memorat & Nonius.*
Scorpio, P. 4, 4.
Se. rursum deorsum post se revolvitur saxum, 69. *post eum.*
Secum. Socii argentum gredentes. cum secum partiri vellent, 125. *inter se.*
Secundum. Si secundum se judicasset, 92. secundum eam judicatum est, 164. *pro, ea. vide sup in judicare.*
Secus videtur judicasse, 220. *aliter, ac oportebat. Vide Not.*
Sedens quadriga, 61. *Ellipt. plene est, sedens in quadriga,* 250.
Seducitur fumus alius alio, 68. *in diversas partes ducitur, divisim*
Segregari. quo facilius à fero victu segregarentur, P. 2, 14.
Separare. Eum membratim separavit, 165. *laniavit. Vide Notas.*
Sepelio. sepultus est hac pyra, 72. *absive, pro crematus est.*
Septenos liberos mittere Minotauro ad epulandum, 41. *septem.*
Sepulchrum constituere cui, 59.
Sequens ursam, P. 2, 4. *persequens paulo ante, scilicet tanquam venator.* cum sequeretur cervum, 205. licet solis cursum sequaris, tamen te sequar. ibid. *æque celeriter curras licet.*
Servare. servat pellem draco, 3. *observat, custodit. Sic,* servare mala aurea solitus, 30. servans arctum, P. 2, 4. Adde. 151.
Si adjuvaret se, regnum dimidium pollicetur Myrtilo, 84. *ut se adjuvaret. Aliter:* si vellet secum de regno certare, provocavit Jovem, 152. si recuperare possent, tulerunt arma, 80. si Deus esset, studebat scire, P. 2, 4. *pro, an. Aliter:* ut si foret quid alteri eorum, parentibus præstaret, 109. si petiisset quid, optionem accepit, 166. 199. *pro, quando.*
Sicco pede super aquas currere, 14.
Significatio Eridani, P. 4, 6. *proprie, quâ sit signum cœleste, aut sidus.*
Silani tres, 169. *Lucretius* lib. VI. *Corpora silanos ad aquarum strata jacebant. ubi vide Indicem Gifanii.*
Siliquastrum, P. 2, 9. P. 3, 9. *Vide Notas.*
Similis. Hujus similis est historia de buccina Tritonis, P. 2, 23. *Vide Voss. de Constr. c.* 11. *p. m.* 43.
Simulatio. simulachrum posuit, sub simulatione sacrorum, 104. *specie, pratextu.*
Simulare. quem Palamedes ut vidit, sensit simulare, 95. *absol. Sic,* simulante virgine, 99. *Sed vide Notas. Aliter:* Stellæ figuram plaustri simulant, P. 2, 2. *referunt similitudine, specie sua.* Simulatur Diana cato, P. 2, 28. simulata Venus aquilæ. ibid. simulatus Jupiter effigiem Dianæ, P. 1, 1.
Simultas. Jasoni hanc simultatem constituit, si vellet pellem auratam auferre, tauros jungeret 22. *Sic,* simultatem constituit, se ei daturum, qui secum certasset, 94. *conditionem, legem ex simultate ac invidia proposuit, dedit.*
Solvere monstrum, 136. *ænigma explicare,*
Sonitum mittere per concham, P. 2, 23.
Sors. sortem dare jussit, sortem reddere ei noluit Apollo, 32. *Paulo ante vocat, responsum, oraculi, puta,* petit sortem ab Apolline, quod esset remedium. 101. Sorte audita, navem conscendit, 120. *Lucanus lib.*

VI. v. 772. Tripodes vateſque Deorum ſors obſcura tenet. inquiſivit, quid ita aliter ſortes dixiſſent, 109. ſortium ſuarum memor Adraſtus, 69. eo venerat ad ſortes tollendas de ultione fratris, 88. *Aliter*, omnium filias, præter ſuas, ſorte ductas interficiebat, P. 2, 40.

Sortiri. Demiphon negare cœpit de ſua filia ſe paſſurum ſortiri, niſi eodem regis filiæ conjectæ eſſent, P. 2, 40. *Paſſive, pro ſortem duci, ab antiquo, ſortio, quod legitur apud Nonium ex Varrone.*

Spartæ ſunt enati inde, 178. *Vid. Stephan. & Not.*

Species. ut ſe in aliquam ſpeciem commutaret, petiit, 138. ſpeciem hoſpitis ei abſtulit, 189. in ſpeciem urſæ converſa, P. 2, 1. *aliæ figuram vocat.* Speciem inuſitatam parere, 138.

Speculatus eſt Dianam lavantem, 180. *ſpectavit.* initia Liberi, P. 2, 7.

Sperata, 33. *amica, deſtinata matrimonio, quaſi quæ ſperetur conjux futura. unde plene, ſperata uxor.* ſperatam ſuam uxorem petiit, 31. *Plaut. Amphit. II. ſc. 2. Amphitruo uxorem ſalutat lætus ſperatam ſuam.*

Stare. in eodem loco, quo illa pervenerat, Epaphus ſtabat, 8. *divertebat, tanquam in ſtabulo, ſeu diverſorio.*

Sterno. ſtrati ſunt à Furiis, 79. *proſtrati, ſimplex pro compoſito.*

Stramentatum exire, 14. *ut aquatum, lignatum, & id genus, apud optimos ſcriptores.* Sed lectio eſt vitioſa. *vide Notas.*

Studium maximum habet in venando, P. 2. 19.

Stupeo. Stupentes, qua divinitate ſervatus eſſet, 194. *admodum admirati.*

Suapte propter opera tot ærumnas tulit, 145. *ſua cauſſa, ſuo facto.*

Sub jugo ſe jungunt, 259. ſimulatione ſacrorum poſuit ſimulacrum, 104. *vulgo præpoſitionem omittunt.* Sub terra ſolitus cernere dictus eſt, 14. *ea, quæ ſub terra ſunt, ut metalla.*

Subdere infantem regi, 186. quem capræ ad nutriendum, 88. eum ſubditum eſſe Polybo, 67. *non verum filium ejus, ſed ſuppoſititium eſſe.*

Subjicere. Dracone altero ſubjecto, reddit currum, P. 2. 14. *ſubſtituto in locum erepti. Livius plene lib. IX. In locum eorum ſubjecit, quos ſecum ex Italia adduxerat.*

Succeſſor, *fœminine poſitum*, 193.

Succumbere. Junoni Calliſto ſuccubuit ut pellex, P. 2, 1. 177.

Sum. eſt Deorum ira, quod devicta eſt Troja, P. 2, 1. *ira cauſſa eſt.* eſt inveſtigatio patris amiſſi, 190. *poteſt inſtitui. Græcum genus loquendi.* Curavit, ut eſſet circa eum multitudo lapidum, P. 12, 6. *fieret, exiſteret.* ſunt horæ ſex, novem diei, 257.

Sumo. ſumſit rei conſciam ipſam, & ei dixit, 4. *fecit conſciam.* ſumere vult hauſtum aquæ, 81.

Super aquas & ariſtas ambulant equi, 89. Caſtorem impulit pilam, 80. humeros impoſuit fornicem cœli Atlanti, 150. pegaſum equum ſedens, 57. *inſidens.* virgulta tenuia poni juſſit, 219.

Superaverat ex ſeptem, 10. *ſupererat viva.*

Superiores trifariam diviſerunt orbem terrarum, P. 2, 19. *veteres. Ita Cicero non uno loco.*

Supponere. ſuppoſuit pro ea cervam, 98. *ſubſtituit.* ſuppoſuit regi infantes pro ſuis, 186. *tanquam eſſent ſui.* ſuppoſuerunt eam capræ, 88. *ad nutriendum ſcilicet.*

Suſtinere. cum peſtilentiam ſuſtinerent, 261. *affligerentur ea.* non ſuſtinens dolorem, 104. *Paulo ante, pati dolorem non potuit.*

Suus. ſua morte obiit, 94. *non violenta.* filiæ ſuæ dederunt, 109. *ejus.* filiam ſuam Clytemneſtram, 78. *ejus.*

Sybotes, 126. *ſubulcus.*

T.

Talis. talem virum interficere voluit, 57. *tantum.*

Talum, quem mortalem habuiſſe dicitur, ſagitta percuſſit. 107.

Tango. tactus miſericordia, 189. tacta pudore, 204. *commota.*

Tantum bellatrix evaſit, ut etiam ſaluti fuerit parenti, 193. *Ellipt. pro in tantum.*

Telum, P. 3, 11. *de falce.*

Temere neminem maleficium lucrari, P. 2, 40. *facile.*

Tenebræ. in tenebris clauditur victa, 7. *in carcere.*

Ter-

Terra Taurica, 98. *regio.*
Teter cruciatus, 101. *acerbus, atrox.* teter odor ex vulnere, 102. *malus, gravis.*
Thracius. Thraciæ mulieres, P. 2, 6. *Sic apud Virgilium, Thracius equus.*
Timens regis, 187. *vide Not. Timens mortis, apud Lucretium occurrit.* timens puerum deponere, apium erat, in quo depositi, 74.
Titio ardens, 174. *Apulejus VII. Asin. Ardentemque titionem gerens. & lib. X. Titione candenti inter media femina detruso.*
Tollo. Sublatus est rumor, 14. sustulerunt eum secum, 102. venerat ad sortes tollendas de ultione fratris, 88.
Tonitruum. P. 2, 5. *tonitru. & sic Cicero. Isidorus lib. XIII. Tonitruum dictum, quod sonus ejus terreat.*
Totus. Toto generi ejus fuit infesta, 5. *pro, toti. Vide Vossium de Analogia lib. 4. c. 6. Plebejum est.*
Trado. traditum corpus ad immortalitatem, 102. *immortale factum, per cremationem.*
Transfero. transtulerunt Tenedo, 108. *Ellipsi. pro in Tenedo, quod idem ac, in Tenedum.* transtulit eum ad rem pulchram consilio, 98. *adduxit.*
Transfiguravit eos in effigiem delphini, 134. in mari in monstrum, *ibid.*
Transformavit ei faciem mendici, 126. *Vide notas.*
Transjicio. transjecti pedes, 66. *ferro acuto.*
Transmutatur in quamcunque effigiem, 201.
Trifariam dividitur regio, P. 1, 8. trifariam diviserunt orbem terrarum, P. 2, 19.
Tutare. si se ab hoste tutasset, daturum promisit, 100. *Ita Plautus.* Ille eam tutatus est, 150. in spelunca se tutantur, 120.

V.

Vacuæ à figura stellæ. P. 2, 24. *quæ non pertinent ad eam, quæ sunt extra eam.*
Valide. Validius accusare quam, 274. *Vide Phædrum nostrum.*
Varius. variæ mentis ipse extiterat, 259. *inconstantis, ex amicitia cito vergentis in inimicitiam.*
Vastitas incidit eorum finibus, P. 2, 40. *vastantur fines.*
Vaticinatur Cassandra, eum esse fratrem, 91.
Vectigal Minois esse cœperunt, 41. *vectigales. Vide Not.*
Veleficia invenit Isis, 276.
Venenare aquam, 52. *Sic Lucretius.*
Venerantes, 75. *Congressu venereo juncti, coëuntes. Sixtus de Divitiis: Avaritia eo magis diligitur, quo magis augetur, & cum suis amatoribus venerata fuerit.*
Veniam ei dedit Pandion, 45. *licentiam, facultatem ducendi secum.*
Venio. venit ad hoc exitium, ut sibi scelus imperetur. 190. venit in ætatem puberem, 119. ipsi Apollo in quietem, 194.
Ventriculus fartus, 126. *cibi genus. Vide Notas.*
Ventus. venti habent flatus assiduos, P. 18. *continuo spirant.*
Versare citharam, 165. *Vid. Notas.*
Vestis regia, 187. *Sic appellat fascia infantis.*
Vesci. qui cum vesceretur, Atreus imperavit brachia afferri, 88. *cibum caperet, absolut. Tac. IV. An. 59. Vescebantur in villa.*
Vicaria mors, 243.
Victus. Victu pecora consumunt, 188. *pro in victu, ad victum.*
Videre. in quiete vidit, se facem parere, 91. misit, qui diceret, in quiete vidisse, ut castra moverentur, 105.
Vidua, 7. *de ejecta à viro ob stuprum.*
Vincio. Vincti lapides auro, 223. murus ferro, *ibid.*
Vindico. ut vindicaret patrem, 254.
Violator, 100. *qui quam compressit.*
Virginitatem servare, P. 2, 1.
Virtus. virtute tollere lapidem, P. 2, 6.
Vitam agere colendis agris, P. 2, 25. *Ellip. pro, in colendis agris.*
Ulciscí se ab inimico, 184. *si lectio non prava est, de quo dubito. quanquam & Vellejus ita usurparit verbum, vindicare lib. I. c. 1. Qui se à Pyrrho virtute vindicavit.*
Ultio fratris, 87. *quâ punitur.* Sic & capite præcedenti.
Ultor fratris, 87. *qui cum punit.* ultores confugerunt ad pastores, 186. *auctores cædis; absol.*
Unde. Baltheus, unde est tractus: gladius, unde se interfecit, 112. *quo.* harundo, unde ejiciat victum, 126. *qua.*

Undique refulgent ei oculi, 143.
Unum. in unum pervenire, P. 11, 35. *convenire.*
Vociferari quid, 108. *clamare.*
Volaticæ sunt factæ, 108. *quæ volare possent. Usurpat Cicero, quanquam sensu translato.*
Voluntas. voluntate sua excessit ex urbe, 129. *sponte sua, ultro.*
Voluptas. Voluptatem effudit in terram, P. 2, 13. *Semen genitale.*
Uro. usta est, 104. *de cremata. Vide Not.*
Ut. Opem rogavit, ut esset, quod illa peperisset, 139. *quale esset v. Not.* ajunt, Venerem indignatam, ut non sibi proprium concessisset, P. 2, 7. pro *quod non concessisset, si lectio est integra. quam tamen firmare videtur locus similis infra, c.* 63. ut quod peperisset, Acrisium interficeret. *Nam & hic*, ut, *est* quod, *cum* interficeret, *significet*, interfecturum. quæ ratio fuerit, ut non æquis partibus dividerentur, P. 1. præf. *ob quam non æquis.* ut tanquam non sinat se transire, P. 2, 40. *ut, est parelcon, si scriptura bona.* ipse ut erat avis, concubuit cum ea, 188. ut ignotam & solitariam oportebat, P. 2, 4.
Uti stendit, cum esset natum id, quomodo uti oporteret, 4. *antique. Charisius lib. V. Utor hac re nos dicimus. apud veteres autem & utor hanc rem dictum.*
Utcunque fuerit sphæra collocata, P. 1, 4. *quocunque modo.*
Usus. edoctus, quis usus in eis malis esset, 185. *ad quid essent utilia. Vulgo præpositio non additur. Virg. Geor. 3. Nam neque erat coriis usus.*

FINIS.

MYTHOGRAPHORUM LATINORUM

TOMUS ALTER,

Complectens

FABII PLANCIADIS FULGENTII
Mythologias, Continentiam Virgilianam,
& libellum de Priſco Sermone;

LACTANTII PLACIDI
Argumenta Metamorphoſeôn Naſonianarum;

ALBRICI PHILOSOPHI
Commentariolum de Imaginibus
Deorum.

AMSTELODAMI
Ex Officina viduæ JOANNIS à SOMEREN
A. C. CIↃ IↃC LXXXI.

Ampliſſimis, & multo Literatiſſimis

VIRIS,

HENRICO à BLEISWYCK I C.

Reip. Delph. Senatori, atque ejuſdem nomine ad Concilium Ordinum Hollandiæ Delegato;

THEODORO RYCKIO I C.

Hiſtoriarum & Eloquentiæ in Leidenſi Academiâ Profeſſori,

AMICIS SUIS MAGNIS,

THOMAS MUNCKERUS

S. P. D.

QUod ingenii ſui monumenta viris inſcriptum ire non vulgaribus hodie amant homines eruditi, id quam non heri demum aut nudius tertius exortum, ſed in more poſitum jam olim apud ſæculum prius fuerit, latere opinor nemini, niſi ſi quis ingenio ita agre-

sti sit & à Musis aversо, ut venerabile illud antiquorum depositum, libros dico illorum, nunquam tractaverit. Verum ut diversi hominum sensus sunt, nec voto heic uno vivitur, ita nec unâ de caussâ dedicationes illas institui videas. Qui φιλοκτέανος est, & beatissimum censet, qui plurimum habet, secundâ oratione tantum non stellis ac Jovis concilio inseret divites illos Satrapas, aurefque eorum, quo suos sibi auro expleat sacculos, bracteis eloquentiæ divitabit egregiè. Quem non contentum sorte suâ ambitio excruciat, ita ut solos felices existimet, qui in excelso vitam degunt, propemodum serviliter adulari eos videbis, qui rerum potiuntur, ut hac ratione nido extendat & ipse aliquando pennas majores. Miseri ambo quidem, quod adeo cupiditatibus imperare nequeant: sed magis multo κίμβαξ ille & κίπφος, qui pecuniolæ servit suæ, Jovemque, ut stolidè putat, in arcâ clausum tenet. Alter ille ventosus, qui tam altè spirat, etsi vitio inquinatus est, quod vir-

virtuti sit propius, vivendi se tamen valdè imperitum ostendit, ut qui reges posse & regum vitam etiam sub tecto pauperino longè præcurri ignoret. Quamvis licet infinitis nominibus Deo immortali obstrictus sim, tamen hoc uno gratias ei vel in primis agere immortales debeo, quod ejus benignitate accidit, ut nec fortuna mihi mea unquam displicuerit, nec visum parum fuerit, quod manu illa quamlibet parcâ obtulerat. Cæterum convenientior longè & probabilior eorum ratio, qui illis scripta sua nuncupant, à quibus vel ipsi beneficio aliquo insigni affecti, vel studia ita culta sint, ut literis suum ponere pretium, contraque imperitorum, quos solos osores habent bonæ artes, tueri eas contemptum valeant. Quamobrem valdè temerè, ne quid gravius dicam, omnino feceram, si, cum eo essem judicio, & amicis de mythologicis meis consecrare aliquid instituissem, vos præteriissem indonatos, quibus cum plurimum debeo, tum ea studiorum hu-

manitatis est cognitio, & tam non vulgaris apud eruditos auctoritas, ut metus nullus sit, ne atro id dente impetat livor, quod vos in tutelam recipere vestram dignati fueritis. Quo magis, ut ne gratiam vestram & patrocinium sollicitè ambientem Planciaden nostrum duriter repellatis, etiam vos atque etiam rogo, sed ita, si benè de juventute & literis mereri pro virili annitor, si debitâ vos semper colui observantiâ, si ita denique me gessi, ut mea nunquam peccata pudorem vobis incusserint. Exiguum, fateor, & soloci admodum filo munusculum hoc, nec dignum satis, quod vobis offeratur: verum quod per se haud magni momenti est, id quæso devotio offerentis magnum vobis faciat; de quâ quia persuasissimum habeo à vobis nequaquam dubitari, ut multis & pulchris à me ornetur verbis, nihil, opinor, attinet. Unum hoc dicam tantum, nemini vitio datum fuisse unquam, quod deos coluerit, quoquo modo posset; nec difficilius litasse sæpenume-

mero, qui parvam adoleret micam, quam qui integras mactaret cum cornibus auratis hecatombas: certè daturum, ut Græculi illius verba ad Hadrianum nunc mea faciam, plus me fuisse, si plus habuissem. Quod si nimis forte familiariter colere vos videbor, eam audaciam quo vobismet ipsis imputetis, & nostrâ in culpâ vobis ignoscatis, recordamini, quæso, quam sæpe tam familiariter, ut si planè nostræ essetis fasciæ, de his literarum studiis fabulari mecum sustinueritis. Quo interim facto, quod tantorum virorum amicitiâ honorari impensè mediocritatem nostram existimarem, stimulos subditos mihi non parvos libens agnosco ad multo alacrius, quod ingressus eram, literarum hoc stadium decurrendum. Id autem quo successu fecerim, cum nullorum, quam vestrum, esse malim judicium, ablegandum ad vestram cognitionem una cum sociis suis Plancianden putavi, plenos profecto omnes bonæ spei, immo planè confisos, fore ut

à neminis vel induſtriâ promptius ſuffragium, vel benignitate impetrent veniam faciliorem. Neque enim ulli vel integrius judicant, quam qui intelligunt rem, vel facilius ignoſcunt, quam ejus qui difficultatem perſpiciunt. Quod ad te attinet, Bleisvici Ampliſſime, ſcio equidem quam non per graviores occupationes ſtudiorum ſequi tibi amœnitates liceat, cum non tibi, ſed reipublicæ, quam tam laudabiliter adminiſtras, propemodum omnis vivas. Verum & hoc ſcio, ita ſubſecivis horis, hoc eſt, quibus tibi vacas, ita hæc curare ſtudia, ut illis, qui de iis diſſerentem te audiant, per omnem vitam nihil aliud curaſſe videaris; immo mirari ſubeat, unde homini maximis reip. negotiis aſſiduè diſtento tanta non humaniorum literarum tantum & antiquitatis, verum theologiæ etiam & juriſprudentiæ nata ſit notitia. Verum hæc cum non inania, ſed ſolida, hoc eſt, vera ſint, tacitâ eorum contentus conſcientiâ, prædicari ea ab aliis non ſu-

ſupervacuum tantum cenſes, ſed & moleſtè, quod hoc pacto modeſtiæ tibi laus, quâ in primis excellis, imminuatur, non immerito pateris. Idem de te quoniam perſuaſiſſimum habeo, Rycki Celeberrime, neminem mirari velim, quod nihil heic dicam, nec de exquiſitâ eruditione tuâ, quâ cum Batavum Athenæum haud parum illuſtras, tum & juventutem ab ore tuo pendentem promereris inſigniter; nec de virtutibus tuis reliquis, quæ civem non minus te præclarum, quam virum reddunt bonum. Una illa amicitia per ipſos ſeptendecim & amplius annos abſque ullâ querelâ inter nos culta, quia ejus ſive eximiâ quadam voluptate in mentem mihi nunquam venit, nec ſilentio præteriri debet: immo eam nepotes noſtri ut ſciant ac imitentur, libellus hic faciet nomini tuo conſecratus, dummodo traxerint Deum vota noſtra. In quo omine tam bono προσφωνήσεως hujus facio finem, & valere vos ambos, Optimi Virorum, diu mul-

tumque opto, quo permultis adhuc annis patriæ, quemadmodum cummaximè facitis, facere aliquid boni possitis.

Scrib. Delph. Bat. postrid. Non. Januarias anni CIↃ IↃC LXXXI.

LE-

LECTORI BENEVOLO S. D.

AD Fulgentium accuratius, quam factum adhuc est, recensendum adhibuimus MSS. duos codices membranaceos Leidensis Bibliothecæ: quorum alter, sic satis antiquus, Mythologicon & Continentiam Virgilianam una cum duobus prioribus libris Martiani Capellæ de Nuptiis Philologiæ complectebatur: in altero, vetustatis item non contemnendæ, descriptus erat libellus de Prisco Sermone, ut & Excerpta Paulli ex Festo, Glossæ in I. & II. librum Georgicorum Virgilii, nonnullaque alia ad rem grammaticam pertinentia. Per hos ergo codices si quid boni forte obtigisse Planciadæ nostro judicaveris, gratias eo velim nomine agas Friderico Spanhemio & Theodoro Ryckio, Professoribus in Batavo nostro Athenæo longè celeberrimis, quorum beneficio eorum ad tempus usuram minimè, ut reor, inutilem impetravi. Mythologici editiones præter Commelinianam anni CIↃ IↃ LXXXIX. à nobis consultæ variæ; quas inter visæ præcipuæ sunt cum Augustana cum Jacobi Locheri commentariis anni CIↃ IↃ XXI. tum tres Basileenses; quarum prima Hervagiana, à Micyllo anno CIↃ IↃ XXXV. annotatiunculis nonnullis hic illic instructa: secunda ex officinâ Henrici Petri anno CIↃ IↃ XXXVI. prodiit: tertia à filio ejus Sebastiano anno CIↃ IↃ LXXXVII. emissa est, & curâ Henrici Justi Fulgentii Episcopi operibus conjuncta. Parisinam, quam anno CIↃ IↃ LXXVIII. protulit Johannes Parant, & Lugdunensem, anno CIↃ IↃC VIII. in officina Johannis de Gabiano excusam, ex Micyllianâ, quæ varios Mythographos in

unum

nuum velut fasciculum conjunxit, fideliter expressas deprehendi, si paucula, & quæ in censum vix veniant, excipias. Antiquissima, immo princeps omnium, quam Baptistæ Pii commentariis illustratam anno CIↃ CCCC LXXXVII. *Mediolanenses nobis dederunt. Eam diu multumque quæsitam tandem aliquando ex Bibliothecâ nobis Daventriensi suppeditavit doctissimus ille Consul & Professor Gisbertus Cuperus. Verum pro thesauro carbones, quod ajunt, reperi; adeo exigui visa momenti sunt, quæ ad illum scriptorem congesserat vir ille alioquin eruditus. Interim religio nobis fuit non dare tibi textum Commelini, cum perquam fidenter ille nitori se pristino restituisse Fulgentium glorietur. In libello de Prisco Sermone sequuti sumus Mercerum, qui illud scriptum cum Nonio Marcello anno* CIↃ IↃC XIV. *recensuit, & notis perquam elegantibus illustravit. Sed quam licenter Hadrianus Junius, cujus ipse vestigiis insistit, in eo refingendo grassatus sit, docebunt te nostræ animadversiones. Cæterum ne fucum nobis faciat in isto libello Fulgentius, non de nihilo verearis. Nam cum ejus ætate magnâ sui parte non à Gothis tantum, sed ab ipsis Christianis præpostero religionis zelo spoliatæ essent bibliothecæ, licere sibi arbitratum dicas, ut auctoritatem advocet complurium scriptorum, qui nunquam videntur exstitisse, certè aliis incomperti sunt. Quia tamen nihil sperni debet, in quo vel minimum antiquitatis relucet, & chartæ non multum poscebat hoc opusculum, ut nec alterum illud de Virgilianâ Continentiâ, Mythologico utrumque subjungendum censui, ne quid eorum, quæ Planciadæ hujus supersunt, à te desideraretur. Virgilianæ Continentiæ rariores inve-*

veniuntur editiones: ego certè præter Commelinianam non aliam vidi, quam quæ Servio Danielis anno CIↃ IↃC XXXVI. *præmissa est, & ab homine literato cum MSS. 2. collata, unde excerptæ lectionum varietates marginem occuparunt. Quâ autem ætate Planciades noster floruerit, affirmare pro certo non possum. Modius Novantiquarum Lectionum epist.* LXI. *æqualem fuisse, vel certè supparem Ruspensi Episcopo, & vixisse in Africâ, arbitratur. Afrum fuisse quam manifestè arguat stylus, multis heic demonstrare possem, si opus foret; sed hoc facimus alibi. Accedit huc, quod Presbyter ille Catus, cui inscribit suas mythologias, Carthaginensis fuerit, ut volunt vett. editiones: id quod & à membranis Leidensibus confirmatur. Nec displiceat forte admodum, quod æqualem faciat fulgentissimo illi Fulgentio, qui in Numidiâ episcopum gessit, cum ex præfatione Lib.* I. *appareat, gravem & ejus tempore orthodoxorum fuisse persecutionem, quæ alterum illum vel in primis nobilitavit. Adverterunt me statim, ut primum in manus sumsi hunc scriptorem, verba illa pag.* 2. Quia nunquam est malum immortale mortalibus, tandem domini regis felicitas adventantis velut solis crepusculum mundo, tenebris dehiscentibus, pavores absterserit. *Quis ille dominus, sive domnus, ut membranæ habent, rex est? Glossa interlinearis codicis Leidensis Zenonem intelligendum monet: in quo etsi errat, apparet inde tamen, circa quæ scriptorem hunc tempora vixisse existimatum olim sit. Locherus rectius, meo quidem judicio, Hildericum innui censet, qui in Africâ ecclesias orthodoxas restituit, & episcopos ab ejus patre Thrasamundo in exilium actos re-*

revocavit. Sed turbat paullulum, quod paullo antè dixit, Sopitis in favillâ silentii rauciſonis jurgiorum classicis, quibus me Galagetici quassaverant impetus. *Salmasius in orâ codicis sui emendaverat* Gallogetici. Gallogetæ *essent turba miscellanea ex Gallis & Getis conflata. Sed an ita vocari possent Vandali? Deinde, an ita loqueretur sub rege Vandalo? Illud, inquam, turbat me, & item alterum istud, quod libellum de Virgilianâ Continentiâ, ut & de Prisco Sermone ad Chalcidium scripsit. Quod si Chalcidius ille is est, qui Timæum Platonis interpretatus est, ut videtur existimasse Gesnerus in Bibliothecâ, & affirmare non dubitat Godofredus, cum titulum libelli de Prisco Sermone ita conceptum ediderit*, Fulgentii libellus de Prisco Sermone ad Chalcidium Grammaticum, Platonis Timæi Ecphrasten; *vixerit tempore Constantini Magni, ut ex illis non vanè admodum colligas, quæ Adversar. Lib.* XLVIII. *cap.* 8. *congessit Barthius. Sed ego inclinaverim magis in priorem sententiam, in quâ Modius & Locherus conspirant, nisi quod hic episcopum illum fuisse senserit. Nec longè ab eâ, quod ad ætatem attinet, discedit Glossator ille modo laudatus, siquidem Zeno annis non admodum multis præcessit Justinianum, sub quo Hildericus regnum obtinere cœpit in Africâ. Nam Fulgentius ille Ruspensis* claruit, *ut ait Isidor. Illustr. cap.* 27. sub Thrasamundo rege Wandalorum, Anastasio Imperatore regnante. *Isidorum secutus est Trithemius cum de eodem Ruspensi episcopo ait:* Claruit temporibus Thrasamundi regis Vandalorum Catholicas ecclesias persequentis sub Anastasio Imperatore, anno domini quingentesimo. *Vide-*

detur Glossator respexisse id, quod in de Persecut. Vand. Lib. 1. *extremo narrat Victor, intercedente Zenone, Carthagini Orthodoxis reseratam esse ecclesiam suam, & episcopum redditum. Verba ejus adscribam:* Post hæc Geiserieus Ecclesiam Carthaginis claudi præcepit, dissipatis atque dispersis per diversa exiliorum loca, quia episcopus non fuerat, presbyteris & ministris: quæ vix reserata, Zenone principe supplicante per patritium Severum, & sic universi ab exilio redierunt. *Ridiculariam ergo est, quod in præfatione scribit Baptista*: Tempore Galeni floruit Imperatoris: episcopatum iniit sub Athanasio. Anastasio *scribere voluit forte. In Catalogo scriptorum Fulgentii nullius Mythologici meminit Isidorus, quod alioquin ille, amator tantus sæcularis doctrinæ, non reticuisset, si ullum ab eo relictum esset. Cæterum ut ætas hujus scriptoris, ita & ipsum nomen controversum est. Lundorpius in Homologumenis de Petronio auctorem Mythologiarum appellat Furium Publium Fulgentium; Continentiæ Virgilianæ, Flavium Calpurnium Fluentium; Libelli de Prisco Sermone, Fabium Fulgentium Planciaden. Sed fallitur multum vir doctus. Nec diversorum scriptorum sunt fœtus opuscula ista, nec auctor eorum Furii vel Flavii habuit nomen. Disertim enim vett. membranæ* Fabium Planciaden Fulgentium *vocant cum Mythologiarum, tum & Continentiæ Virgilianæ scriptorem. Fabium fuisse dictum liquet ex ipsiusmet verbis, quibus unam de Musis se alloquentem introducit in Præfat. Lib.* 1. Eia, inquit, Fabi, Anacreonticis &c. *Nec rectè* Placiaden *pro* Planciaden *videntur facere editi antiquitus, cum* Plancia-

Unable to display this page

liarentur, atque ingens penuria suboriretur auctorum veterum. Certè sublata jam tum videntur, si quæ in Metamorphoses hasce exstiterant, ut exstitisse non dubito, commentaria. Secutus enim est mendas, quæ jam tunc exemplaribus hujus poematis inoleverant; ut Lib. VII. *vers.* 760. *ubi* Laiades *pro* Naiades *scribendum monui, cum argumenti auctor prava illic lectione sit deceptus. Libro eodem vers.* 466. *idem confirmat veterem in Nasone scripturam*, quamque impia prodidit Arne, *& docet bello Minoio id gestum, cujus si quis exstaret scriptor, rem expeditam haberemus; nunc omnia in obscuro sunt. Curis secundis multa huc congessi, ac pertendi in Nasone corrigendum:*

—Quamque impia prodidit Arne
Siphnon; at accepto, quod avara poposcerat, auro, Mutata est in avem. *Nam scripti vetustiores*, Sithon & accepto. *Siphni quoque nomen in argumento restituendum. Hæc Heinsius, ut & ista, sed in aliâ epistolâ: Ipsarum Metamorphoseôn cum inter codices numero prope modum infinitos, quos oculis usurpare mihi in pulvere veterum bibliothecarum contigit, nullum viderim exemplar hoc S. Marci libro præstabilius, de argumentis, quæ in plerisque membranis recentioris notæ aut omittuntur, aut fœdè exhibentur interpolata, facile per te judicabis. De auctore horum cum nec Florentinus ille codex, nec alii à me inspecti libri quicquam præ se ferant, non habeo quod dicam. Nec satis compertum est, unde fiat, quod ad Lactantium libellus is referatur. Oblatus mihi est, cùm agerem apud Etruscos, in bibliothecâ magni Ducis Lau-*

rentianâ codex chartaceus hujus ſcripti parum vetuſtus, & ſeorſim ſine Naſoniano opere exaratus, qui Donati breviationem fabularum Ovidii *libellum hunc nuncupabat &c Codex ille Florentinus, cujus vir magnus meminit, is S. Marci fuit apud Dominicanos Florentiæ, ante annos, ipſo judice, octingentos ſcriptus, in quo liber* XV. *deſiderabatur. In eodem cum & argumenta Metamorphoſeon continerentur, conferre ea cum editione Rænerianâ operæ pretium duxit, quod præter illum, & alterum Neapolitanum, ætatem annorum circiter quadringentorum habentem, haud ullum alium alicujus invenerit vetuſtatis, in quo exſtarent. Ea ergo codicis illius antiquiſſimi excerpta cum proximè cum editione Venetâ anni* CIↃ CCCC LXXXVI. *convenire deprehenderem, cauſſa non erat, cur non protinus præ omnibus aliis ſequendam eam mihi, & , ſicubi aberratum eſſet, ex MS. emendandam proponerem. Si nihil aliud, hoc certè à me effectum ſpero, ne in poſterum Rænerianî Centones, ex Regii ſæpe commentariis malè conſuti, pro Lactantianis legantur. Non otiosè lectum à me eſt, quod præfatur Rænerius,* Vetere ſe exemplari adjutum correxiſſe innumeros locos, multaque, quæ deerant, adjeciſſe. *Adjecit ſanè ille multa, ſed audace mehercules exemplo, vel de ſuo, vel ex Regii commentariis: id quod primus haud vanè odoratus, nec dicere veritus eſt Victor Giſelinus, in quem eo nomine immerito ita invehitur Barthius Adverſar. Lib.* VIII. *cap.* 17. Nec vero Joannis Rænerii in hoc auctore diligentia tam eſt vituperabilis, quam cenſet Victor Giſelinus in Epiſtolâ ad Georgium Fa-

Fabricium, nec Regii ille notas intrusit, sed Regius hunc potius exscripsit, ut ex MSS. libris & stilo Lutacii persimili sibi clarum est. Itaque melius de Lutacio judicandum, quam ut phrasin ejus à Regii nequeas discernere, quæ adeo res diversæ sunt, ut nigra sunt dissimilia fulvis, ut plumbo argentum. *Quod si tam dissimilis Regii & Lactantii est stylus, mirari subit, quod non animadverterit Barthius argumentum fab. 2. Lib. V. quod ipse Adversar. Lib. X. cap. 8. illustrat, ut si à Lactantio esset profectum, ad verbum è Regianis Commentariis esse descriptum. Sed Regius, inquit, hunc potius exscripsit. Quem, oro te, exscripsit? Lactantiumne Rænerii? Atqui Rænerius longè Regio ætate inferior fuit. Quod si Regium dicas Lactantium, ut in MSS. eum invenerit, exscriptum inseruisse notis suis, jam ratio tibi reddenda erit, primum cur nunquam eorum MSS. unde tantum supplementorum accesserit Lactantio, mentionem fecerit Regius? deinde, cur nihil simile vel in codicibus Germanicis Giselinus, vel in Italicis invenerit Heinsius? Sed actum ne agam, remittam te necesse est ad animadversiones nostras, quibus vindicare Lactantium & sibi restituere annisi sumus; quod fieri à nobis, quin aliquoties reprehenderemus Rænerium, nequaquam potuisse, facile conjectas. Emendare jam ante sæculum hæc argumenta ex nescio quibus libris Walterianis aggressus erat Giselinus: verum quod in illis ea quibusdam locis mutila essent, adeoque magnam partem evariarent ab Hervagii, Birckmannorum, & Rænerii editionibus, ut non ab uno, sed pluribus facta viderentur, cæpit diffidere probitati librorum suorum, & ad libri quarti initium*

subſtitit. Nos ivimus ulterius, & ad librum uſque XV. *qui in MS. deſiderabatur, Lactantii contextum, ſive τὸ κείμενον, ut Græci magiſtri loquuntur, ex editione Venetâ, & codice illo Florentino jam aliquoties laudato, tantum non in integrum reſtitutum, bonâ tibi fide exhibemus. Liber autem quintus decimus an fide ſe & auctoritate Rænerii tueri poſſit, viderit is, cui fortuna ejus aliquod MS. obtulerit exemplar. Lactantium Placidum hunc eundem eſſe arbitratur Rænerius, cujus in Statium habeamus Commentaria; immo, ut mihi videtur, etiam argumenta Tragœdiarum Senecæ; quanquam Donato opuſculum hoc inſcribant Colonienſes editores, ut & chartaceus ille codex, quem in Florentinâ inſpectum biliothecâ ab Ill. Heinſio audiſti modo. At Barthio non eſt Grammaticus, neque fabularum Ovidii argumenta concinnavit, ſed totum Metamorphoſeon opus luculento ſtylo redegit in compendium. Cauſſam nullus video; quin omnia ſuadere mihi contrarium videntur. Sed quod dictionem adeo ſtylo ejus ſimilem cenſet, qui eas fabulas, quæ ſub Hygini nomine exſtant, conſarcinavit, ut utrumque ſcriptum propemodum ejuſdem parentis videatur fœtus, in eo perlibenter ei adſentior.*

Quod ad Albrici, ſive is Alfricus eſt, qui Anglus fuiſſe, & annis abhinc ſexcentis vel ſeptingentis floruiſſe videtur, Commentariolum de Imaginibus Deorum integrum exſtare in Voſſianâ Bibliothecâ ex Cl. Tollii notis in Palæphatum didiceram, ſperaveram fore, ut meâ operâ non amplius mutilus is ſcriptor in hominum manibus verſaretur. Verum illuſtris Voſſius eâ de re appellatus, ſe vel donaſſe Tollio, cum is Palæphatum ederet, vel certè commodaſſe Albricum iſtum, reſpondit,

dit, nec postilla, cum diem suum obiisset Tollius, rescisse quid eo libro factum sit. At hæredes Tollii negant in supellectile ejus librariâ ullum à se Albricum inventum. Οἰχεῖαι ἀφ' ἑκάτερον, καὶ ἠφάνισεν ἑαυτὸν εἰς ἀτοπίαν.

Jam manum tollebam de fabulâ, cum in mentem mihi venit à Cl. Revio in Historiâ Daventriæ præfationem in Fulgentii Mythologias longè aliam, atque hactenus nos habuimus, ex MS. Vet. à Jacobo Fabro depromtam, afferri. Verum suppositititium omnino scriptum illud esse, nec Planciadis nostri, tametsi abunde vel sola dictio ostendat, ut repræsentarem id heic tibi, qualecunque sit, satius duxi, quam prætermisisse quicquam, quo scriptor hic vel illustrari vel ornari possit, jure merito arguerer. Audi ergo Revium Historiæ modo laudatæ pag. 141. *Autographum, inquit, Jacobi Fabri Daventriensis, qui præfationem hanc in fabulas Fulgentii Placiadis reperit, est in Bibliothecâ Daventriensi. Sic autem habet:* Subeuntem præfationem in subjectum librum ipsius Fulgentii inveni Lovanii in bibliothecâ squalenti, proh dolor, apud Augustinenses in foro piscario, in libro squalido ob incuriam possidentium. FULGENTIUS: Multa viri veteres cum scribendo gloriam sibi quærere viderentur planâ posteris oratione detexerunt, multa typo, ne vulgata vilescerent, competenti involverunt. Multa velut mystica, etsi jucunditatis tantum gratia, acute tamen confinxerunt. Horum primis, utpote planiciem sectatis, itemque ultimis, ut qui involucris nihil adumbraverunt enodationis minus egentibus, medii, figurarum quæ tradunt cuniculis

tegentes, sine interpretationis adminiculo, ad intelligentiam non perveniunt. De his ergo tractatum, non præsumtionis meæ ostentaria (forte: ostentatoriâ) commentitiave adinventione, sed authenticarum commodiore traditionum aggregatione, publicæ utilitatis studio suscepi; fortasse non otiosum. Neque enim vel omnibus tot grandia, in quibus omnem Philosophiæ haurirent dulcedinem, contigere volumina, vel hæc adeptis sæpe non parum, sæpe nequicquam tanta in rerum multiplicitate, unam rem quamlibet quærendo, placet laborare. Nec quidem hæc omnia, vel pœne omnia figmentorum explicem genera, sed quæ hic facili conjunctione præsto habentur paucula, alioqui difficiliori indagatione invenirentur, vel incassum nonnunquam quærerentur dispersa. Ex hoc ergo fonticulo cyathum quem ad Ausidum, ut tantundem haurires, deferebas, aliquanto, quod mihi videtur, commodius adimplens, si quid quod gustum offendat, nihil enim in humanis actionibus perfectum est, senseris, id vel ad interiora transmissum ex se sapiat, vel si adhuc quoque insipidum perstiterit, congrui amica medicaminis infusione dulcescat, vel si condimentis dulcorari nequiverit, ne magis amarescat, penitus evomatur. Neque enim parum cognosse, sed in parum cognito perseveranter & obnixe perstare, juxta Tullium crimen voces. Quid autem sequens opus velit, à divisione fabulæ reor inchoandum.

Fabularum, quarum nomen (ut ait Macrobius) indicat falsi professionem, aliæ delectationis tantum,

tum, aliæ etiam utilitatis causa conscriptæ sunt. Eas vero, quæ tantum delectant, Philosophi repudiantes, alteram fabularum speciem hoc modo subdividunt: Inventarum autem utilitatis causa fabularum, in quibusdam & materia ficta est, & per mendacia ipse relationis ordo contexitur, ut in fabulis Æsopi elegantiâ fictionis illustribus: at in aliis materiæ etiam veritas subest, sed hæc ipsa veritas per quædam composita & ficta profertur. Et hæc jam vocatur fabulosa narratio, non fabula. Ut mysticæ Hesiodi & Orphei de Deorum progenie ortuve traditiones. Ex hac ergo secunda divisione, quam diximus, prior species, quæ concepta de falso per falsum narratur, à Philosophiæ libris prorsus aliena est. Sequens in aliam rursus discretionem scinditur. Nam cum veritas argumento subest & sola fit narratio fabulosa, non unus reperitur modus figmenta rerum referendi.

Aut enim contectio narrationis per turpia & indigna numinibus ac monstro similia componuntur, ut Dii adulteri, ut Saturnus pudenda Cœli patris abscindens, & ipse rursus à filio, regno potito, in vincula conjectus; quod genus totum philosophi nescire malunt; aut sacrarum rerum notio sub pio & competenti figmento honestaque relatione enunciatur. Et hoc est solum figmenti genus, quod cautio de divinis rebus Philosophantis admittit. Nos vero non minus poëticis quam & Philosophicis subservientes disciplinis, utrasque fabularum species, quas posuimus postremas, quantum se ad præsens facultas dederit,

juxta patrum vestigia prosequemur. Nec te moveat, quod ab admiranda beati Augustini traditione, quam in libro de Civit. Dei promit, in aliquibus videar dissentire: ego neque illum in scribendo præ manu habui, neque Catholicæ fidei traditores in hoc opusculo imitari aggressus sum. Ille quidem altiora, & fortassis veriora proponit, sed hæc mediocres apud antiquos viri tradiderunt. Ut autem ad promissa veniamus, de ortu idolatriæ tractatum inchoëmus, de cujus scaturigine omnia pene figmenta manaverunt.

Explicatio notarum, quibus in Commentariis Fulgentianis usi sumus.

M. Edit. Basil. anni 1535.
H. Bas. anni 1536.
I. Bas. anni 1587..
A. Augustana anni 1521.
L. Lugdunensis anni 1608.
P. Parisina anni 1578.
B. Mediolanensis anni 1487.
MS. vel Cod. Leid. membranæ vett. Bibliothecæ Leidensis.

Fabularum, quæ à Fulgentio explicantur, per

CAPITA INDEX,

uti inventus est in MS. Leid.

Lib. I.

Cap. I. *Unde Idolum dictum.*
II. *Fabula Saturni.*
III. *Fabula Neptuni.*
IV. *Fabula de Plutone.*
V. *Fabula de Tricerbero.*
VI. *Fabula de Furiis.*
VII. *Fabula de Fatis.*
VIII. *Fabula de Harpyis.*
IX. *Fabula de Proserpinâ.*
X. *Fabula Cereris.*
XI. *Fabula Apollinis.*
XII. *Fabula de Corvo.*
XIII. *Fabula de lauro.*
XIV. *Fabula de novem Musis.*
XV. *Fabula Phaëthontis.*
XVI. *De Tripo, Sagittis, & Pythone.*
XVII. *Quare sine barbâ pingitur; cum pater dicatur.*
XVIII. *Fabula Mercurii.*
XIX. *Quare pinnas* habere dicatur.
XX. *Quare virgam.*
XXI. *Quare galerum & gallum.*
XXII. *Quare Hermes.*
XXIII. *Quare fur, quare celer dicatur.*
XXIV. *Quare Argum occidisse.*
XXV. *De Ganymede.*
XVI. *Fabula Persei & Gorgonarum.*
XXVII. *Fabula Admeti & Alcestæ.*

INDEX FABULARUM.

Lib. II.

Cap. I. *Fabula de Judicio Paridis.*
II. *Fabula Minervæ.*
III. *Fabula Junonis.*
IV. *Fabula Veneris.*
V. *Fabula Herculis & Omphalæ.*
VI. *Fabula Caci & Herculis.*
VII. *Fabula Antæi & Herculis.*
VIII. *Fabula Tereſiæ.*
IX. *Fabula Promethei.*
X. *Fabula de adulterio Veneris.*
XI. *Fabula Ulyſſis & Sirenarum.*
XII. *Fabula Scyllæ.*
XIII. *Fabula Midæ regis & Pactoli fluvii.*
XIV. *Fabula Minervæ & Vulcani.*
XV. *Fabula Dionyſii.*
XVI. *Fabula de Cygno & Ledâ.*
XVII. *Fabula Ixionis.*
XVIII. *Fabula Tantali.*
XIX. *Fabula Lunæ & Endymionis.*

Lib. III.

Cap. I. *Fabula Bellerophontis.*
II. *Fabula* * *Perdiccæ.*
III. *Fabula Actæonis.*
IV. *Fabula* † *Ero & Leandri.*
V. *Fabula Berecynthiæ & Attis.*
VI. *Fabula Deæ Pſychæ & Cupidinis.*
VII. *Fabula Pelei & Thetidis,*
VIII. *Fabula Myrrhæ & Adonis.*
IX. *Fabula Orphei & Eurydicis.*
X. *Fabula Apollinis & Marſyæ.*
XI. *Fabula Finei.*
XII. *Fabula Alphei & Arethuſæ.*

Fabii Planciadis Fulgentii V. Cl. Mythologiarum libri tertii Capitula Expliciunt.

* Vide annot. ad illud caput. † Conſule & heic notas noſtras.

INDEX SCRIPTORUM

Veterum, qui in Commentariis hujus secundi tomi Mythographorum Latinorum à nobis vel emendantur, vel explicantur.

ABdiæ Babylonii interpres emend. p. 248.
Ælianus emend. p. 211.
Ampelius emend. p. 56. 91. 283. 312.
Anacreon tentat. p. 11.
Anton. Liberalis emend. p. 231. 234. 238. 241. 257. 288.
--- Lectio ejus Vulg. asserta p. 203. 240. 280. 310.
--- Explicatus p. 230. 231. 238. 247. 249. 278.
Apitius emend. p. 48. 69.
Apollodorus emend. p. 211.
--- Ejus lectio Vulg. asserta p. 238.
Apostolius reprehens. p. 283.
Aristophanes emend. p. 265.
Aristoteles emend. p. 121.
Arnobius emend. p. 184.
Artemidorus emend. p. 320.
Asconius emend. p. 286.
Auctor vitæ Virgil. explicatus p. 6.
Auctor Altercat. Hadrian. & Epictet. emend. p. 71.
Avienus emend. p. 261.
Ausonii lectio vetus revocata p. 98. 204.
Capella emend. pag. 12. 16. 28. 40. 42. 43. 44. 62. 105. 111. 128. 165.
--- Repreh. p. 90.
Cassiodorus emend. p. 37. 109. 314.
Catalecta Vett. Poët. emend. p. 87. 119.
Catullus emend. p. 233.
Chrysologus emend. p. 59.
Claudianus emend. p. 105.
Cyprianus emend. pag. 105. 151.
Digestorum lectio vetus asserta p. 150.
Diogenis Laërtii interpres repreh. p. 262.
Donatus emend. p. 144.
--- Reprehens. p. 52.
Etymologici magni auctor emendat. p. 257.
Eustathius emend. p. 131.
Festus Paulli emend. p. 6. 9. 31. 33. 60. 71. 124. 174. 262.
Firmicus emend. p. 205. 309.
--- Tentat. p. 312.
Fortunatus emend. p. 24.

Fron-

Unable to display this page

--- Tentat. p. 18.
Ruffinus emend. p. 43. 282.
--- Explicatus p. 270.
Saluſtius emend. p. 274.
Sarisberienſis emend. p. 2.
Sedulius emend. p. 29.
Seneca tentatus p. 140.
--- Ejus lectio defenſa p. 14. 17.
Servius emend. p. 1. 26. 37. 46. 51. 56. 60. 75. 80. 81. 129. 133. 134. 140. 270. 276. 278. 309. 310. 312. 316. 318. 320. 321.
Sextus Rufus emend. p. 221. 271.
Simeon Sethi emend. p. 150.
Spartiani lectio vetus aſſerta p. 23.
Statii Scholiaſtes emend. p. 9. 56. 107. 310.
Stephanus emendatus & explicatus p. 278.
--- Ejus interpres reprehenſ. p. 270. 279.
Sulpiciæ fragmentum tentatum p. 4.
Tertullianus repreh. pag. 52.
Theocriti Scholiaſtes emend. p. 256.
Turpilius emend. p. 159.
Tzetzes emend. p. 236. 262. 268.
--- Reprehenſ. p. 33. 205.
Valerius Maximus emend. p. 178.
--- Illuſtratus p. 262.
Vibius Sequeſter emend. p. 232. 268. 281.
Victor emend. p. 9.

A D-

ADDENDA.

PAg. XXII. a. 21. Ὅπ ἀδὲν οἶδε. *add.* Schol. Aristoph. in Nub. act. 1. sc. 1. pag. 129. Ed. Cald. Ἐπεὶ ἐκεῖνος (Σωκράτης) ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι. διόπερ ὁ ὑπὸ Πυθίᾳ σοφὸς ἐκρίθη. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ πρῶτον εἶναι σοφὸν, τὸ γνωρίσαι, ὅτι ἀδὲν οἶδε.

XXV. a. 9. publicavit Grotius. *add.* German. Scholiastes unum ei equum album, alterum tribuit nigrum.

XLVII. a. 17. pro *è contrario.* Usurpatum illud *contra* etiam à Salviano video Lib. III. p. 77. *At nos econtra, non extraneis tantum, sed etiam proximis invidemus.*

CXLIII. a. 23. *dignaretur & visum. add.* Usus particulæ illius non ita vulgaris ansam videtur præbuisse corrumpendo Frontino in de Aquæduct. p. 223. Ed. Keuch. *Ut curaret quatenus alias aquas posset, in urbem perduceret, & ampliores ductus faceret.* Leg. *quatenus alias aquas posset in urbem perducere* &c.

CCXXXII. a. vers. ult. *linguâ eam truncavit. add.* Verum nihil necesse est. Justin. Lib. XI. cap. 14. *Pœnam truncatâ corporis parte tulerant.*

CCXXXIV. a. vers. ult. *Biga, διφρος. add. Currulis sella* posset verti tamen. Nam proprie διφρος fuit, ut docet Aristophanis Scholiastes in Nub. p. 134. τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ οἱ ἡνίοχοι ἐστῶτες ἐλαύνουσιν.

CCXLVI. a. 46. Odyss. 627. Ed. Bas. *add.* & Hesych. Φῆρες, inquit, οἱ Κένταυροι. Ἀτολικοί. Φηρία, Ἀτολεῖς.

CCLXII. b. 9. *ipse cœpit. add.* nec non Justin. Lib. XI. cap. 12. *Ex collisione abjecti partus* &c.

CCLXXXIX. a. 8. *proximè Pompejum. add.* Eadem mendâ inquinatum puto glossarium Philoxeni, & lego pro *Accepto sibi fecit,* ἑαυτῷ ἐλογίσατο, *acceptum sibi* &c. Catull. carm. 37. *Acceptum face redditumque votum.*

Operarum peccata.

Pag. LIII. b. 4. *quasi Mercurium. leg. Mercicurium.* LXXI. b. 21. *peccati culeo.* leg. *aculeo.* XCVI. a. vers. ult. *Planipeacs audit. leg. Planipedes audit.* CII. a. 13. *disexapito.* leg. *disexapoto.* CIII. b. 5. Εἶμι ἐλαίας. leg. ἐλαίᾳ. CXXV. a. 24. Demerstus. *leg.* Demsterus. CCV. b. 15. *resorbet.* leg. *resorberet.* CCXVIII. a. 13. παλὰς. leg. παλὴρ. CCXXVII. a. 2. ὕμην. Leg. ὑχίην. CCCIX. b. 47. πεμπθῆναι. leg. πεμφθῆναι. CCCXVII. b. 20. *metus acris.* leg. *motus.* In dedicat. Fulgentio præfixâ, *pro* sive eximiâ *leg.* sine &c.

JU-

JUDICIA
nonnulla de
FULGENTIO
& ejus
# SCRIPTIS.

Modius Novantiq. Lect. Epist. LXI.

NUnc volui hæc ad te mittere, specimen eorum, quæ ex tuo veteri membranaceo codice in Mythologiarum libris iis emendavi, qui hactenus pro Fulgentii Episcopi Carthaginensis, sive ejus, cujus multâ pietate & eruditione scripta ecclesiastica multa in manibus habentur, non rectè circumlati cusique passim sunt; cum constet ex eodem illo tuo antiquo libro, tribusque aliis venerandæ æquè antiquitatis codicibus, quibus olim Lovanii à Gemblacensibus, & nuper Coloniæ à Metropolitanæ ecclesiæ Bibliothecæ præfectis, & abbate Sigebergensi usus sum; cum, inquam, ex his omnibus constet, neque divi Fulgentii ejus, cujus scripta sacra hodieque leguntur, quique Ruspensi Ecclesiæ præfuit, & multa ab Arianis passus fidei caussâ, eam sedem Asiatico exilio mutare coactus fuit, neque Carthaginensis aut omnino alterius ullius episcopi has Mythologias esse, sed nescio cujus Fabii Planciadis Fulgentii Clarissimatus dignitate ornati, qui tamen iisdem fere cum Fulgentio Ruspensi Episcopo temporibus, & in eadem Africâ vixerit, ut tum plenius à me disseretur, cum hujus auctoris opuscula universa, ex parte nunquam hactenus cusa, ex amplissimâ tuâ bibliothecâ cum publico communicabo.

Vossius Instit. Orat. Lib. IV. *p.* 198.

Barbarè egit eapse de re Fulgentius. non quidem fulgentissimus ille Episcopus Carthaginensis, cui in antiquioribus editionibus tribuitur, ac à Florido quoque Sabino adscribitur; sed Grammaticus, qui & Fabius Planciades; cujus de Continentiâ Virgilianâ libellum habemus, & alterum de antiquarum aliquot vocum interpretatione.

Jos. Scaliger Com. in El. de Ob. Mæc.

Quod signifer Jovis sit Ganymedes, docet doctissimus Mythologus Fulgentius Lib. 1.

Idem Auson. Lect. Lib. II. *cap.* 29.

Superiores autem Ausonii esse non credam propter stili diversitatem: in quibus postremis animadvertendum Saturnum dictum Pollucis prolem: quod explicatur à Fulgentio doctissimo Mythologo ita de Saturno loquente: *Pollucis*, inquit. *filius, sive à pollendo, sive à pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus* &c.

Turnebus Adversar. Lib. XVI. *cap.* 3.

Titivilitium hic Festus lib. 18. nullius esse significationis scribit, ut apud Græcos nullius est οὐτιδανὸς & φαῦλος: sed auctor non contemnendus Fulgentius *Textivilitium* videtur legisse, cum libro de vocibus antiquis ita scribat: *Textivilitium dici volverunt fila putrida, quæ de telis cadunt.*

At *Bredæus Annot. in Q. Calabrum pag.* 238. Fulgentii Mythologiâ quid ineptius?

Et Barth. Comm. ad Stat. Tom. II. *p.* 728.

Semeles ineptissimum etymon est apud Fulgentium Lib. II. Mythol. & tamen doctissimi viri eum Mythologum *doctissimi* nomine commendant, qui totus nihil nisi mera est nugacitas.

Tom. III. *p.* 449.

Hæc Fulgentius, quem scriptorem legendo miseratione temporum afficimur; tanta enim jam ruditas à Græcâ literatura erat, ut sibi arrogantiæ summæ homo omnia scribere licere crederet, modo vel auctores Græcos vel voces ejusdem linguæ per caputque pedesque attrahere posset in medium, & inde suum negotium curare.

I. Baptista Pius in Epist. dedicat. ad Antonium Mariam Bentivolæum.

Expiscati commodum ex penario literatorio, cujus tu fuisti condus, Mythologicon Placiadem, fratrem, ut fertur, Cassiodori, hunc chalcitypis officinatoribus tradendum curavimus, nuncupatim tibi dicantes sine provocatione electo judici aureum librum; quid librum? thesaurum potius: quem Sidonius libro III. eruditissimum, & ob ingenii merita quæstorium vocat, tanquam quæsturâ rejectâ episcopatum Africæ sumserit.

Pierius Valerianus Hieroglyph. Lib. XLVIII. *p.* 353. *Ed. Basil.*

Hinc Fulgentius ex auctoritate Theopompi in Cypriaco Carmine, & ex Hellanico ἐν τῷ τῆ Διὸς φιλολογίᾳ, Junonem ait ab Jove vinctam catenis aureis, & incudibus ferreis degravatam; quamvis pravè quidam depravatam legunt, sed longè fædius interpretantur, dum exponunt devirginatam: & quod magis rideas (animadverte hominis phrasin & impudentiam) depudicatam, imminutam, incudibus veluti stragulis & lecto geniali præpositis, ob nimii tendoris & libidinis impatientiam. Sic ille stolidus insanit, & enormia longè magis sibi confingit super angelis. Nec tamen præterit me, alicubi legi angelos quosdam depravari & compedibus coërceri: sed ibi depravari non significat depudicari, ut stupor iste putat, sed gratiâ lumineque Dei privari. Homeri autem carmina, unde hæc à Theopompo & Hellanico desumpta sunt, habentur Iliad. O. vers. 18. Η᾽ ἐ μίμνω ὅτι &c.

Hadrianus Junius Animadvers. Lib. V. *cap.* 7.

Non satis explicata primo occursu videbatur ratio, cur Venerem conchâ vectam uterque poeta dicat, præsertim nullis adjuto commentariis: itaque in altiorem cogitationem incubui, ut causam dicti exquirerem rimando, quod aperuit commodum Placiades, qui auctoritate Jubæ Maurusii in Physiologis scribit, concham marinam toto corpore simul ἐ ἀθερίνε aperto, in coitu misceri, atque inde esse, quod Venus pingatur conchâ vehi.

F A-

FABII PLANCIADIS FULGENTII,

Viri Clarissimi,

MYTHOLOGIARUM

Ad Catum Presbyterum

Liber Primus.

[a]QUAMVIS inefficax petat studium res, [b]quæ caret effectu, [c]& ubi emolumentum deest negocii, causa cessat inquiri: [d]hoc videlicet pacto quia nostri temporis ærumnosa miseria non dicendi [e]petat studium, sed vi-

a *Quamvis inefficax petat studium*] Longum heic est hyperbaton usque ad illa, *quia soles*. quod dictum ὀλιγοσυλλάβως, pro *quia tamen Soles*. Frequens ea ellipsis etiam optimis. Virg. Æn. II. 12. *Quanquam animus meminisse horret luctuque refugit, Incipiam*. Sallust. Jug. cap. 35. *Igitur quanquam in priore actione quinquaginta vades dederat, regno magis, quam vadibus consulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimittit*. Quo loco tamen chartaceus codex. Biblioth. Leid. mirificè ab inepto glossatore interpolatus, perperam exhibet, *regno tamen magis*. Servius Procem. Centimetri: *Licet audacter, non tamen inelegantur hunc libellum, qui volverit, centimetrum nominabit*. MS. liber Leid. Biblioth. omittit τὸ *tamen*, & pro *voluerit* habet *volet*. Familiarem præ cæteris hanc loquendi formam ecclesiasticis scriptoribus esse observat Goldastus ad Valer. de Bon. Disciplin. p. 57. Cæterum *inefficax studium* est inutile. Ita *inefficax sedulitas* apud Quintil. Declam. VI. *Qualiscunque ista calamitas, inemendabilis cecidit: non remedium accipere, non vicarium potest. Assedisses scilicet lectulo inefficax sedulitas* &c. Pro *cecidit* legerim ex Edit. Col. anni CIↃ IↃXXI. *Cæcitat*. Apul. I. Milet. *Inefficaci celeritate fatigatus*. IX. *Contra inefficaces diligentias*. Et *inefficacem commovet comiserationem*. Ad eundem modum *inefficaciter* pro *inutiliter* dixit Festus Avienus Ora Marit. *Cur inefficaciter Secreta rerum in non tenacem effunderem?*

b *Quæ caret*] Ita A. H. I. L. & MS. Leid. M. *Carent*.

c *Et ubi emolumentum deest negotii, causa*] A. H. I. *Et negotii causa*. M. *deest, negotii causa*. Sed pro Commelinianâ stat L. & MS. Leid. Emolumentum est profectus vel lucrum, ut rectè interpretatur glossa interlinearis codicis Leidensis. Pertinet huc illud Quintil. Declam. modo laudatâ: *Labori incumbere oportet, ubi effectus promittitur. Stulta cura est, quæ spem non habet*.

d *Hoc videlicet pacto*] Perquam crebro occurrit illa locutio apud Fulg. ut tantum non in eâ facere delicias videatur. Lib. I. cap. 10. *Illâ videlicet ratione*. Cap. 14. *Illa videlicet causâ*. Præfat. Lib. II. *Illo videlicet pacto*. Et locis aliis quam pluribus.

e *Petat*] *Petit* 5. edd. & mox *flet*. Commelinianam lectionem tuetur MS. Leid.

vivendi fleat ergastulum, nec [f] famæ assistendum poeticæ, sed fami sit consulendum domesticæ. [g] Cito itaque nunc aut quod amiseris fleas, aut quod edas inquiras, quam quod dicas invenias. [h] Vacatque hoc tempore potentibus opprimere, [i] prioribus rapere; privatis perdere, miseris flere. Quia soles, [k] Domine, [l] meas cachinnantes sæpius nænias lepore satyrico litas libentius [m] affectare, dum ludicro [n] Thalia [o] ventilans epigrammate comœdica [p] so-

f *Famæ assistendum*] Aptius foret, *insistendum*. Eo significatu Solin. cap. 27. *Insistere raptoribus*. Tacitus 2. Hist. *Contra fortunam insistere spei*. Cyprian. Serm. de Orat. Dom. *Insistere precibus*. Lib. IV. ep. 4. *Instare orationi*. Ruspensis Episc. epist. 2. *Instare jejuniis*. Nostter cap. 15. Lib. II. *Insistere feritati*. *Insistere inquisitionibus* Apul. VII. Milesi.

g *Cito itaque nunc*] M. & L. *Citius nunc*. quemadmodum & in margine Scriverius & Tollius notarant. A. H. I. *Citoque nunc*. Sed MS. Leid. disertim cum Commel. *cito itaque nunc*. Subaudi, *magis*. Virg. Cont. *Non adipata crassedo ingenii, quam temporis formido*. Intelligi *magis* jubet glossa. Sed *quam* potius subaudiendum esse ibi demonstramus. Dein post paulo, *Deos quam sapientiam esse culpabiles*. Lib. III. cap. 3. *Detrimenta suis amatoribus novit parturire quam gaudia*. Vide quæ ibi annotavi, & ad cap. 1. Lib. II. Contra *citius* pro *cito* per aliam ellipsin habes cap. 3. & 17. Lib. II.

h *Vacatque*] *Vacat* 5. edd. In MS. Leid. post το *vacat* vocula erat erasa, & in ejus locum *itaque* suppositum. Cæterum *vacare* heic est concedi, licitum esse, ut habent gloss. MSS. Capella Lib. I. *At præscire Deis vacuum est*. Ubi glossa membranarum Leid. Biblioth. *concessum est*. Probè omnino. Sallust. I. Hist. *Postquam, remoto metu Punico, simultates exercere vacuum fuit*.

i *Prioribus*] Si non infimæ ætatis esset scriptor hic Planciades, *primoribus* rescriberem.

k *Domine*] Usitatissimæ erant isto ævo hujuscemodi blanditiæ. Sic præfat. Lib. II. *Studens, mi domine* &c. Et III. *Tue, domine, purissimo commissi judicio*. Sidon. Lib. IV. ep. 10. *Erumpo in salutationem, licet seram, domine meus*. Etiam illa huc refer, quæ infinitis locis apud eundem occurrunt, *domine major, domine fili, domine frater*. Consulendi de honoris illis & blanditiarum vocabulis Lipsi. ad II. Ann. Tacit. Scriverius ad Mart. Lib. I. 82. & V. 57. Casaub. ad Theophrast. Charact. cap. 3. Marcilius ad Horat. II. od. 12. Vossius Lib. IV. Orat. p. 219. Unde, quam non Fulgentii demum ætate obtinuerint illa, discere potes.

l *Meas nænias*] Verecundè *nænias, nugas, ineptias, Iusus*, versiculos suos appellant poetæ. Exemplis, quæ afferunt, cum hoc Fulgentii addi potest, tum illud Plin. Lib. VII. ep. 2. *Quæram quid potissimum ex nugis meis tibi exhibeam*. Lib. VII. 9. *Lusus vocantur* &c. Et Capell. Lib. I. *Nugulas ineptas aggarrire non sustinens*. Phædr. Lib. IV. cap. 1. *Sed diligenter intuere has nænias*. Horat. I. Sat. 8. *Nescio quid meditant nugarum totus in illis*. Martial. Lib. IV. 10. *Qui meruit nugas primus habere meas*.

m *Affectare*] Gloss. *desiderare*. Festus: *Affectare est animum pronum ad faciendum habere*.

n *Thalia*] *Talia* 5. edd. MS. Leid. *talia musa*. Sed à manu altera correctum erat, *Thalia*. Atque ita procul dubio scripserat Fulgentius. Postea è margine irrepsit το *Musa*. Frequenter admodum aspirationes omittunt librarii. Servius Centimetr. Membran. Leid. *Doctis talia fatibus favebit*. Editus liber habet, *doctis Thalia vatibus favebat*. Apta Thalia lusibus & jocis, unde *lasciva Thalia* apud Martial. VII. 16. & *nostra Thalia* ab eodem audit IV. 18. IX. 27. Confer Lib. X. 19. & quæ ibi notarunt interpres.

o *Ventilans*] H. e. ludens. Metapho-

ra

[p] solita [q] vernulitate mulcere. Additur quia & mihi nuper imperasse [r] dinoscеris, ut [s] feriatas adfatim tuarum aurium sedes [t] lepido quolibet susurro permulceam. Parumper ergo ausculta, dum tibi [u] rugosam sulcis anilibus ordior fabulam, quam nuper [x] Attica [y] saporante salsura, [z] nocturna præsule lucerna commentus sum, ita somniali figmento [a] delusam, [b] quo non poetam furentem aspicias, sed [c] oniro-

ta est à prolusionibus athletarum. Prolusores enim *Ventilatores* appellat Quintilianus.

p *Solita*] *Solita est* 9. edd. Micyllus emendabat, *Solitus es*. Perperam, quia legebat *talia* pro *Thalia*. Non multum dissimile est illud infra: *Comœdico phasmate delectabam*.

q *Vernulitate*] Sic & infra, *rimabunda vernulitate*, & *avium quædam vernulitas*. Ubi *vernilitas* correxerat Salmasius. Certè vernilitas, si usquam alibi, in comœdiâ locum habet. *Vernulitas* vox Latina non est. Gloss. Philox. *Vernilis*, πολιτικός. Immo *vernilis* est scurrilis, *vernilitas* scurrilitas, hoc est, improba procacitas vernæ, non homini ingenuo conveniens. Martial. 1. 47. *Urbanus tibi, Cæcili, videris. Non es, crede mihi. quid ergo? Verna es*. Plura dicemus inferius.

r *Dinoscеris*] A. M. & L. *dignoscеris*. Sed *dinoscеris* rectè cum Commel. H. & I. Nec aliter exhibet Leid. codex. Gloss. Philox. *Dinoscimur*, φανόμεθα. Claud. de Stat. Anim. Lib. II. 5. *Sed ipsum dinoscat, & secundum eundem dijudicet numerum*. Nec usquam aliter id verbi apud eum scriptorem exaratum invenies. Apulejus de Deo Socratis: *Per quæ futura dinoscimus*. In Herm. Asclepio: *Alterum alterius consentaneum esse dinoscitur*. Et sic semper etiam ille. Nec non Tertull. ut de Cult. Fœm. cap. 9. *Dinoscere in facili est*. Observavit eam quoque scripturam in Hist. August. scriptoribus Salmasius.

s *Feriatas aurium sedes*] H. e. vacivas aures. Sic paulo inferius: *Feriatis aurium sedibus percipe*. Et in Continent. Virg. *Vacuas fac sedes aurium tuarum*. Imitatio Plautina est ex Prolog. Casin. vers. 19. *Aures vacivæ si sunt, animum advertite*. Sed apud eundem Plautum legas Pseud. 1. 5. vers. 54. *Fac sis vacivas, Pseudole, ädis aurium*. Ut forsan vel scripserit, vel scribere debuerit Planciades, *aurium ædes*.

t *Lepido quolibet susurro*] Apulejus ipso initio I. Miles. *Atque aures tuas lepido susurro benevolas permulceam*. Pro *quolibet* restituit *quamlibet* Barth. Adv. Lib. XXV. cap. 12. De voce *feriatus* consule eundem ad Stat. Tom. 1. p. 145.

u *Rugosam fabulam*] Imitatur Capellam Lib. IX. *Habes senilem, Martiane, fabulam*.

x *Attica salsurâ*] Noti sunt sales Attici. Pertinent huc & illa, *Atticus lepos, Attica eloquentia, Atticus nasus*. Ἀττικὴ μυκτήρ, Ἀττικὴ ῥῖς apud Lucian. Dial. 2. Tom. 1. Tertull. de Anim. cap. 20. *Thebis hebetes & brutos nasci relatum est: Athenis sapiendi dicendique acutissimos*. Adde his, quæ ad Apul. Apolog. congessit Pricæus p. 76.

y *Saporante*] MS. Leid. A. H. & I. *Soporante*. M. & L. *soporatam*. Sed rectum est *saporante*, quod & in suis MSS. invenit Modius. Dracontius Hexaem. *Autumni qui dulcia poma saporat*. Tertull. de Spect. cap. 27. *Conditis pulmentis & benè saporatis*. Petron. *Mille saporatam medicatis frugibus offam*. Talia *teporare, vaporare, torporare*, & similia.

z *Nocturnâ præsule lucernâ*] Ad lucernæ lumen puta. Capella Lib. 1. *Hiemali mecum pervigilio marcescentes lucernas edocuit*. Martialis Lib. VIII. 3. *Scribant ista graves nimium nimiumque severi, Quos mediâ miseros nocte lucerna videt*. Juvenal. Sat. 1. vers. 51. *Hæc ego non credam Venusinâ digna lucerna?* Auson. Præfat. Fast. *Obsequitur studio nostrâ lucerna tuo*.

a *Delusam*] H. e. descriptam. Ludere enim dicuntur poetæ, cum scribunt carmina.

b *Quo aspicias*] Notandum hoc ini-

[c] onirocriten [d] ſoporis nugas ariolantem advertas. Neque enim illas [e] Heroidarum arbitreris [f] lucernas meis præſules libris, quibus aut [g] Sulpicillæ procacitas, aut Pſyches curioſitas, [h] declarata eſt: [i] neque illam, quæ vi maritum Phædriam in tumulum duxit, aut Leandricos natatus

tio, quo melius capias Fulgentii dictionem, *quo* pro *ut* identidem ab eo poni. Invenies inferius in hac ipſâ præfatione: *Quo pene dormientem Scipionem cœli civem effecerit. Quo ſi Midas rex* &c. *Quo portarum peſſulos quiſpiam non videret.* Et infinita alia. Conſule indicem.

c *Onirocriten*] MS. Leid. *Onirocretam.* Leg. *onirocritam.* Ὀνειροκρίτης, *onirocrita*, ut ποιητὴς, poëta, πλανήτης, *planeta*, & ſimilia. Ὄνειρον κρίσις eſt Euſebio Præpar. Euang. p. 39. ed. Steph. *Conjectorem* vocat vulgatus interpres Geneſ. XL. 22. Ὁ συγκρίνων eſt τοῖς ὀνείροις *interpretatio.* Κρίνειν ὄνειρον dixit Homerus, & Artemidor. Lib. I. cap. 11. quod Latini, *conjicere ſomnia.* Feſtus: *Conjector, interpres ſomniorum.*

d *Soporis nugas ariolantem*] H. e. viſa nocturna, ſomnia interpretantem. Nugas vocat, quia inania plerunque ſomnia.

e *Heroidarum*] Carrio Lib. II. Emend. cap. 15. corrigit *heroinarum.* Fruſtra. *Heroida* terminatione latinâ uſurpavit pro *Heros.* Sic *Symplegadæ* pro *Symplegades* apud Iſidor. Lib. XII 7. *Lemniadæ* pro *Lemniades* in lemmate cap. 15. Hygin. *Mnemonidæ* pro *Mnemonides* apud Auſon. in Gripho. *Titanida* pro *Titanis* apud Capell. Lib. IX. *Itonida* pro *Itonis* apud Feſtum, aliaque apud alios, de quibus copioſè egimus in diſſertatione Hygino præfixâ. Sarisber. Polycrat. Lib. II. cap. 2. *Dicunturque dies Alcyonitæ, quibus vix vel tenuis aura ſentitur.* Lego, *Alcyonidæ.* Nam *Halcyonides* appellantur à Plinio. Lactant. Firm. Lib. I. cap. 17. *Tribus virginibus Cecropidis commendavit.* Horat. I. Sat. 2. *Fortiſſima Tyndaridarum.* Schol. Juv. ad Sat. V. 152. *De Heſperidis dicit.* Idem ad Sat. VIII. 233. *Alibrogæ Galli ſunt.* Gloſſ. MSS. in I. Georg. Virg. *Antipodæ dicti ſunt, quod contra nos poſiti ſint veſtigiis.* Schol. Stat. ad VII. Thebaid. 267. *Unam Arcadam.* Interpres Byngezlæ, *Hæmorroidæ.* Conſer notata ad Hyg. cap. 155. & quæ dicimus infr. ad cap. 2. Lib. III.

f *Lucernas*] Rectè omnino obſervatum à doctiſſimo amico noſtro Jacobo Perizonio, eas heic tangi fabulas, quarum in circumſtantiis magnam partem faciat lucerna.

g *Sulpicillæ*] Illam, puto, Sulpiciam intelligit, cujus adhuc hodie exſtat Satyra. Procacitatem certè ejus ſatis indicant verſiculi illi apud Juvenalis Scholiaſten: *Ne me cadurci deſtitutam faſciis Nudam Caleno concubantem proferat.* Immo ſuſpicor ad lucernam directa hæc verba, & lego *proferas.* Et videtur hoc velle Martialis Lib. X. 38. *O quæ prælia, quas utrinque pugnas Felix lectulus & lucerna vidit Nimbis ebria Nicerotianis!* Conſer ejusdem libri epigr. 35. Quod ſi mihi dederis, habebimus lucernam, quam quærimus. Geſtum exiſtimo, teſte lucernâ, neſcio quid jocoſi, quod poſtea ſparſum in vulgus heic innuat Planciades. Cæterum petulantiam hujus Sulpiciæ pariter tangit Auſonius præfat. Cent. Nupt. *Prurire opuſculum Sulpiciæ, frontem caperare.* Et Sidon. carm. IX. 257. *Non quod Sulpiciæ jocos Thaliæ Scripſit blandiloquum ſuo Caleno.*

h *Declarata*] Carrio corr. *declamata.* Sed alterum & MS. & 5. edd. habent.

i *Neque illam, quæ vi maritum Phædriam in tumulum duxit*] Ita cum Commel. MS. Leid. ut & A. H. & I. edd. quæ in margine habent, tanquam diverſam lectionem, *Phædram.* M. & L. *Neque illam Phædram, quæ maritum Phædriam.* Perperam omnino. Gloſſæ codicis Leidenſis notant *Phædriam eſſe nomen mariti, qui vivus ſit ſepultus.* Et hoc ridiculum ſine dubio. Si locum

heic

tatus intercepit, sed quæ nostrum [k] Academicum rhetorem ita usque ad [l] vitalem circum tulit, quo pæne dormientem Scipionem cœli civem effecerit. Verum respublica videat, quid Cicero egerit. Me interim discedentem à te, Domine, dum quasi urbanis extorrem negociis ruralis ocii torpor astringeret, evitans ærumnosa calamitatum naufragia, quibus publicæ [m] inceſſabiliter vexantur actiones, arbitrabar agrestem secure adipisci quietem, ut procellis curarum [n] cessantibus, quo in torporem urbana tem-

heic haberet quæcunque fabula ad lucernam literis commendata, forsan legendum esset, *Neque illam, quæ privignum Phædræ in tumulum duxit.* Suadet illam conjecturam utcunque τὸ *vi*, quod ex voce *privigni* variè corrupta solum remansisse videri potest. Sic Hippolytum designaverit. Priap. c. 18. *Sic ut non modo te, Priape, possit, Privignum quoque sed movere Phædræ.* Fabulam habes apud Hyg. cap. 47. Sed nimium forsan à vulgatâ scriptura discedi causaberis. Quid si ergo legas? *Quæ bimaritum Phædræ in tumulum duxit.* Ut duri sunt Afri, ita Theseum appellare potuit, quod extinctâ Hippolyte, dein Phædram assumserit in matrimonium. Gloss. Isidor. *Bimaritus, iterum maritus.* Narrat Plutarchus in Theseo extremo eum secundum quosdam post cœnam de more ambulantem de summâ rupe per præceps lapsum decidisse. Suspicatur Perizonius vidisse alicubi lumen, ad quod in tenebris improvido perrexerit, atque ita interierit. Sed Heraclides Pontic. ἀφὶ πολ. à Lycomede præcipitatum eum narrat. Quærant alii, qui plura legerunt, quam nostra mediocritas, an lucernam invenire possint, quam huic loco accommodent. Cæterum ut bimaritum Theseum heic Fulgentius vocasse videri potest, ita *biviras* vocat viduas Varro. Vid. Non. cap. 11. 43. Gloss. Isidor. *Bivira, secundo conjux.*

k *Academicum Rhetorem*] Non Macrobium, ut Locherus putat, sed Ciceronem. Gloss. MSS. *Academia fuit villa, in quâ Cicero fuit natus.* Verum est fuisse villam Ciceroni Academiam dictam. Sed ibi natum fuisse eum, vel inde Academicum Rhetorem dici, id vero falsum est. Academicus Rhetor fuit, quod Academicorum more in omnibus adhiberet dubitationem. August. C. D. Lib. VI. cap. 2.

l *Vitalem circum*] Zodiacum, signiferum circulum. Gloss. Philox. *Signifer*, Σημειοφόρος, Ζωδιακός. Capella Lib. II. *Signiferum circulum decussaret.* Ζωοφόρος κύκλος est Aristoteli. *Circumlator* Apuleio. *Circum* pro *Circulo* ponunt etiam Capella & Cicero. Capellæ verba sunt Lib. II. *Hinc est quod quarto jus est decurrere circo.* Et post paullo: *Hunc etiam prætergressa circum* &c.

m *Inceſſabiliter*] Ἀσχολαπτωίτως, *indefinenter*, ut loquuntur Augustinus & Cyprianus. *Inceſſanter* Gildas Epist. p. 99. Flavianus epist. ad Leonem magnum & Pseudocypr. Sermon. de Spir. Sancto. Cassian. de Instit. Monach. Lib. II. cap. 14. *Inceſſabile manuum opus.* Capella Lib. I. *Inceſſabilis lator.* Lib. IX. *Superum inceſſabiliter pectorum arcana tenuerunt.* Oros. Lib. I. cap. 2. *Sicut ab initio inceſſabiliter exstiterunt.* Ad eundem modum *inceſſans* pro continuo usurpat Gregor. Dial. Lib. III. cap. 2. *Inceſſanti corporis totius motu.*

n *Cessantibus*] *Celantibus* 5. edd. MS. Leid. exhibet quidem *cessantibus*, sed Glossator superscripserat *abscondentibus*, quam vides esse interpretationem τῶν *celantibus.* Sed perperam. Quomodo enim procellæ eum celarent? an quod in causâ fuerint, cur ruri sese abdiderit? Sed horridè hoc dici videtur. Præfero ergo *cessantibus.* Sententia hæc

tempestas exciderat, velut [o] altiori nidulo, [p] placidam serenitatem villatica semotione tranquillior [q] agitassem, sopitisque in favilla silentii rauciſonis jurgiorum classicis, quibus me [r] Galagetici quassaverant impetus, defæcatam silentio vitam agere creditabam, ni me illuc quoque mœro-

est: *Cessantibus illic procellis, quo urbana tempestas me evocaverat.* Nam pro *exciderat*, quod mox sequitur, lego cum MS. Leid. *excierat.* Quod verbum corruptum etiam apud Juvenal. Scholiasten ad Sat. 1. vers. 71. *Locustam matronam veneficam Nero exhibuit ad se.* Ita Pithœus edidit. Leid. ed. habet, *excivit μιλαπίμψαδι ad se.* Dele τὸ μιλαπίμψαδι, & scribe, *excivit ad se.* Voluit glossator aliquis indicare, quid heic esset *excire*, videlicet μιλαπίμψαδι.

o *Altiori nidulo*] *Halcyone niduli.* 5. edd. *Alcyone niduli* MS. Leid. Lege, *Alcyonæ nidulo*, vel *Alcyonio nidulo.*

p *Placidam*] *Placitam* 5. edd. & MS. Leid. quod non spernas, si legas quæ ad XIX. Heroid. Nasonis observavit Nob. Heinsius. Seneca tamen Agamem. vers. 60. *Nunquam placidam sceptra quietem* &c. Quint. Declam. X. *Illa totis noctibus funebres exercet ululatus, tu graves somnos & placidam quietem.* Virgil. Æn. 1. *Placidam per membra quietem.* Pier. Valer. *Est ubi placitam legatur, quod non æque placet. Placida enim proprium quietis epitheton.*

q *Agitassem*] Ἀγνὶ ἀ *agitarem.* Frequentissima Fulgentio loquendi ratio, quâ καθ' ὑστερολογίαν pro imperfecto usurpat. Sic cap. 1. Lib. 1. *Ut posteritatis perpetuale suffragium denegasset*, cap. 27. *Ipse illam in conjugio accepisset.* Lib. 11. 14. *Ut Minerva armis virginitatem defendisset.* Æthicus Præf. Cosmogr. *Atque eam ne incognitam posteris reliquissent.* Orosius Lib. 1. cap. 8. *Adeo ut etiam agrorum sterilitatem futuram ante multos annos prospiciens, fruges congregasset.* Festus: *Facem in nuptiis in honorem Cereris præferebant, aquaque spargebatur nova nupta: sive ut pura casta que veniret* &c. Sic Leid. Biblioth. codex, non *veniret*, ut editum est. Apulejus Asclepio Hermetis: *Voluit altum, qui illum, quem ex se fecerat, intueri potuisset.* Cyprian. Laud. Martyr. *Ad hoc reservatus es, ut martyr esse potuisses.* Victor de Persecut. Vandal. Lib. 1. *Magis cum occideret, ne martyrem gloriosum effecisset.* Et post paullo: *Quod ille plenus Deo magis ut veleciter provenisset, impios provocabat.* Lib. 11. *Ne forte maritum consiliis acrioribus adversus tyrannum armasset.* Auctor vitæ Virgil. *Ita brevi convalnit tempore, ut multo ante fatas populos adæquavisset.* Quem locum frustra tentavit vir eximius. Haimo Homil. p. 42. *Si fieri posset, ut ille mundus perisset.* Gregor. Dial. 11. cap. 16. *Per multa fuerat martyrum loca transmissus, ut sanari potuisset.* Et sic identidem ille. Africanum hoc esse rectè observavit Salmasius ad Pall. Tertull. p. 120. ubi alia tibi exempla dabit. Si vulgatis standum editionibus, etiam Petronium hac loquendi ratione usum dicas, cum ait: *Ad hoc votum ephebus ultro se admovit, & , puto, vereri cœpit, ne ego obdormissem.* Sed corrigendum existimo, *obdormiscerem.* Natum vitium ex compendio scripturæ. Cæterum *agitare tranquillitatem* dictum est, ut *agitare pacem, lætitiam, mœrorem, luctum, gaudia*, aliaque apud Sallustium.

r *Galagetici*] M. & L. *Galegetici.* I. *Galgatici.* Sed *Galagetici* cum commel. A. H. & MS. Leid. Gloss. *Gentilis, vel à Gallis dicti.* Getæ sunt Gothi. Vide Schol. Horat. ad Lib. 1. od. 35. Casaub. in Spart. p. 301. Gloss. Isid. *Geta, Gothus.* Confer Cluver. Germ. Antiq. Lib. 111. cap. 30. Lege heic, ut Salmasius in orâ codicis sui notaverat, *Gallogetici.*

rorum improbior [s] angina sequeretur, [t] felicitatisque noverca fortuna, quæ amarum quiddam humanis interserit semper negotiis, me quasi pedisequa sectaretur. Nam tributaria in dies conventio compulsantium pedibus [u] limen proprium triverat, nova indictionum ac momentanea proferens genera, [x] quo si Mida rex ex homine verterer, ut [y] locupletes tactus rigens auri materia sequeretur; credo etiam Pactoli ipsius fluenta [z] condictis frequentibus desiccassem. Nec hoc tantum miseriarum ergastulum sat erat: addebatur his, quod etiam bellici frequenter incursus pedum [a] domo radicem infigere jusserant, quo portarum nostrarum pessulos aranearum cassibus oppletos quispiam non videret. Agrorum enim dominium gentes ceperant, nos domorum. Fructus nim nostros exspectare licuit, non frui. merces [b] quippe gentilis fuerat, si vel ad manendum clausos relinquerent. Sed quia nunquam est malum immortale mortalibus, tandem [c] Domini regis felicitas, adventantis velut [d] solis crepusculum mun-

s *Angina*] Gloss. *angustia. Angina morbus porcorum, qui occupat fauces.* Ita & Servius ad Georg. III. 497. Verum non porcorum tantum, sed pecorum omnium est angina. Festus: *Angeroniæ Deæ sacra à Romanis instituta sunt, cum angina omne genus animalium consumeretur.* Immo & hominum κυνάγχη. Vide Simeon. Sethi de Alimentis pag. 4. *Angor* appellatur is morbus à Plinio Lib. VIII. 27. Gloss. Philox. *Anguina*, ἄγχωσα, συνάγχη, κύναγχος. Gloss. eædem: *Angit*, θλίβει, στενοχωρεῖ, ἄγχει, πνίγει. Tertull. de Anim. cap. 48. *Angina mentis.*

t *Felicitatis noverca*] Lib. II. 16. *Honestatis noverca.*

u *Limen proprium*] Tò *proprium* suspectum mihi. Puto legendum, *propemodum.*

x *Quo si*] 5. edd. & Leid. MS. perperam *quasi. Quo* pro *ut* Fulgentiano more identidem ponitur.

y *Locupletes tactus*] Simile illud Lib. II. 18. *Erat ergo hinc locuples visus, & pauper effectus.* Confer ejusdem libri cap. 13.

z *Condictis*] Scriverius: *Condicta, indictiones, capitationes.* Rectè quidem. Sed tu vide præterea Lindenbrogium ad Ammian. p. 51.

a *Domo*] *Domi* 5. edd. Sed MS. Leid. disertim *demo.* Et rectè quidem. Gloss. Philox. *Domi, domo, καὶ οἴκοι, ἐκ οἴκου.* Plura vide ad Hyg. cap. 247.

b *Quippe gentilis*] 5. edd. *quippe nobis gentilis.* Sed illud *nobis* Leid. cod. non agnoscit. Sed quid est *merces gentilis?* Honorifica & ampla, ait Locherus, cum gentile pro nobili & honorato ponatur. Ἔπιζον. Nisi tamen gentilem mercedem rectius heic accipi puto de mercede, quæ datur a gentibus. Ita enim barbaras nationes Romani appellant.

c *Domini regis*] MS. *Domni.* quod non displicet. Vide Vossium aliosque. Gloss. *Zenonis.* Baptista Pius ridiculè intelligit Athanasium, qui, Gothis expugnatis, pace festa tranquillavit orbem. Locherus Hildericum filium Thrasa mundi, qui ab exilio revocavit episcopos. Verum utrum Ruspensis episcopus Fulgentius hic fuerit, an vero alius, cum haud satis constet, difficile est certi aliquid statuere.

d *Solis crepusculum*] *Cum crepernus*

Unable to display this page

dationem aut [r] internitio celebrior faciebat, aut præda. Tandem inter [s] ſentoſa nemorum [t] frutecta, quæ agreſtis olim deſeruerat manus ([u] nam [x] intercapedinante pavoris prolixitate [y] tam largo fumo lurida parietibus aratra pendebant, & laborifera boum colla jugales in [z] vaccinam molliciem deduxerant callos) ſqualebat viduus ſulcis ager, & herbidis ſentibus olivifero vertici minabatur.

tial. in Epiſtol. ad Toloſanos legam: *Amplitudo denique & altitudo caritatis per vos diffundantur, per quas alterutrum invicem diligatis.* Et Nemeſianus aliique reſponſo ad Cyprian. *Simus ergo orationibus noſtris alterutrum adjutores.* Ruffin. Interpr. Euſeb. Lib. 1. *Uſque quo procedente immanitate etiam devorarentur alterutrum.* Vulg. interpres Marci cap. IV. 40. *Dicebant ad alterutrum.* Geneſ. cap. XIII. vers. 11. *Diviſique ſunt alterutrum à fratre ſuo.* Actor. VII. 26. *Ut quid nocetis alterutrum?* Cyprian. Lib. III. ad Quirin. ex Galat. cap. VI. *Alterutrum onera ſuſtinete.* Tertull. de Reſurrect. Carnis cap. 44. *Membra alterutrum ſumus.* Miror, ut raram eo ſignificatu, in uno Sangallenſi hanc vocem notaſſe Barthium Adverſ. XLV. 11.

r *Internitio*] Leg. *internecio*, quomodo habent A. I. H. & MS. Leid. Gloſſ. Philox. *Internecio, ἀναίρεσις.* Vetus interpres Joſuæ cap. X. vers 20. *Uſque ad internecionem pene conſumtas.* Iſidor. Orig. IX. *Uſque ad internecionem deletæ ſunt.* Quomodo & Florus loquitur Lib. II. cap. 16. & 17. quanquam perperam *internicionem* exhibent editi. Feſtus: *Interneciio vitæ privatio appellatur interfectio, à nece denominato vocabulo.* Lege cum Vett. membranis Biblioth. Leid. *Internecio, vitæ privatio, interfectio, à nece* &c. Victor illuſtrium cap. 23. *Gallos improviſos internecione occidit.* Reſcribo, *improviſus.* Juſtinus Lib. VII. 6. *Theſſaliam improviſus expugnat.* Salluſt. Jug. cap. 88. *Quo improviſus gravior accederet.* Curt. VI. 6. *Improviſus hoſti ſupervenit.* Ammianus Lib. XXIII. pag. 433. ed. Boxh. *Improviſus Aſſyrios occuparet.* 462. *Improviſe finitima popu-*

lantur. Lib. XVII. p. 184. *Cum ſuis improviſus occurrit.* Eodem ſenſu Florus Lib. III. cap. 3. *Ut hoſti inopinatus occurreret.* Et cap. 5. ejuſdem Libr. *Italiam nec opinatus invadere.* Schol. Stat. ad 1. Theb. vers. 644. *Pietatem poſuit, quia cives ſuos internectione monſtri ſervaverat.* Leg. *internecione.*

s *Sentoſa*] H. e. ſpinoſa. *Senticoſa* dixiſſet Afranius. Vide Feſt. in SENTES. Horat. II. od. 9. *Hiſpidos Manant in agros.* Ubi Scholiaſtes: *Senticoſos, herboſos.*

t *Frutecta*] Ita rectè & MS. Leid. *Fruteta* 5. edd. Vide quæ notamus inferius ad illa, *Quicquid per frutecta Tempe.*

u *Nam* &c.] Includenda omnia parentheſi uſque ad illa, *ſqualebat viduus* &c. Ordo eſt, *Tandem ſqualebat ager* &c.

x *Intercapedinante*] Gloſſ. *interveniente.* Capell. Lib. IX. p. 322. ed. Grot. *Intercapedinatæ prolixitatis oblivia jam ſupero debet vigore diſcutere. Intercapedo* eſt διάστημα χρόνου, διάζευξις καιροῦ, ut exponunt Gloſſæ Philoxeni. Feſtus: *Intercapedo, tempus interceptum, cum ſcilicet mora eſt ad capiendum.* Turpilius: *Quando equidem amorem intercapedine ipſe lenivit dies.* Sed *intercapedinare* ignorat politum ſæculum.

y *Tam largo fumo*] Gloſſ. *ut frutecta creſcerent in agris.* In fumo aratra ſuſpendebant, ne ceſſantia ex humore putredinem conciperent. Vide Proclum ad illa Heſiod. Ἔργ. α. Αὖ μὲν πρῶτον ἀροτὸν ἐπὶ νειὸν ἐπὶ τριτάτην.

z *Vaccinam molliciem*] Qualis in vaccarum eſt collis. Catullus c. LXV. *Rura colit nemo, mollescunt colla juvenci.*

tur. Ita etenim [a] nexili de syrmate [b] mæandrico graminum labrusca coibat, quo septa herbosis radicibus tellus, Triptolemicum contumax abnueret dentem. Ergo dum hujuscemodi [c] paliuræa prata incedenti premerem planta, & roscidos florulenti velleris colles spacianti [d] meterem passu, defectum voluntas peperit, [e] & egredientis studio, sedulitas ex labore successit. Divertor arborei beneficium umbraculi [f] præsumens, quo me erranti foliorum intextu Phœbi à torridis defensaret obtutibus; & circumfluo ramorum recurrentium nexu umbram, quam propriis radicibus præberet, mihi etiam concederet esse communem. Nam me avium quædam [g] vernulitas, quæ [h] fra-

a *Nexili de syrmate*] Gloss. *de tortuosâ curvatione. Syrma polysemos est sermo. Est enim syrma longariæ manus scriptura. Dicitur & longa sententia. Ponitur etiam pro sinuatione & flexu, ut hoc loco.* Vult sanè id epitheton *Mæandrico.* Festus: *Mæandrum picturæ genus, dictum à similitudine flexus amnis, qui appellatur Mæander.* Consule ibi Scaligerum, & Servium ad illud Virgil. Æn. v. 251. *Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.* Quod de longariæ manus scriptura ait glossator, id inveni quoque apud Vet. Horat. Scholiast. ad Artem Poët. *Larvas*, inquit, *capiti imponebant, & induebant actores syrmata, id est, vestimenta prolixa: unde & longaria scriptura syrma dicitur ab illius vestis prolixitate. Longa manus* dicitur in Gloss. Labb. Tò *de* redundat, ut sæpe apud posteriores ætatis scriptores; quanquam interdum nec meliores id refugerint. Vide notas ad Lib. 1. cap. 24.

b *Mæandrico graminum*] MS. Leid. & 5. edd. *gramini.* Quod præfero. Tertull. Pall. cap. 4. *Prorsus si quis Mæandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat.* Noster infra: *Mæandrices limbos.*

c *Paliuræa prata*] Respexit Virgil. Ecl. v. 39. *Carduus & spinis surgit paliurus acutis.*

d *Meterem*] MS. Leid. cum 5. edd. *metirem.* Scriverius in margine scripserat *metirer.* Quod & mihi in mentem venerat ex illo Horatii Epod. 4. *Sacram metiente te viam.* Quid si mutasse eum formam verbi dicamus? Certè Lib. 11. cap. 6. *Furare* pro furari usurpavit, & in Continent. Virgil. *reluctare* pro reluctari. Sic *remetio* pro remetior Cyprian. Sermon. de Orat. Dom. *In quâ mensurâ mensi eritis, in eâ remetietur vobis.* Et sic legitur etiam apud vulgat. Interpretem Matth. VII. vers. 2. Æthicus Præfat. Cosmogr. *Orbis terrarum metiri cœpit.* Hygin. Lib. 1. Astron. cap. 6. *Quinque autem, quos supra diximus, sic in sphærâ metiuntur.*

e *Peperit, & egredientis studio* &c.] 6. edd. & MS. Leid. *Peperit egredientis studio, sed utilitas* &c.

f *Præsumens*] H. e. occupans locum arborum umbrâ opacum.

g *Vernulitas*] Ita quoque cum MS. Leid. tum 6. edd. Salmasius in libro suo emendaverat, *vernilitas.* Si tam Latina esset, quam quidem non malè huic loco conveniret, rescriberem *vernalitas. Vernare* enim dicuntur aves, quando verno tempore cantillant. Ovid. *Indocili gutture vernat avis.* Certè *vernalis* invenias in notis Tyronis, & apud Augustin. C. D. VII. 25. *Vernalem faciem terræ.* Chrysol. Serm. XXV. *Vernalis cespitis vilitate.* Formetur ergo non ineptè à τῷ *vernalis vernalitas.* Sed potius est, ut respexisse eum loquacitatem vernarum dicamus. *Vernilitas* est dicacitas. *Verniles* aves, argutæ. Rutil. 1. Itin. *Vernula queis varie carmine ludit avis.* Pedo Eleg. de

Mac.

[h] fragili quadam dulcedine [i] crispantes sibilos [k] corneis edunt organulis, ad hoc opus allexerat, & laboris tam subita requies melos quoddam carminis expectabat.

Thespiades, Hippocrene
Quas spumanti gurgite
Inrorat loquacis nimbi,
Tinctas [l] *hausto musico,*
Ferte gradum properantes
De virectis collium,
Ubi guttas [m] *florulentæ*
[n] *Mane rorant purpuræ,*
Humor algens, quem serenis
Astra sudant noctibus,
Verborum canistra [o] *plenis*

[p] *Re-*

Mæc. obitu: *Sederat argutas garrulus inter aves.* i.e. ὀρνίθας κωλίας. Proclus in Hesiod. Ἔργ. α. p. 86. Τὸν χαλιδόνα κωλίλειν λέγε, ὡς ἐστι παρὰ Ἀνακρέοντι κωλίλη χαλιδών. Locum frustra quæras in reliquiis Anacreontis. Fors fuat tamen, ut Od. XII. ubi nunc legitur, πίσυι, λάλη χαλιδών, rescribendum sit, τί κωτίλη χαλιδών. Judicent docti.

h *Fragili dulcedine*] Κλασματικὴν Græci vocant. Ita infra habes, *Fragilem cachinnum.*

i *Crispantes sibilos*] *Vibrantem modulatum*, ut de luscíniis loquitur Plin. Lib. x. cap. 29.

k *Corneis organulis*] H. e. rostris. *Cornea labra* dicuntur in Vet. epigram. Lib. IV. Catal. Pith. *Nam claudunt rabidam cornea labra gulam.*

l *Hausto musico*] *Pierio latice*, ut loquitur Virgilius in Culice. Haustus pro aqua, quæ hauritur, ut apud Phædrum Lib. I. *A te decurrit ad meos haustus liquor.*

m *Florulentæ*] Simulavit Auctorem Pervig. Veneris: *In pudorem florulenta prodiderunt purpuræ. Humor ille, quem serenis astra rorant noctibus, Mane virgines papillas solvit humenti peplo.* Isidor. Chron. Goth. *Tu florulenta campis, montibus frondua, piscosa litteribus.* Ambros. Hexaem. Lib. I. cap. 4. *Horrentibus pruinis florulenta misceri.* Ita à ros *rorulentus* apud Gregor. Turon. Histor. Franc. cap. 15. à gleba *glebulentus*, & à fex *fæculentus* apud Apulej. in de Deo Socratis; & à farina *farinulentus*, à mustum *mustulentus* Milef. Lib. IX. item à rosa *rosulentus* apud Capellam Lib. I. ab aurum *aurulentus* apud Prudent. ἀφεῖ Steph. & apud nostrum à merum *merulentus*. Pertinet huc illud Capellæ Lib. II. *Ac in rosetis purpuraret culmina Aurora primo convenustans habitu.*

n *Mane rorant*] Lege *rorat* cum 6. edd. & MS. Leid. Referri enim debet ad illa *humor algens. Stillare, rorare, manare* & id genus quam plura alia cum quarto nunc, nunc cum sexto casu construuntur. Sententia est, *ubi humor algens* &c. *rorat.* Est ille humor, quem astra noctu sudant, Καπρίαν siderum Lib. II. 19. *Nocturni roris humor, quem aporræa siderum atque ipsius lunæ animandis herbarum succis insudat.* Ita ibi legendum. Q. Cicero apud Ausonium Eclogario: *Quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquari.*

o *Plenis*] Vel *plena* legendum, vel dicendum esse hypallagen, ut apud Petron. *Nec certos flatibus ventus impulerat.* Isidorus Lib. XX. Orig. cap. 6. *Currunt cum siphonis aquis plenis*, pro *siphone aquis pleno.* Nisi rectus ei singularis

p *Reserate floſculis.*
Quicquid per q *virecta Tempe*
Raptat unda r *proluens,*
s *Hinnientis &* t *recuſſu*
Quam u *produxit ungula.*
Quicquid Aſcræus x *veterna*
Rupe paſtor y *cecinit,*
Quicquid ex z *Atlantis gazis*
Veſtra promunt horrea,
Quod cecinit paſtorali
Maro ſylva Mantuæ,
Quod a *Mæonius ranarum*

Ca-

laris fuit *ſiphona*. Propert. Lib. 1. el. 20. *Tandem hauſire parat demiſſis flumina palmis, Innixus dextro plena trahens humero.* Intelligi vult flumine vel aqua plenam urnam, obſervante ſummo Gronovio.

p *Reſerate*] Barth. Adverſ. Lib. XVII. 7. & LVI. 17. *deſerate* propter metrum. Sed R E ſæpe produci jam notavit in Lucretiano indice Giphanius, & Mariangelus in notis ad Alvarum de ſyllabarum dimenſione. Quid præterea in hoc carmine mutatum velit, apud ipſum vide. *Verba* heic eſſe μύθους ſive fabulas, recte obſervavit.

q *Virecta*] Ἀρχαϊκῶς, quomodo & in notis Tyronis legitur pag. 9. & *frutecta* p. 169. Capella Lib. 1. p. 18. *Scythidis virecta.* Ita habent Vett. membranæ Biblioth. Leid. non *vireta*, ut ediderunt. Feſtus: *Dumeta antiqui, quaſi dumicata, appellabant, quæ nos dumeta.* Idem: *Veſtices frutecta denſa dicta à ſimilitudine veſtis.* Lact. Argum. Metam. 1. cap. 3. *Frutecta ſylvarum.* Marcellin. Lib. XIV. *Frutecta preuſando vel dumos.* Virg. Æn. VI. *Amœna virecta.* Vide ibi Valerian. pag. 124. ed. Steph.

r *Proluens*] Lege, *profluens* cum Nob. Heinſio.

s *Hinnientis & recuſſu*] Adſcripſerat margini vir doctus, *Hinniente de recuſſu.* Sed nihil opus eſt. Hinniens eſt equus Pegaſus. Duplex heic unda notatur, & quæ per Tempe fluit, & Hippocrenes.

t *Recuſſu*] MS. Leid. & 5. edd. *recurſu.* Malè. Rectum eſt *recuſſu.* Maro II. Æn. *Uteroque recuſſo.* Reſtituimus idem vocabulum Lib. 1. cap. 24. *Recutere* dictum, ut *replaudere* apud Apul. VI. Mil. *Quadrupedi curſu ſolum replaudens.* Et *dextra frontem replaudens.*

u *Produxit ungula*] Vide Sidon. Lib. IX. ep. 9. Antonin. Liberal. cap. 9. Scholiaſten Heſiod. p. 234. ed. Heinſ. Feſtum in *Pegaſides.* Theon. in Aratum p. 29. ed. Lond.

x *Veterna*] Gloſſ. *antiqua.* Rectè. Gloſſ. Philox. *Veturnus & vetuſtus, παλαιός.* Leg. *Veternus.* Cyprian. Sermon. de Circumciſ. *Probatoria hujus ſenſualitatis colluctatio tam veterna.* Sic *veternus error* apud Ennod. *Veternæ offenſæ* apud Fulbertum, *veterna ſilentia* apud Prudent. Hymn. Cath. 9. occurrunt. Priſcian. ſub finem Lib. II. *Vetus præterea veternus facit, non ſolum veteranus, ſed diverſas habent ſignificationes.* Etiam *veternoſus* eodem ſenſu venit Victori in Paſſ. Martyr. Carthag. *Ecce antiquus hoſtis, veternoſus ntique anguis, triſulcæ linguæ venena vibrans.*

y *Cecinit*] *Incinit* Barth. Adv. Lib. XXVII. cap. 19.

z *Atlantis*] MS. Leid. *Atlanta.* Forte ſcripſit *Atlantæ*, quemadmodum *Perdica* pro *Perdix* cap. 2. Lib. III. Vide quæ ibi à nobis dicta ſunt. De Atlante hoc conſulendus Servius Æn. 1. vers. 745.

a *Mæonius*] Malim, *Mæonides.* Perſius

Cachinnavit prælio,
Parrhasia candicanti
Dente lyra concrepet:
Ad meum vetusta carmen
Sæcla nuper consuant.

Hoc itaque sacrificali carmine Gorgonei fontis aspergine [b] madidas & præpetis ungulæ rivo [c] merulentas Pierides abstraxi. Astiterant itaque [d] syrmate nebuloso lucidæ [e] ternæ viragines, hedera largiore circumfluæ, quarum familiaris Calliope ludibundo palmulæ tactu, meum [f] vaporans pectusculum, poeticæ pruriginis [g] dulcedinem sparsit. Erat enim gravido (ut apparebat) pectore, crine neglecto, quem margaritis prænitens diadema constrinxerat,

sius Sat. VI. 11. *Mæonides Quintus pavone ex Pythagoreo.* Martial. Lib. V. 10. *Et sua viserunt sæcula Mæoniden. Mæonium vatem* apud Alcimum, *Mæonium Homerum* apud Nasonem, *Mæonium senem* apud hunc nostrum, & Lucan. Pan. sed nusquam absolutè dici *Mæonium* memini Homerum. Βατρομυομ. auctorem esse illum voluerunt ex veteribus nonnulli, ut ostensum à nobis ad Hyg. cap. 154.

b *Madidas*] Dictum eleganti μεταφορᾷ, ut apud Mart. ep. 68. Lib. VII. *Cujus Cecropio pectora rore madent.* Lib. I. ep. 4. *Si quis Cecropiæ madidus Latiæque Camænæ Artibus.*

c *Merulentas*] Ut à *temetum temulentus*, à *vinum vinolentus*, ita à *merum* finxit *merulentus*. Adhelmus libello de laud. Virgin. *Merulenta defecati nectaris defruta apothecis recondenda.* Cæterum illa *madidas*, *merulentas* prorsus ἰωκάλιμας dicuntur. Refero huc illud Petronii: *Plenus Pierio diffundes nectare verba.* Sic enim legendum censeo ex Vett. editionibus. Mutarunt, qui non videbant *diffundere* heic esse καλλικλύζειν, *inundare.* Cato in Diris: *Dissusos gurgite campos.* Catal. Scalig. Lib. II. pag. 230. *Pierio liquidam perfundit nectare mentem. Pierium laticem* appellat Virgil. Culice. Cæterum ut *diffundere* heic, ita *infundere* usurpat Chrysologus Homil. 42. *Non sic imber infundit terram, quemadmodo jejunium lachrymæ rigant pauperum.* Et post paulo: *Cœli pluvia infundit terram.* Etiam Palladius Januar. Tit. III. *Mediocriter infusus ager, ut nec lutosus nec aridus sit.* Marcellin. Lib. XIV. *Fluminis modo fortunis complurium sese repentinus infudit.*

d *Nebuloso syrmate*] Tenui instar nebulæ: cujusmodi vestes ἀεροχαῖτας vocabant Græci. Adi Gonsalium ad illa Publii apud Petronium: *Palam præstare nudam nebula linea.*

e *Ternæ viragines*] Barth. Adv. Lib. XVII. cap. 7. *Ter ternæ.*

f *Vaporans*] Gloss. *incendens.* Rectè. Horat. Epist. 16. Lib. I. *Lævum discedens cursu fugiente vaporet.*

g *Dulcedinem sparsit*] Ita & MS. Leid. Gloss. *spargendo replevit.* quæ est explicatio lectionis 5. edd. *dulcedine.* Lege ergo, *dulcedine sparsit. Spargere* accipe pro *conspergere.* Virgil. Ecl. V. 40. *Spargite humum foliis.* Propert. IV. 6. *Spargite me lymphis.* Ovid. XI. Met. 57. *Sparsos rore capillos.* & vers. 311. *Nox cœlum sparserat astris.* Horat. II. od. 13. *Penetralia sparsisse nocturno cruore.* Ubi perperam Schol. *maduisse.* Senec. Agam. 465. *Nox prima cœlum sparserat stellis.* Ita *sternere* pro *consternere.* Horat. IV. od. 14. *Stravit humum sine cæde victor. Serere* pro *conserere.* Boet. *Qui serere ingenium volet agrum.*

Sic

xerat, [h] talo tenus bis tinctam recolligens vestem. [i] Quod credo & itineris propter, [k] & ne mæandricos tam [l] subtilis elementi aliquatenus limbos aculeati herbarum vertices scinderent. Astiti, propter ergo erectus in cubitum, veneratus sum verbosam viraginem, olim mihi poetico vulgatam evidentius testimonio. Nec immemor cujus verbosas fabulas propter [m] scholaribus rudimentis tumidas [n] ferulis gestaveram palmas: [o] & quia non mihi evidenti ma-

Sic & Græci cum Latinis. Ps. 107. 37. Ἔ-σπειρον ἀγρὸς & ἐφύτευσαν ἀμπελῶνας.

h *Talo tenus bis tinctam recolligens vestem*] Hoc esset, *dibapham*. Vlitius ad Nemes. pag. 345. *talo tenus discinctam*. Nisi autem, inquit, discincta fuisset vestis, non opus erat recolligi. Responderi posset, cingendo recolligi vestem, & viantes altius cingi solere. Rectius ergo fore, *bis cinctam*. Adjuvat tamen ejus conjecturam *nebulosum syrma*, quod præcessit.

i *Quod credo & itineris propter*] Ita & MS. Leid. Glossator superscripserat, *scil. difficultatem*. quomodo 6. edd. ante Commelinum repræsentant. Vlitius emendat, *& itineri se properaret*. Nam quod in aliis, inquit, libris editum, *itineris propter difficultatem*, ex glossemate mei codicis profectum est, & sensui incongruum. Possediſſe opinor codicem illum, quo ego nunc utor. Nam *bistinctam*, quod ex eodem adducit, etiam in Leidensi comparet. Ego conjectaveram, quod necdum displicet: *quod credo, & itiner propter*. Familiares huic scriptori id genus anastrophæ. Velut mox: *verbosas fabulas propter*. Et cap. 5. Lib. 1. *Comestiones propter*. Apulej. Lib. v. Met. *Suggestum propter*. Et VIII. *Ignem propter assidens*. *Quod credo* heic est *sicut credo*. Cic. XIII. Famil. epist. 40. *Si ulla unquam apud te mea commendatio valuit, quod scio multas valuisse plurimum, hæc ut valeat rogo*. Seneca Apolocynth. *Quod tibi narro, ad sextum decimum lapidem à Viennâ natus est*. Quem locum frustra tentat vir doctus. Adde quæ habet Sciop. Susp. Lect. Lib. IV. 17. Possis etiam explicare non malè, *quantum credo*. Quintil. declam. IX. *Quod scio, victis etiam gladiatores parcunt*. Ne τὸ *itiner* mireris, notandum archaismos affectare cacoethes esse inferioris ætatis scriptorum, præsertim Afrorum. Certè τὸ *itiner* Lib. IX. & Capella usurpavit. Incertus poeta apud Macrob. Lib. II. Saturn. cap. 2. *Rimata itiner transitus*. Nisi dicamus synalœpham neglectam esse poëtæ. malim ex Gellio rescribere *itineri*. Charis. Lib. 1. *Item iter & itiner* &c.

k *Et ne Mæandricos*] Ita scripsi cum MS. Leid. & 6. edd. Perperam τὸ *ne* omiserat Commelinus.

l *Subtilis elementi*] *Filamenti* in margine libri sui emendabat Nob. Heinsius. Quod nullus dubito, quin cuilibet se probaturum sit. Boetius de vestibus Philosophiæ Lib. 1. *Vestes erant tenuissimis filis, subtili artificio* &c.

m *Scholaribus*] Scholasticis. Usus eâ voce & Hieronymus ad Damasum. Vide Voss. in de Vit. Sermon. p. 53.

n *Ferulis*] Ferula & scutica sceptra nota pædagogorum, sive medicamina, quibus medentur pigritiæ puerorum. Catal. Pith. Lib. IV. *Et ferulis culpat tollere cessat iners*. Eleganter Capella Lib. III. *Tunc etiam quoddam medicamen acerrimum, quod ex ferulæ flore caprigenique tergoris resectione confecerat, rubri admodum coloris, expromsit*. Ferulam & scuticam innuit, quarum hæ etiam de anguillarum tergoribus olim factitabantur. Vide Plin. IX. 23. Isidorus Lib. V. 27. *Anguilla est, quâ coercentur pueri in scholis: quæ vulgo scutica dicitur*. De Ferulis Martialis Apophor. 80. *Invisæ nimium pueris gratæque magistris, Clara Prometheo munere ligna sumus*. A feriendo dictas perperam censet Isidorus Lib. XVII. 9. *Nonnulli à feriendo ferulam dicunt. hoc enim pueri & puellæ vapulare solent*. Apul. IX. Met. *Ferula nates ejus obverberans*.

o *Et quia non mihi*] Malim, *sed quia*.

Syl-

manifestatione quænam esset liquebat, cur venisset, inquiro. Tum illa: Una, inquit, sum è virginali [p] Heliconiadum curia, Jovis albo conscripta, quam olim [q] Athenæam civem Romanus ordo colendam exceperat: ubi novellos ita frutices edidi, quo eorum cacumina summis astris insererem. Ita vitæ famam [r] linquentes hæredem, quo magis celebriorem obitum [s] protelarent. Ast ubi me Romuleæ arcis conventu bellicus viduavit incursus, Alexandriæ [t] conciliabula urbis [u] exulata possederam, variis dogmatum imbutamentis lasciva Græcorum præstruens corda, postque Catonum [x] rigores, Tullianasque severas invectiones, & Varroniana ingenia, [y] Pelleæ gentis enervantes spumis. Continent. Virgil. *Ut dicere cœperam, mox ut terram tangit, matrem videt, nec agnoscit, plenam designantes infantiam.* Heic tamen τὸ *linquentes* referendum puto ad *novellos frutices.*

Syllaba proximè præcedens τὸ s absorpsit.

p *Heliconiadum curia*] Capella Lib. IV. *Ingressa curiam superum.* Cyprian. Sermon. de Pass. Christ. *Paradisi civis & domesticus curiæ efficitur.* Non dissimile est illud Ausonii, *Collegia Aonidum.* Sed *chorea* emendaverat in ora codicis sui Nob. Heinsius.

q *Athenæam civem*] Migrat Grammaticorum regulam. Moschopulus: Ἀθηναῖος ὁ ἀπὸ τῆς Ἀθηνῶν, γυνὴ ἡ ἀπὸ Ἀθηνῶν Ἀθηναίη, ἢν Ἀθηναία. Hesychius: Ἀθηναία, ἡ θεὸς, ἢ ἡ γυνή. MSS. habere ajunt, καὶ ἡ γυνή. Non ignoro insuper habuisse heic quosdam Grammaticorum præscripta. non existimo tamen respexisse illuc Hesychium, sed scripsisse potius: Ἀθηναία ἡ γυνή. Cæterum ut *Athenæus* pro *Athenienses*, ita *Romæus*, *Carchedonius*, *Chalcedonius*, dixisse nonnullos ostendit Salmas. ad Pall. Tertull. pag. 129. Cur Atticæ autem, non Athenææ dicerentur mulieres, causam legas apud Augustin. C. D. cap. 9. Lib. XVIII. Vide ibi Vivem.

r *Linquentes hæredem*] Clar. Tollius emendaverat in suo libro, *linquens*, & mox, *protelarem.* Ita postularet quidem syntaxis, si ad Pieridem hæc referas. Sed Grammaticos canones non sollicitè observat Fulgentius. Præfat. Lib. de Prisc. Serm. *In quantum memoriæ entheca subrogare potuit, contribui, non phaleratis sermonum studen-*

s *Protelarent*] H. e. memoriam ejus per posteros extenderent. Leo in conflict. Virt. & Vit. *Si protelatis vigiliis psalmorum censum persolvis.* Pseudo-Cypr. de Sing. Cleric. *Laborat ad culmen adversarius protelare.* Gloss. Isid. *Propagando, protelando. Protelat, differt.* Quæ interpretatio locum habere heic posset, si pro *celebriorem* rescribamus *celeriorem.* Adde infr. not. ad cap. 6. Lib. I. & Contin. Virgilianam.

t *Conciliabula*] Conventus & Scholas.

u *Exulata*] Quæ huc pertinent, abunde dicta sunt à nobis ad Hyg. Myth. cap. 26. & porro infra dicentur ad Lib. III. cap. 6.

x *Rigores*] *Rugas* in margine vir illustris. Sed opinor in animo habuisse Catonis severitatem. Severitas enim ubi nimia est, in rigorem degenerat.

y *Pelleæ gentis*] 6. edd. & MS. Leid. *Apelleæ.* Gloss. Cod. Leid. *Ægyptiæ propter nimium ardorem solis.* Sed rectum est *Pelleæ*, hoc est, Alexandrinæ. Notati sunt semper ob morum mollitiem Alexandrini. Pellæi autem Alexandrini à Juvene Pellæo, hoc est, Alexandro cognominati.

z *Phasma-*

enerves sensus aut satyra luseram, aut comœdico [z] phasmate delectabam, aut tragica pietate mulcebam, aut epigrammatum brevitate [a] condibam. [b] Libebat me mea captivitas: & licet [c] nostræ vacassent industriæ, inveniebat tamen animus, quibus inter mala arrideret, nisi me etiam exinde bellis crudelior [d] Galeni curia excluſisset, quæ pæne cunctis Alexandriæ ita est inserta angiportis, quo chirurgicæ carnificinæ [e] laniola pluriora habitaculis numeren-

z *Phasmate*] Scriverius volebat *plasmate*. Sed videtur Planciades noster respexisse Terent. Prolog. Eun. vers. 9. *Menandri phasma nunc nuper dedit.* quanquam glossa, quæ est in codice Leidensi, *figmento*, explicet τὸ *plasma*, non *phasma*.

a *Condibam*] Usitatius hoc poetis, quam historicis vel oratoribus. Virg. Æn. VII. 790. *insignibat*. Ovid. III. Fast. 507. *audibat*. Phædrus IV. 23. *parturibat*. Capella tamen, ut Afrum decebat, cum nostro Lib. I. p. 21. *Levitate pernix desultoriâ gestibat*. Ita habet MS. Leid. non *gestiebat*, ut ediderunt. Apul. IV. Milesi. *Nullis ingentibus scaturibat*. Claud. Annal. XV. apud Diomedem Lib. I. *Grundibat pecus suillum*. Archaismum esse idem Grammaticus docet. *Veteres hæc*, inquit, *sine c litera pronunciabant, nutribam dicentes, ut apud Virgil.* Nutribant, Tyrrhusque pater &c.

b *Libebat me*] Ἀντὶ τοῦ *mihi*. Dativum ergo pro ablativo posuit. Hyg. Astron. II. 15. *Etsi non pro divinâ fecit cogitatione, nec ut deum licebat.* Sed ibi legendum puto, *decebat*. Habet quidem Festus: *Me pro mihi dicebant antiqui.* Sed exempla, quæ affert, explicari aliter & possunt & debent. Magis huc faceret locus Afranii Fratriis apud Non. cap. IX. tmem. 5. *Id aurum me condonat.* Et Varron. R. R. Lib. III. cap. 16. *Quarum alteram sine dote dedi Lucullo, à quo hereditate me cessa* &c. Sic *te* pro *tibi* positum dicas in veteri inscriptione, quam Catal. Lib. III. exhibet Pithœus: *Viator audi, si libet, intus veni. Tabula est aenea, quæ te cuncta prædicet.* Sed ipse emendat, *perdocet*. Vide Gruter. magni operis pag. 928.

c *Nostræ vacassent industriæ*] MS. Leid. & 5. edd. *Nostræ vacuissent industriæ*. Modius ex suo MS. *Nostræ non viguissent industriæ*. Lege, *nostræ non vacavissent industriæ*. C & G notum est quam crebro inter se commutentur à librariis. Adhoc *vacare alicui* perquam eleganter dicitur. Martial. II. 5. *Vel tantum caussis, vel tibi sæpe vacas.* Phædr. Præf. Lib. III. *Reddas amicis tempora, uxori voces.* Forte nec τὸ *vacuissent* mutandum. Quintil. Declam. 252. *Tantum illi vacuit? adeone saturitate apud te exundavit?* Tertullianus cum aliis locis, tum libr. de Resurr. carnis cap. 9. *Omnis vis Dei beneficæ vacuisset.*

d *Galeni*] Ita rectè MS. Leid. cum A. B. H. & I. Malè *Galieni* M. & L. Forte decepit eos Glossator, qui super τὸ *Galeni* scripserat *regis*. Miserè heic hallucinatur Baptista Pius.

e *Laniola pluriora*] *Laniena plurior* 6. edd. Sed pro Commel. stat MS. Leid. Gloss. *Laniorum domus vel loca.* Lanii contemptim chirurgi dicuntur, quod corpora secare consueverint. Tertull. de Anim. cap. 10. *Herophilus ille medicus, aut lanius, qui sexcentos exsecuit, ut naturam scrutaretur.* De copiâ medicorum, quibus abundavit olim Alexandria, vide Anonym. Cosmogr. à Godofred. ed. pag. 23. & Ammian. Marcell. Lib. XXII. cujus verba sunt p. 426. ed. Boxh. *Medicinæ autem, cujus in hac vitâ nostra, nec parca nec sobria, desiderantur adminicula crebra, ita studia augentur indies, ut, licet opus ipsum redoleat, pro omni tamen experimento sufficiat medico ad commendandam artis auctoritatem, si Alexandriæ se dixerit eruditum.*

rentur: [f]denique ita certando remittunt in mortem, quo ferant [g]Caronem [h]citius [i]sopiturum, si [k]collegio non donetur. Hanc orationem risus mollior terminavit. Itaque meis [l]quo diverteret culminibus impetravi. Tum illa: Non paves, inquit, musicum tuis receptare dogma penatibus, cum barbarorum morem auscultaverim ita [m]literarios mercatus [n]penitus abdicare, ut hos, qui primis elementorum figuris vel proprium [o]descripserunt nomen, [p]cassata inquisitione mutum

f *Denique ita*] H. e. ad summam, ut verbo absolvam. Sic cum aliis locis, tum inferius quoque in hac præfat. *Denique turbavit* &c. Usurparunt ad eundem modum hanc particulam præter alios Florus Lib. I. 16. Justin. XIII. 2. Videndi de elegantiâ ejus locutionis Salmasius ad locum illum Flori, Freinshem. in Justin. indic. Schultingius ad Calpurnii Declam. XI.

g *Caronem*] Ita & MS. Leid. *airi τ Carontem*, quod 6. præferunt edd. Sic *Corinetum* habes pariter sine aspiratione pro *Chorinetum* in Virgil. Contin. Schol. Juv. ad Sat. III. 266. PORTHMEA. *Carinam.* Lege, *Caronem.* Aspirationes omitti à deterioris ætatis scriptoribus, ut solebant antiquissimi, nemini ignotum paulo humaniori. Hinc ergo ridicula illa etymologia Isidori Lib. II. 21. *Cordas dictas à corde, quia sicut pulsus cordis est in pectore, ita pulsus cordæ in cithara.* Χορδαὶ, *Cordæ.* Festus Pauli MS. Bibl. Leid. in SAMBUCA. *Ut in organo cordæ, sic in machinâ intenduntur funes.* Gloss. Philox. ed. Steph. *Alat, πλέκ.* Leg. *halat.*

h *Citius*] Ocyus. Juvenal. Sat. IV. 134. *Argillam atque rotam citius properate.* Explet ellipsin Virgil. Æn. I. *Dicto citius tumida æquora placat.* Isidor. Orig. XVI. 4. *Dicto celerius.*

i *Sopiturum*] Pro *sopituros esse*, videl. Chirurgos. Quâ de locutione consule Vossium Anal. Lib. III. cap. 15. *Sopire* pro *enecare* posuit, ut Plautus *sopori dare* & *in soporem collocare* Amphitr. I. sc. I. Seneca Oedip. vers 168. *Vix assiduo Bracchia conto lassata refert, Fessis turbam vectare novam.*

k *Collegio non donetur*] *Adjuncta*, *Tom I I.*

ut rectè expenit Glossa.

l *Quo diverteret*] Ita rectè Commel. Perperam MS. Leid. cum 6. edd. *quod everteret.* *Quo* hic scriptor usurpat identidem pro *ut.* Vide Indic. in *Quo.*

m *Literarios mercatus*] *Conventus* Gloss. Ita *mercatus Olympiacus* apud Justin. Lib. XIII. 5.

n *Penitus abdicare*] H. e. repudiare. Vide quæ congessit ad Lib. I. epist. I. Sidon. Savaro.

o *Descripserunt nomen*] *Descripserint* 6. edd. Melius.

p *Cassata inquisitione mutum*] H. e. ne cognita quidem causâ, indicta causâ. Quamobrem addit *mutum*; quod perperam omiserunt 6. edd. Agnoscit sanè MS. Leid. Sed malè glossator explicat, *sine aliqua fama.* Cæterum cum *hos* præcesserit, sequi debebat *mutos.* *Cassare* verbum barbarum est, de quo Vossius in de Vit. Sermon. p. 99. Fulgent. Ruspens. Episcop. epist. 2. *Ut merces boni operis humanæ laudis intentione cassetur.* Et epist. 4. *Neque enim Jacobi Apostoli prædicatio potest aliquâ argumentatione cassari.* Gregor. Dialog. Lib. III. cap. 36. *Totumque vas navis cassatum nimiis fluctibus ab omni fuerat compage dissolutum.* Summæ impotentiæ signum est damnare aliquem inauditum, & indicta causâ. Quamobrem Medea apud Senec. vers. 199. *Qui statuit aliquid parte inauditâ alterâ, Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.* Respondet Creo: *Auditus à te Pelia supplicium tulit.* Quem versum frustra tentari putem à viro summo. E'ξοχῆς ista proferuntur à Creonte. Merito, inquit, si diis placet, ne te inauditam condemnem postulas, eum tu inauditum sustuleris

tum [q] raptarent in carnificinam. Tum ego: Non ita est, inquam, ut audieras, [r] sed fama fuit. nam ----- *carmina tantum*

Nostra valent Musæ tela inter Martia, quantum
[s] Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.

Et ut suum me amplius familiarem rescisset, illud etiam Terentianum adjeci: *Olim isti fuit generi quondam quæstus apud sæclum prius.* Nunc itaque ita literæ suos, quicquid Helicon [t] verbalibus horreis enthecatum possederat, in ipsis potestatum culminibus hæreditario jure [u] transferret, catos extendunt. Illa exhilarata versiculis, utpote qua-

Pelian. Ἐπερτικῶς etiam apud Quintil. ille Declam. XIII. *Nunc vero differendum mihi est, quam momentosa sit hujus animalis rapina.* H. e. quam gravis, & quanti momenti. Contrarium vult intelligi. Sed forte rectius, *quam non momentosa.*

q *Raptarent*] MS. Leid. *repertarent.* Superscripta altera lectio, *vel reptassent.* Vera lectio est, quam 6. edd. servarunt, *raptassent.* quam non debuit spreviſſe Commelinus. Solenne est nostro pro imperfecto ponere ὑστερουμενικόν.

r *Sed fama fuit*] *Et fama fuit* legitur in Virgilio. Quomodo nec malè heic scribas.

s *Dulcis aquæ*] Ita & MS. Leid. & 5. edd. Apud Virg. tamen Ecl. IX. sequebatur, *Chaonias dicunt aquilâ venientе columbas.* Sed alterum, quod ex Eclog. V. depromsit, sententia postulat.

t *Verbalibus horreis enthecatum*] Mercerus corrigit, *vernalibus horreis.* De quâ correctione valde dubito, cum & superius habeas *verborum canistra. Enthecare* verbum fictum est ab *enthecа*, de qua voce idem Mercerus ad libellum de Prisc. Serm. Utitur eâ etiam Cassian. in de Instit. Ren. Lib. IV. 14. & Gelasius Papa apud Gratianum. Grammaticus nescio quis apud Barth. Adverſ. Lib. XXXVII. 13. *Enteca, repositio rerum venalium.* Fort. scripserat, *repositorium venalium. Enthecatum* dicendi genus pro polito & phalerato posuit Ambrosius in Lucam. Vide Savaron. in Sidon. Lib. I. ep. 9.

u *Transferret, catos*] L. M. *transferre cantus.* A. B. H. I. *transferret catus.* Et ita etiam MS. Leid. Scriverius & Tollius correxerant *cados.* Et sanè cadis optimè cum horreis convenit. Horat. IV. od. 2. *Nardi parvus onyx eliciet cadum, Qui nunc Sulpiciis accubat horreis.* Sed adhuc hiulca est oratio, nisi ita scribas: *Nunc itaque ita literæ suos, quo, quicquid Helicon verbalibus horreis enthecatum possederat, in ipsis potestatum culminibus hæreditario jure transferret, cados extendunt.* Tò *quo*, quod à me insertum est, ob similitudinem sequentis syllabæ à librario omissum putem. Sed est inter amicos meos quidam, cui *catus* Fulgentius pro doctis posuisse videbatur. Frequens sanè eo significatu ista vox etiam optimis. Nec annotare id neglexerunt veteres Grammatici. Vide Varron. L. L. Lib. VI. Servium ad Æn. I. vers. 427. Legebat ergo is: *Nunc itaque & literæ in suos, quicquid Helicon verbalibus horreis enthecatum possederat, in ipsis potestatum culminibus hereditario jure transferre catos extendunt.* Ut sententia sit, etiam nunc literas omnes Heliconis opes in suos mystas & doctos homines perseverare transferre. Sed sic *pertendunt* esset scribendum. Neque enim extendere est perseverare. *Extendere artem per successionem liberorum* apud Petronium est propagare. Nisi si satisfacit prior conjectura, lege-

quasi Mæonium senem [x] viserit recitantem, [y] laudatorio palmulæ tactu meam mulsit cæsariem: percussaque mollius cervice, quam decuit: [z] Eia, inquit, ô Fabi: Anacreonticis jamdudum novus mystes initiatus es sacris. Ne quid ergo meo tibi desit tirunculo, accipe parem dogmatis gratiam: & quatenus te nostra Satyra lascivienti verborum rore percussit, vadatumque te sui retinet amoris illecebra, [a] redde quod sepioticon debes: & quicquid libet [b] Niliacis exarare papyris, feriatis aurium sedibus percipe. Nec deerit historiæ quilibet effectus, cujus te viscer-

ribus

gere malim: *Quo, quicquid Helicon verbalibus horreis enthecatum possederat, in ipsis potestatum culminibus hereditario jure transferret catus, extendunt.* Sit igitur heic *catus* doctus. Tò *suos* puta esse *sequaces*, & *extendunt* idem, quod *provehunt*, quomodo utrumque vocabulum explicat glossa codicis Leidensis. *Quo* propter similitudinem, ut dicebam modo, sequentis syllabæ facile oculos librarii sefellit. Ab eadem causa corruptus est locus in Quintil. Declam. VI. *Procedat inauditum antea monstrum, misera, crudelis, si quid irati Dii reliquerunt, si quid infelicitas oblita est, suis manibus perdere cupiat.* Scribe, *quæ, si quid* &c. Et tolle incisum post τὸ *misera*. Idem scriptor Declam. III. *Nam quo ad altiorem quisque honorum gradum extenditur*, h. e. provehitur. Adde Gronov. Observ. III. cap. 1. & Barth. Adversar. Lib. XVII. cap. 7. ubi longè aliam dat faciem Fulgentiano huic loco.

x *Viserit*] *Viseret* 6. edd. & MS. Leid.

y *Laudatorio tactu* &c.] Significat caput sibi demulsum fuisse. Terent. Heaut. IV. 5. vers. 14. *Non possum pati, Quin tibi demulceam caput.* Ubi Eugraphius: *Quod solet fieri his, qui placent, ut manus per caput tractu ducta quasi quædam esse videatur laudatio.*

z *Eia, inquit, ô Fabi*] MS. Leid. & 6. edd. *Eia, inquit, Fabiana.* Scribe ergo, *Eia, inquit, Fabi.* Duæ reliquæ syllabæ ex sequenti voce *Anacreonticis* adhæserunt.

a *Redde quod sepioticon debes*] MS. Leid. *Redde quod debebas sepiotico.* Gloss. *Coleri atramento encaustopo.* Lege, *encausto.* Nimirum ita scribi debet: *Redde quod debebas sepiotico*, hoc est, *solve debitum atramento, scribe tantummodo, me præmonstrante, quod velis*; ut habet glossa marginalis MS. Leid. *Sepioticon* à *σηπία* vel *σηπίας* dictum. Apicius Lib. V. 3. *Accipies sepias minutas, cujusmodi sunt, impurgatas cum atramento suo.* Celsus II. 29. *Omnes teneri pisces, sepiarum atramentum.* Unde *notas furvæ sepiæ* literas vocat Ausonius epist. 4. Afri nimirum atramentum non è fuligine, ut alii, sed è sepiæ succo conficiebant, ut Glossæ Persianæ docent ad Sat. 3. Θόλος is Aristoteli est. Pro sanguine sepiis esse tradit Plin. Lib. IX. 29. *Encaustum* infimæ ætatis scriptores dixere. Macer cap. 3. *Encausto, vino quo sit macerata, soluto, Si scribis chartam, mus non teret amplius illam.* Gloss. Isid. *Sepia, incaustum.* Leg. *encaustum.*

b *Niliacis papyris*] Quia papyrus in Nilo crescit. Mart. Xen. I. *Perdite Niliacas, Musæ, mea damna papyros.* Capella Lib. III. *Niloticæ fruticis collemata notabam.* Ovid. III. Trist. El. X. 27. *Ipse papyrifero qui non angustior amne.* Confer Isidor. Orig. VI. 10. Schol. Juv. ad Sat. IV. 24. Sedulius Paschal. I. *Plurima Niliacis tradant miracula chartis.* Quia papyrifer Nilus, hinc *papyrionem* τὸ ἕλος ejus appellat vulgatus interpres Exod. II. 5. *Carectum ripæ fluminis* dixerat vers. 3. Etiam mystico illi citharœdo Psalm. LXVIII. 30. Θηρία τῶ καλάμω Ægyptii, ut quidam volunt.

ribus [c] interſtringi poposceris. Tum ego: Index te libelli fefellit, generosa loquacitas. Mihi noncornutus adulter arripitur, nec imbre mendaci lusa Danae virgo cantatur, dum suo judicio deus sibi [d] pecudem prætulit, & hanc auro decepit, quam potestate nequivit. Non suillo canimus morsu depastum amantis juvenis femur, nec in meis libellulis [e] sub falsa alite puerilis pependit lascivia. Non olorinis reptantem adulterum plumis ova pulligera virginibus inculcantem, [f] quam semina puerigena visceribus infundentem, nec [g] Lychnides puellas inquirimus, & Hero atque Psychen poeticas [h] garrulantes ineptias: dum hæc [i] lumen quærit extinctum, illa deflet incensum, ut Psyche videndo perderet, & Hero non videndo periisset. Nec referam virginali figmento [k] Aricinam lusam viragi-

c *Interstringi*] Ita MS. Leid. cum B. M. & L. Sed A. H. I. *instringi*. Prius præferam. Vide not. ad Continent. Virgil.

d *Pecudem prætulit*] Gloss. *arietem*. Imo *taurum*. Vide Ovid. II. Met. fab. 4. In arietem versus est Neptunus, ut Theophane frueretur. Vide Hyg. Myth. cap. 188.

e *Sub falsâ alite*] Aquilâ, cujus formâ assumtâ Jupiter Ganymeden ex Idâ monte rapuit. Vide Ovid. x. Met. fab. 4.

f *Quam semina*] 5. edd. *vel semina*. Sed alterum MS. Leid. agnoscit. Subaudi in præcedentibus *tam*. quasi scripsisset, *tam ova* &c. Lib. III. cap. 6. *Illam vero, veluti Deam, non quisquam amare ausus, quam venerari* &c. Præfat. Lib. de Prisc. Sermon. *Non phaleratis sermonum studentis spumis, quam rerum manifestationibus dantes operam*. Ita Leid. codex. Contin. Virgil. *Non adipata crassedo ingenii, quam temporis formido*. Tertull. de Anim. cap. 9. *Igitur indissolubilem quam immortalem, & ineffigiatam, quam immortalem*. De Spect. cap. 16. *Et forsitan sine causâ amare liceat, quam sine causâ odisse*. De Resurrect. Carn. cap. 32. *Utique tridno concoquendæ carni viscera ceti sufficissent, quam capulum* &c. Justin. XII. 8. *Quorum non studiis deficiatur, quam annis*. Græcissat oratio. Gregor. Nazianz. Prolog. Arcan. Οὐδὲ θεὸν γὰρ ἀρίστευε πολλάκι δῖος Πληστῖρης ὅτῳ χειρὸς, ἔσαν φείλιμε τ' ὀλίγαστε. Glossæ heic codicis Leidensis: *Jupiter in cygnum conversus concubuit cum Ledâ, quæ peperit ovum, unde nati sunt Castor & Pollux*. Vide Hygin. Astron. II. 8. & nostrum infr. Lib. II. 16.

g *Lychnides puellas*] Glossæ codicis Leidensis, *Lucernales*. Rectè. Lychni enim lucernæ. Stat. I. Theb. 521. *Tendunt auratis vincula lychnis*. Ubi Scholiastes: *Vitandæ humilitatis gratia lucernas nolunt dicere. Sic Maro: dependent lychni laquearibus aureis. Indignum enim hoc heroo carmine fuerat*. Sed *lychnitides* heic correxerat Heinsius. Quod puto rectum esse.

h *Garrulantes*] Vox Barbara, ut *rabulare*. Vide Vossium in de Vit. Sermon. Lib. IV. cap. 9.

i *Lumen quærit*] *Quærit* MS. Leid. Forte *quæritur* scripserat.

k *Aricinam viraginem*] Callistonem intelligit. Gloss. MSS. ad Virgil. I. Georg. *Claramque Lycaonis* &c. *Elicen dicit, id est, majorem septentrionem. Lycaonis autem subauditur filia. Altera ursarum est, in quantum* (leg. *quam*) *transfigurata est Calisto filia Lycaonis Dianæ in venationibus comes, quam Jupiter adamavit, & in Dianam versus cum eâ concubuit. quæ cum pingis* (leg. *præ-*

ginem, dum quæreret Jupiter [l] quid magis esse velit, quam fuerat. Mutatas itaque vanitates manifestare cupimus, non manifesta mutando fuscamus, ut [m] senior deus hinnitus exerceat: & sol, fulgoris igne deposito, malit anilibus exarari rugis, quam radiis. Certos itaque rerum præstolamur effectus, [n] quos repulsos [o] mendacis Græciæ fabuloso commento, quid mysticum in his sapere debeat cerebrum, agnoscamus. Tum illa: [p] Unde hæc tibi, inquit, homuncule, tantam ignorantiæ scientiam? unde tam ratum ordinem ignorandi? Dum enim sæculis intacta exquiris, ostendis te sapienter scire quod nescis. Cui ego, si his, quibus ignorare aliquid contigit, nec ipsum quidem nescire suum scire contingit, [q] quanto satius erat eis etiam non nasci contingere, quam nesciendo inefficaciter vivere?

prægnans) apparuisset, de suo cam (leg. *suo cœtu*) *removit. Quæ Arcadem puerum edidit. Sed Juno odio pellicata* (leg. *pellicatus*) *in ursam eam transformavit, & venanti filio obtulit. Cumque ille feram putasset, & insequi cœpisset, Jupiter eos hisdem figuratos astris consecravit. Et illa velut ursam* (leg. *Est illa velut ursa*) *fugiens, ille velut impetum faciens in eam. Quod sidus septentrio dicitur* &c. Sed quare *Aricinam* dixit, quæ Arcadica erat? Utrum quia Diana Aricina dicta est à nemore Aricino, ubi colebatur? an potius, quia nemorivaga erat, & sylvas colebat? Sane etiam infra *Aricina* pro sylvaticis posuisse videtur.

l *Quid magis esse velit*] Malim *quod* cum 6. edd. & MS. Leid. Lib. III. cap. 16. *Qualis enim divinitas ejus, qui quærit, quod esse velit, ne, quod fuerat, esset.* Respexit Ovid. x. Met. fab. 4. *Arsit, & inventum est aliquid, quod Jupiter esse, Quam quod erat, mallet.*

m *Senior deus*] Saturnus. Fabula, quam alludit, est apud Hyginum cap. 138. De Saturno Albricus cap. 1. *Pingebatur ut homo senex, canus, prolixâ barbâ.*

n *Quos repulsos*] Conjeceram, *quo repulso*, cum idem Modio venisse in mentem vidi, cujus MS. habet, *quo sepulto*. quod *vel repulso* non deterius est, nisi mavis *expulso*. Nam Leid. Cod. exhibet, *ex epulo.*

o *Mendacis Græciæ*] Vide Plin. Lib. XXVIII. 10. Juvenal. Sat. x. 174. *Quicquid Græcia mendax Audet in historiâ.*

p *Unde hæc* &c.] Totus hic locus ita etiam conceptus est in MS. Leid. Sed 6. edd. *Unde hæc tanta tibi ignorandi scientia? unde etiam ratum ordinem ignorandi?* Posterius membrum ita mutat Modius: *Unde tam quarus eo do ignorandi?* Ego nihil mutem, nisi τὸ hæc in *hanc*, ut subaudiatur, *paras ti?* Ovid. XIII. Heroid. 84. *Sed mihi tam faciles unde meosque Deos?* Quintil. Declam. VI. *Unde hunc illi animum?* Horat. I. epist. 4. *Quo mihi fortunas?* II. Sat. 7. vers. 116. *Unde mihi lapidem?* Vetus interpres Isaiæ cap. I. vers. 11. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum?* Matth. cap. XV. 33. *Unde ergo nobis in deserto panes tantos?* Adde quæ Nob. Heinsius habet ad Ovid. modo adductum versum.

q *Quanto satius erat eis etiam non nasci contingere, quam nascendo inefficaciter vivere*] Τὸ *vivere* non agnoscere MS. suum ait Modius. Exturbat etiam *contingere*, incertum an auctore MS. Leidensis codex habet: *Si his, quibus ignorare aliquid contigit, ne ipsum quidem nescire suum scire contigerit, quanto satius erat, eis etiam non nasci, quam nasci inefficaciter venire?* Quod satis commodum habet sensum, si *venire*

re? Primum itaque ego scientiæ vestibulum puto, [r] Scire quod nescias. Ad hæc illa: Tam secretis mysticisque rebus vivaciter pertractandis ampliora sunt auctoritatum quærenda suffragia. Neque enim quippiam ludicrum quæritur, quo ludibundo pede metrica verborum [s] commoda farciamus. [t] Sudore hic opus est [u] palæstrantis ingenii, ne tam magnifici assumpta operis moles ipso fere medio conaminis impetu vivacissimis destituta vanescat tractatibus. Ergo erunt nobis etiam Philosophia atque Urania cœlestis adjutrices operis ascisendæ. Nec enim deerit tuis lasciviens amica solatiis, ut, dum te mysticæ artes anhelum tractando reddiderint, tum te tua Satyra ludentem excipiat. Quæso, inquam, munifica largitas, ne tu istam tuam Satyram, cujus dudum me vadatum amore prædixeras, temere nostris credas penatibus. Tam etenim libens zelo sortitus sum ex affectu conjugium, ut si hanc [x] oblucentem & pelicem voluptatibus domo repererit, ita sulcatis ungue genis in Heliconem remittat [y] necesse est, quo ejus diluendis vulneribus Gorgonei ipsius fontis nequaquam fluenta sufficiant. Tum illa [z] cachinnum quassans fragile, [a] collisо bis terque pulsu palmulæ femore:

pro *evenire* positum cogites, ut Lib. III. cap. 6. *Denique duabus majoribus, quæ temperata evant specie, connubia venere.* Vide ibi à nobis annotata.

r *Scire quod nescias*] *Quid* correxerat vir illustris. Sed alterum putem à Fulgentio non alienum. Hieron. contra Ruffin. epist. 38. *Ne illud quidem Socraticum nosse debuerat, scio quod nescio.* Lact. Lib. III. cap. 28. *Ex hac desperatione confessio illa Socratis nata est, quâ se nihil scire dixit, nisi hoc unum, quod nihil sciat.* Chrysolog. Sermon. XVI. *Philosophiam fingunt, ut faciant nihil scire homines plus quærendo.* De Socrate est in Apophthegmatis, Ἔλεγε εἰδέναι μηδὲ μᾶλλον, πλὴν ἀυτὸ τοῦτο εἰδέναι. Ulterius, quam Socrates, progressus est Metrodorus apud Laertium in Anaxarcho, ὃς ἔλεγε μηδὲ ἀυτὸ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι οὐδὲν οἶδε.

s *Commoda*] Modius ex 4. MSS. *commenta.* Quod omnino probandum.

t *Sudore hic opus est*] A. H. & I. *Sudor hic, hoc opus est.* B. M. & L. *Sudor hic opus est.* Atque ita etiam MS. Leid.

u *Palæstrantis ingenii*] Prolog. Lib. II. *Ubi tui exerceas palæstram ingenii.*

x *Oblucentem & pellicem*] MS. Leid. & 6. edd. *Ut pellicem.* Quod præfero. *Pellex* est αἰτιολογία. Παλλακὶς, *rivaria*, ut habent Vett. Glossæ. Mirificus heic est Fulgentii Glossator: *Pellex dicitur à pelliciendo, id est, à decipiendo, eo quod pelle suâ suos decipiat amatores. Oblucere* eleganter pro *officere* posuit.

y *Necesse est*] Ita quidem & MS. & 6. edd. Debuisset tamen scribere, ne solœca evaderet oratio, *necesse sit.*

z *Cachinnum quassans fragile*] *Fragilem* malim. Fragilis cachinnus est tremulus, κλαδωδὴς. Persius Sat. III. 87. *Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.*

a *Collisо femore*] Hoc animadvertas sæpe fieri ab illis, qui risu concutiuntur. Contra *frontem ferire* est impotenter indignantium. Vide Erasmi Chil. V. Cent. I. Apul. I. Milesi. *Dextra sa-*

vien-

re: Neſcis, inquit, Fulgenti, rudis accola Pieridum, quantum ſatyram matronæ formident. Licet mulierum verbalibus undis & cauſidici cedant, nec grammatici mutiant, rhetor taceat, & clamorem præco compeſcat: ſola eſt quæ modum [b] imponit furentibus, [c] licet Petroniana ſubit Albutia. Hac etenim alludente, & [d] Plautinæ Saureæ dominatus obdormit, & [e] Sulpicillæ Auſonianæ loquacitas deperit; Saluſtianæque Semproniæ, quamvis præſens ſit Catilina, melos cantandi rauceſcit.

Solverat [f] ignivomus, mundi regione peracta,
Quadrupedes, gelidumque rotis tepefecerat orbem

Re-

vientem frontem replaudens. De mœrente etiam dixit Ovid. XI. Met. 81. *Et sonata femur mœrenti plangere dextrâ.*

b *Imponit furentibus*] *Imponat* MS. Leid. & 6. edd. Quod Latinè, ſi non melius, certè æquè bene dicitur.

c *Licet Petroniana ſubit Albutia*] Gloſſator: *Petronius poeta fuit, qui ſcripſit Satyram Albutiam.* Satyram iſto nomine non memini uſquam inveniſſe. Opinor Albutiam fuiſſe unam de fœminis, quas in Satyrâ produxerit Petronius. Hæc ſcripſeram, cum in orâ codicis ſui hæc annotaſſe Nob. Heinſium repperi: *Albucilla Taciti eſſe videtur, & inter hujus amatores fuiſſe Petronium quoque.* Vide Gonſalium Prælud. Petron. II. Non prætereundus heic ſolœciſmus Fulgentii τὸ *licet* cum verbo indicativi modi conjungentis. Incidit in eundem Corippus Lib. I. *Licèt hæc Deus omnia fecit.* Marcellin. Lib. XVI. p. 128. ed. Boxh. *Quæ licet affectabat.* Lib. XXII. p. 38. 2. *Licet à Theſſalo mari diſtinguunt Ægeum.* Macrob. Lib. I. Sat. cap. II. *Licet ex libertate in ſervitutem venum ierat.* Capella Lib. I. pag. 5. *Licet perhibebant.* Spartianus Adrian. cap. 16. *Omnes profeſſores & honoravit & divites fecit, licet eos quæſtionibus ſemper agitavit.* Ita habent edd. Vett. Quam bonæ notæ ſint libri, unde *agitaverit* repoſuerit Salmaſius, neſcio. Ambroſius Sermon. I. *Jacet licet* pro *jaceat.* Pſeudo-Muſa in Præfat. de Herb. Vetonicâ: *Licet fieri poteſt.* Iſidor. de Nat. Rer. cap. 26. *Licet amplius, quam ſex, nullus conſpicere poteſt.*

d *Plautinæ Saureæ*] MS. Leid. & 6. edd. *Plautinæ Satyræ.* Lege, *Plautini Saureæ*, ut in marginibus librorum ſuorum emendaverant Salmaſius & Scriverius. Dictum eſt venuſtè, ut *Ulyſſes Homericus*, *Hector Nævianus*, & *Plautinus miles* ab Apulejo aliiſque.

e *Sulpicillæ Auſonianæ*] Emendat Demſterus *Biſſulæ Auſonianæ*, locumque totum ita conſtituit: *Hac enim alludente & Plautini Saureæ dominatus obdormit, & Biſſulæ Auſonianæ loquacitas deperit, Salluſtianæque Semproniæ, quamvis præſens ſit, cantilena rauceſcit.* Inducit ergo illa *melos cantandi* (pro quibus *melos cantanti* Fulgentio reſtituit Carrio Emend. Lib. II. 15.) & τὸ *catilina* mutat in *cantilena*, quod & in MS. Leid. comparet. Pro *& Sulpicillæ* Nob. Heinſius mallet, *& ſuæ Biſſulæ.* Quæ emendatio & venuſtior eſt, & propius ad veterem ſcripturam accedit.

f *Ignivomus*] Gloſſ. *Sol ignem vomens.* Scriverius emendabat *ignivomos*, ut referatur ad quadrupedes. Quod vehementer placet. Ovid. II. Met. 84. *Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis, Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant, In promptu regere eſt.* Tales erant quoque tauri Æetæ Lib. VII. 104. *Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.* Nec diſplicet tamen Nob. Heinſii conjectura, quam margini codicis ſui illeverat, *ignicomus.* Auſonius epiſt. 7. *Aut ter ut Æolidi menſis tenet ignicomus ſol.* Avienus deſcript. Orbis terræ: *Icarus ignicomo ſoli ſacra.* Et poſt paulo:

Rector, & auratis colla spoliabat habenis.
Jam Phœbus g *disjungit equos, jam Cynthia jungit:*
Quasque soror h *linquit, frater pede temperat undas.*
Tum nox i *stellato mundum* k *circumlita peplo,*
l *Cærula rorigeris pigrescere jusserat alis,*
m *Astrigeroque nitens diademate Luna bicornis,*
n *Bullatum* o *bijugis conscenderat æthera tauris.*

Jam

Flammicomo devoti pectora soli. Vomanus Catal. Pith. Lib. III. *Sol tusigne caput radiorum ardente coronâ Promit* &c. Certè *ignicomus*, vel *ignivomus* legendum absque ulla hæsitatione affirmarem, nisi retardaret me Fortunati carmen de Pascha, in quo legas: *Altius ignivomum solem cœli orbita ducit.* Sed & illi restituam *ignicomum.*

g *Disjungit equos*] *Dejungit* corrigit Barthius. Nihil est necesse. Horat. Lib. 1. epist. 14. *Bovemque disjunctum curas.* Non improbæ tamen noctæ *dejungo*, cum & *abjunctos equos* dicat Propertius II. 14.

h *Linquit*] *Liquit* correctum erat in libro Salmasiano. Atque ita exhibent quoque 6. edd. Sed pro Commel. stat codex Leid.

i *Stellato peplo*] Claud. R. P. II. 363. *Stellantes nox picta sinus.* Stellatum peplum ergo est velamen astrigerum. Hilasius Catal. Lib. III. *Nox abit astrifero velamine cincta micanti.* Videtur imitari Capellam Lib. VI. *Ætheris astrifico lumina multa peplo.* Ibidem habes, *Sphæram solidam gestitantem, amictamque laversum peplo.* Quæ & emendationem meam *circumdata peplo* adstruunt. Actor. cap. XII. vers. 8. Περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου. Vet. Interpr. *Circumda tibi vestimentum tuum.*

k *Circumlita peplo*] Prudentius apud Claud. Mamertum Lib. 1. cap. 3. *Absentemque diem lux agit æmula, Qua nox cum lacero victa fugit peplo.* Exstant autem hi versiculi Hymn. v. Cath. Adde his, quæ congessit Lindenbrogius ad illa Lib. II. Catal. Scalig. *Intorquetque peplum noctis radiatque sororem.* Qui versus desumptus est ex Astronomicis, quæ Fulgentio tribuuntur in Catalectis Pithoei. *Pallia* nocti tribuit Honorius Carm. de Pasch. *Æternæ noctis pallia crassa cadunt.* Imitatio est Græcorum, qui νυκτόπεπλον dicunt noctem. Musæus: Ἤδη νυκτόπεπλος ἀνίσχανε νυκλὸς ὁμίχλη.

l *Cærula*] Ita, hoc est, nigra nox dicitur, quia κέλαινα ἐστὶν ἀήρ, πλὴν ὅταν ἡ γῆ, quæ πλατυτέρα μελαίνῃ τὸ ἀέρος, ut loquitur Plutarchus apud Euseb. Præp. Euang. p. 52. ed. Steph. Statius: *Et jam cærula nox obibat orbem.* Hinc & *cæruleas bigas* ei assignat Claud. R. P. 276.

m *Astrigeroque nitens* &c.] Adumbratus hic versus ex Ausonii Cupid. Crucif. vers. 42. *Cum face & astrigera diademate Luna bicornis.*

n *Bullatum*] H. e. stellis, tanquam bullis, distinctum. Sane Plinius Lib. XXXI. cap. 2. *Fontem bullis stellantem* dicit. *Bullare* dictum ut *gemmare* apud Solin. Pontic. *Astrigeram faciem nitido gemmavit Olympo.* Cœlum stellis, bullarum instar, ut cingula & fores, consixum censebant. Lucret. Lib. V. *Stellisque micantibus æthera fixum.* Apul. VI. Miles. 128. *Bullis multis aureis inoculatum, veluti stellis sidereis relucentem.* Sic Pollio in Gallienis auratos constellatosque vocat balteos, qui bullis ut stellis insignes erant. De Bullis vide observata a Taub. ad Plaut. Asin. II. 4. Lipsi. in Anal. ad Dial. 2. Lib. III. de Milit. Isidor. Orig. XIX. cap. 31. *Bullæ, quod sint similes rotunditate bullis, quæ in aquâ vento inflantur.* Ita ego capiebam hunc locum. Nob. tamen Heins. in libro suo emendasse postea vidi *pullatum.*

o *Bijugis tauris*] *Juvencas* currui Lunæ subjungit Auson. epist. 9. ubi similem temporis descriptionem habes, ut & in Senecæ Apolocynthosi. *Juvencos* Claud. R. P. III. 403. *Boves* Germ. Scholiastes his verbis: *Quod humilior currat, & terris præsit: unde bigam boum habere dicitur.* Paulo tamen

Unable to display this page

Unable to display this page

tiplici supercilio [h] rancidum se quiddam concipere promittebat. Tardior erat incessus, & ipsa ponderationis gravedine venerandus. Tunc Calliope [i] provinciam loquacitatis ingressa, His te, inquit, Fulgenti, [k] tutricibus spoponderam largiturum. quarum sequax si fueris, celeriter raptum ex mortali cœlestem efficient, astrisque te, non ut Neronem poeticis laudibus, sed ut Platonem mysticis interserent rationibus. Neque enim illos de his expectes affectus, quos aut poema ornat, aut deflet tragœdia, aut [l] spumat oratio, aut [m] cachinnat satyra, aut ludit comœdia: sed in quibus & [n] Carneadis resudat elleborum, & Platonis auratum eloquium, & Aristotelis [o] syllogismaticum breviloquium. Nunc itaque pande mentis cubiculum, & aurium fistulis, audito nuncio, mentibus intromitte quod excipis. [p] sed & enerva totum mortale quod tibi est, ne tam [q] sacrati series dogmatis scrupulosis rite non resideat penetralibus. Ergo nunc de deorum primum natura, unde tanta malæ credulitatis lues stultis mentibus inoleverit, edicamus. Quamvis enim quidam sint, qui spreta capitis generositate, [r] aricinis atque archaicis

h *Rancidum quiddam concipere*] 6. edd. & MS. Leid. *Consopire*. Glossæ: *Id est, consapere, cogitationem invenire*. Modius ex suo codice profert *consipere*. Quod probandum procul dubio. Et ducit eo quoque Glossator. Usitatius *resipere*. Auson. epist. 17. *Absynthium menm resipit*.

i *Provinciam loquacitatis*] *Loquacitatem* pro loquela ponit, ut in Continent. Virgil. *Communis loquacitas*, pro communi loquendi ratione.

k *Tutricibus spoponderam largiturum*] Modius ex suo codice: *Dultricibus spoponderam largituram*. 6. edd. & MS. Leid. *largitum*. Gloss. *Largiendum, tradendum. Largiturum* an *largituram* legas, parum refert puto. Vide quæ notavi ad illa, *Quo ferant Caronem citius sopiturum*. Et Gell. 1. 7.

l *Spumat oratio*] Claud. Mamert. de Stat. Anim. 11. 7. *Imperitas aures verborum puerilium spumis conspuunt*. Nostter præfat. Lib. de Prisc. Serm. *Non phalcratis verborum studentes spumis*.

m *Cachinnat satyra*] Supra: *Quod Mæonius vanarum Cachinnavit prælio*. Vide Schol. ad Pers. Sat. 1. 26.

n *Carneadis helleborum*] Veratrum Italia vocat. De eo Plinius Lib. xxv. 5. *Quondam terribile, postea tam promiscuum, ut plerique studiorum gratia, ad pervidenda acrius, quæ commentabantur, sæpius sumptitaverint. Carneadem responsurum Zenonis libris* &c.

o *Syllogismaticum breviloquium*] Tertullianus de Anim. cap. 6. *Sed nemo unquam cunctanti de exitu animæ mulsam aquam de eloquio Platonis infudit, aut micas de minutiloquio Aristotelis inserit*.

p *Sed & enerva*] Tò & nec 5. edd. nec MS. Leid. agnoscunt.

q *Sacrati series dogmatis*] Ita & 6. edd. Sed MS. Leid. *secreta*.

r *Aricinis atque archaicis*] Ita & MS. Leid. Gloss. *Sylvaticis & stultis*. Forte haud stulte. Quæ enim *Aricina* dicebatur Diana, eadem & *Nemorensis* erat. Vide Scalig. ad Fest. p. 85.

Ne-

chaicis sensibus glandium quippiam sapiant, atque eorum altiori stultitiæ nubilo soporata caligentur ingenia: tamen nequaquam apud humanos sensus nisi fortuitis compulsationibus moti nascuntur errores, ut etiam Chrysippus de fato scribens ait, Compulsationibus lubricis volvuntur incursus. Itaque primum, omisso circuitu, unde idolum tractum sit, [s]edicamus.

UNDE IDOLUM DICTUM: vel cur inventum.

CAP. I.

DIOPHANTUS, [a]Lacedæmonum auctor, libros scripsit Antiquitatum XIV, in quibus ait, Syrophanem Ægy-

Nemoralis est Martiali Lib. III. ep. 19. A. H. & I. exhibent *Erctinis atque Archadicis*. M. & L. *Arctinis atque Archadicis*. Ego scripturam Leid. Cod. non temere sollicitem, cum ἀρχαϊκὸν Græcis dicatur τὸ ὄνθος, μωρὸν, λιμῶδες. Aristoph. Nub. Φρονεῖς ἀρχαϊκά. Ejusdem significatus est ἀρχαῖος. Julianus Prolog. Cæs. Εἶτα τὰς ἐπιπαχεῖς ἴσχι ἐ ἀρχαῖος, ὦ Κῦρε. Usus ea voce etiam Horat. Lib. I. epist. 5. ubi *archaicos lectos* dicit antiquo more factos. Si quicquam esset mutandum, pro *Aricinis* longè *marrucinis* malim, quam *Erctinis*. Est enim *marrucinus* insubidus, indoctus. Vide Scalig. ad Catull. carm. 12. Etiam *Archaicis* levi mutatione verti posset in *Arcadicis*, quemadmodum in Virgil. continentiâ habemus *Arcadicas aures*. Quo & hoc accedit, quod frequenter aspirent, ubi nulla opus aspiratione, librarii. Sed satius omnino puto, ut nihil mutemus. In libello de Prisc. Serm. *Averruncassit igitur tam Aricinas hominum mentes*. Quo de loco postea viderimus. Interim sciant lectores emendasse Nob. Heins. in libro suo *verrecinis*. Perquam venustè mehercules. *Verres* enim convicium, quod stultis dicitur & fatuis, ut vel ex uno Petron. Fragm. Traguriano liquere cuivis potest.

[s] *Edicamus*] Ut heic, ita & infra sæpius compositio pro simplici utitur. Tertull. de Anim. cap. 12. *Et tamen eundem animam alibi edicit*. De Cor. Mil. cap. 10. *Quod si tales edicit futuros, qui idola fabricantur*. Capella Lib. II. *Ex eo quod Heram terram veteres edixerunt*. Ita habent membranæ Vett. Leid. Biblioth. non *dixerunt*. Jornandes de Reb. Get. cap. 7. *Parthus primum castra post Nisatem edicit*. Sic *eloqui* pro *loqui*. Minucius Octavio p. 43. *Non eloquimur magna, sed vivimus*. Lactant. Argam. Fab. I. Lib. VI. Met. *Insolentius gloriabunda, quam mortalem decuit, eloquta est*. Firmian. Lactant. de Opific. Dei cap. 10. *Cujus (oris) usus in duobus constat efficiis, sumendi victus & eloquendi. Edocere* pro *docere*. Tertull. de Monog. cap. 1. *Multa habens edocere*. Rufin. Interpr. Hist. Euseb. Lib. I. *Tempus est edocere*.

Ad LIB. I. CAP. I.

[a] *Lacedæmonum auctor*] Salmasius in suo libro correxerat *Lacedæmonius auctor*. Quod rectum videtur. Is enim ipse est Diophantus, cujus in libello de Prisco Sermon. meminit: *Diophantes Lacedæmonius, qui de sacris deorum scripsit*. Nisi *Lacedæmonum* pro *Lacedæmoniorum* posuit. Schol. Vetus Horat.

Ægyptium, familia [b] substantiaque locupletem, filium genuisse, [c] quem velut [d] enormis substantiæ [e] successorem, ineffabili, ultra quam paternitas exigebat, affectu erga fi-

rat. ad Lib. II. od. 6. *Quos filios tali culpa genitos reversi à bello Lacedæmones patria ejecerunt.* Lib. III. od. 5. [Lacedæmonium] *A Lacedæmonibus conditum.* Isidor. Orig. Lib. IX. *Lacedæmones à Lacedæmone Semeles filio dicti.* Et post paulo: *Nam ipsos esse Spartanos, quos Lacedæmones.* Lib. XVI. 4. *Repertum prius apud Lacedæmones, unde & nomen traxit.* Schol. Stat. IV. Theb. 47. *Thyre civitas, hujus populi duo quondam bello inter se dissentientes, Lacedæmones & Argivi* &c. Tertull. ad Martyr. cap. 4. *Quæ hodie apud Lacedæmonas solennitas maxima est διαμαστίγωσις, id est, flagellatio non latet.* Hyg. Astron. II. 22. *Quo tempore Lacedæmones cum Atheniensibus bellum gesserunt.* Ita *Sidones* pro *Sidonii* legitur apud Curt. Lib. IV. cap. 1. *Quem eo fastigio Sidones dignissimum arbitrarentur.* Vix tamen credas ita Curtium scripsisse, cum Σιδώνιοι vel Σιδόνες à Græcis dicantur. Et *Sidonii* à Justino XVIII. 3. aliisque. Sed benè nihilominus habet *Sidones.* Nam ἐθνικὸν Σιδὼν etiam apud Græcos inventum à Stephano. Isidor. de Vita & Mort. Sanct. cap. 15. *Dominans in cunctis urbibus Sidonum.* Barthii observatio est ad Stat. Tom. III. 283. *A cultu imaginum tali descendit omnis superstitio. Vide Fulg. Myth. ex Diophante & Syrophane, si modo is unquam tales auctores legit, quos Latinos plerumque citat.* Atqui Syrophanes non scriptor hic est, sed is, de quo sermo est Diophanto. Verum interim, quod in Octavio ait Minutius: *Dum reges suos colunt religiosè, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sacra facta sunt, quæ fuerant adsumpta solatia.* Isidor. Or. Lib. VIII. cap. II. *Simulacrorum usus exortus, cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines vel effigies, tanquam in cœlum receptæ; pro quibus sedæmones colendi* (leg. *colendos*) *supposuerunt.* Confer Lactant. Lib. I. cap. 15. Apulej. Milet. VIII.

b *Substantiâ locupletem*] Re familiari, πῖς ὑπάρχων. Genes. XIII. 6. Οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα πολλά. Vulg. Interpr. *Erat quippe substantia eorum multa.* Imo & ὑπάρξεων appellant οἱ ὁ. Deut. XI. 6. Βίον vocat Lucas cap. XV. 12. Vet. Interp. *Divisit illis substantiam.* Cassian. Collat. XI. *Qui cum substantiâ patris etiam filii nomen amiserat.* Noster infr. cap. 26. *Cujus capite, id est, substantiâ ablatâ. Substantiam familiarem appellat,* Cyprianus Sermon. de Christ. Nativit. Festus: *Bona, id est, substantia rerum, quia digna sunt bonis.* Gregor. Dial. III. 21. *Ut eam pater suæ substantiæ exhæredem faceret.* Fulgent. Rusp. Epist. 6. *Damnabilis est, qui substantiâ sæculi malè utitur.* Ita & οὐσία à Græcis usurpatur. Democrates in Gnomis: Μακάριός ἐστι οὐσίαν ἔχων ἐν νῷ ἀγαθῷ. Πατρὶς οὐσία dicitur à Laertio in Democrito. Υπάρξεις à 70. Interpr. Psalm. 78. Charis. Lib. I. *Fortunæ, bona, ὑπάρχοντα, οὐσία. Bona substantiæ* sunt Interp. Vet. Eccles. cap. VI. vers. 3. Gloss. Nomicæ: Βόνα, ὑπάρχοντα.

c *Quem velut*] Ita & A. B. H. & I. *Velut* MS. Leid. M. & L. *volvit.* Scriverius emendabat *vellet.* quod amplector.

d *Enormis*] Ὑπερμέγεθες. Gloss. *magna, quasi sine normâ.* Rectè omnino. Sedul. Lib. III. *Et septem panibus agmen Pavit enorme virûm.* Sed ibi *inorme* malim. de quo Salmas. ad Ælium Verum Spartiani. August. C. D. Lib. VI. 7. *Nunquid Priapo mimi, non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt?* Noster Lib. III. cap. 6. *Et enormi verborum circuitu prodidit.* Spartian. Æl. Ver. cap. 1. *Nec debet prologus enormior esse, quam fabula.* Vide ibi Salmas. Ita *enormis facies* apud Apul. III. Milet. *enormis luxuries* v. Contra *inenormis proceritas* pro *moderata* apud eund. Lib. II.

e *Successorem*] Dictum hoc, ut *successio patrimoniorum* apud Quintil. Declam. 249.

f *Elo-*

filium deditum. Isque dum adversis fortunæ incursibus raperetur, patri crudele geminæ orbitatis dereliquit [f] elogium: [g] & ut [h] posteritatis [i] perpetuale suffragium denegasset, & substantiæ propagandæ subitam interceptionem obiceret. Quid igitur faceret, aut fœcunda paternitas [k] in sterilitate damnata, aut felix substantia [l] in successione curtata? Parum erat, non habere quod habuit, nisi etiam nec esset, qui obtineret quod reliquit. Denique doloris angustia, quæ semper inquirit necessitatis solatium, filii sibi simulacrum in ædibus instituit. Dumque tristitiæ remedium quærit, seminarium potius doloris invenit, nesciens quod sola sit medicina miseriarum oblivio. Fecerat enim ille, unde luctus resurrectiones in dies acquireret, non quo luctus solatium inveniret. Denique ido-

f *Elogium*] MS. Leid. perperam *crudelem elogium*. Gloss. *Eulogium bona locutio. Propriè est nota criminis*. Noster in libello de Prisc. Serm. *Elogium est hæreditas in malo*. Nugæ. Significat interdum exhæredationis causam scripto significatam. Quint. Declam. 2. *Non est, judices, quod putetis, ideo nullum adjectum ad exhæredationem juvenis elogium, quia de scelere constaret*. Sed heic videtur significare inscriptionem monumenti; vel potius flebile monumentum. Scaliger ad Culicem: *Non dubito, quin quod Græci* ἐλεγεῖον, *id dictum fuerit antea elogium, hoc est, epigraphe distichos*. Forte hoc voluit Paulus in Excerptis Festi MSS. *Elogiis, carminibus*. Etiam elogium *titulus puniendorum*, de quo Casaub. ad Volcat. Gall. Pro *notâ criminis*, quod glossator annotat, accipit Hieronymus Epist. Select. I. 8. *Maledicti hominis distulerat elogium*. Tertull. de Cor. Mil. cap. 5. *Elogium sacrilegii*. Apolog. cap. 24. *Irreligiositatis elogium*. De Anim. cap. 17. *Fallaciæ elogium*. De Monog. cap. 9. *Adulterii elogium*. Glossator nescio quis apud Barth. Adversar. Lib. XXXVII. cap. 12. *Elogium, textus gestorum malorum, vel ignominia* &c. Marcellin. Lib. XIV. *Sub uno elogio jussit occidi*.

g *Et ut*] Ita quidem etiam 5. edd. Sed scribendum *ut* & cum MS. Leid.

h *Posteritatis*] *Posteritati* 5. edd. & MS. Leid. Non accedo. Sententia hujus loci est, perpetuandæ posteritatis eum spem abstulisse. Posteritatem posteros dicit. Spartianus Sever. cap. 20, *Ut melius fuerit de rebus humanis sine posteritate discedere*. Marcellin. Lib. XIV. *Vias propagandæ posteritatis ostendit*.

i *Perpetuale*] Perpetuum. Timidè, ac quidem solum usum eo vocabulo Fabium Lib. II. cap. 14. observat Vossius. *Perpetuare* legitur apud Chrysologum & Apulejum frequenter.

k *In sterilitate damnata*] 6. edd. *hæc sterilitate*. Sed pro Commel. stat Cod. Leidensis.

l *In successione curtata*] In Leid. Cod. superscripta erat altera lectio, *vel successore, id est, herede*. Sed vulgata lectio perelegans est. Justin. Lib. II. cap. 1. *Si ignis prima possessio rerum fuit*, hoc est, primus possessor. Isidor. de Nat. Rer. cap. 7. *Annuis fœtibus successio propagetur*. Lactant. de Opific. Dei cap. 13. *Admirabile Dei opus ad propagandam successionem inexcogitabili ratione provisum*. Noster Continent. Virg. *Curtata in affectibus*. Locutionem hisce non dissimilem puto immerito è Petronianis exturbatam. Legebam in Vet. edd. cap. 6. *Dum in hoc dictorum æstu motus incedo*. Unde fecerunt *totus*, ut non tantum notior, sed & Latinior esset phrasis. Sed veteri lectioni favet codex Trag. *In hoc dictorum æstu in ortis inte-*

idolum dictum est, [m] ido dinin, quod nos Latine speciem doloris dicimus. Namque universa familia [n] in domini adulatione, aut coronas plectere, aut flores inferre, aut [o] odoramenta simulacro succendere consueverat. Nonnulli etiam servorum [p] culpabiles, domini [q] furiam evitantes, ad simulacrum profugi, veniam merebantur, & quasi salutis certissimo collatori, florum atque thuris offerebant munuscula, timoris potius [r] effectu, quam amoris affectu. Denique hujus rei non immemor

[s] Pe-

incedo. Quid quod & paulo inferius ad eandem formam dicit? *In cursu fatigatus*. Et Corippus Lib. III. pag. 49. *Validâ commotus in irâ*. Apulej. II. Milesi. *Virum in ætate pretiosum. In rubore suffusus*. IV. *In ætate major*. Adde quæ Scioppius congessit Verisimil. Lib. I. cap. 4. Etiam versiculum illum, qui proximè præcedit, *Pierio defundes pectore verba*, interpolatum existimo. Sanè in variantibus lectionibus notant al. legi *nectare* & *diffundi*. Quod verbum cum hoc accipi pro κραιπαλώζειν & perfundi non viderent, bonum factum, ut etiam *nectare* mutarent in *pectore*. Cato in Diris: *Diffusos gurgite campos*, h. e. perfusos. Catal. Scalig. Lib. II. *Pierio liquidam perfundes pectore mentem*. *Pierium laticem* appellat in Culice Maro. Sed de eo dictum jam superius.

m *Ido dini*] Lege, εἶδος ὀδύνης, ut margo habet edit. Bas. anni 1577. & à Scriverio emendatum quoque erat in eo libro, quem nunc possidet vir amplissimus Guil. Goesius. Perperam *idos doloy* Leid. Cod. quanquam imperitè quidam idolum ex dolo sumpsisse nomen velint, ut est apud Isidor. Orig. Lib. VIII. II.

n *In adulatione*] Lego *adulationem* cum 6. edd. & MS. Leid. Quanquam illud alterum Fulgentio forte non indignum est. Veteres Glossæ MSS. in I. & II. Georg. Virg. *Non quod Achelous solus vino sit mixtus. Sed ipsum pro qualibet aquâ posuit, sive quoniam ex Oceano & Thetide multis genitis fluviis, hic primus creatus est, in honore ejus omnis aqua Achilonia* (leg. *Acheloia*) *dicta est*. Festus Pauli: *Sororium tigillum appellabatur locus sacer in honore Junonis*. Ita habent membranæ Bibl. Leidensis. Commentator barbari libelli, qui Ovidii Vetula inscribitur: *Subjunxit etiam quinto loco librum Fastorum sive licitorum in honore Cæsaris Germanici, qui erat futurus Pontifex illius anni*. Vetus inscript. apud Ursatum Monum. Patav. p. 12. *Hanc Basilicam in honore Sæ Justinæ martyris è fundamentis cœptam Deo Iuvante perfecit*.

o *Odoramenta*] Ἀ'εώματα. Utitur eâ voce etiam Cyprianus Sermon. de Rat. Circumcis. & de Magis.

p *Culpabiles*] Qui culpam admiserant. In Regulis Gangrens. Cod. Can. Eccles. p. 60. *Culpabiles æstimat, velut qui in regnum Dei intrare non possunt*. Episcop. Rusp. Epist. I. *Prævaricatricem voluntatem tenet culpabilis nexus*. Horat. III. od. 6. *Immeritus lues*. Scholiast. *Inculpabilis*.

q *Furiam*] Furorem. Ira furor brevis est. Hyg. cap. 107. *Ajax furia accepta per insaniam semet ipsum & pecora occidit*. Noster infr. cap. 6. *Furiam concipere*. Virg. Æn. IV. 474. *Ergo ubi concepit furias*. Vide ibi Servium, & quæ ego notavi ad Hygini locum, unde discès *furiam* pro furore rectè posse dici, contra quam putabat Barthius Advers. VIII. 6.

r *Effectu, affectu*] Affectavit παρονομασίαν. Sidon. Lib. VII. ep. I. *Etsi non effectu pari, affectu certè non impari*. Nihil istâ figurâ frequentius apud Tertullianum, Fulgentium Ruspensem, & Afros nonnullos alios. Victor de Persecut. Vandal. *Illa semper est grata collatio, ubi superba non dominatur elatio*. Ambros. de his, qui initiantur cap. I. *Prodidisse potius, quam edidisse æstimaremur*.

s Pe-

[s] Petronius ait: *Primus in orbe* [t] *deos fecit timor.* Nam & [u] Mintanor musicus in [x] κρεμαλοποιῶν libro artis musicæ, quem scripsit, ait: Deum doloris, quem prima [y] compunctio humani finxit generis. Exin ergo inveteratus error, humanis pedetentim consertus disciplinis, [z] barathro quodam sævæ crudelitatis prolabitur.

II. *Saturnus.*

SATURNUS [a] Pollucis filius dicitur, Opis maritus, senior, velato capite, falcem gerens: cujus virilia [b] abscissa, & [c] in

[s] *Petronius ait*] *Et Petronius* Leid. Cod.

[t] *Deos fecit timor*] Hinc τὸ *Deus* quidam à δέω deduxerunt. Vide Fest. in *Dens*. Etym. in Ζεύς. Et Barth. ad Stat. Tom. II. p. 854. Lorinum in Ecclesiast. cap. XII. Ubi hunc Fulgentii nostri locum illustrat. Sed ante omnes consulendus Maimonides de Idol. cap. 1. & in eum Vossii Commentarius.

[u] *Mintanor*] Ita & MS. Leid. Salmas. correxerat *Nicanor*. Sed nihil mutandum est. Schol. Stat. ad Lib. III. Theb. 661. *Primus in orbe deos fecit timor. Negat Deos ullâ aliâ re celebrari, nisi timore mortalium, ut Lucanus: Quæ finxere timent. Et Petronius ipsum secutus: Primus in orbe Deos fecit timor. Sic & Mintanor Musicus: Deum doloris, quem prima conjunctio humani finxit generis.* Hæc hausit ex Fulgentio.

[x] Κρεμαλοποιῶν] Κρεμαλοποιὸς est αὐλητὴς Athenæo. Κρέμα pulsus chordarum. Machon: Ὁ' κρεμαλοποιὸς Δωρέων. Baptista edidit *Cromatopion*; atque ita repræsentat etiam codex Leid. quasi ex χρῶμα, & ποιέω vox esset conflata: notum quid χρῶμα sit in musicis. Sed ο μικρὸν crebro in MSS. libris occupavit locum τ ω.

[y] *Compunctio*] Κατάνυξις. Hesych. Κατάνυξις, ἀσυχία, ἢ λύπη. Cum quis pungitur scilicet dolore mordeturque. Salvianus Lib. II. p. 53. *Humiliatur, compungitur.* Fulg. Rusp. Epist. 2. *Cordis compunctio.* Cassianus Collat. XI. cap. 5. *Nam mediocri confusione compuncti.* Primasius in Apocal. Lib. V. cap. 18. *Multos ex hac tribulatione novimus compunctos.* Cyprian. Sermon. de Pass. *Nec nulla hora sera est, cui compunctio districta occurrit.* Mox pro *exin* Leid. Cod. *ex hinc*. qua vocula & Suetonius usus Tiber. cap. 9.

[z] *Barathro sævæ crudelitatis*] Quid est *sæva crudelitas*? Mallem, *sævæ credulitatis*. Βάραθρον fuit locus in Atticâ, in quo, ut Suidas ait, erant ἐγκατοι οἱ μὲν ἄνω, οἱ δὲ κάτω, in quem facinorosi præcipitabantur. Latini tralatè pro quavis altâ & tenebrosâ profunditate usurpant. Schol. Stat. ad I. Theb. 185. *Tartarus est profunditas inferorum: barathrum squaloris altitudo.* Isidor. Orig. Lib. XIV. 9. *Barathrum nimiæ altitudinis nomen est. Et dictum baratrum, quasi vorago atra, scil. à profunditate.* Inde *barathrones* dicti, de quibus Horatii Scholiast. ad Lib. I. Sat. I.

Ad CAP. II.

[a] *Pollucis filius*] Quis hoc præter Fulgentium dixit? Cœlum ejus patrem faciunt alii, alii Acmona. Eustath. in Hom. p. 1205. ed. Bas. Ὅτι ἐνθυμητέον ὡς τὸν Κρόνου πατὴρ Οὐρανὸν ἐκάλεῖτο διότι τὰ ἄνω φασὶ ἀκμαῖα φύσεως. Habet tamen, qui secum sentiat, Fulgentius auctorem versuum, quos ex scedis Cujacii descripsit Scaliger Auson. Lection. Lib. II. cap. 29. *Pollucis Proles ter denis volvitur annis.*

[b] *Abscissa*] Lege cum MS. Leid. B. & M. *abscisa*. Sic mox rectè habes, *frustrum vires abscisæ*. Et Lib. II. 4. *Abscisa ergo vires temporis.* Gloss. Philox. Διητημένον, *discisum*. In Not. Tyron. *Abscidit & abscisus.* Canon. Concil. Nic.

& [c] in mari projecta, Venerem genuere. Itaque quid sibi de hoc philosophia sentiat, audiamus. Tum illa: Saturnus primus in Italia regnum obtinuit; hicque per annonæ [d] prærogationem ad se populos attrahens; [e] à fa-

Nic. Num. 1. *Qui hanc rem affectant, vel audent, quâ semet ipsos abscidere datum sit.* Festus Pauli: *Membrum mortuo abscidi dicebatur, cum digitus ejus decidebatur.* Ita habent membranæ Vett. Leid. Biblioth. In SARPTA. *Unde & virgulæ abscisæ sarmenta.* Non *abscisse.* Et alio loco: *Dilaniare est discidere, & quasi lanam trahere. Unde lacinia & lanius, qui pecus discidit.* Editi libri habent *discindere* & *discindit.* Lactant. Lib. 1. cap. 12. *Cœlum à tempore abscidi.* Apulej. v. Milesi. *Nodum cervicis & capitis abscide.* Firmicus Astron. VI. cap. 31. *Steriles facient & effœminatos, abscisos quoque & Gallos, religionum cerimoniis servientes.* Adde his, quæ notavi ad Lib. III. cap. 5. & quæ Gronovius habet ad Liv. Lib. XLIV. cap. 5. Cæterum alii non Saturno, sed per Saturnum Cœlo abscisa genitalia fabulantur. Etiam Albricus κατὰ ἰδίαν εἰσφέρει in Saturni imagine: *Qui juxta se habet filios, Jovem scilicet, Neptunum, Plutonem, & Junonem, quorum virilia abscissa projiciebat, de quibus Venus puella pulcherrima nascebatur.* Habet tamen noster auctorem Porphyrium in libello de Antro Nympharum p. 65. & Lycophr. Cassandr. vers. 76. Facit quoque huc, quod Etymologicographus in Τιτανίδας Titanas dici ait παρὰ τὸ τιτύνειν, εἶναι τὰς τιτυνούσας τὰ χείρη εἰς τὸ κόψαι τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς Κρόνου, ἤγουν Οὐρανοῦ. In primis ut non adserunt Fulgentii sententiam illa Tzetz. ad Lycophron. p. 123. Εἰ δὲ ἡ ἐν Σικελικῇ χώρᾳ Δρέπανον καλουμένη, ὅτι τοῦ κυρίου ἐκεῖ τὸ δρέπανον, μεθ' ἃ ἀπέτεμεν Οὐρανοῦ τὰ παιδογόνα: ita confirmant ista pag. 141. Κέρκυρα δὲ ἡ Σικελία λέγεται. ἢ μᾶλλον Κέρκυρα, ὅτι ἐν τῷ ἐκεῖ κειμένῳ τὸ δρέπανον, μεθ' ἃ ὁ Ζεὺς τὸν Κρόνον ἐξέπεμψε. Quod Siciliam Κέρκυρα appellatam scribit, in eo vereor ne erret Tzetzes. Erroris occasionem præbuit, quod alii in Phæaciâ, quæ etiam Κέρκυρα & *Drepane* dicta est, absconditam istam falcem tradidere. De istâ Drepane hæc habes apud Schol. Apollon. Lib. IV. 982. Τίμαιος δὲ ἐν τῇ δρεπάνῃ, ὃ ἐξέπεμψε τοῦ Κρόνου τὰ αἰδοῖα ὁ Κρόνος, ἢ ὁ Ζεὺς τὰ τοῦ Κρόνου. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ κεκρύφθαι φασί. Atque ita Tzetzes ipse tradidit pag. 122. Τὴν Φαιακίαν νῆσον τὴν Κέρκυραν, ἐν ᾗ τῷ κεχωλωμένῳ τὸ δρέπανον, ἐν ᾧ Ζεὺς Κρόνον ἐξέπεμψε. Conser Eustath. in Dionys. p. 71.

c *In mari projecta*] Scio ita potuisse loqui non sine exemplo aliorum Planciaden. Hyg. Astron. II. 17. *Se in mari insciis projecerunt.* Cap. 40. *Cum cratere in mari projici jussit.* Ita habet utrobique ed. Venet. anni 1482. Festus: *Adserere manu est admovere, quod eâ quoque, quæ in terrâ dimittuntur, seri dicuntur.* Ita Leid. membranæ, non *in terram.* Adde quæ notavi ad Hygin. Astron. & Myth. cap. 92. Lactant. Lib. XIII. Argum. fab. 2. in MS. *Eum in profundo præcipitavit.* MS. tamen Leid. & 5. edd. hoc loco habent *in mare.*

d *Prærogationem*] H. e. distributionem. Alciatus Parergon Lib. 1. cap. 4. *Prærogare, sicut & erogare, id significare propriè loquendo videtur, quod gratis & quasi roganti, non autem ex debito, distribuere.* Noster infr. Contin. Virgil. *Quæ plus periculi possint prærogare, quam laudis.* Ruspens. Episcopus Epist. 2. *Nec inter beatos erit aliquis miser, cui misericordia prærogetur.* Ergo *prærogare* distribuere, dare. Gloss. Isid. *Prærogator, dispensator.* Videtur nescio quid Africanum sapere illud *præ.* Corippus Lib. 1. *Officio, quodcunque datur, præcommodo linguam.* Et post paulo: *Suscipiens puerum primis prælegit ab annis.* Tertull. Genes. *Ne trepidate simul licitos præcerpere fructus.* Isidor. de Prælat. cap. ult. *Quod non prævalet sacerdos efficere.* Minutius Octavio: *Fulmina præmicare.* Gloss. Vett. ad Pers. Sat. 1. 59. *Dispensatores dicti prorogatores.* Correxeram *prærogatores*, cum vidi *prorogatores* etiam apud Cassio-

[e] à saturando Saturnus dictus est. [f] Opis quoque ejus uxor, eo [g] quod opem esurientibus ferret, [h] dicta est. Pollucis etiam filius, sive à pollendo, sive à pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus. Unde & Plautus in [i] comœdia Epidici ait, *Bibite, pergræcamini* [k] *pollucibiliter*. Velato vero capite ideo fingitur, quod omnes fructus foliorum obnupti tegantur umbraculo. Filios vero suos comedisse fertur, [l] quod omne tempus quodcunque [g] gi-

siodorum & Chrysologum inventos à Pignorio in Tract. de Servis p. 15. ed. Patav. Quod ad Chrysologum attinet, etiam ego frequenter *prorogare* illi idem esse quod erogare & distribuere observavi. Serm. VI. *Divitias proroget, non reponat.* XXIII. *Civibus indigentibus liberaliter prorogare.* XLIII. *Ne servando perdas, collige prorogando.* XLII. *Qui pecuniam nescit prorogare, sed claudere.*

e *A saturando*] Isidor. Orig. VIII. cap. 11. *Hunc Latini à satu appellatum ferunt, quasi ad ipsum satio omnium pertineat rerum, vel à temporis longitudine, quod saturetur annis.* Quorum posterius legas etiam apud Ciceronem Lib. II. de Nat. Deor. p. 38. & Lactant. Lib. I. cap. 12. At Macrobius Lib. I. Sat. 8. παρὰ τὸν σαίειν, *quasi Sathurnus.* Augustin. C. D. Lib. VI. cap. 8. *Saturnum filios suos devorasse ita nonnulli interpretantur, quod longinquitas temporis, quæ Saturni nomine significatur, quicquid gignit ipsa consumat.*

f *Opis*] Ἀρχαϊκῶς, ἀπὸ τοῦ *Ops*. Hygin. cap. 139. *Postquam Opis Jovem ex Saturno peperit.* Vide, si tanti putes, quæ ad eum locum dixi. *Quæ Græcis Rhea, Latinis Ops dicitur* Lact. I. cap. 13. Sacra ejus *Opalia* dicta, de quibus Macrobius I. Sat. cap. 10.

g *Quod opem esurientibus ferat*] Albricus de Ope: *Quæ aperta manu dextrâ opem omnibus velle dare prætendebat: paucum vero sinistrâ pauperibus porrigebat.* Macrob. Sat. I. 12. *Opem dictam autumat, quod ipsius auxilio vita constet.*

h *Dicta est*] *Edicta* Leid. Cod. Rectè.

i *Comœdia Epidici*] Scriverius annotaverat, *Mostellaria.* Sanè act. I. sc. I. ejus fabulæ legas: *Dies noctesque bibite, pergræcamini, Amicas emite, liberate, pascite Parasitos, obsonate pollucibiliter.* Ut ergo sæpe alias, ita & heic memoriola sua imposuit Fulgentio. Vide Not. ad Libell. de Prisco Serm. Juretum decepit Planciades noster ad Symm. Lib. III. epist. 24.

k *Pollucibiliter*] Lautè & sumptuosè, ut in pollucto Jovis vel Herculis. Ita *pollucibilem cœnam* pro lauta dixit Macrob. Lib. I. cap. 13. Idem est *daptice*. Festus in DAPS. *Daptice se acceptos antiqui dicebant, significantes magnificè, & dapticum negotium amplum ac magnificum.* Sed membranæ Leid. Biblioth. *dapatice*, & *dapaticum* ibi repræsentant. Non dissimilis est *Saliaris cœna.* De Saliis locus est apud Macrobium Lib. III. cap. 12. cujus initium mihi de mendâ suspectum. *Optimè mehercules, Prætextate, feciſti Herculis mentionem, in cujus sacra hic vester gemino errore commisit.* Quid illud *in* heic agit? Tolle protinus, ut natum ex similitudine proximè præcedentis syllabæ, & sententia erat venustissima Latinissimaque. *Committere sacra* dixit, ut *committere ludos* Maro, *committere judicium* Tullius, *committere agonem* Cyprianus Lib. II. epist. 6. *committere proscriptionem* Vellejus Lib. II. cap. 64. pro συμπλέκειν. *committere cœnam* Varro pag. 245. ed. Popmæ. Facere autem eleganter dicitur poeta, quod facientes alios inducit.

l *Quod omne tempus consumit*] Phornutus: Καὶ ὁ χρόνος πάντα ἐσθίει. δαπανᾷ γὰρ τὰ ὑφ' αὑτῷ γινόμε-

12.

[m] gignat, consumit. [n] Falcem etiam fert non immerito, sive quod omne tempus in sese vergat, ut curvamina falcium: sive fructum propter: unde etiam & castratus dicitur, quod omnes fructuum vires abscisæ, atque in humoribus viscerum velut in mare projectæ, sicut illic Venerem, ita & libidinem gignant necesse est. Nam & Apollophanes in epico carmine scribit Saturnum, quasi sacrum νοῦν. νοῦς enim Græce [o] sensus dicitur: aut satorem νοῦν, quasi divinum sensum [p] creantem omnia. cui etiam quatuor [q] filios subjiciunt, id est primum Jovem, secundum Junonem, tertium Neptunum, quartum Plutonem. Pollucis quasi Poli filium dicunt quatuor elementa gignentem, primum Jovem ut ignem: unde & ζῆνα Græce

νά. Etym. in Κρόνος. Καλαπίνειν ἢ λέγειν τὰ τοιαῦτα, ὅτι ἔστι διὰ χρόνου γίνεσθαι, καὶ χρόνια πάλιν συνδιατρίβειν. Diacon. in Hesiod. Κρόνον μὲν ἀπὸ τοῦ χρόνου, ὑφ' οὗ πάντα καλαπείσχεσθαι τὰ ὄντα καὶ τὰ ἐκείνου ἔσχατα γινόμενα. Τοιοῦτος γὰρ ὁ χρόνος, διαπαντὸς τὰ ὄντα τῆς οὐσίας τὰ οἰκεῖα. Confer Schol. Apoll. p. 279. Schol. Stat. ad 1. Achill. *Ut autem fingatur Saturnus filios suos comesse, hæc ratio est, quia deus est æternitatis & sæculorum. Sæcula autem annos ex se natos in se revolvunt.* Confer Sallust. de Diis cap. 4. Macrob. Lib. 1. cap. 8. Heraclid. Pont. Allegor. p. 54. ed. Gesn. Eleganter Sophocles: Ἄπαιδ' ὁ μηδὲν καὶ δέθυμος χρόνος Φύσει' ἄδηλα, τὰ φανέντα κρύπτει.

m *Gignat*] MS. Leid. & 5. edd. *gignit.*

n *Falcem fert*] Isidor. Orig. Lib. VIII. *Falcem tenet, inquiunt, propter agriculturam significandam, vel propter tempora & annos, quod in se redeant, vel propter sapientiam, quod intus acuta sit.* Macrob. 1. Sat. 8. *Falcem ei quidam putant attributam, quod tempus omnia metat.* Cyprianus ad Demetrianum: *Rusticitatis hic cultor fuit, inde falcem ferens senex pingitur.* Immo & ARUALUS DEUS in antiquo lapide dicitur apud Octav. Rossum in Brix. Memoriis. Adde Augusti C. D. VII. 19. Serv. ad Georg. II. 406. Plin. Lib. II. cap. 6. Arnob. Lib. VI. & quos ad eum laudat Elmenhorstius.

o *Sensus*] Pro intellectu accipe. Flor. Lib. 1. cap. 18. *Non sine sensu captivitatis.* Curt. Lib. VII. cap. 8. *Scythis non ut cæteris barbaris inconditus sensus est.* Propert. II. 9. *Hic primum vidit sine sensu vivere amantes.* Sentire est intelligere. Vet. Interp. Luc. IX. 45. *Ut non sentirent illud.* Hinc *vir sensatus* pro prudente & sapiente, *sensatè* pro *sapienter*, apud antiquum interpretem Siracid. cap. IV. 29. V. 15. VI. 36. XIII. 37. Cypr. ad Demetrian. *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam.*

p *Creantem omnia*] Unde *deorum rigidissimum creatorem* appellat Capella Lib. II. p. 44. Ab auctore Etymol. κρόνος ἔστι νοῦς, vel κεκρὸς νοῦς, ἢ κεκραμένος νοῦς dicitur esse κρόνος, quod ex Platone habet. Nam Platonici Saturnum accipiebant pro mentis puritate atque integritate. Confer Eustath. ad Homer. Iliad. p. 154. ed. Bas. Diaconum in Hesiod. p. 277. & Proclum in eundem pag. 39. ed. Heins. Scholiast. Hom. Iliad. B. 205.

q *Filios*] Denominatio fit à potiori. Servius ad Æn. VIII. 130. *Tradunt Oceanum & Majam Stereopes & Atlantis filios fuisse.* Albricus cap. 1. *Juxta se habebat filios, Jovem scil. Neptunum, Plutonem, & Junonem.* Lactant.

ce dicitur. ζὼς enim Græca significatione, sive [r] vita, sive calor dici potest: sive quod igne vitali animata omnia dicerentur, ut [s] Heraclius vult: sive quod hoc elementum caleat. [t] Secundum Junonem, quasi aerem, unde [u] ἥρη Græce dicitur. Et quamvis aerem masculum ponere debuerint, tamen ideo soror est Jovis, quod hæc duo elementa sibi sunt valde [x] consocia. Ideo [y] Jovis & conjugem, quod maritus aer igne ferveſcat. Nam & Theopompus in Cypriaco carmine, & Hellanicus in Dios [z] polytychia, quam descripsit, ait Junonem ab Jove vinctam catenis aureis, & [a] degravatam incudibus ferreis. Illud

Fab. 4. Lib. XIII. Ovid. Met. *Quibus indicat quinque ſi natorum, hoc eſt, filii unius, & quatuor filiarum parentem, orbum relictum.* Vetus inscript. apud Aldum Orthogr. p. 12. *Amycus & Chreſtina nutritores.* Plura adduxi ad Hyg. Myth. cap. 159.

r *Vita ſive calor*] Vide Phornut. cap. 2. Etym. in Ζεύς. Plutarchus apud Euseb. Præp. Euang. pag. 53. Ζεὺς, τυτίσιν, ἡ πνεούσης ἢ ἡ θερμὴ δύναμις. Diaconus in Hesiod. p. 274. Ζεὺς ὁ, τυτίσι, τὸ ζωογόνον πῦρ ἢ αἰτίαν τοῦ τὰν εἶναι &c. Et pag. 278. Ζεὺς τῷ Διὸς κλῆσιν, δυνάμεις πάντας ἡμῖν, ὡς ἔπος τι ζωὴ ἐστι, ἢ δι' αὐτοῦ ζῶσι τὰ ζῶντα, ἢ τὰ ὄντα ἁπλῶς δι' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔλαχεν. &c. Confer Heraclid. Pont. Alleg. Hom. p. 31. Lactant. Lib. I. cap. 11.

s *Heraclius*] Ita quidem & B. M. & L. cum Commel. Sed scribe *Heraclitus* cum A. H. & I. *Eraclitus* Leid. Cod. omissa aspiratione. Lactant. Lib. II. 9. *Heraclitus ex igne nata omnia dixit, Thales Mileſius ex aquâ.* Adde Servium Æn. XI. 186. Heraclid. Alleg. Hom. p. 56. Heraclitum intellexit Quintil. Declam. 283. *Quæreres utrumne ignis eſſet initium rerum; an vero minutis editus & mirabilibus elementis.* Malem, *innumerabilibus.* Atomos enim designat.

t *Secundum*] Ita & 6. edd. *Secundam* MS. Leid.

u Ἥρη] A. B. H. I. & MS. Leid. Ἧερα, & mox *ſororem* pro *ſoror eſt.* Nimirum Ἧερα, si transponas literas, est ἀήρ. Athenagor. Legat. pro Christ. pag. 23. Ζεὺς, ἢ ζέουσα οὐσία, καὶ τὰς ζωικὰς. Ἥρα ὁ ἀὴρ, ἢ τῇ ὁμοιότητι, εἰ αὐτὸ αὐτῷ ὁπουοῦν ποιοῖ, συμφωνοῦν.

x *Conſocia*] *Conſortia* H. I. M. & L. cum MS. Leid. Sed *conſocia* etiam B. & A. Cassiod. epist. 9. Lib. VIII. *Nobiliſſima tibi facta conſocia.* Ita MS. non *conſortia.*

y *Jovis conjugem*] Vide Phornutum cap. 3. Albricum cap. 9. Cicero II. Nat. Deor. *Et ſoror & conjux Jovis, quod & ſimilitudo eſt ætheris, & cum eo ſumma conjunctio. Effeminarunt autem eum Junonique tribuerunt, quod nihil eo eſt mollius.* Idem dicit Heraclides pag. 21. Schol. Hesiod. in Θεογ. p. 261. edit. Heins. Ἥρην.) ἤγουν ὁ ἀὴρ ὁ κυδοιμώδης, ἤτοι ὁ δεξιζόωρος διὰ τὸ βροχῆς. Διὸς δὲ παράκοιτις, ὅτι τῷ αἰθέρι κατώκηται ὁ ἀήρ. Servius ad Æn. I. 51. *Phyſici Jovem æthera, id eſt, ignem volunt intelligi; Junonem aërem, & quoniam tenuitate paria ſunt, dixerunt eſſe germana. Sed quoniam Juno, hoc eſt, aer ſubjectus eſt igni, id eſt jure ſuperpoſito elemento mariti * traditum eſt.* Lege, *igni, id eſt, Jovi, jure* &c. Deinde tolle asteriscum, & scribe, *mariti nomen traditum eſt.* Hæc talia ex Zenonis scholâ deprompta sunt. Vide Minut. Felic. Octav. p. 20.

z *Polytychia*] Vossius Histor. Græc. Lib. IV. cap. 5. mallet πολυΐδια, vel πολυΐκια.

a *Degravatam incudibus ferreis*] Meminit antiquæ ejus fabulæ Homerus Iliad. O. 18. Ubi eodem, quo Fulgentius,

Illud nihilominus dicere volentes, quod aer, igni cœlesti conjunctior, [b] duobus deorsum elementis misceatur, id est aquæ & terræ, quæ elementa duobus superioribus graviora sunt.

III. *Neptunus.*

NEPTUNUM vero tertium velut aquarum voluerunt elementum: quem ideo Græce etiam Posidona nuncupant, quasi [a] ποσῶν εἶδω, quod nos Latine facientem imaginem dicimus: illa videlicet ratione, quod hoc solum elementum imagines in se formet spectantium, quod nulli [b] alii ex quatuor competat elementis. Tridentem vero ob hanc rem ferre pingitur, quod aquarum natura triplici virtute fungatur, id est liquida, fœcunda, [c] potabilis. Hinc & Neptuno Amphitriten in conjugium deputant. ἀμφὶ enim Græce circumcirca dicimus: eo quod [d] omnibus tribus elementis aqua concluſa sit, id est, sit in cœlo, sit in aere, id est in nubibus, & in terra, ut sunt fontes vel putei.

IV. *Plu-*

tius, modo eam explicat Anonymus, ut & Phornutus cap. 17. Hausisse illos interpretationem istam putem ex Heraclid. Alleg. Hom. pag. 51. ed. Gesn. Baptista Pius *depravatam* edidit. quod explicat *devirginatam*. Ridicule.

b *Duobus deorsum*] *De deorsum* Leid. cod.

Ad CAP. III.

a Ποσῶν εἶδω] Ita & una L. habet. Cæteræ variant. MS. Leid. Ποσειδῶνα. Nisi vocabulum Ποσοειδῶνα finxit, sequendam censeo Commel. lectionem. Εἶδη pro εἶδω agnoscit etiam Hesychius. Phornutus cap. 3. ὅτι τὸ πόσιμον derivat Ποσειδῶνα. Quicum facit & Heraclides: Ὁ Ποσειδῶν ὑγρά τις ὢν ὕλη καὶ χυτὴ τῷ πόσιν ἀπομαγμῷ. Alii aliter ἐτυμολογοῦσι.

b *Alii*] Quamvis dissentiant editi, scribe tamen cum MS. Leid. *alio*. Continent. Virgil. *Esto Eurysthens alio fortiori*. Vide ibi notas nostras.

c *Potabilis*] 6. edd. *potabili*. Quod magis est congruum. Vel legendum, *id est, sit liquida* &c. Eustath. ad Iliad. Hom. p. 845. ed. Bas. Τρίαινάν ὁ μῦθος οἰκείοις ἐπονομάζει Ποσειδῶνι, ἢ διότι τριττὸν δίχα τὸ ὕδωρ μὴ ἐν αἰθέρι. ἢ διότι τριτὴ ἡ φύσις τῶν ὑδάτων. τὰ ἁλμυρὰ, τὰ γλυκέα, τὰ μικτά &c. Schol. Æschyli ad Prometh. vers. 924. Τρίαιναν δ λέγουσι κεκτῆσθαι τὸν Ποσειδῶνα, ἢ διὰ τριττὸν εἶναι αὐτὸν στοιχεῖον, ἢ διὰ εἰς τρία διαιρεῖσθαι τὸ ὕδωρ, εἰς πολύμυον, εἰς θαλάσσιον, & εἰς λιμναῖον. Quod & apud Eustath. in Dionys. p. 68. legas. Aliter rursus Servius ad Æn. 1. vers. 142. aliter etiam Phornutus cap. de Neptuno. Locherus ex Servio ad locum modo laudatum adducit. *Jupiter trifido utitur fulmine; Pluton Cerbero trifauci; Neptunus tridente. Hæc tria sceptra significant etiam ipsa tria elementa physica quadam ratione conjuncta.* Sed ista verba in editis frustra quæras.

d *Omnibus tribus*] Τὸ *tribus* non agnoscit Leid. codex.

IV. *Pluton.*

QUARTUM etiam Plutonem dicunt [a] terrarum præsulem: [b] πλοῦτος enim Græce divitiæ dicuntur, solis terris credentes divitias deputari. Hunc etiam [c] tenebris addictum dixere, quod sola terræ materia sit cunctis elementis obscurior. Sceptrum quoque in manu gestat, quod regna solis competant terris.

V. [a] *Tri-*

Ad CAP. IV.

a *Terrarum præsulem*] Augustin. C. D. Lib. VII. cap. 28. *Dis pater postremo, qui Græcè* Πλούτων *dicitur, etiam ipse masculus frater amborum, terrenus Deus esse perhibetur, superiorem terram tenens, in inferiore habens Proserpinam conjugem.* Et cap. 16. ejusdem libri: *Vulcanum volunt ignem mundi, Neptunum aquas mundi, Ditem patrem, hoc est, Orcum, terrenam & infimam partem mundi.* Apulejus Dialogo Hermetis: *Terræ vero dominatur Jupiter Plutonius. Et hic nutritor est animantium mortalium & fructiferorum.*

b Πλοῦτος *enim*] Imo Plutus & Pluto, etiamsi alterum ab altero distinguant poetæ, idem sunt numen, ut observatum jam ab aliis. Lucianus Timone: Ἀλλ' ὁ Πλοῦτον δοκέμοι με παρ' ἀυτὸς, ἅτε πλουσιώτατος ὢν μεγαλόδωρός τε καὶ ἀυτὸς ὤν. Ovid. 1. Met. *Itum est in viscera terræ, Quæque recondiderat, Stygiisque admoverat umbris, Effodiuntur opes, irritamenta malorum.* Et merito profecto Dis audit Pluto, *quod recidant omnia in terras, & orianturque è terris*, ut loquitur Cicero II. Nat. Deor. Confer Ovid. X. Met. v. 78.

c *Tenebris addictum*] MS. Leid. *Abdicatum.* Gloss. *adjunctum, traditum.* Sed illa est explicatio τοῦ *addictum.* quanquam Fulgentii mentem haud satis rectè exprimit. *Addictus* heic est συζῶν Græcis. Lucian. ἀβίου ἐγκ. Tom. 1. p. 908. ed. Ben. Ἀυχμηρὸν βίον συζῶν, *asperæ vitæ addictus.* In Contin. Virg. legas, *Apollinem Musis additum.* Hesiodi Schol. p. 279. ed. Heins. Τὰ τὰ χθόνια ᾧ ναίειν φασὶ τὸν Ἀΐδην, διὰ τὸ ἄχθος μὴ τοὺς θανόντας. Cæterum quod tenebris addictum Plutonem tradit, id in memoriam mihi revocat, quod apud Phornutum cap. 5. legi: Ἄϊδης ὁ πάχυμέστατος καὶ παχυγειότατος ἀήρ. Pariter Capella Lib. II. *Hæc omnis aeris à lunâ diffusio sub Plutonis potestate consistit.* Heraclides Alleg. Homer. p. 318. Τὸν δὲ ὑπέρτατον ἀΐδην ἀπλανέστατον εἶναι παραδέδωκεν. Confer Athenag. Legat. pro Christ. pag. 22. Facit & huc illa inferorum, vel tartari potius, descriptio apud Apulejum Allocutâ Hermetis: *Sin autem delictorum illitam (animam) maculis vitiisque oblitam viderit, desuper ad ima deturbans procellis turbinibusque aeris, ignis, & aquæ sæpe discordantibus tradit: ut inter cælum & terram mundanis fluctibus in diversa semper æternis pœnis agitata rapietur. Ut in hoc obsit animæ æternitas, quod sit immortali sententiâ æterno supplicio subjugata.* Hic ergo Tartarus est. Hesiod. Θεογ. 119. Ταρτάρου τ' ἠερόεντα. Schol. λέγει τὸν ἀέρα τὸν τοῦ γῆν ἀφεστῶτα, καὶ τὸ σκοτεινὸν αὐτοῦ. Stephanus: Τάρταρος, Κράτης τὸν ὑπὸ τῆς πόλεως ἀέρα παχύτατον καὶ ψυχρόν τινα, καὶ ἀφώτιστον &c. Isidor. Lib. VIII. cap. 11. *Lapsi vero (dæmones in aeriam qualitatem conversi sunt: nec aeris illius puriora spatia, sed ista caliginosa tenere perpessi sunt, qui eis carcer est usque ad tempus judicii.* Aut ego multum fallor, aut hinc ἀρχηγὸν ἐξουσίας τοῦ ἀέρος diabolum appellat Paulus ad Ephes. cap. II. vers. 2. Fabulam παραμυθεῖται explicat Lact. Lib. I. cap. 11.

Ad

V. [a] *Tricerberus.*

TRICERBERUM verò canem ejus ſubjiciunt pedibus, quòd mortalium jurgiorum invidiæ ternario conſtentur ſtatu, id eſt naturali, cauſali, [b] accidenti. Naturale eſt odium, ut canum & leporum: [c] luporum, & pecudum: hominum, & ſerpentium. Cauſale eſt, ut [d] amoris zelus atque invidiæ. Accidens eſt, quod aut verbis caſualiter oboritur, ut hominibus: aut comeſtiones propter, ut jumentis.

VI. *Furiæ.*

HUIC etiam [a] tres Furias deſervire dicunt, quarum prima Alecto: ἀληκτὼ enim Græce impauſabilis dicitur. Alia Tiſiphone: τισιφόνη autem quaſi τίσιν φόνου, id eſt iſtarum vox. Tertia Megæra: megæra enim eſt, quaſi μεγάλη ἔρις, id eſt magna contentio. Primum eſt ergo, [b] non pauſando furiam concipere: ſecundum eſt, in vocem

Ad CAP. V.

a *Tricerberus*] Infr. cap. 27. *Dum ad Tricerberum canem abſtrahendum deſcendit.* Τερκίρειον quoque Tzetzes appellat. Vide de cane eo Iſidor. Orig. Lib. XI. cap. 2.

b *Accidenti*] *Accidentali* 6. edd. Sed pro Commel. ſtat MS. Leid. & rectè quidem. Sequitur enim, *accidens* &c. Ambroſ. Hexaëm. Lib. I. cap. 8. *Cum utique non ſubſtantialis, ſed accidens ſit malitia.*

c *Luporum & pecudum*] Τῶν θηρίων. Horat. Epod. 3. *Lupis & agnis quanta ſortito obtigit, Tecum mihi diſcordia eſt.* Ubi vetus interpres: *Omnes autem inimicitiæ ſunt aut à naturâ, quales ſunt inter bruta: aut à voluntate per electionem, quales ſunt hominum inter ſe.*

d *Amoris zelus*] Vide quæ notamus ad cap. 12. Lib. II. & ad Hyg. Mythol. cap. 199.

Ad CAP. VI.

a *Tres Furias deſervire*] Totum hoc caput in ſuum commentarium tranſtulit Lactantius ad Thebaid. I. vers. 477. Sed quid continet, niſi nugas nugaciſſimas? Melius de his Phornutus cap. 10. & Tzetzes in Lycophron. pag. 72. quos conſule, ſi eſt operæ. Servius ad Æn. IV. 609. *Diræ in cœlo: ut, dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ. Furiæ in terris, Eumenides apud inferos: ſed hæc nomina confundunt poëtæ.* Ad Æn. autem III. 209. ita commentatur: *Sanè apud inferos Furiæ dicuntur & canes: apud ſuperos diræ & aves, ut ipſe in XII oſtendit. In medio vero Harpyiæ dicuntur.* Quod de canibus ait: canes illæ Hecates ſunt ſive Triviæ, de quibus Tibullus el. 2. Lib. I. Horat. Sat. 8. Lib. I. Virgil. VI. Æneid. Senec. Oedip. 569. Immo omne ἐπῳδὸν τῆς δεισιδαίμονος γυναικὸς καὶ τὰ λόγια καλεῖν, ut ait Tzetzes ad Heſiod. p. 45. ed. Heinſ. *Canes Jovis infernalis* vocat Horat. Comment.

b *Non pauſando*] *Pauſare* verbum antiquum eſt. Gloſſ. Vett. *Pauſat, ἀναπαύει, ἀναπαύῃ.* Ita *pauſa* eſt quies. Vetus inſcriptio apud Pith. Catal. Lib. III. *Jam datus eſt vitæ finis, jam pauſa malorum.*

cem erumpere: tertium jurgium [c] protelare.

VII. [a] *Fata, vel Parcæ.*

TRIA etiam ipsi [b] Plutoni destinant fata, quarum prima Clotho, secunda Lachesis, tertia Atropos. κλώθω enim [c] Græce evocatio dicitur, λάχεσις vero sors nuncupatur, ἄτροπος quoque sine ordine dicitur: hoc videlicet sentire volentes, quod prima sit nativitatis evocatio: secunda, vitæ sors, quemadmodum quis vivere possit: tertia, mortis conditio, quæ sine lege venit.

VIII. *Harpyiæ.*

HARPYIAS etiam tres [a] inferis Virgilius deputat, quarum prima ἀέλλω, secunda ὠκυπέτη, tertia κελαινώ. Harpyia enim Græce rapina dicitur. Ideo virgines, quod omnis rapina arida sit & sterilis. Ideo plumis circumdatæ, quia quicquid rapina invaserit, celat. Ideo volatiles, quod omnis rapina ad volandum sit celerrima. ἀέλλω enim

c *Protelare*] Hoc est, *amoliri*, ut Baptista censet. Immo *protelare* heic est proferre. Cap. 14. *Protelare dignitatem.* Sed vide not. ad Prologum.

Ad CAP. VII.

a *Fata vel Parcæ*] Rectè ex hoc loco Illustr. Spanhemius in de Numm. Præstant. Fata Parcas dici probat. Doceo idem ex Capell. Lib. 1. *Hæc mox ut facta conspexit omnia, quæ gerebantur, in consistorio Jovis subnotari.* Lege ex MS. libro Biblioth. Leid. *Fata, & subnotare.* Martial. Lib. VII. 47. *Et ruptas fatis reddidit ipse colos.* Lactant. Lib. 1. cap. 11. *Illud vero quale est? esse fata, quibus Dii omnes & ipse Jupiter pareat. Si Parcarum tanta vis est, ut plus possint, quam cœlites universi &c.* Albricus: *Parcæ seu fata dicta per antiphrasin.* Redeo ad Capellam. Dixerat ille superius Parcas esse librarias superûm: *Clotho vero*, inquit, *Lachesis Atroposque, quoniam sententias Jovis orthographiæ studio veritatis excipiunt, utpote librariæ superûm, archivique custodes.* Pro *orthographiæ* rectius Leid. Cod. *orthographæ.* Tertull. de Anim. cap. 39. *Fata scribunda advocantur.* Ita enim putem legendum cum Junio, non *scribunda.* Isidor. Orig. VIII. 11. *Tria autem fata fingunt in colo & fuso, digitisque fila ex lana torquentibus, propter tria tempora &c.*

b *Plutoni destinant*] Alii Apollinem præficiunt fatis. Schol. Horat. in Carm. Sæcul. *Invocat autem Parcas post Apollinem, quia Apollo fatis præst, unde & fortilegus vocatur.*

c *Græce evocatio dicitur*] Nugatur solemnia. Alludere videtur τῷ κλώζω. Quinam veriorem dederint etymologiam, dixi ad Hygin. Genealogiam. Lactant. Lib. II. cap. 10. *Unde etiam tres Parcas volucrunt: unam, quæ vitam hominibus ordiatur: alteram, quæ contexat: tertiam, quæ rumpat ac finiat.*

Ad CAP. VIII.

a *Inferis Virgilius deputat*] Æn. nempe VI. v. 289. Confer Serv. ad Æn. III. vers. 209.

b Qua-

enim Græce [b] quasi ἐλὼν ἄλλο, id est alienum tollens. Ocypete, id est [c] citius auferens. Celænum vero Græce nigrum. unde & Homerus prima Iliados rhapsodia, αἶψά τοι ἐκ μεμαὼς κελαινὸν ἰφθίμου διὰ δουρὸς: id est, statim niger tuus sanguis emanabit per meam hastam. Hoc igitur [d] signare volentes, quod primum sit, alienum concupiscere: secundum, [e] cupita invadere: tertium, celare quod invadit.

IX. *Proserpina.*

PLUTONI quoque nuptam volunt Proserpinam, Cereris filiam. [a] Ceres enim Græce gaudium dicitur. & ideo illam frumenti deam esse voluerunt, quod ubi plenitudo fructuum sit, gaudia [b] semper abundent necesse est. Proserpinam vero quasi segetem voluerunt, id est [c] terram radi-

b *Quasi* ἐλὼν ἄλλο] Heic rursus nugatur. *Aello* dicta ab ἀέλλα, *procella*. Unde ἀελλόπους, ταχύς.

c *Citius auferens*] *Citius* est ocyus, dicto citius. Infr. cap. 17. *Honores citius fugitivos.* Quid autem? Ocypete est celeriter auferens? Imo celeriter volans, à πέτεσθαι, *volare*.

d *Signare*] *Significare* Leid. cod.

e *Cupita invadere*] *Concupita* A. B. H. I. M. & MS. Leid. & *concupiscei* pro *concupiscere*. Mox pro *invadit* mallem, *invaditur*.

Ad CAP. IX.

a *Ceres enim Græcè gaudium dicitur*] Alludit τὸ χαίρειν, quod ut χέρειν pronunciavit. Sed illud *Græcè* non habet Leid. cod. Retinendum tamen puto. Sic in Contin. Virgil. *Acheron Græcè sine tempore dicitur.* Cicerone auctore II. Nat. Deorum, *Ceres* quasi *Geres* dicitur. Apud eundem ejusdem operis Lib. I. Chrysippus differit, aerem, qui per maria manet, Neptunum esse: terramque eam, quæ Ceres dicatur. Julius Firmicus: *Terram ipsam Cererem nominant: nomen hoc à serendis frugibus mutuatum.* Scriverius in margine libri sui notaverat, *à gerendis* &c. quod nullus dubito quin rectius habeat. Δημήτηρ quasi γῆ μήτηρ etiam Græcis dicitur. Vide Eustath. ad Iliad. ξ. p. 982. ed. Bas. Orpheus apud Eusebium: Γῆ μήτηρ πάντων, Δημήτηρ πολυόδοτειρα. Artemidorus de Somn. Lib. II. cap. 44. Ἔτι δὲ τῷ Δήμητρα τὴν γῆν τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον φασὶ οἱ σοφοί.

b *Semper abundent*] 6. edd. *semper superabundent.* In cod. Leid. super τὸ *semper* scripta erat altera lectio, *vel super* Augustin. Soliloq. cap. 10. *Laudet te supereminens clementia, superabundans misericordia tua.* Tertullian. de Res. Carn. cap. 34. *Illic gratiam superabundasse.* Vet. Interp. Epist. ad Rom. v. 20. *Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia.* ὑπερπερισσεύσεν ἡ χάρις.

c *Terram radicibus proserpentem*] Grotius ad Capell. pag. 21. emendat, *terræ radicibus.* Haud opus putem. Proserpina eadem, quæ Isis, Isis autem terra. Vide Firmicum. Segetem autem terram dici quis nescit? Isidor. Lib. VIII. cap. 11. *Proserpinam, quod ex eâ proserpant fruges.* Arnob. Lib. III. *Quod sata in lucem proferat, appellatam esse Proserpinam.* August. C. D. VII. 20. *Quod filiam Cereris, id est, ipsam fecunditatem, quæ à proserpendo Proserpina dicta esset, Orcus abstulerat.* Hinc Proserpina numinibus agrico-

radicibus proserpentem, [d] quæ & ἑκάτη Græce dicitur: ἑκατὸν enim Græce centum sunt. & ideo hoc illi nomen imponunt, quia [e] centuplicatum seges proferat fructum.

X. *Ceres.*

HANC etiam mater cum lampadibus raptam quærere dicitur, unde & [a] lampadarum dies Cereri dedicatus est: illa videlicet ratione, quod hoc tempore cum lampadibus, id est cum Solis fervore, seges ad metendum cum gaudio requiratur.

XI. *Apol-*

larum accensita. Vide Clariss. Græv. Lection. Hesiod. cap. 11. Varro apud Augustin. modo laudati libri cap. 24. *Tellurem putant esse Opem, quod operâ melior fiat: matrem, quod plurima pariat: Proserpinam, quod ex eâ proserpant fruges: Vestam, quod vestiatur herbis.* Cererem vides cum Proserpinâ confundi, quod & ex Lib. VIII. cap. 27. animadvertas, & Apulej. Milesi. XI. Adde not. ad cap. 49. Lib. II. Tzetzes in Lycophron. pag. 116. ed. Steph. Περσεφόνη ἡ ἡ Ἶσις ἡ Γῆ, ἡ Ῥέα, ἡ Ἑστία, ἡ Παναθήνα, ἡ ἄπορος μοῖρα ἀνομάζοντο. Etiam Σελήνη. Vide Euseb. Præpar. Euang. Lib. II. p. 31. ed. Steph. Disjungit tamen Proserpinam à Cerere Theo in Aratum: Ἀντὶ (κόρου) εἶτα κορτὸς, τὴν δὲ μητέρα τὴν γῆν.

d *Quæ & Ἑκάτη*] Ut & *Hecate* A. B. H. & I. *Unde &* &c. MS. Leid. Quam lectionem aliis omnibus præferam. Hecate, Proserpina, Diana idem numen. Vide Etymol. in Ἑκάτη. Servium ad Æn. IV. 609. Schol. Theocrit. ad Eid. II. vers. 12. Albricus: *Diana, quæ & Luna, Proserpina, Hecate nuncupatur.* Artemidorus de Hecate Chthoniâ: Γεωργοῖς δὲ ἐστ ἀγαθή. ἐπὶ γὰρ εἴτῳ νενόμιζεν.

e *Centuplicatum seges proferat fructum*] Ita & MS. Leid. non *Ceres* ut 5. edd. Prudent. Lib. II. in Symm. *Talis institorum solertia centuplicatos Agrorum reddit fructus.* Κατὰ ἑκατονταπλασίονα, ut est apud B. Lucam cap. VIII. vers. 8. Isidor. XIV. 5. *Glebis ita præpinguis, ut jacto ibi semine incrementa pæne centesimo fruges nascantur.* Capella de Proserpina Lib. I. *Puellam accessibus gratulantem, quæ ita plerunque frugem exposcentibus tribuit, ut magni numinis vota sint ei redhibere centesima.* Lege *centesimam* cum Leid. MS. *Centesima ἑπτὰς* dictum, ut *decima.* Varro Sat. ἀφὲ κεφαλῆς: *Majores solitos decumam Herculi vovere.* Moses Genes. XXVI. 12. Καὶ εὗρεν ἐν ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ ἑκατοστεύσατον κριθῆς. Unde *hordeum centenum, eo quod plerisque locis jactus seminis ejus in incrementum centesimum frugis renascatur*, ut loquitur Isidor. Lib. XVII. cap. 3. *Centenarium fructum* appellat Chrysol. Serm. XV. *Centesimum* XIX. Confer Plinium Lib. XVIII. 16.

Ad CAP. X.

a *Lampadarum dies*] Ita & cum Commel. MS. Leid. non *lampadum*, ut 6. edd. Manil. Lib. I. *Cui tertia lampada dispar Conspicitur.* Confer Voss. Vit. Sermon. Lib. I. cap. 33. Cæterum dies hic erat quintus Eleusiniorum, quo matronæ cum facibus incedentes repræsentabant Cererem in quærendâ Proserpinâ errantem. Consule Gronov. ad Senec. Agam. vers. 352. Lactant. Lib. I. cap. 21. *Quam quia facibus ex Ætnæ vertice accensis quæsisse in Sicilia Ceres dicitur, idcirco sacra ejus ardentium tædarum jactatione celebrantur.*

Ad

XI. *Apollo.*

APOLLINEM Solem dici voluerunt: [a] Ἀπόλλυμι enim Græce perdens dicitur, quod fervore suo omnem succum virentium decoquendo perdat herbarum. Hunc etiam divinationis deum voluerunt, sive quod Sol omnia obscura [b] manifestat in lucem, seu quod in suo processu & occasu ejus orbita [c] multimodos significationum monstret effectus. Sol vero dicitur aut ex eo [d] quod solus sit, aut quod [e] solite per dies surgat & occidat. Huic quoque [f] qua-

Ad CAP. XI.

a Ἀπόλλυμι *enim Græcè perdens dicitur*] Ita & Firmicus in de E.P.R. Apud Macrobium Lib. 1. Sat. cap. 17. Cleanthes Lycium Apollinem appellatum notat, quod veluti lupi pecora rapiunt, ita ipse quoque humorem eripit radiis. Varias variorum etymologias, si desideres, ibidem invenies. Etiam Servius ad Ecl. v. vers. 65. aliam, cur ab Ἀπολλεῖν dicatur, reddit rationem. Eustath. ad Hom. Iliad. p. 24. edit. Bas. Ἀπόλλων ὁ παρὰ παλαιοῖς ἡλιος, ὡς δηλοῦσι λέξις, ὅμως ὁ φθειρόμενος ὑπὸ ἡλίου, εἰς ὃν ἀναφέρει λειμοῦδη νοσήματα. Quod ex Ægyptiorum disciplinâ habet. Quâ de re dictum ad Hyg. Myth. cap. 121.

b *Manifestat in lucem*] Schol. Germ. qui totum hoc caput transtulit in commenta sua, *in luce*. Capella Lib. II. *Nam tenebras prohibens, retegis quod cærula lucet; Hinc Phœbum perhibent prodentem occulta futuri.* Pro *lucet* omnino scribendum *luce*. Cærula luce retegere est tenebras luce dispellere.

c *Multimodos*] Non improbo quidem. Avianus Fab. Æsop. *Quod tibi multimodè fulgerent membra colore.* Tertull. Genes. *Crescite multimodâ ventura in tempora pantu.* Lib. de Anim. cap. 52. *Ut est multimoda conditio causarum.* Prudent. Hym. Cath. v. *Plagis nolait multimodis cedere præsidi.* Apulej. Dogm. Plat. p. 4. *Multimoda coitione.* Prosper. *Omnimodisque Mobilitate vocis in vulnera vulgus surgit.* Apul. Met. v. *Omnimodas oculos edocens retinere.* MS. tamen Leid. hic habet *multimodis.* Quo sensu *multimodè* auctor Ovid. Vetulæ dixit. *Omnimodè* ad eandem formam Rufinus Lib. XI. cap. 1. *Rempublicam post nimias procellas omnimodè ratione nititur reparare.* Sed ibi *omnimodâ*, contra quam Gebhardus censet Crepund. Lib. 1. cap. 8. existimo scribendum. Ipsum adi & Rhodium ad Scribon. p. 21. *Omnimodis* est in notis Tyronis pag. 4. Cassian. Præfat. in Libr. de Instit. Monach. & Lib. 1. cap. 2. nec non apud Lucretium, Victor. Episcop. & Claudianum Mamertum. Videndus ad hunc Barthius p. 558. *Omnimodo* pariter adverbialiter repperi apud Tertull. de Anim. cap. 9. & Gregor. Dial. II. cap. 22. Ulpian in Collat. Leg. Pithoean. Tit. VI. de Incest. Nupt. & VII. de Furibus & Pœn. eorum.

d *Quod solus sit*] Capella Lib. II. *Salem te Latium vocitat, quod solus honore Post patrem sis lucis apex.* Cicero III. Nat. Deor. *Cumque tu solem, quia solus esset, appellatum dicas, soles ipsi quam multi a theologis proferuntur.* Lact. Lib. II. cap. 9. *Unde solem appellatum Cicero vult videri, quod, obscuratis sideribus, solus appareat.* Isidor. de Nat. Rer. cap. 24. *Sol appellatur, eo quod solus appareat, obscuratis cunctis sideribus.* Junil. African. Comment. in Genes. cap. 1. *Sed & ortus sol Lunam stellasque majore lumine, ne terram illuminent, impedit. Unde & nomen accepit, quod solus, obtunsis unâ stellisque Lunâ, per diem terras fulgeat.* Leg. *terris*.

e *Solite*] *Solico* German. Schol. Utrum præteras parum refert.

f Qua-

[f] quadrigam ſcribunt, illam ob cauſam, quod aut quadripartitis temporum varietatibus anni circulum peragat: aut quod quadrifido limite diei metiatur ſpacium. Unde & [g] ipſius equis condigna [h] ſic nomina poſuerunt, id eſt Erythreus, [i] Actæon, Lampos, Philogeus. Erythreus Græce rubeus dicitur, quod à matutino Sol lumine rubicundus exurgat: Actæon ſplendens dicitur, quod tertiæ horæ [k momentis] vehemens inſiſtens lucidior fulgeat: [l] Lampos vero ardens, dum [m] ad umbilicum diei [n] centratum conſcenderit circulum. Philogeus Græce terram amans dicitur, quod hora nona proclivior, vergens occaſibus pronus incumbat.

XII. *Corvus.*

[a] IN hujus etiam tutelam corvum ponunt, ſive quod ſolus contra rerum naturam in mediis ipſis æſtivis fervoribus

f *Quadrigam ſcribunt*] Ita cum MS. Leid. B. A. H. I. & M. Sed L. *adſcribunt*. quod & marginem H. occupat. Sed nihil mutem. Chryſol. Serm. XI. *Sic ſcribant Diabolo mala, bona Deo.* Non diſſimiliter Capella Lib. II. *Comminuendæ frugis farriſque fragmenta Pilumno ſignat Italia.* Sed forſan ibi rectius ſcripſeris *aſſignat*, quod diſertim præferunt membranæ veteres Leid. Bibl.

g *Ipſius equis*] Ita & 6. edd. Sed MS. Leid. & Schol. Germ. *Ipſis equis*.

h *Sic poſuerunt*] Tò *ſic* non habet Scholiaſtes. Mox pro *Erythreus* exhibet *Erythræus*, pro *rubeus*, *ruber*. Sed *rubeus* proba vox eſt, ut oſtendi ad Hygin. cap. 136.

i *Actæon ſplendens*] *Æthon lucidus* Schol. German. ed. Sanctandr. & Morell. Sed *Actæon* cum Fulgentio antiquitus excuſi. Codex Leid. heic habet *Actetem*, unde *Æthon* vel *Phaeton* videtur faciendum. Vide notata à nobis ad Hyg. cap. 183. Morellium ad German. pag. 153.

k (*Momentis*)] Agnoſcunt cum 6. edd. eam vocem codices Modii. Ignorat tamen Leidenſis.

l *Lampos*] Malè *Lampros* Scholiaſt. Λάμπ@· eſt Homero.

m *Ad umbilicum diei*] I. e. ad mediam partem. Umbilicus enim quaſi media pars animalis eſt. Plaut. Menæchm. Act. I. ſc. 2. vers. 45. *Dies quidem jam ad umbilicum eſt dimidiatus mortuus.*

n *Centratum*] Schol. Germ. *Contra orticum.* Sed *centratum* cum 6. edd. etiam MS. Leid. Gloſſ. *mediatum.*

Ad CAP XII.

a *In hujus tutelam corvum ponunt*] Vide Albric. cap. 4. Ovid. II. Met. vers. 544. *Sed ales ſenſit adulterium Phœbeius.* Quidam & cycnos ei ſacrarunt. Catal. Pith. Lib. IV. *Jam dimitte tuos, Paan ô Delphice, cycnos: Dignior hæc vox eſt, quæ tua templa colat.* Callim. Hymn. Apollin. vers. 5. Ο' ϑ κύκν@· ἐν ὄρεϊ καλὸν ἀείδῃ. Scholiaſt. Ο'ρνεον ἱερὸν Α'πόλλων@·. Nimirum quia eſt μαντικὸν πτηνὸν, ut ait Theo in Aratum. Adde quæ Hierogl. Lib. 23. p. 165. congeſſit Pier. Valer.

b *Ovi-*

ribus [b] oviparos [c] pullulet fœtus. Unde & Petronius,

Sic contra rerum naturæ [d] *munera notæ,*
Corvus [e] *maturis frugibus ova refert.*

Sive quod in [f] horoscopicis libris, secundum Anaximandrum, sive etiam secundum Pindarum, solus inter omnes aves sexaginta quatuor [g] significationes habet vocum.

XIII. *Laurus.*

In hujus etiam tutelam laurum asscribunt, unde etiam eum amasse Daphnen dicunt, Penei fluminis filiam. Et unde laurus nasci posset, nisi de fluvialibus aquis? Maxime [a] quia ejusdem Penei fluminis ripæ lauro abundare dicuntur. At vero amica Apollinis ob hanc rem vocitata est, quia illi, qui de interpretatione somniorum scripserunt, ut Antiphon, [b] Philocrus, & [c] Ar-

b *Oviparos*] MS. Leid. *Ovipares*. Perperam. Sic *frugipari fœtus* apud Lucret. initio Lib. VI. uti emendat Nob. Heins. ad Lib. II. Met. vers. 275. Activè *ovipara alvus* dicitur Ausonio in Mosellâ. *Floriparum ver* in Technopægnio. Activè etiam Apulejus Apol. *Quibus membris & causis discreverit natura viviparos eorum & oviparos. Ita enim appello, quæ Græci ζωοτόκα καὶ ὠοτόκα.*

c *Pullulet fœtus*] Esaias apud Lactant. Lib. IV. cap. 12. *Aperiatur terra, & pullulet Salvatorem.* Cassor Epist. ad Cassian. *Fruges justitiæ valeant pullulare.* Apulej. IV. Met. *Terras Venerem aliam pullulasse.* Ita *germinare* cum accusandi casu Deuter. XXIX. 18. *Radix germinans fel & amaritudinem.* Jobi cap. VIII. 19. *Ut rursum de terrâ alii germinentur.* Et sic sæpe cum alii Ecclesiastici scriptores, tum præsertim Ambrosius in Hexaëm. in quo & Lib. III. cap. 3. habes, *Rediviva castanea, quæ simul ut excisa fuerit, tanquam silvam ex se pullulare consuevit.*

d *Munera notæ*] *Nota* habent Petron. edd. in quibus plenius hæc leguntur. *Tota* edidit Scaliger in Catalectis.

e *Maturis frugibus*] Plin. Lib. X. cap. 12. *Cervi ante solstitium generant, iidem egrescunt sexagenis diebus, siti maxime, antequam sici coquantur autumno.* Qua de re vide fabulam apud Theonem in Aratum, Hygin. Astron. II. 40. German. Schol. in Hydrâ & Ælian. Animal. Lib. I. cap. 47. Vera ratio est, quam idem Ælianus habet Lib. II. cap. 5. *Æstate, quod alvi fluxu se laborare planè sciat, idcirco ab humidis alimentis se continet.* Aliam causam cur Apollini sacer sit corvus, ex Porphyrio affert Pier. Valer. Hier. Lib. 23.

f *Horoscopicis*] Genethliacis. Est enim ὡροσκοπικὸς idem quod θεμα & γενεσις.

g *Significationes habet vocum*] Plin. Lib. X. cap. 12. *Corvi in auspiciis soli videntur intellectum habere significationum suarum.*

Ad CAP. XIII.

a *Quia ejusdem*] Lege cum 6. edd. & MS. Leid. *quia & ejusdem.*

b *Philocrus*] Scriverius margini illeverat, *forte Philochorus.* Quod rectum esse nemo negaverit. Nam Philochorus, teste Athenæo Lib. XV. librum scri-

& [c] Artemon, & Serapion Ascalonites, promittant in libris suis, laurum si dormientibus ad caput posueris, [d] vera somnia esse visuros.

XIV. *De novem Musis.*

HUIC etiam Apollini novem [a] deputant Musas, ipsumque decimum Musis adiciunt: illa videlicet causa, quod humanæ vocis decem sint modulamina. unde & cum decachorda Apollo pingitur cithara. Sed & lex divina [b] decachordon dicit psalterium. Fit ergo vox quatuor dentibus

scripsit ἀεὶ ὑγιπικῶς. Et procul dubio is ipse est, cujus meminit his verbis Scholiastes Sophocl. Oedip. Tyrann. vers. 20. Διὰ τὸ ἐμπίεσον ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς, ὡς φησι Φιλόχορος. Error inde ortus, quod sine aspiratione primitus scriptum fuerat à Fulgentio *Philocorus*, ut legitur quoque apud Servium ad Æn. VIII. vers. 600. Cl. Tollius annotaverat: *Philistion Locrus, ut apud Gellium Lib. XVIJ. cap. IJ.* Sed alterum præferendum. Audi Tertull. de Anim. cap. 46. ubi de Somniis agit: *Quanti autem commentatores & adfirmatores in hanc rem, Artemon, Antiphon, Strato, Philocherus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, & Dionysius Rhodius, Hermippus, tota sæculi literatura.*

c *Artemon*] Videtur ille esse, de quo Plinius Lib. XXVIII. cap. 1. Hadrianus Junius Lib. 1. Animadvers. cap. 23. *Artemon Milesius, qui ad* XXIV. *Onirocriticon libros conscripsit.* Viginti duo fuerunt, si Artemidoro fides Lib. II. 49. Καὶ τοι Γαιανὸς ὁ Πυρὶς, ὁ Δημητρὶς ὁ Φαληρίως, ὁ Ἀρτεμίδωρος Μυρσινοις, ὁ μὲν ἐν τρισὶ βιβλίοις, ὁ δὲ ἐν πέντε, ὁ δὲ ἐν εἴκοσιν ὀνείρους διαγραφαῖς. Alii Artemones sunt, de quibus Vossius in de Histor. Græcis p. 236. Malinerot. Paralip. pag. 11.

d *Vera somnia esse visuros*] Alias causas affert Vulcanius ad Callim. Hymn. Apoll. vers. 1. quibus hæc erat addenda. Servius ad Æn. I. 333. observat ideo ei laurum consecratam, quia hæc arbor suffimentis purgationibusque adhibeatur, ut ostendatur, nullum templum ejus, nisi purum, ingredi debere. Confer Gyrald. Part. II. Dial. 16. Diacon. in Hesiod. p. 229. ed. Heins. Pierium Valer. Hierogl. Lib. I. p. 372. ed. Bas. Pasch. in de Coron. Lib. VIII. 13. Plin. Lib. XV. 30. Constantin. Geopon. Lib. XI. cap. 3.

Ad CAP. XIV.

a *Deputant*] Adscribunt, adsignant. Familiare huic scriptori verbum est. Schol. Horat. in Lib. IV. od. 1. *Cujus sacris deputata est.* Corippus Lib. IV. *Et loca, quæ populis præcellens deputat urbis.* Chrysol. Homil. pag. 9. *Deputatur porcis.* Fulgent. Rusp. Epist. ad Gallam: *Consortio quinque sapientum virginum deputata.* Sed altam causam, cur novem Musæ adsignentur Apollini, innuit Horat. Schol. ad Lib. II. od. 19. *Quidam ipsum Solem, ipsum Apollinem, ipsum Dionysium eundem esse volunt: nam ut Apollini novem Musæ, ita Soli novem circuli sunt, & Dionysio similis Baccharum chorus.*

b *Decachordon psalterium*] Psal. XXXII. 1. Ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ. Ps. XCII. Ἐν δεκαχόρδῳ ψαλτηρίῳ, μετ' ᾠδῆς ἐν κιθάρᾳ. Isidor. Or. Lib. II. cap. 2. *Psalterio autem decachordo nisi sunt propter numerum decalogi legis.* Ibidem explicat qua formâ fuerit, & quid à citharâ differat. Quod autem propter numerum decalogi legis decem instructum fuisse chordis psalterium ait, id sensit etiam Augustinus Confess. Lib. III. cap. 8. *Vivitur*, inquit, *male adversus tria & septem, psalterium decem chordarum, de-*

tibus [c] econtra positis, quos lingua percutit: è quibus si unus minus fuerit, sibilum potius quam vocem reddat necesse est. Duo labia velut cymbala, verborum commoda modulantia: lingua ut plectrum, quæ curvamine quodam vocalem format spiritum: [d] palatum, cujus concavitas profert sonum: gutturis fistula, quæ tereti meatum [e] spiritalem præbet excursu: & pulmo, qui velut [f] aerius follis concepta reddit ac revocat. Habes ergo Musarum novem vel Apollinis ipsius [g] redditam rationem, sicut in libris suis Anaximander Lampsacenus, & [h] Zenophanes Heracleopolites exponunt: quod & alii firmant, ut Pisander Physicus, & [i] Euxemenes in libro θεολογικῶν μέρων. Nos vero novem Musas doctrinæ atque scientiæ dicimus modos. hoc est, prima Clio, quasi cogitatio prima discendi: κλέος enim Græce fama dicitur: unde & Homerus: ἡμεῖς δ' κλέος οἶον ἀκούομεν, id est, Nos vero solam famam audivimus. Et alio loco, Τὸ κλέος εὐρὺ κατὰ ἐπάϊδα καὶ μέσον ἄργος. Et quoniam nullus scientiam quærit, nisi in qua famæ suæ protelet dignitatem, ob hanc rem

decalogum tuum. Psalmos non invenuste *odas decem chordarum* appellat Sedulius Paschal. Lib. 1. *Cur ego Davidicis adsuetus cantibus odas Chordarum resonare decem.*

c *E contra*] E regione, exadvorsum, ut loquitur Terent. Ad. IV. 1. Noster Libell. de Prisc. Sermon. *Cicatrices habuisse è contra.* H. e. adversas, in pectore. Festus Pauli in *Vesticeps. E contra investis est, qui necdum pubertate vestitus est.* Chrysol. Serm. Hom. IX. *E contra platea trivium est, cum in secreto facit hypocrita nil secretum.* Censet Voss. Comment. de Vit. Serm. Lib. 1. cap. 25. natum ex compendiosâ scriptura *econtra*, pro *è contrario.*

d *Palatum*] Neutro genere effert, ut Isidor. Lib. XI. cap. 1. *Palatum nostrum, sicut cælum, sursum est positum.* Unde & ὑρανίσκος Græcis dicitur.

e *Spiritalem*] Ita quoque semper scribunt Claudianus Mamertus, Cassianus, Tertullianus aliique infimæ ætatis scriptores. Cyprian. Serm. VI. *Spiritaliter audiamus.* Tract. III. *Auditum spiritalis gratiæ admitterent.* Canon. Eccles. Exigui pag. 40. *Ad lavacrum spiritale adducerent.* Lactant. de Opif. Dei cap. 11. *Duas esse per collum fistulas necesse est, cibalem, ac spiritalem; quarum superior ab ore ad ventrem ferat, inferior à naribus ad pulmonem.* Nec unquam aliter exarari eam vocem deprehendes apud Ruspensem illum Episcopum, cui hanc Mythologiam asserunt nonnulli.

f *Aerius follis*] Usi eadem comparatione Horatius etiam Lib. 1. 4. & Persius Sat. 5. Tertull. de Anim. cap. 10. *Ita & spirari cur non putes sine pulmonum follibus, & sine fistulis arteriarum?*

g *Redditam rationem*] Aliæ rationes, cur Musæ sint novem, ad Hesiod. Ἔργ. vers. 1. afferuntur à Tzetze.

h *Zenophanes*] Ita & MS. Leid. Sed 6. edd. *Leophantes.* Forte verius est *Xenophanes* vel *Xenophantus.*

i *Euxemenes*] Cod. Leid. *Eusimines.* Vossius Histor. Græc. p. 280. tentat, *Echemenes.*

k Ex-

Unable to display this page

despuas: eligere enim utile, caducumque despuere, cœleste ingenium est. Nona κρηδιόπη, id est, optimæ vocis: unde & Homerus ait, Ἠΰς ὅπα φωνούσης, id est deæ vocem clamantis. Ergo hic erit ordo: primum est, velle doctrinam. secundum est, delectari quod velis. tertium est, instare ad id, q quo delectatus es. quartum est, r capere ad quod instas. quintum est, memorari quod capis. sextum est, invenire de tuo simile, s ad quod memineris. septimum est, judicare quod invenias. octavum est, eligere de quo judicas. nonum, bene proferre quod elegeris.

XV. *Phaeton.*

Hic etiam cum Clymene nympha coiens, a Phaetonta dicitur genuisse, qui paternos currus affectans, sibi atque mundo concremationis detrimenta conflavit. Semper ergo Sol cum aqua coiens, aliquos fructus gignat necesse est; qui eo quod terris exilientes appareant, phanontes

potui, ἄνευ κόρης προελθεῖν, ἢ ἐκ κόρης σωμάτων. Ἄνευ est *absque*. Et id videntur velle B. M. & L. in quibus ἀνεκφοιτήσας exhibetur. Sed imponit nobis Fulgentius. In Pœmandre Hermæ pag. 1. Ed. Turneb ita legitur: Ὥσπερ οἱ ἐν ὕπνῳ βεβαρημένοι ἐκ κόρης πεσεῖν, ἢ ἐκ κόπου σώματος. Quæ quam longè aliam efficiant sententiam quilibet videt.

q *Quo delectatus es*] MS. Leid. *Quod desideratum est.*

r *Capere ad quod instas*] Perperam 6. edd. *Capere id quod instas.* Dixit enim superius: *Instare meditando ad id, quod desideras.* Tò *id* subaudiendum est. Cyprian. Lib. IV. ep. 21. *Secundum quod frequenter desideraſtis.* Leo Epist. Decret. p. 16. *Secundum quod sacerdotio competit.* Vetus Interpres Luc. cap. XXII. 2. *Et quidem filius hominis secundum quod definitum est vadit.* Cap. XXI. 4. *Ex quod deest illi omnem victum suum quem habuit misit.* Ambros. Hexaem. 1. cap. 8. *Secundum quod dixit Propheta.*

s *Ad quod memineris*] 5. edd. *Ad id quod* &c. Sed illud *id* subaudiri vult; ut modo *capere ad quod instas*, pro *capere id ad quod instas.* Barthius Adversar. Lib. XXXVII. cap. 12. finem hujus capitis de ordine & officiis Musarum, ut observationem hactenus ἀΐνιδτον, è vetere membranâ ita profert: *Ordo Musarum hinc intelligitur: Primum est velle doctrinam. Secundum delectari quod velis. Tertium instare in id, quo delectatus es. Quartum capere in id quod instas. Quintum memorari quod ceperis. Sextum invenire de tuo aliquid simile illi, quod memineris. Septimum judicare quod invenerit. Octavum eligere de quo judicas. Nonum bene proferre quod elegeris.*

Ad CAP. XV.

a *Phaetonta*] MS. *Phetonta.* Scriptum puto à Fulgentio fuisse *Phætenta.* Capella Lib. IX. *Phætontes ardens scandet axem Delius.* Familiaris ea scribendi ratio deterioris ætatis scriptoribus. Vide quæ notavi ad Hyg. cap. 86.

tes dicuntur: φαίνω enim Græce apparens dicitur. qui quidem fructus ad maturitatem sui solis ardorem quærant necesse est: quo accepto, omnia fervoris incendio [b] consumantur. Hujus etiam sorores [c] Arethusa, Lampetusa, quæ gemmeis ac tralucentibus fraterna deplorant [d] guttis incendia, succinaque diruptis jaciunt inaurata corticibus. [e] Soror etiam totius germinis arbor est, quæ una eademque fervoris humorisque jugalitate gignuntur. Itaque istæ arbores, quæ [f] succinum sudant, dum maturis frugibus solis fervor torrentibus ipsis Junio Julioque mensibus incendiosior Cancri atque Leonis tetigerit metas, tunc istæ arbores æstu valido fissis corticibus succum sui liquoris, in Eridano flumine aquis [g] durandum, emittunt.

XVI. [a] *De*

b *Consumantur*] Ita quidem editi omnes. Legendum tamen puto cum MS. Leid. *concremantur*.

c *Arethusa*] Lego, *Phaethusa*. Vide quæ notavi ad Hyg. Geneal. Certe nulla Arethusa inter Phaethontidas apud ullum, quod sciam, alium reperitur scriptorem. Servius ad Æn. x. 189. *Hujus interitum flentes sorores Phaetusa & Lampetusa in arbores mutatæ sunt deorum miseratione, ut hic dicit in populos, ut in Bucolicis, in alnos.*

d *Guttis*] MS. Leid. *guttulis*. Quod ut magis Africanum, cum sit ἐπικοσμητικὸν, præfero. Venustè sanè *deplorant guttis* dixit. Nam guttæ istæ à Latinis *lacrymæ*, à Græcis δάκρυα dicuntur. Non minus eleganter ergo Honorius Carm. de Pascha: *Lacrymat suaguadia palmes.* Hegesipp. de Excid. Hier. Lib. 1. *Destillat humor lacrymis pulchrè rorantibus.* Ambros. Hexaem. III. 15. *Quod electrum lacryma virgulti sit.* Servius ad Ecl. VI. 62. *Sorores Phaetontis succina flevisse dicuntur.* Plin. Lib. XXXVII. 2. *Lacrymis electrum omnibus annis fundere.* Unde *electrum lacrymosum* vocatur à Marone in Ciri. Pallad. Februar. Tit. 30. *Vites, quæ lacrymarum nimietate tabescunt, & deplorando vim roboris sui avertunt à fructu.* Ovid. de Myrrhâ Met. X. 501. *Est honor & lacrymis.* Et vers. 514. *Lacrymis unxere parentis.*

e *Soror etiam*] MS. Leid. *Soror enim.* Quod præfero. Contrarium vitium occupavit Hygin. II. Astron. 3. * *Nonnulli enim dixerunt hunc draconem à Gigantibus Minervæ objectum esse.* Posuerunt illic asteriscum, quasi nonnulla desiderarentur. At sanatus est locus, si pro *enim* scribas *etiam* ex ed. Venet. anni 1485.

f *Succinum sudant*] Ambros. cap. 15. Lib. III. Hexaëm. *Disparem quoque balsami guttam odorata orientis ligna sudare produntur.* Ἐνεργητικῶς, ut *stillare* apud Isidor. Lib. XVII. 7. *Hæc sola arbor gummi glutinosum compactum destillat.* Sic & χεῖσθαι usurpant Græci. Judic. cap. v. vers. 4. Αἱ νεφέλαι ἔχεαν ὕδωρ. Noster supr. cap. 12. *Pullulat fœtus.* Plura dixi ad Prologum, & infra ad cap. 8. Lib. III.

g *Durandum emittunt*] Hygin. cap. 154. *Harum lacrymæ in electrum sunt duratæ.* Schol. German. *Eridano: Sorores quoque Phaetontis in arbores populos versæ sunt, lacrymæque earum in electrum durare* (leg. *durari*) *dicuntur.* Quintil. Decl. 2. *En iterum largus ille cruor circa tuos duratur artus.* Lactant. Argum. Lib. I. Met. fab. 1. *Duratus est in lapidem.* Et Lib. XIV. fab. 17. *A Venere saxo durata est.* Auctor Moreti: *Du-*

XVI. [a] *De Tripode, Sagittis, & Pythone.*

His Tripum quoque [b] Apollini adjiciunt, [c] quod Sol & præterita noverit, & præsentia cernat, & futura visurus sit. [d] Arcum vero huic sagittasque conscribunt, sive quod de circulo ejus radii in modum sagittarum exiliant, seu quod suorum radiorum manifestatione omnem dubietatis scindat caliginem, unde etiam Pythonem sagittis interemisse fertur: [e] πείθω enim Græce credulitas dicitur. Et

Durati sale terga suis. Isidor. XVII. 7. *Cujus lacryma durescit in gemmam.* Et XVI. 2. *Durando in petram aquas marinas.*

Ad CAP. XVI.

a *De Tripode*] A. B. H. I. & MS. Leid. *De Tripho.* M. & L. *typho.* Scribendum *tripo* & infra *tripum.* Norunt qui MSS. libros tractarunt, ut omittantur a librariis aspirationes, ubi desiderentur, & addantur contra, ubi nullus illis locus. Gregor. Dial. Lib. III. cap. 1. *Typo superbiæ turgidus.* leg. *typho.* Qua voce sæpe usus Augustin. ut Confess. Lib. IV. 14. *Errabam typho.* 16. *Buccis typho crepantibus.* Τρίπους, τρίπα Attica declinatio est, de quâ consule Etym. Auctor. in Ἀπόλλων. Ad quam formam ἅρπων habes apud Hom. Odyss. Θ. 310. Notat tamen Modius in 4. MSS. *tripodam* à se esse inventum. Quod Fulgentio non esse indignum, disces ex illis, quæ ad cap. 2. Lib. III. dicemus. Immo & Seneca Herc. Fur. vers. 496. *Et nuptiales impii Oedipodæ faces.* Oedip. vers. 943. *Illa quæ leges ratas Natura in uno vertit Oedipodâ.* Glossæ Fulgentianæ heic habent: *Hic quoque tripus circumseptus fuisse pelle Argi dicitur, & in eo divinationem solebant facere sacerdotes.* Vossius in de Vit. Sermon. Lib. I. cap. 21. *tripum* pro *tripodem* carpit in Fulgentio nostro. Sed *Oedipus, Otdipi,* & *polypus, polypi* cum dicamus, analogiâ se defendere possit Fulgentius.

b *Apollini*] *Apollinis* MS. Leid. & 6. edd.

c *Quod sol & præterita noverit* &c.] Hæc in sua Scholia transtulit Lactant. ad Stat. I. vers. 509. Capella Lib. VIII. *Ipse tripus trini cursus præsagia pollicetur, hoc est, exstantis, instantis, & rapti.* Eadem legas apud Scholiast. Aristoph. ad Plut. p. 2. ed. Ald. Ἔστι γὰρ τριῶν μάντεως τὸ ὀπίσω ἀκριβῶς τὸν τρίποδος χρόνον, ut ait Schol. Hom. Iliad. A. 70. Plura de tripode diximus ad Hygin. cap. 31. Cæterum insignis est de Apollinis insignibus locus apud Sidon. Lib. VIII. ep. 9. *Nervusque Apollo Cortinam, tripodas, chelyn, pharetras, Arcus, gryphas agam, duplaque frontis Hinc baccas quatiam, vel hinc corymbos.*

d *Arcum sagittasque conscribunt*] Servius ad Ecl. V. vers. 65. *Unde etiam tria insignia circa ejus simulacrum videmus; lyram, quæ nobis cœlestis harmoniæ imaginem monstrat: Griphenæum, quod & terrenum numen ostendit: sagittas, quibus infernus Deus & noxius judicatur.* Lege, *indicatur.* Præterea pro *Gryphenæum* scribendum *gryphem æneum*, ut rectè notabat doctissimus vir Th. Ryckius. quam conjecturam firmant illa *gryphon æneum*, quæ in suis codd. invenisse Gyraldum testatur Vossius Etymol. in SOL. qui tamen præfert *gryphemque, quæ terrenum.* Sed *qui* esset scribendum. Nec τὸ *quod* temerè damnem. Vide not. ad cap. 8. Lib. III. Gryphes sanè Apollini sacri, ut Servius ipse docet ad vers. 27. Ecl. VIII. Idem Grammaticus ad Æn. I. vers. 333. *Cui Deo sagittas datas volunt, quia, ut vis morbi, ita & hoc telum sit occultum.*

e Πείθω *enim*] Ἀπόθεσις hoc. Aliud *Pitho*, aliud *Python.* A πύθω hoc, illud à πείθω manat.

Et quia omnis [falsa] credulitas [f sicut serpentes] luce manifestante deprimitur, Pythonem eum interemisse dicunt.

XVII. [a] *Quare sine barba, cum pater dicatur?*

QUIA occidendo & renascendo semper est [b] juvenior, sive quod nunquam in sua virtute deficiat, ut luna, quæ crescit [c] & minuitur.

XVIII. *Mercurius.*

SI furtis præfuere dii, [a] non erat opus criminibus judicem, ex quo culpæ habuere cœlestem autorem. Mercurium dicunt præesse negotiis, virgam ferentem serpentibus nexam, pennatis quoque talaribus præditum. Hunc etiam

f *Sicut serpentes*] Illa non agnoscit MS. Leid.

Ad CAP. XVII.

a *Quare sine barba, cum pater dicatur*] A. B. H. & I. *Quare sine barba dicitur, cum* &c. M. & L. *Quare sine barbâ dicatur* &c. Vera, opinor, scriptura est, quam habet Leid. codex: *Quare sine barba pingitur* &c. Bacchus & Apollo quod solem denotant, semper juvenes finguntur. Tibull. Lib. I. El. 4. *Solis æterna est Phœbo Bacchoque juventa: Nam decet intonsus crinis utrumque Deum.* Optimè Scholiast. Stat. I. Thebaid. 694. *Apollinem imberbem philosophi tradunt, eo quod ipse sit sol. Sol autem ignis est, qui nunquam senescit.* Minucius Felix Octavio: *Apollo tot ætatibus lævis: Æsculapius benè barbatus, etsi semper adulescentis Apollinis filius.* Ridiculus est Isidorus Lib. XI. cap. I. *Hi sunt ephebi, id est, à Phœbo dicti, necdum viri, sed adolescentuli læves.* Cæterum non omnes imberbem pingebant. Hierapolitani certè barbatum ejus faciebant simulacrum. Vide Macrob. Sat. I. cap. 17.

b *Juvenior*] Ambrosius Serm. 11. in Psal. 118. *In quo corrigit juvenior viam suam?* Apul. Met. VIII. *Animo fortior, & ætate juvenior.*

c *Et minuitur*] *Ita & minuitur* 6. edd. *aut minuitur.* MS. Leid. Quod probo eo magis, quod ita & Scholiastes Germanici hæc repræsentet Fulgentii compilator.

Ad CAP. XVIII.

a *Non opus erat criminibus judicem*] M. & L. *Judice.* Sed MS. Leid. cum A. B. H. & I. *judicem.* Gloss. Cod. Leid. *scil. habere.* Facile erat corrigere *judicum.* Sed videtur voluisse imitari Plautum Truc. Act. v. sc. I. vers. 10. *Puero opus est cibum.* De quo tamen loco Vossii est judicium, illud *cibum* ἀρχαϊκῶς dictum pro *cibus.* Vide eum in de Constructi. cap. 10. At Salmas. defensum it ad Pallium Tertull. p. 368. dixisse veteres *opus aliquam rem*, & ad eorum imitationem dixisse Afrum illum, *artificem necesse est.* Etiam Donatus ad Ter. Andr. IV. 4. *Et opus est illam rem, non illa re.* Ego putem tamen heic & Donatum, & Tertullianum, & Nonium rationem fugisse. Certè fugit Freinshemium ad Justin. Lib. XI. cap. 7.

etiam internuncium, [b] furatrinumque deum. Quid sibi vero hujus nominis atque imaginis significatio differat, edicamus. Mercurium dici voluere [c] quasi mercium curum. Omnis ergo negotiator dici potest Mercurius.

XIX. *Quare pennas.*

[a] PENNATA vero talaria, quod negotiantium pedes ubique pergendo quasi pennati sunt.

XX. *Quare virgam.*

[a] VIRGAM vero serpentibus nexam ob hoc adjiciunt, [b] quod

b *Furatrinum deum*] Lactant. Lib. I. cap. 10. *Fur ac nebulo Mercurius quid ad famam sui reliquit, nisi memoriam fraudium suarum?* Confer Arnob. Lib. IV. & quæ ad Hyg. cap. 201. congessimus. Quamobrem autem adulteria, furta, genitorum vincula, & alia id genus improba facinora diis suis adscripserint pagani, acutè anquirit Sallust. de diis cap. 3. Cæterum ut *furatrinus* heic à Fulgentio, ita *furatrina* dicitur ab Apulej. VI. & VIII. Milesi. Quod si Latinior esset scriptor Planciades noster, *furatrinæ Deum*, vel *furatrinarum* heic reponerem.

c *Quasi mercium curum*] Festus: *Mercurius à mercibus dictus. Hunc enim negotiorum omnium existimant esse Deum.* Isidor. VIII. 11. *Mercurius, quod mercibus præest.* Servius ad Æn. IV. 638. *Jupiter juvans pater: Mercurius, quod mercibus præst: Liber à libertate.* Hinc ergo mercatorum numen Mercurius. Gloss. Vett. in Pers. Sat. V. 12. *Unde & cum sacello* (leg. *saccello*) *pingitur, & à negotiatoribus plurimum colitur.* Et taberna *officina Mercurialis.* Schol. Horat. in Art. Poët. *Taberna est officina Mercurialis, in quâ res sunt venales.* Nec non cognomenta illa Mercurii ἐμπολαῖος & καρδῶος. Aliam etymologiam excogitavit Augustin. C. D. Lib. VII. 14. *Nam ideo Mercurius, quasi medius currens dicitur appellatus, quod sermo currat inter homines medius.* Lege, *quasi medicurrius.* Servius ad Æn. VIII. 138. *Alii Mercurium quasi medicurrium à Latinis dictum volunt, quod inter cœlum & inferos semper incurrat.* Sed ad Fulgentium redeamus. Placet heic Barthii emendatio à Clar. Daumio nobis suppeditata, *quasi Mercurium.* Ad quam formam dictum reperi in Gloss. Philox. *Mulicurius*, ἡμιονοκέρως. leg. ἡμιονοκέρως. quanquam nec absurdum *mercium curus*, ut divisim *crurum fragium* pro *crurifragium* dixit Apuleius Milesi. IX.

Ad CAP. XIX.

a *Pennata talaria*] Talia & Perseus habuit, quæ *pinnæ talares* appellantur à Schol. Juv. ad Sat. III. 117. *Talaria* sunt πέδιλα in Gloss. Philoxeni, ταλαρία Posidippo in Anthol. *Plantares alas* vocat Stat. I. Theb. 304. Sed alas illas non pedibus solum, sed & capiti dabant. Sidon. Carm. VII. *Nunc pedibus, nunc fronte volat.* Isidor. VIII. 11. *Ideo fingitur habere pennas, quia citius verba discurrunt. Unde & velox & errans inducitur: alas enim ejus in capite & in pedibus significare volucrem per aera fermonem.* Quæ transscripsit ex Augustin. C. D. Lib. VII. cap. 4. Legas eadem apud Servium Æn. VIII. 138. Macrob. Sat. I 19. *Simulacra Mercurii cum pinnatis alis adornantur, quæ res monstrat solis velocitatem.* Hinc ergo *alipes* Mercurius poëtis, ut Ovid. IV. Met. 756. aliisque.

Ad CAP. XX.

a *Virgam serpentibus nexam*] Caduceum, unde *caduciser* Latinis, κηρύκειον

[b] quod mercatoribus det aliquando regnum, ut sceptrum: & vulnus, ut serpentium.

XXI. *Quare galerum, & gallum.*

[a] GALERO enim cooperto capite pingitur, quod omne negotium sit semper [b] absconsum. [c] Gallum quoque in ejus ponunt tutelam, sive quod omnis negotiator semper invigilet, seu quod ab ejus cantu surgant ad peragenda negotia.

XXII. [a] *Quare Hermes.*

HERMES quoque dicitur Græce, ab eo quod est ἑρμηνεύειν, quod nos latine differere dicimus: illa videlicet causa, quod negotiatori linguarum sit dissertio necessaria. [b] Utraque enim regna permeare dicitur, superna atque

εὐῤῥαπὴς Græcis dicitur. Vide Schol. Hom. ad Iliad. O. vers. 256. & quæ ad Anton. Liber. cap. 23. dicta sunt. Athenagoras Legat. pro Christ. p. 20. Δοκαίνης δ' αὐτὸς (Ρ'έας) γλωσσῶν, αὐτὸς εἰς ἑξήκοντα μεταβαλών, σώσδ'ἑσπε αὐτὸν τῷ κηλυκείῳ Η'ερμείαν πλάσαι, ἑρμῆν. Τὸ ἑρμαῖον τῦ μίξεως σύμβολον ἢ τῦ Ε'ρμοῦ ἢ ἀδδῦ.

b *Quod mercatoribus* &c.] Consentiunt huic 6. edd. Sed Modius ex membranis suis restituit: *Quod mercatus det aliquando regnum, ut sceptrum, & vulnus, ut serpentes.* Tò *mercatus* comparet quoque in Cod. Leid. Deinde legitur, *& vulnus serpentum.* Gloss. adscripserat, *scil. ut vulnus.* Nimis Planciadæ hæc philosophia frigida est. Eruditius fabulam explicant Macrob. Sat. 1. 19. Servius Æn. VIII. 138. & Pierius Hieroglyph. Lib. XV.

Ad CAP. XXI.

a *Galero enim*] Lego cum Leid. Cod. *Galero etiam. Galerum* vocant quoque Claud. R. P. I. 78. Stat. 1. Theb. 305. *galerum* Barbari. *Petasum* Arnob. Lib. VI. Plaut. Prolog. Amphitr. vers. 145. & Capella Lib. 1. *Umbellam* Albricus cap. 6. & rectè quidem. Fuit enim tale capitis tegmen, quali etiam nunc utimur, cum in publicum prodimus, ut Mercurii ex statuis liquet, & nummis antiquis. Adde his Athenæum Lib. XII. p. 537. Vossium Vit. Sermon. Lib. 1. cap. 29.

b *Absconsum*] Improbat hanc vocem Servius ad Georg. 1. 136. Legitur tamen *absconsè* apud Hyg. cap. 135. in Philoxeni glossis, Gennadii Catalogo, aliisque quamplurimis Veterum scriptis, ut ostendi ad Hyg. cap. 184. Diomedes Lib. 1. *Absconder absconsus; sed absconditus melius, quia simplex condor conditus.* Isidor. in de Differ. *Absconsum est cujuslibet arte celatum: absconsum vero naturaliter abditum. Conditum est enim, non consum.* Sed ista nauci haud sunt.

c *Gallum*] Albricus cap. 6. *Coram ipso erat gallus sibi peculiariter consecratus.* Adde Plin. Lib. X. cap. 21.

Ad CAP. XXII.

a *Quare Hermes*] Vide Phornutum cap. 6. Diodor. Lib. 1. Hygin. cap. 143. & ibi commentarium nostrum.

b *Utraque enim regna*] Mallem & heic *etiam* pro enim.

Ad

que inferna: quod modo ventis in altum navigans currat, modo demersus inferna tempestatibus appetat.

XXIII. *Quare fur, quare celer dicatur.*

HUNC etiam deum furti ac præsulem volunt, quod nihil interfit inter negotiantis rapinam atque perjurium, furantisque dejerationem ac raptum. Stella vero, [a] quæ στίλβων Græce nuncupatur, quam ei [b] pagani adscribunt, ex quo etiam diei nomen invenere, [c] tantum celerior planetis omnibus currit, ut [d] septima die suos permeet circulos, quod Saturnus [e] viginti octo annis, & Jupiter XII. possunt: unde etiam Lucanus ait, *Motuque celer Cyllenius hæret.*

XXIV. *Quare Argum occidisse dicatur.*

DENIQUE etiam Argum luminum [a] populositate conseptum interemisse fertur, dum oculorum immensam unius segetem corporis ubique viva circumspectione florenten-

Ad CAP. XXIII.

a *Quæ Stilbon*] A. B. H. I. & MS. Leid. *Stilbos.* Malè. Hygin. Astron. IV. 16. *Secunda stella est Mercurii nomine Stilbon.* Cleomedes Lib. I. Τὸ δὲ τῷ Ἀφροδίτῃ ἐστὶν ὁ Ἑρμῆς στίλβων καλούμενος. Adde Capell. Lib. I. pag. 10. Cicer. II. Nat. Deor.

b *Pagani*] Unde hoc nomen acceperint οἱ ἔξωθεν, anquirit Heraldus ad librorum Arnobii adversus gentes inscriptionem; ut & Alciatus Parerg. Lib. I. cap. 13. Confer Oros. Præfat. Lib. I.

c *Tantum celerior*] H. e. in tantum. Flor. II. 18. *Quantum Carthaginis opibus inferior.* Homer. Iliad. A. 186. Ὅσσον φερτερός εἰμι σέθεν. Cap. 27. *Quantum jure conjunctior.* Mercurium *mundi velociorem sensum esse, motum ventium suscitantem, Theologicæ prodidere doctrinæ*, ut ait Marcellin. Lib. XVI. p. 113. ed. Boxh.

d *Septimâ die suos permeet circulos*] Cleomedes Lib. I. & Cicero II. Nat. Deor. *Anno fere vertente signiferum lustrat orbem.* Anonymus laudatus Scalig. Auson. Lect. Lib. II. 29. *Semonis dii completur circulus anno.* Idem tradit Macrobius Lib. I. cap. 19. & Capella Lib. VIII. Accedit & Plinius Lib. II. cap. 8. *Inferiore circulo fertur novem diebus ocyore ambitu* &c. Excusari utcunque posset Planciades, si scripsisset *septimo mense.* Tzetzes, meliorum plerumque exscriptor, in Hesiod. Ἔργ. β. p. 104. ed. Heins. Ἑρμῆς ἑπταετής, ἢ μᾶλλον μησὶν ὀκτώ.

e *Viginti octo annis*] Mallem, *vix viginti* &c. Cicero: *Triginta fere annis cursum suum conficit.* Idem dicunt Cleomedes Lib. I. & Plin. Lib. II. cap. 8. Anonymus modo laudatus: *Pollucis proles terdenis volvitur annis.* Capella Lib. VIII. *Modico minus triginta annis circulum per longitudinem circumcurrit.* Adde his Auson. epist. 7.

Ad CAP. XXIV.

a *Populositate*] H. e. multitudine. Si-

rentem singularis vulneris [b] recursum falcifero messuisset curvamine. Quid sibi ergo tam [c] fabulosum Græciæ commentum velit? nisi quod etiam centum custodes, totidemque astutos sine negotiatione vagos (unde & ἀγοραῖος Græce vagus dicitur) & furantis astutia, & negotiantis circumvenit astuta falcataque [d] cautela. [e] Solet igitur alludendon. Lib. 1. ep. 9. *Circumfusa populositas.* Et Lib. VI. ep. 1. *Pro scelerum meorum populo.* Vide ibi Savaron. Cyprianus Lib. IV. ep. 9. *Credentium populus.* Sermon. de Mort. *Martyrum innumerabilis populus.* Capella Lib. II. *Ministrorum populus.* Item *Angelicus & Palliatorum populus.* Quintil. Declamat. IV. *Carceris populus.* Decl. XIII. *Apum populus.* Leo Epist. Decret. 4. *Trium millium populum lavacro baptismatis consecravit.* Apul. II. Milesi. *Cupidinum populus.* IV. *Gladiatorum populus.*

[b] *Recursum*] MS. Leid. *recursu.* Lego, *recussu*, ut in sacrificali carmine Lib. I. Præfat. *Hinnientis & recussu Quem produxit ungula.* Vide ibi annotata à nobis. Filium fuisse Jovis & Cyllenes eum Mercurium, qui Argum occiderit, narrat Stat. Schol. ad III. Theb. vers. 483. *Corvilius*, inquit, *quatuor Mercurios esse scribit; unum Jovis & Majæ filium: alterum cœli & diei: tertium Liberi & Proserpinæ: quartum Jovis & Cyllenes, à quo Argus occisus est. Quem ipsum ob hanc causam Græci profugum dicunt, Ægyptiis autem literas demonstrasse. Ergo Liberi & Proserpinæ filium dicunt animas evocare.* Quis est iste *Corvilius*, qui hæc scripsit? Emenda, *Cornificius.* Is enim, teste Macrobio, librum de natura deorum composuit. Non convenit Cornificio cum Cicerone Lib. III. Nat. Deor. *Alter (Mercurius) Valentis & Phorenidis filius, is qui sub terris habetur, idem Trophonius* &c. *Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque causam in Ægyptum profugisse, atque Ægyptiis leges & literas tradidisse.* Non dicit, cujus filius fuerit Argicida ille. Jove & Cyllene natus fuit, si Lactantiano interpreti credimus. Sed illi Servius adversatur ad Æn. IV. vers. 577. *Nonnulli tamen quatuor Mercurios tradunt, unum cœli & diei filium, amatorem Proserpinæ; alterum Liberi Patris & Proserpinæ filium; tertium Jovis & Majæ; quartum Cyllenii filium, cujus mater non proditura arcu clam occisa est,* * *qui hoc metu in Ægyptum profugit, & ibi inveniisse primum disciplinam literarum & numerum dicitur; qui linguâ Ægyptiorum appellatur, de cujus nomine mensis dictus est.* Multipliciter depravatus heic Servius. Si quid mihi credis, ita eum restitues: *Quartum Cyllenii filium, cujus mater non proditur; à quo Argus clam occisus est. Qui hoc metu in Ægyptum profugit, & ibi inveniisse primum disciplinam literarum & numerum dicitur, qui linguâ Ægyptiorum Thoth appellatur, de cujus* &c. Nota quatuor eum tantum numerare Mercurios cum Lactantio, cum Cicerone, Arnob. Lib. IV. & Lactant. Firm. Lib. I. cap. 6. quinque recenseant. Consentit tamen de numero Servio & Statiano illi Scholiastæ Ampelius cap. 9. *Mercurii IV. Primus Cœli & Diei filius. Secundus Jovis & Croniæ filius, vel Proserpinæ. Tertius Croni filius & Majæ, qui est inventor lyræ. Quartus Quilleni filius, qui Ægyptiis literas & numerum dixit.* Pro *Quilleni* scribe *Cylleni* ex Servio. quanquam K. Gr. interdum per *Qu* expressit posterius ævum.

[c] *Fabulosum commentum*] Aliter commentum hoc explicant Phornutus cap. 16. Macrob. Satur. I. 19.

[d] *Cautela*] Corippus Lib. I. *Devotio tanta, Atque hominum cautela facit.* Utitur & Apulejus eâ voce Lib. I. & V. Milesi. Flav. Epist. ad Leon. Fulg. Rusp. Epist. 3. Hinc *incautela* fictum Salviano Lib. VI. de Gub. Dei. Ita à *foveo fovela* apud Tertull. de Anim. cap. 7. *Immunis à pœnâ & fovelâ.* Minucius Octavio: *Dant cautelam periculis, morbis medelam.* Ad eandem formam dicta sunt *custodela, turbela*, apud Apulejum, *corruptela* apud Prudentium aliosque.

[e] *Solet igitur* &c.] Modii MSS. *Solet igi-*

ludere his speciebus & honeste mendax Græcia, & [f] poetica garrulitas, semper [g] de falsitate ornata, [phaleratior] ut & Danae imbre aurato corrupta est, [h] non pluvia, sed pecunia.

XXV. *Ganymedes.*

Et raptum Ganymeden aquila non vere volucris, sed bellica præda. Jupiter enim, ut Anacreon antiquissimus auctor scripsit, dum adversus Titanas, id est [a] Titani filios (qui frater Saturni fuerat) bellum assumeret, & sacrifi-

igitur alludere in his speciebus & honestè mendax Græcia, & poetica garrulitas semper de falsitate ornata. Danae corrupta auri pretio, non auri impluvio: non pluviâ, sed pecuniâ. Ganymedes raptus ab aquilâ non volucri, sed bellicâ præda. Τὸ *phaleratior* abest quoque à Leid. Cod. Cæterum post τὸ *ornata*, novus est titulus DE DANAE. Sequitur dein, *dum & Danae.* Possit exigua mutatione non insulsè legi. *Sic & Danae imbre aurato corrupta est, non pluviâ, sed pecuniâ. Et raptus Ganymedes aquilâ non verè volucri, sed bellicâ prædâ.* Confer Baptistæ Pii Annot. Post. Syllog. III. 97. Scheffer. de Milit. Naval. p. 8. Eustath. ad Hom. Iliad. p. 1280. edit. Bas. ubi varias variorum sententias de raptu Ganymedis collegit. Lactant. Lib. I. cap. 11. *Rapuisse dicitur in aquilâ Catamitum. Poëticus color est. Sed aut per legionem rapuit, cujus insigne aquila; aut navis, in quâ est impositus, tutelam habuit in aquilâ figuratam; sicut taurum, cum rapuit & transvexit Europam.*

f *Poetica garrulitas*] Elegantiam agnosco sæculi illius, ut mox cap. 25. *Ornatrix Græcia.* Lib. II. 4. *Illud nihilominus ostendere volens poetica garrulitas.* Talia sunt & ista Capellæ Lib. II. *Græca discretio, & Solertia poeticæ adumbrationis.* Jornand. de Reb. Get. cap. 5. *Quem poetarum fallacia Deum belli pronunciat.* Chrysol. Serm. V. *Paganitatis stultitia.*

g *De falsitate ornata*] Præpositio *de* hoc abundat eleganter, nec sine exemplo aliorum. Schol. Juv. ad Sat. VI. vers. 612. *De nimiâ impatientia furens.* Et Sat. VIII. 12. *De resinâ pilos tollant.* Catal. Pith. Lib. I. *Ambo de comis calorem vitæ & radio conserunt.* Pervig. Ven. vers. 3. *Et nemus comam solvit de maritis imbribus.* Quintil. Declam. V. *Responsum de lacrymis tantum gemituque reddebat.* Naso VI. Met. 80. *Percussamque suâ simulat de cuspide terram.* III. Fast. 254. *De tenero cingite flore caput.* Sympos. Præfat. Ænigm. *Hæc quoque Symposius de carmine insit inepto.* In Rescript. Diocletiani apud Ruffin. Collat. Leg. Mos. Tit. XV. *Universum orbem nostrum veluti venenis de suis malevolis inficere.* Nonius cap. XIV. 34. *Tapete pictum unicè de coloribus variis.* Vetus interpres vitæ Aristotelis, *de gente Macedo.* Tertull. de Anim. cap. 13. *De singularitate famosum, de posteritate monstruosum.*

h *Non pluviâ, sed pecuniâ*] Vide Not. ad Hyg. cap. 63.

Ad CAP. XXV.

a *Titani filios*] Quis hoc dixit præter Fulgentium? Titanes Οὐρανὸν παῖδες Schol. Hom. Iliad. Ξ. 274. Ætheris & Terræ Hygino, Terræ Servio ad Æn. VI. 580. Notum tamen antiquis Titani vocabulum. Sed eum non patrem, sed fratrem Titanum faciunt. Varro VI. L. L. *Titanis dicta, quod eam genuit Titani filia Latona, ut scribit Manilius, creta Titano.* Fuisse autem ex Titanibus unum disertim tradit Etym. magni auctor: Τιτανίδα, inquit,

crificium Cœlo feciſſet, in victoriæ auſpicium, [b] aquilæ ſibi adeſſe proſperum vidit volatum. pro quo tam felici omine, præſertim quia & victoria conſecuta eſt, in ſignis bellicis ſibi aquilam auream fecit, [c] tutelæque ſuæ virtuti dedicavit. unde & apud Romanos hujuſcemodi ſigna tracta ſunt. Ganymedem vero bellando his ſignis præeuntibus rapuit, ſicut Europam in tauro rapuiſſe fertur; id eſt, [d] in navem tauri picturam habentem; & Iſidem in vacca ſimiliter, in navem hujuſce picturæ. Denique ut hoc certius eſſe cognoſcas, navigium Iſidis Ægyptus colit.

XXVI. *De*

γῶν οἱ μὲν τῷ πατρὶ, οἱ δὲ τῷ ἀντιπάλῳ, ὅτι Τιτάνων ἦν ὁ Τιτάνων, ὃς μόνος οὐκ ἐπράθυνεν ὅτι τὰς θεάς. Albricus cap. 10. *Terra contra Deos Titanas dicitur parturiſſe. Erantque Gigantes pedibus ſerpentinis: de quibus fuit unus Titan, qui etiam Sol dicitur. Sed quia iſte ſolus contra Deos nihil fecit* &c. Servius ad Æn. VI. 580. *De his autem ſolus Sol abſtinuiſſe narratur ab injuriâ numinum.* Res ita habet. Titanus ille frater Saturni fuit, de quo Lactantius ex Ennio Lib. I. cap. 14. *Seducit ſecum filios ſuos, qui Titani vocantur* &c. Vide ibi reliqua, quæ Fulgentium mirificè heic illuſtrant.

b *Aquilæ proſperum volatum*] Rem ita narrat Servius ad Æn. IX. vers. 564. *Jupiter dum cum patre Saturno haberet contentionem de agris, ortum bellum eſt: ad quod egrediens Jupiter aquilæ vidit augurium: cujus cum viciſſet auſpicio, fictum eſt, quod ei pugnanti tela miniſtraret. Unde etiam à felici augurio natum eſt, ut aquila militaria ſigna comitetur.* Scholiaſtes Horat. ad illa Lib. IV. od. 4. Miniſtrum fulminis alitem.) *Aquilam; quæ ideo tutelæ & miniſterio Jovis deputata dicitur, quod proſperum auſpicium illius adverſus Titanas pugnaturus accepit.* Adde his, quæ Hyginus habet Aſtron. II. cap. 6. Hom. Schol. ad Iliad. Θ. 247. Lactant. Lib. I. cap. 12. ſed deſumpta ex Eratoſthenis κατ. cap. 30. Aliud agebat vir illuſtris, cum ad Eleg. de obitu Mæcen. ſcriberet: *Quod ſignifer Jovis ſit Ganymedes, docet doctiſſimus Mythologus Fulgentius Lib. I.*

c *Tutelæque ſuæ virtuti*] Ita quidem & 6. edd. Lego tamen cum MS. Leid. *Virtutis.* Aliam cauſam cur Jovi ſit ſacra, habes apud Anton. Liberal. cap. 6. Plin. Lib. X. cap. 3. Homer. Schol. ad Iliad. Θ. 247. Serv. Æn. I. 398. Phornut. cap. 9. Ægyptii ſoli eam dicarunt, ut docet Horus Lib. I. cap. 8.

d *In navem*] MS. Leid. *In navi talem tauri picturam habente.* Ut & mox, *in navi hujuſmodi picturæ.* Quæ vulgatæ lectioni præfero. Feſtus: *Alii eam à prædonibus raptam, & navim, quæ Jovis tutelam, effigiem tauri habuerit, in eam regionem eſſe delatam.* Iſidorus Lib. VIII. cap. 11. *In navi, cujus inſigne erat taurus.* Παρήσημον ergo, quod *effigiem* Feſtus, *picturam* Fulgentius, *inſigne* appellat Iſidorus. Navem taurinâ facie fuiſſe vult Tzetzes ad Lycophron. p. 191. ut & Pollux. Alii ex tauro belli ducem iſto nomine faciunt, ut idem ille Lycophronianus interpres tradit p. 182. & 191. Euſtath. ad Dionyſ. p. 18. regem Cretæ. Ad eundem modum arietem, quo vecta cum Phrixo Helle fuit, navim fuiſſe ait Euſebius in Chronico, cujus inſigne fuerit aries: & Philochorus apud eundem navim longam pennatis illum draconibus junctum currum, quo vectus Triptolemus. Bos facta Io eſt, ὅτι διεγράφετο τὸν ἱερὸν δίκυλον βοὸς ἐπλεύσατο, ut eſt apud Tzetzen jam ſæpius laudatum.

Ad

XXVI. *De Perseo & Gorgone.*

PERSEUM ferunt Medusæ [a] Gorgonis interfectorem. Gorgonas voluere dici tres: quarum prima Stheno, secunda Euryale, tertia Medusa: quarum quia fabulam Lucanus & [b] Livius scripserunt poetæ, grammaticorum scholaribus rudimentis [c] admodum celeberrimi, hanc fabulam referre superfluum duximus. [d] Theocritus antiquitatum historiographus refert [e] Phorcum fuisse regem, qui tres filias locupletes dereliquit. Quarum Medusa major, quæ fuerat locuples, regnumque colendo [f] fructificandoque

Ad CAP. XXVI.

a *Gorgonis*] *Gorgones* B. A. H. & I. Sed lege & heic & inferius *Gorgonæ* cum MS. Leid. ubi titulus hujus capitis ita concipitur: *Fabula Persi & Gorgonarum.* Γοργόνη est & Tzetzæ in Lycophron. p. 135. Adde his, quæ congesta sunt à nobis in dissertatione de Hygino.

b *Livius*] Hunccine dicit, qui Odysseam & tragœdias scripsit, quarum cum apud Gellium, tum Festum aliosque aliquoties fit mentio? *Livius ille vetus Grajo cognomine* dicitur à Terent. Mauro. Sed ille archaicus, cur Lucano jungatur? Non exputo causam. Quamobrem omnino putem cum Nob. Heinsio corrigendum, *Ovidius.*

c *Admodum celeberrimi*] Tò *admodum* cum à MS. Leid. non agnoscatur, dicas delendum. Dixit tamen Arnob. Lib. II. adversus Gentes: *Potentia gradibus satis plurimis ab imperatore disjunctum.* Et Curtius Lib. IV. *Perquam maximo exercitu coacto.* Chrysol. Sermon. 64. *Tam trux, tam funera,* (leg. funerea) *tam crudelissima mortis imago.* Anonymus Cosmogr. à Godofredo edit. cap. 54. Αἰαν εὐδοξοτάτην. Cap. 58. Αἰαν ὑπερανισχυρὰν. Pariter Interpres vetus, *valde gloriosissima*, & *valde splendidissima.* Et Apul. de Herbar. Virt. cap. 13. *Valde optimum.* Ammianus Lib. XXI. p. 360. ed. Boxh. *Admodum paucissimis visa.* Vet. Inter. I. Reg. cap. V. 11. *Gravissima valde manus Dei.* Victor de Persecut. Lib. III. p. 663. *Ut acetum asperum nimisque acerrimum quæreretur.* Plura vide apud Vossium in de Construct. cap. 17. Ad eundem modum σφόδρα δεινότατος dixit Tzetzes in Lycophr. p. 20. ed. Steph. & frater ejus Johannes in Hesiod. pag. 41. ed. Heins. λίαν βαρύτατος. Λίαν ἀγὸς anonymus in eundem poetam p. 269. Euagrius Presbyter in vitâ S. Antonii: *Rure erant trecenti jugeres & valde optimi, quos vicinis largitus est.* Chrysologus Serm. CXLI. *Certè ad thalamum sponsi nisi satis proximus, nisi satis intimus, nisi bonæ conscientiæ, nisi laudabilis famæ, nisi probabilis vitæ, nullus admittitur. Satis* pro *valde* positum est, ut à Festi mutilatore: *Cingulos*, inquit, *appellabant homines, qui in his locis, ubi cingi solet, satis sunt tenues.* Et in CIMMERII: *In quâ convallis satis eminenti jugo circumdata est.* Cyprian. Lib. III. epist. 66. *Quæ res nos satis movit* &c. Salvianus epist. I. *Quanquam ii, qui satis diligunt, non cito offendantur.* Et Lib. IV. de Gub. Dei: *Non satis à nobis accusandi sunt, qui divino sermone excusantur.* Adde his, quæ congessit Savaro ad Sidon. Lib. IX. ep. 13.

d *Theocritus*] Censet Vossius Lib. IV. Hist. Græc. cap. 8. eum hunc esse Theocritum, qui teste Suida, epistolas admirabiles & historiam Libycam scripserit.

e *Phorcum fuisse regem*] Vide Varron. apud Servium ad Æn. V. vers. 824. & Palæph. cap. 14.

f *Fructificandoque*] H. e. fœcundando.

que ampliaverat: unde & [g] Gorgon dicta est, quasi georgon: nam γεωργοὶ Græce agricultores dicuntur. [h] Serpentino vero capite ideo dicta est, quod astutior fuerit. Cujus regnum optimum Perseus invadens, [i] ipsam quidem interemit. Ideo [k] volaticus dicitur, quod navibus venerit. cujus capite, id est, substantia ablata, ditior factus, non parva regna obtinuit. [l] Denique & Atlantis regnum invadens, quasi per Gorgonis caput, id est per substantiam ejus, cum in montem fugere compulit. Unde

do. Infr. cap. 8. *In fructificandis enim germinibus dupla aeri, quam igni debetur portio.* Willeramus Paraphr. Cant. Salom. *Cordibus in nostris velut hortis fructificandis Transplantare cupit.* Cæterum à Leid. Cod. abest τὸ *que.* Quod si probas, *fructificare* heic erit fructum edere sive ferre. Et sane eo significatu accepit hoc verbum Vossius IV. de Vit. Serm. cap. 8. Exempla vellem protulisset. Siracides cap. XI. Ἐν ὥρᾳ ταχινῇ αἰσθήλῃ βλάστημα αὐτοῦ. Interpres vetus: *In honore brevi fructificat processus illius.* Et cap. XXIV. 23. *Fructificavi suavitatem odoris.* Nimirum *fructificare* est καρποφορεῖν Græcorum. Marc. Euang. cap. IV. 28. Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ πρῶτον χόρτον &c. Interpres Vulg. *Ultro enim terra fructificat* &c. Epist. ad Rom. VII. 4. Ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ, *ut fructificemus Deo.* Chrysologus Serm. VIII. *In cœlestem messem totam jejunii facit fructificare virtutem.* Junilius de Part. Leg. Div. *Sed curarum negotiorumque spinæ impediunt, ne quid agro dominico fructificemus.* Idem Comment. in Genes. cap. I. *Utpote quæ sine harum succo non solum fructificare, sed & nec ipsa consistere possit.* Ubi malè quidam particulam *non* inserendam censet, cum intelligenda sit. Salvian. epistol. ad Salonium: *Non modo ea, quæ admiserunt in exomologesi ac satisfactione, sed ne hoc quidem, quod facillimum est, donis saltem misericordiæ redimere dignantur.* Seneca de Provid. cap. 3. *Et revocatus non tantum retro cessit, sed longius fugit.* Heic pariter *non modo* & *non tantum* pro *non modo non* & *non tantum non* usurpari vides. Adde his, quæ in Justiniano indice corrasit Freinshemius.

g *Gorgon dicta est, quasi Georgon*] Respexit Fulgentium Bocacius in de Claris Mulieribus cap. 20. *Præterea nonnulli eam agricolationis fuisse peritissimam asserunt: eamque inde Gorgonis consecutam cognomen.*

h *Serpentino capite*] Quia nempe *anguicoma* fuit, ut est apud Stat. I. Theb. vers. 594. Ovid. in hac fabulâ Lib. IV. Met. vers. 741. *Anguiferumque caput durâ ne ladat arenâ.* Servius Æn. VI. 289. *Medusa erecta favore Neptuni, ausa est crines suos Minervæ capillis præferre: quâ re indignata Dea, crines, quibus amatori maximè placuerat, in serpentes vertit.* In versiculis, quos ibidem ab emendatoribus Virgilio ablatos ait, legendum *mentoque sub imo.* Malè *meritoque* ediderunt.

i *Ipsam quidem interemit*] Nam Medusa ex Gorgonis sola erat mortalis. Vide Apollod. Lib. II. cap. 2.

k *Volaticus*] Talaria enim & κίβισιν à Græcis acceperat. Κίβισιν peram interpretatur Apollodorus. Et rectè quidem. Puto eandem vocem restituendam Festo. *Cibus*, inquit, *appellatur ex Græco, quod illi peram, in quâ cibum recondunt, κιβάνιν appellant.* MS. Leid. *Cibis appellant.* Lego, κίβισιν. Sententiam Fulgentii sequitur Schol. Stat. ad Theb. I. vers. 544. quem videre erit operæ pretium. Hesych. Κίβισις, πήρα. Κύπελλα. Κίβισις, ἡ κίβυσις πήρα. Leg. ἢ κίβισις, πήρα.

l *Denique & Atlantis* &c.] Supplet ex Vet. Cod. Modius: *Denique pugnando cum Medusa & vincendo animosior factus, etiam Atlantis* &c.

m *Men-*

de in montem conversus dicitur esse. Tamen quid hac sibi tam subtili sub imagine ornatrix Græcia sentire voluerit, edicamus. Gorgonas dici voluerunt tres, id est tria terroris genera. Primus quippe terror est, qui mentem debilitat: secundus, qui profundo quodam terrore mentem spargit: tertius, qui non solum [m] mentis intentum, verum etiam caliginem ingerit visus. unde & nomina tres Gorgones accepere: prima Stheno. Σθενὼ enim Græce debilitas dicitur, unde & ἀσθένειαν infirmitatem dicimus. secunda Euryale, id est, lata profunditas, unde & Homerus [n] πόλιν εὐρυάγυιαν, id est, Trojam latas vias habentem. [o] Itaque Medusam, quasi μὴ ἰδοῦσαν, quod videri non possit. Hos ergo terrores Perseus adjuvante Minerva, id est, virtus [p] adjuvante sapientia, interfecit. Ideo [q] aversus volat, quod virtus terrorem nunquam aspicit. [r] Speculum etiam ferre dicitur, quod omnis terror non solum in corde,

m *Mentis intentum*] Quid est *intentus*? Gloss. Cod. Leid. *id est, intentionem*. Intentus autem sive intentio est ἴντασις, cum sententia postulet ἔκτασιν. Præferenda altera lectio, quam in margine exhibet Locherus, *mentis intuitum turbat*. Designat enim Medusam, quam dictam autumat quasi μὴ ἰδοῦσαν.

n Πόλιν εὐρυάγυιαν] Lego, Τροίην εὐρυάγυιαν. Τροίην enim præfert MS. Leid. Dices non hoc, sed alterum dixisse Homerum, ut Iliad. β. 66. ἕλοις πόλιν εὐρυάγυιαν. Memoria imposuit Fulgentio, ut sæpissime in libello de Prisco Sermone. Vertit ipse *Trojam*. ergo Τροίην, non πόλιν scripsit. Talis lapsus est Isidori Lib. XI. *Unde & Horatius ait: Laudatur primo prole puerpera nato*. Atqui non illud Horatius, sed hoc ait: *Laudantur simili prole puerperæ*. Verum necesse haud est illuc confugere. Etiam Τροίην εὐρυάγυιαν invenies libri modo laudati vers. 141.

o *Itaque Medusam*] Ita quidem & 6. edd. Sed MS. Leid. *Meduſa*. Lego ergo: *Itaque Meduſa, quasi μὴ ἰδοῦσα*. Quanquam ut cæteræ, ita & hæc stulta est etymologia. Meduſa est μήδουσα, ut Κρείουσα Creusa. Pro *videri* malim *videre*. Nec aliter, si quid video, scripserat Fulgentius.

p *Adjuvante sapientia*] Tzetzes in Hesiod. Ἔργ. Τὸ Ἀθηνᾷ σημαίνει γυναῖκα βασιλίδα, τὸν παντοῖον αἰθέρα, ἢ τὴν φρόνησιν. Schol. Hom. Iliad. T. vers. 74. Ἀθηνᾶ δέ ἐστι φρόνησις, Ἄρης δὲ ἀφροσύνη. Eustath. in Hom. p. 19. edit. Bas. Ἀθηνᾶ ἡ τὸ βασιλέων φρόνησις. Artemidorus de Somn. Lib. II. cap. 34. Περὶ Ἀθηνᾶς. Ἀγαθὴ δὲ καὶ φιλοσόφοις. Φρόνησις γὰρ εἶναι νενόμιζεν ἡ θεός. Festus: *Minerva dicta, quod bene moneat. Hanc enim Pagani pro sapientiâ ponebant*. Sic & Moschopulus ad Hesiod. pag. 27. & quis non veterum? Hinc ergo Ἀθηναῖ dictam ajunt magistri παρὰ τὸ τὰ παίδια ἀθρεῖν καὶ βλέπειν, καὶ ὁρᾶν πάντων νοεῖν. Vide Heraclid. Pont. Alleg. Hom. pag. 113. ed. Gesn. Apulej. in de Deo Socrat. Schol. Stat. ad II. Theb. vers. 715.

q *Aversus volat*] H. e. facie aversâ, ὀπισθοπαθῶς, ut loquuntur οἱ ὁ Genes. IX. 23. Servius: *Aversus accedens id amputavit*.

r *Speculum etiam ferre dicitur*] Æreum clypeum innuit, in quo Medusæ imaginem videbat. Vide Apollod. Lib. II. p. 74.

de, sed etiam in figura transeat. De sanguine ejus nasci fertur Pegasus, [s] in figuram famæ constitutus. Virtus enim, dum terrorem amputaverit, famam generat: unde & volare dicitur, quia fama est volucris. unde Tiberianus: *Pegasus hinniens transvolat æthram.* Ideo & Musis fontem ungula sua rupisse fertur, quod Musæ ad describendum famam heroum, aut sequantur priorum, aut indicent antiquorum.

XXVII. [a] *De Admeto & Alceste.*

SICUT nihil benigna superius conjuge, ita nihil infesta crudelius muliere. [b] Quanto enim sapiens pro viri sui salute suam opponit animam [c] pigneri: tanto maligna ad mariti mortem etiam suam vitam reputat nihili. Ergo conjunx, quantum jure conjunctior, tantum est aut morum dulcedine mellea, aut felle malitiæ [d] toxica: est quippe aut perpetuale refugium, aut perenne tormentum. Admetus rex Græciæ Alcesten in conjugio petiit: cujus pater edictum proposuerat, ut si quis duas feras sibi dispares suo currui jungeret, ipse illam in conjugio accepisset. Is

s *In figuram famæ*] *In figurâ* MS. Leid. & mox, *unde & Tiberianus* cum B. A. H. & I.

Ad CAP. XXVII.

a *De Admeto*] MS. Leid. *Fabula Admeti & Alcestæ.* Rectè. *Alcestam* enim vocat, quæ *Alcestis* est aliis, ut mox: *In conjugio Alcestam desiderat: Alceste* est etiam Sidonio Carm. XI. vers. 67.

b *Quanto enim sapiens* &c.] Subaudi *magis.* Isidorus de Prælatis: *Tantoque sarcinis peccatorum gravatus, quanto bonis operibus alienus.* Pseudo-Cypr. Expos. Symb. *Tanto nobis occulta videntur, quanto & aspectu corporeo invisibilia.* Tertull. de Testim. Anim. cap. 5. *Quanto vera, tanto simplicia.* De Cult. Fœm. cap. 12. *Quanto blasphemabile est* &c. Isidor. Orig. XIV. 8. *Tanto sublimis* &c. Usitatissimum Græcis hoc loquendi genus. Gregor. Cyprius in Maris Encomio: Ὅσῳ ταῦτα πῆς ἐντυχόντοις ἐκπλήξις &c. Basilius Seleuc. Homil. 1. in Noach. p. 43. Ὅσῳ τὸ παθὸν ἐσκληρόν, τοσούτῳ τὸ μιλανίας φίλον τὸ φάρμακον. Theoph. in Matth. cap. XIV. Ὅσῳ κρείττων ὁ ἄρχων, τοσούτῳ κρείττων.

c *Pigneri*] *Pigneri* 6. edd. Sed pro Commel. stat MS. Leid. Non satis memores fuere, qui posterioris ætatis scriptores publicavere, archaismos affectare eos, in primis autem Afros. Capella Lib. II. *Pigneriſque culmine provecta supervenit.* Ita habet MS. Leid. non *pignoris*, quemadmodum est editum.

d *Toxica*] H. e. Venenata. Sed rectius forsan *toxicata.* Certè *toxicare* verbum esset non indignum Fulgentio. Salutaris in distichis: *Toxicat atque necat.* Lutatius, sive Lactantius est, in argumento Hercul. Oet. Senecæ: *Quem Hercules vulneraverat sagittis toxicatis.* Leg. Sal. 19. *Cum sagitta toxicata cum per-*

Is igitur Admetus [e] Apollinem atque Herculem petiit, qui ei ad currum leonem & aprum junxerunt. Itaque Alceſten in conjugio accepit. Cumque in infirmitatem Admetus decidiſſet, & mori ſe comperiſſet, Apollinem deprecatus eſt. Ille vero dixit ſe ei [f] aliquid [g] non poſſe præſtare, niſi ſi quis ſe de ejus propinquis ad mortem pro eo voluntarie obtuliſſet. quod uxor fecit. Itaque Hercules dum ad tricerberum canem abſtrahendum deſcenderet, etiam ipſam de inferis levat. Admetum poſuere in modum mentis, ideo Admetus nuncupatus eſt, quaſi quem adire poterit metus. Hic itaque in conjugio Alceſtam deſiderat: ἀλκὴ enim [h] Græce præſumptio dicitur. unde & Homerus ait, ἀλλ' οὐκ ἔστι βίῃ φρεσὶν, οὐδὲ τις ἀλκὴ, hoc eſt, non eſt aliqua virtus in mentibus, neque aliqua præſumptio. Ergo mens præſumptionem ſperans [i] ſibi conjungi, duas feras ſuo currui ſubjungat, id eſt ſuæ vitæ duas virtutes.

percutere voluerit. Victor in de Perſec. Vandal. Lib. III. *Veneno toxicato transverſa.* Pſeudo Cypr. de ſingularitate Cleric. *Viſcus toxicatum.* Fors ſuat tamen, ut *noxia* ſcripſerit. Apulej. Lib. v. Mileſ. *Lucerna illa, ſive perfidiâ peſſima, ſive invidiâ noxia.* Certè *toxica* nuſquam niſi ſubſtantivè poſitum legere memini.

e *Apollinem petiit*] Græciſſat oratio, ut Lib. II. cap. 13. *Apollinem petiit, ut* &c. Minucius Octavio: *Ut Parthos ſigna repetamus.* Schol. Stat. ad I. Achill. vers. 65. *Matronas petiit, ut frumenta ferenda corrumperent.* Si audimus veterem interpretem nec Horatius hoc Græciſmo abſtinuit. Legit enim in Carm. Sæc. vers. 49. *Quæque vos bobus veneratur albis* &c. quæ apud ipſum vide. Apul. Metam. p. 189. ed. Pric. *Eum deprecatur auxilium.* Vetus interpres Deuteron. cap. XV. vers. 3. *A peregrino & advena exiges: civem & propinquum repetendi non habebis poteſtatem.* Cæcilius: *Exigor portorium.* Chryſol. Sermon. LXVII. *Quid petentibus ſe non dabit?* Vetus Interp. Luc. XI. 11. *Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi?* Victor Epiſcop. Lib. II. *Suggeſſimus ut à ſuis rem peteretur* &c. Mox pro *qui ei* habet *& ei* MS. Leid. cum. A. H. & I.

f *Aliquid*] Scriverius & Tollius, *aliud.* Non accedo.

g *Non poſſe*] Ita & MS. Leid. A. autem B. H. & I. *non noſſe.* M. & L. *ſe ei nolle.* Pro Commel. & Leid. Codice ſtat Albricus cap. 20. *Apollinis miſeratione nem invocavit. Cui ſic reſpondit, nil in hoc ei poſſe præſtare, niſi aliquis de propinquis ejus* &c.

h *Græcè præſumptio dicitur*] H. e. fiducia. Infr. Lib. II. cap. 5. Ἀλκὴ *enim Græcè præſumptio interpretum.* Cyprianus, ſive alius eſt auctor Expoſ. Symb. *Obedientiæ magis reverentiâ, quam ingenii præſumptione tentabimus.* Opponitur timori. Tertull. de cultu Fœm. cap. 2. *Timor fundamentum ſalutis eſt: præſumptio impedimentum timoris.* Hinc *præſumptores* audaces & confidentes in libello de Singularitate Clericorum, qui Cypriano attribuitur. Sanè *præſumptionem* pro arrogantiâ ponit Claud. Mamertus de Stat. Anim. Lib. I. cap. 9. *Præſumere* eſt arrogantium. Caſſian. Collat. XI. *Quemadmodum docere præſumam.* Auguſtin. Med. 3. *Reverberant audaciam præſumentium animorum. Præſumptuoſe*, confidenter, apud Schol. Horat. ad Lib. III. Od. 27.

i *Sibi conjungi*] MS. Leid. *Sibi conjun-*

virtutes asciscat, animi & corporis. [k]leonem, ut virtutem animi: aprum, ut virtutem corporis. Denique & Apollinem & Herculem sibi propitiet, id est sapientiam & virtutem. Ergo præsumptio semet ipsam ad mortem pro anima objicit, ut Alceste. Quam præsumptionem quamvis in periculo mortis deficientem, virtus de inferis revocat, [l]ut Hercules fecit Alcestam.

jungi. Perperam. Muta distinctionem, & scribe cum B. A. H. & I. *Ergo mens sperans præsumptionem sibi conjungi, duas feras* &c. *Conjungi* positum est pro *conjunctum iri.* Quam locutionem multis illustravimus ad Hyg. cap. 41.

k *Leonem, ut virtutem animi*] Hinc feroces bellatores θυμολέοντας appellant poetæ: quâ de re videndus Pier. Valerian. Hierogl. Lib. I.

l *Ut Hercules fecit Alcestam*] Postremum vocabulum nec 6. edd. nec MS. Leid. agnoscit. Si retineri tamen placeat, rescripserim *in Alcestâ*, vel *in Alcestam.* Infr. III. 5. *Ut Berecynthia in Attin fecit.* Quintil. Declam. II. *Minus in utroque fecerat, nisi perdidisset oculos.* Et v. *Quicquid inter vos in alterutro fecero.* Apicius Lib. VI. cap. 5. *Idem facies in psittaco.* Et, *similiter in capone facies.* Senec. Thyest. 310. *In patre facient, quicquid in patruo decet.* Matth. cap. XVII. 11. Ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. *Fecerunt in eo.* Vulg. Interpr. Sirac. cap. XLVII. 3. *Et in ursis similiter fecit sicut in agnis.*

F A-

FABII PLANCIADIS FULGENTII,

Viri Clarissimi,

MYTHOLOGIARUM

Liber Secundus.

STudens, mi Domine, tuo reverendo imperio, meam stultitiam velut [a] navifrago commisi judicio, bisida ambiguitate suspensus, utrumne lector quilibet laudet constructa, an destruat laborata. Sed quia nullatenus hæc nostrum aut nomen extollunt, aut crimen efficiunt, illo videlicet pacto, quod, si ab his lector melius sapit, deum præferat, qui potiora concessit. sin vero ab his minus aliquid desipit, ipsum præferat, qui ista contribuit. Ergo & hæc non nostra sunt, sed ejus donum: & quæ ampliora eveniunt, non hominis, sed divinum est largimentum. Sicut enim livoris nota est, silere quod noveram: ita non crimen est, enarrare quod senseram. Ergo si his amplius sapis, lauda mentem purissimam, quæ quod habuit non negavit: si hæc ante nescieras, habes arenam nostri studii, ubi tui exerceas [b] palæstram ingenii.

I. *De judicio Paridis.*

Philosophi tripartitam humanitatis voluerunt esse vitam, ex quibus primam theoreticam, secundam practicam, tertiam [a] philargicam voluere: quas nos Latine

Ad Prolog. Lib. II.

a *Navifrago judicio*] H. e. quo naufragium faciat. Gloss. *Periculoso, incerto.* Ita *mare naufragum* dixit Horat. Lib. 1. od. 16. *Naufragosum pelagus* Sidon. Lib. IV. ep. 12.

b *Palæstram ingenii*] Prolog. Lib. 1. *Sudore heic opus est palæstrantis ingenii.*

Ad CAP. I.

a *Philargicam*] *Apolaustican* appellat Plutarchus περὶ παιδ. ἀγ. cap. 8. Τριῶν ὄντων βίων, ὧν ὁ μὲν ἐστι πραγτικὸς, ὁ δὲ θεωρητικὸς, ὁ δὲ ἀπολαυστικός.

ne contemplativam, activam, voluptariam nuncupamus: ut etiam Propheta ait: [b]Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit: id est non abiit, non stetit, non sedit. Prima igitur contemplativa est, quæ ad sapientiam & ad veritatis inquisitionem pertinet, quam apud nos episcopi, sacerdotes, ac monachi; apud illos philosophi gesserunt. Quos nulla lucri cupiditas, nulla furoris insania, nullum livoris toxicum, nullus vapor libidinis: sed tantum indagandæ veritatis contemplandæque justitiæ cura macerat, fama ornat, spes pascit. Secunda activa est, quæ tantum vitæ commodis [c]anxia, ornatus petax, [d]habendi insatiata, rapiendi cauta, servandi sollicita geritur. Plus enim quod habeat cupit, quam quod sapiat quærit: nec considerat [e]quid expediat, ubi intercedit quod rapiat. Denique ideo non perstat stabile, quia non venit honeste. hanc enim vitam penes antiquos aliqui tyranni, [f]penes nos [g]mundus omnis gerit. Voluptaria vero vita est, quæ libidini tantummodo obnoxia, nullum honestum reputat bonum: sed solam vitæ

b *Beatus vir* &c.] Ita & vulgata versio. Expressum ad verbum ex Græco: Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. Ἐν ponere pro *eis* solenne est sacris scriptoribus. Ps. 109. vers. 8. Εἰσῆλθεν αὐτοῖς ἔλαιον ἐν τοῖς ὀστέοις αὐτῶν. Joh. v. 4. Κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ. Tertull. de Spect. cap. 3. vertit: *Felix, qui non abiit in concilium impiorum, & in viâ peccatorum non stetit, & in cathedrâ pestium non sedit.*

c *Anxia*] Cur *anxiat* hic ediderit & legi velit Baptista Pius Annot. Poster. Lib. III. 97. non videre me libens profiteor. Moneo tamen ita exhibere quoque Leid. cod. Gloss. *inhiat.*

d *Habendi insatiata*] H. e. ἀκόρεστος, insatiabilis. Lupercus Catal. Pith. Lib. 1. *Votum insuperabile habendi.* Ovid. Met. 1. *Amor sceleratus habendi.* III. Art. Am. 541. *Nec amor nos tangit habendi.* Marcellin. Lib. XVI. *Exarsisse cupidine plus habendi.* Lucan. Paneg. *Habendi sæva libido. Curam habendi* vocat Phædrus Lib. 1. cap. 1. *Ardorem habendi* Chrysol. Serm. VII. Hinc *habentia* pro divitiis ἀχρήστως. Claudius apud Non. cap. II. *Animos eorum habentia inflarat.*

e *Quid expediat*] *Quod* 6. edd. & MS. Leid.

f *Penes nos*] *Penes suos* MS. Leid.

g *Mundus omnis*] Homines, qui plus diligunt mundum, quam Deum. Haimo Homil. p. 45. *Sicut enim electi appellantur cœlum, juxta quod Psalm. dicit: Cœli enarrant gloriam. Similiter & reprobi appellantur mundus, hoc est, appellantur quod & ipsum est, in quo habitant.* Theophyl. in Matth. XVIII. cap. Κόσμον δὲ νῦν τοὺς κάτω αἰσθητοὺς καὶ χαμερπεῖς. Isidorus de Natura Rer. cap. 9. *Licet & per mundum nonnunquam scriptura peccatores insinuet: de quibus dictum est, Et mundus eum non cognovit.*

h *Be-*

tæ appetens corruptelam, aut libidine mollitur, aut homicidiis cruentatur, aut rapina succenditur, aut livoribus rancidatur. Sed hoc penes illos Epicurei ac voluptarii; penes vero nos hujusmodi vita natura, non crimen est: & quia [h] bonum nemo gerit, nec nasci bonum licet. Id itaque considerantes poetæ, trium dearum ponunt certamina, id est, Minervam, Junonem & Venerem, de formæ qualitate certantes. Ideo vero Jovem non posse his judicare dixere, sive quod præfinitum mundi judicium ignorabant, [[i] sive] quia in libertate arbitrii constitutum hominem crederent. [k] Quod itaque si velut deus Jupiter judicasset, damnando duas, unam tantummodo terris vitam dimitteret. Sed ideo ad hominem judicium transferunt, cui liberum deligendi debetur arbitrium. Sed bene pastor, quia non ut sagitta certus, & [l] jaculo bonus, & vultu decorus, & ingenio sagacissimus. Denique brutum quiddam desipuit, & (ut ferarum ac pecudum mos est) ad libidinem [m] limaces visus intorsit, quam virtutem aut divitias inquisivit. Sed quid sibi tres deæ de tribus vitarum ordinibus vindicent, edicamus.

II. *Mi-*

h *Bonum nemo gerit*] H. e. bonus est, vel gerit se, ut bonum decet. Talia sunt *gerere ædilem*, *militem* apud Apulejum. *Gerere procum*, *civem* apud Claud. Nisi si *gerere bonum* pro *facere quod bonum est* dixit. Augustin. Sermon. de Cyprian. *gerere vitam. Gratias*, *laudem gerere* apud Cyprian. in oratione, quam instante passione dixisse putatur. Tract. 11. *Si quod creditur & geratur.* Sermon. de Mortal. *Gerere parricidium.* Lib. 11. ep. 2. *Gerere scelus.* De Simplic. Cleric. *Ad observanda & gerenda Dei præcepta vigilemus.* Petron. Fragm. Trag. *A puero vitam Chiam gessi.* Vetus interp. Luc. XXIII. 41. *Nihil mali gessit.* Vindicat eandem phrasin etiam optimis Gronov. Observ. Lib. IV. cap. 14. p. 226. Querela vetus est Ecclesiastæ sapientissimi cap. VII. *Non est homo justus in terrâ, qui faciat bonum & non peccet.*

i *Sive quia*] Illud *sive*, quod includit Commelinus, in Leid. codice super versum scriptum erat à librario, tanquam omissum. Et revera desiderabatur, ut sententia constaret. Tollantur ergo unci.

k *Quod itaque*] Multis illustravimus eam locutionem ad Hyg. cap. 16.

l *Jaculo bonus*] Peritus. Virgilius Ecl. v. *Boni quoniam* &c. Servius: *Boni autem docti.* Græcatur poëta. Lucianus: Ἀγαθὸς ἰατρεῦσαι. Salluftio ἀεὶ Θεῶν cap. 4. Paris est ὁ καὶ ἀεὶ θεῶν ζῶσι μοῖραι.

m *Limaces visus torsit*] B. *Limaces visus intorsit.* M. & L. *Limaces potius visus torsit.* Sed illud *potius* a glossa est, quæ comparet etiam in Leid. Cod. ubi legitur: *Limaces visus intorsit.* Glossator superscripserat: *scil. magis.* Lib. III. cap. 3. *Detrimenta suis amatoribus novit parturire, quam gaudia.* Ad quem locum plura dicemus.

II. *Minerva.*

PRIMAM vitam theoreticam, quam nos in contemplandæ sapientiæ honore dicimus, ideo de Jovis vertice natam dicunt, quia ingenium in cerebro positum sit: ideo armatam, quod munita sit. [a] Gorgonam etiam huic addunt in pectore, quasi terroris imaginem, ut vir sapiens terrorem contra adversarios gestet in pectore. Cristam cum galea ponunt, ut sapientis cerebrum & armatum sit, & decorum. Unde & Plautus in Trinummo ait: [b] *Fungino genere est, capite se totum tegit.* Triplici etiam veste subnixa est, seu quod omnis sapientia sit multiplex, sive etiam quod celata. Longam etiam hastam fert, quod sapientia longe verbo percutiat. Triplici etiam veste, quod omnis sapientia tecta extrinsecus [c] rarius agnoscatur. In hujus etiam tutela noctuam volunt, quod sapientia etiam in tenebris proprium fulgorem possideat. Inde etiam & conditricem Athenarum eam volunt. Minerva denique & Ἀθήνη græce dicitur, quasi [d] ἀθάνατος παρθένος: id est, immortalis virgo, quia sapientia nec mori poterit, nec corrumpi.

III. *Ju-*

Ad CAP. II.

a *Gorgonam*] Ita rectè & MS. Leid. non *Gorgona*. ut 5. edd. Non paulo melius hanc fabulam evolvit Capella Lib. VI. ubi & hoc habes: *Pectore saxificam dicunt horrere Medusam. Quod pavidum stupidet sapiens sollertia vulgus.* In præcedentibus post *natam* inserui *dicunt* ex vett. edd.

b *Fungino genere*] Legitur Act. IV. sc. 2. vers. 9. MS. Leid. hæc exhibet, *Fungino certè capite se totum tegit.*

c *Rarius agnoscatur*] *Cognoscatur* MS. Leid. & mox *in tutelam* cum B. A. H. & I. ut cap. 3. *Hujus quoque in tutelam parvum ponunt.* Ad quem locum plura dicemus. Coronis apud Ovid. II. Met. 565. *Ut dicar tutela prisca Minervæ, Et ponar post noctis avem.* Cur noctua sit sacra Minervæ haud paulo elegantius docet Eustath. ad Hom. Iliad. A. p. 65. ed. Bas. nimirum, quod noctua non tantum noctu videat, ut prudentia, sed & Græcum vocabulum γλαυξ à γλαύσσω *video* derivetur.

d Ἀθαναΐου παρθένου] MS. Leid. *Athenate parthene.* Unde suspicor scripsisse Planciadem ἀθανάτη παρθένη. Barbarum id quidem; sed multa alia barbara non minus in his libellis. Eustath. Ἀθήνη dicta est quasi ἀθήλη, quod sine mammis educata sit. Athenagoras Legat. pro Christ. p. 17. Τὸ τῆ Ἀθηνᾶς, μᾶλλον γὰ Ἀθηλᾶς. Ἀθηλᾶ γὰρ ὡς οἱ μυθικώτεροι. Heraclid. Alleg. Hom. p. 113. ed. Gesn. quasi ἄθηνα, quia ποτε τοῖς λεπτοπάτοις ὄμμασι τὸ λογισμῶν διαβρεῖ. Alii aliam nominis ejus rationem reddunt. Ἀθανάτη legas etiam apud Arat. p. 16. ed. Lond. Ἀλλ' ἀναμὶξ ἐκάθηλο, ἓ ἀθανάτη πὲρ ἐοῦσα.

Ad

III. *Juno.*

JUNONEM vero activæ præposuerunt vitæ, Juno enim quasi à juvando dicta est. Ideo & regnis præesse dicitur, quod hæc vita divitiis tantum studeat: ideo etiam cum sceptro pingitur, quod divitiæ regnis sint proximæ. Velato etiam capite Junonem ponunt, quod omnes divitiæ sint semper absconsæ. [a] Deam etiam partus volunt, quod divitiæ semper [b] prægnaces sint, & nonnunquam abortiant. Hujus quoque in tutelam [c] pavum ponunt, quod omnis vita [d] potentiæ petax in aspectum sui semper quærat ornatus. Sicut enim pavus stellatum caudæ curvamen concavans, [e] anterius faciem ornat, posterioraque turpiter [f] nudat: * unde & Theophrastus in Moralibus ait, τὰ ἄλλα σκέψαι, id est, Reliqua considera: & Salomon, In obitu hominis nudatio operum ejus. Huic etiam [g] Irim quasi arcum pacis adjungunt, quod sicut etiam ille ornatus varios pingens arcuato curvamine momentaliter

ter

Ad CAP. III.

a *Deam partus*] Juno eadem quæ Luna. Hæc autem meatus corporis quia distendit & laxat, partus dea est appellata. Vide Macrob. Lib. 1. Sat. cap. 15.

b *Prægnaces*] *Prægnantes* emendabat in margine libri sui Tollius. Ego nihil mutaverim. Talia sunt *Petax* hoc ipso capite, *limax* cap. 1. *Vigilax* apud Auson. Ephem. *Olax* apud Capellam Lib. 11. *Emax, fugax*, aliaque infinita apud alios. Certè *prægnaces* ἀντὶ τοῦ *prægnantes* usurpavit quoque Gloss. cod. Leid. ad cap. 5. cujus ibi verba adduximus.

c *Pavum*] Puto hoc vocabulum restituendum Apicio Lib. 11. cap. 1. *Hysitia de pavo locum primum habent.* Lege, *insitia de pavo.* Auson. epigr. 69. *Pavaque de pavo constitit ante oculos.* Et Epist. 20. *Constitit ante oculos, regia pavo, tuos.* Tertull. de Res. Carnis cap. 1. *Ut Euphorbus in Pythagoram, Homerus in pavum recenseantur.* Et Lib. de Anim. cap. 33. *Pavum se meminit Homerus Ennio somniante.* Ennius ipse apud Charis. Lib. 1. *Memini me fieri pavum.* Reperitur eadem vox in fragmentis Varron. pag. 271. ed. Popm. Ad eundem modum non *capo* tantum, sed & *capus* dixerunt. Vide Charis. Lib. 1.

d *Potentiæ petax*] Quæ potentiam affectat. Leid. cod. hoc habet, *omnis vita potentiæ petax aspectum sui quærat ornatus.*

e *Anterius*] Cod. Leid. *alterius.* perperam. Ab *ante* formatum *anterius*, ut a *retro, retrius.* Schol. Juvenal. ad Sat. XI. 138. *Pygargus fera est specie cervi, quæ retriores partes albas habet.*

f *Nudat*] Mod. MS. *denudat.* Deinde lacunam ita supplet: *ita divitiarum gloriæque appetitus momentaliter ornat, postremo tamen nudat.* Idem supplementum visitur quoque in Leid. cod. nisi quod pro *postremo* exhibetur *postrema.*

g *Irim quasi arcum pacis*] Respicit Historiam sacram Gen. cap. IX. Est alioquin Iris dea potius discordiæ nuncia. Servius ad Æn. v. 606. *Ex parte magnâ servatur, ut Mercurius ad concordiam, Iris ad discordiam mittatur. Unde & Iris dicta est, quasi ἔρις.* Alia est Etymologia apud Eustath. ad Hom. Iliad. pag. 296. ed. Bas.

ter refugit: ita etiam fortuna quamvis ad præsens ornata, tamen est [h] citius fugitiva.

IV. *Venus.*

TERTIAM Venerem voluptariæ vitæ in similitudinem posuerunt. Venerem dici voluere, aut secundum Epicureos bonam rem; aut secundum Stoicos vanam rem. Epicurei enim voluptatem laudant, Stoici voluptatem damnant. Isti libidinem colunt, illi libidinem nolunt. Unde & ἀφρόδιτη dicta est. [a] ἀφὸς enim Græce spuma dicitur, sive ergo, quod, sicut spuma, libido momentaliter surgat, & in nihilum veniat: sive quod [b] concitatio ipsa seminis spumosa sit. Denique ferunt poetæ, quod exsectis falce Saturni virilibus, atque in mare projectis, exinde Venus nata sit. Illud nihilominus ostendere [c] volens poetica vanitas, quod Saturnus Græce κρόνος dicitur; χρόνος enim Græce tempus vocatur. Abscisæ ergo vires temporis, id est, fructus falce quam maxime, atque in humoribus viscerum velut [d] in mare projectæ, libidinem gignant necesse est. Saturitatis enim abundantia libidinem creat. Unde & Terentius ait:

Sine Cerere & Libero friget Venus.

Hanc

h *Citius*] Ocyus, dicto citius. Comparativum pro positivo, ut in Continent. Virgil. *Mei tribulos pectoris cautius lege*, pro *caute*. Gregor. Dial. III. cap. 37. *Scit ipse melius, quid convenit*, pro *bene*. Cap. 1. *Citius & sub omni celeritate*. Cap. 15. *Citius, à quibus fuerat occisus, invenit*. Vulgatus interpres Joann. cap. XIII. 17. *Quod facis, fac citius*. Lactant. Firm. Lib. III. 19. *Primum bonum esse non nasci, secundum citius mori*. Senec. Agamemn. vers. 965. *Citius interea mihi Edisse* &c. Atque ita & in Apolocynth. bis terve idem, ubi & plenè *dicto citius* habes, ut *dicto celerius* apud Isidorum col. 1211. Edit. Godofr. Eodem sensu *maturius* usurpat Cyprianus, cum scribit Lib. IV. ep. 19. *Rogemus pacem maturius reddi*.

Ad CAP. IV.

a Ἀφρὸς] Pervulgata illa etymologia. Servius Æn. v. 801. *Unde & Ἀφροδίτη dicitur ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, id est, spuma*. Vide seqq. in quibus aliam, sed non paullo meliorem hujus fabulæ dat explicationem. Docuit istam etymologiam cum Servium, tum alios Hesiod. Θεογ. vers. 195.

b *Concitatio seminis spumosa sit*] Vide Phornut. cap. de Venere, & Schol. Hesiodi ad Theog. vers. 191.

c *Volens poetica vanitas*] Ita & 6. edd. & MS. Leid. Modius: *Volente poetica vanitate*. Ut lubens fateor, convenire illa melius cum regulis Prisciani, ita, an scripserit ita Fulgentius, sæpe alias ita σολοικίζων, vehementer dubito.

d *In mare projecta*] MS. Leid. *in ma-*

re.

Hanc etiam [e] nudam pingunt, sive quod [f] nudos sibi affectatores dimittat, sive quod libidinis crimen nunquam celatum sit, sive quod nunquam nisi nudis conveniat. Huic etiam rosas in tutelam [g] adjiciunt. Rosæ enim & rubent & pungunt, [h] ut etiam libido. Rubet verecundiæ opprobrio, pungit etiam peccati aculeo. Et sicut rosa delectat quidem, [i] sed celeri motu temporis tollitur: ita & libido libet momentaliter, & fugit perenniter. In hujus etiam tutelam [k] columbas ponunt. illa videlicet causa, quod hujus generis aves sint in coitu fervidæ. Huic etiam tres

ri, cum edd. vett. Et cap. 2. lib. 1. *in mari projecta.* Sic princeps edit. Hyg. Astron. II. 17. *Se in mari insci projecerunt.* Cap. 40. *In mari projici jussit.*

e *Nudam pingunt*] Catalect. Pith. Lib. 1. *Nuda Venus picta est, nudi pinguntur Amores: Nam quos nuda capit, nudos dimittat oportet.* Corruptè admodum editi hi versiculi in Altercatione Epicteti & Hadriani. Artemidorus de Venere Lib. II. p. 78. Edit. Ald. Η' ὅλη γυμνὴ, ἑταίρας ἐστὶ μόνους ἀγαθὰ, ἐστὶ ἐργασίας σημαντικὴ.

f *Nudos sibi affectatores dimittat*] Ita & MS. Leid. & 5. edd. Salmasius correxerat, *sui affectatores.* Quod non displicet. Lactant. Arg. III. Met. Ovid. fab. 6. *Imaginem sui conspexisset.* Lib. 1. fab. 3. *Quibus pro qualitate sui adscripta sunt nomina.* Augustin. C. D. XVIII. *Magnitudine sui.* Tertull. de Test. Anim. cap. 4. *Sed forsitan de sensu certiores post excessum tui.* Apul. IX. Milet. *Absque noxâ nostri.* Ascon. in Præfat. in Verrin. Cic. *De contentione sui & Cæcilii.* Lact. Argum. Lib. XIV. Metam. fab. 17. *In vestigio sui à Venere saxo durata est.* Quintil. Declam. IV. *Vilitas mei.* Declam. 1. *Nihil quod te sollicitet conversatione nostri.* Vir summus emendat, *conversatio nostri* vel *nostra.* Quid si scripsit? *Quod sollicitere conversatione nostri.* Certè τῷ *conversatione* vett. edd. repræsentant omnes. Cæterum infra Lib. III. cap. 4. legitur, *Quod suos affectatores amor & nudare noverit* &c.

g *Adjiciunt*] MS. Leid. *adiciunt.* Atque ita puto relictum fuisse à Fulgentio. Auctor Moreti: *Spargit humi, atque adicit servatum gramine bulbum.* Talia sunt *adicitur* apud Festum in MANTISA. *Pissicere* in PROSAPIA. *Subicitur* in SOLEA. *Dissicit, obicit* in SUPAT. Ita sanè habet cod. Leid. non *adjicere, dissicere objicit*, ut ediderunt. Referenda & huc, quæ in Virgil. Codicibus invenit Pierius Valer. ut *obicienda* Castig. p. 15. *Reici* p. 16. *Proiciam* p. 107. Confer Voss. in de Arte Gramm. p. 227. & quæ notamus inferius ad cap. 6. Lib. III.

h *Ut etiam libido* &c.] Interpungit & emendat ex MSS. suis Modius, *& pungunt: ut libido rubet verecundiæ opprobrio* &c. Eadem interpunctio in Leid. quoque est codice, qui tamen τὸ *etiam* retinet. Nec puto è priori membro esse exturbandum. Scribo ergo, *ut etiam libido rubet verecundiæ opprobrio, pungit peccati culeo.* Alludit hanc fabulam Hieronymus in epistolis: *Hi sciunt, ut placet delectatio, & pungit delictum. Hi norunt, quod flos Veneris rosa est; quia sub ejus purpurâ multi latent aculei.* Confer Paschal. Coron. Lib. III. pag. 6.

i *Sed celeri motu* &c.] Modius ex suis membranis: *Sed celerrimè transit: ita & libido libet momentaliter, dulet perenniter.*

k *Columbas*] Virgil. Æn. VI. *Tum maximus heros Maternas agnoscit aves.* Phornutus: Περιστερὰ δὲ τὴν ὀρνίθων χαίρει μάλιστα, τὸ (l. τῷ) ἡδυπαθῆ εἶναι τὸ ζῶον, ἐστὶ φιλοφρονητικὸν διὰ τὴν ὁμοιότητα φιλημάτων. Hinc ergo *labris columbari* Mæcenas. *Columbatim ferere hasta* Cn. Martius. Quod imitandum sibi duxit ille Pseudogallus: *Da colum-*

tres [l] Charites adjiciunt, duas ad nos converſas, unam à nobis averſam, quod omnis gratia ſimplex eat, duplex redeat. [m] Ideo nudæ ſunt Charites, quia omnis gratia neſcit ſubtilem ornatum. Hanc etiam in mari natantem pingunt, quod omnis libido rerum patiatur naufragia. Unde & Porphyrius in Epigrammate ait:

Nudus, egens, Veneris naufragus in pelago.

[n] Concha etiam marina pingitur portari, quod hujus generis animal toto corpore ſimul aperto in coitu miſceatur, ſicut [o] Juba in Phyſiologis refert.

V. *De*

batim mitia baſia. Martial. XI. 104. *Baſia me capiunt blandas imitata columbas.* Quod de libidine dicit, ad id facit vel in primis quod in voce ἀφειστερὰ ſcripſit Etym. auctor. Περιστερὰ παρὰ τὸ ἀφειδῶς ἐρᾶν. Θερμότατοι γὰρ καὶ πλὴ σωφρονίας εἰσί. διὸ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ ἀφίκεται. Tzetzes in Lycophron. p. 20. Τρήγονα δ' αὐτὴν διὰ τὸ λαγνὸν καλεῖ. Καὶ γὰρ ἡ ἀφειστερὰ μόνη τῶν πτηνῶν δι' ὅλου ἔτους ἐχίνται. Nec alia de cauſa currui triumphali Cupidinis eas adjungit Ovid. I. Am. el. 2. Confer Horum Hieroglyph. Lib. I. Ob eandem ſalacitatem paſſeres Veneri alii tribuunt. De paſſere Horus Lib. II. *Septies in horâ coit abundanter ſperma emittens. Hinc mares negantur anno diutius durare*, ut ait Plinius Lib. X. cap. 36. Etiam lepus ei dicatus, ſed ob fœcunditatem. Vide Pierii Valer. Hieroglyph. Lib. XIV. p. 395. & Apulej. VI. Mileſ. pag. 113. ed. Pricæi.

l *Charites adjiciunt*] Catal. Lib. IV. de Charitibus: *Jupiter eſt genitor, peperit de ſemine Cœli Hermonia, & Veneris turba miniſtra fuit.* Legendum eſſe *Eunomia* vel *Harmonia* oſtendi ad Hyg. Geneal. Præter has inter σωίδρας Veneris Suadela, Mercurius, Nymphæ, Juventas, Jocus. Vide præter Phornutum Horat. Lib. I. od. 2. & 30.

m *Ideo nudæ*] Gregorius Cyprius in Paroemiis: Αἱ χάριτες γυμναί, ὅτι δεῖ δῶρεαν δίδοσθαι. Schol. Horat. Lib. I. od. 4. *Gratiæ tres ſunt, quæ nudæ pinguntur, quia fides aperta & ſimplex eſſe debet, & non callidâ ſimulatione.* Idem ad illa Horat. I. 30. Solutis Gratiæ Zonis.] *Gratiæ nudæ & incinctæ pinguntur, quia amicorum animi ſoluti inter ſe & aperti eſſe debent.*

n *Concha etiam* &c.] MS. Leid. *Conchâm etiam marinam portare dicitur.* Perperam, ut cenſebam à primo. Tibull. Lib. III. el. 3. *Et faveas conchâ Cypria tecta tua.* Quibus adde, quæ Junius habet Animadv. Lib. V. 7. Sed Albricus, qui Fulgentium noſtrum frequenter admodum compilat, facit ut damnare nullus audeam ſcripti codicis lectionem. *Pingebatur*, inquit ille, *Venus pulcherrima puella, nuda, & in mari natans, & in manu conchâm marinam tenens atque geſtans.* Feſtiviſſimus eſt jocus Plautini Trachalionis Rud. Act. III. ſc. 3. 43. *Te ex conchâ natam autumant. Cave tu harum conchas ſpernas.* Vide ibi Douzam, & Commentatores ad Martial. Lib. II. 47. De conchis, quæ Veneriæ dictæ, Ludovicum Nonn. de Re Cib. Lib. III. cap. 37.

o *Juba*] Hic eſt ille procul dubio, cujus cum ab aliis, tum à Plinio in primis in Naturali Hiſtor. & Conſtant. Geopon. Lib. XV. 2. ſcripta laudantur. Alius eſt ab hoc Jubæ artigraphus, cujus meminit Servius ad V. Æn. vers. 522. Confer Voſſ. Hiſtor. Græc. Lib. II. 4. Pertinet huc, quod Hieroglyph. Lib. II. refert Horus: *Hominem junctum mulieri ſignificantes conchas piſces pingunt. Ipſæ enim in conchis genitæ paulo poſt in ipſis conchis mutuo junguntur.* Nec alio, opinor, reſpexit Gallienus Imperator in Epithal. *Brachia non cedræ, non vincant oſcula conchæ.*

Ad

Unable to display this page

[f] quasi Almera, [g] quod Græce salsum dicitur. Nam [h] ex igne igneus, ut ex Jove: & ex præsumptione, ut ex Alcæo avo: & ex salsedine sapientiæ, ut ex Alcmena: quid nascitur, nisi fortitudinis gloria? & tamen à libidine superatur. ὀμφαλὸς enim Græce dicitur umbilicus. Libido enim [i] in umbilico dominatur mulieribus, sicut [k] lex divina dicit: Non est præcisus umbilicus tuus. quasi diceret, non est peccatum tuum amputatum. Nam & matrix illic catenata constringitur: unde & [l] epomphalia eodem loco firmandis fœtibus opponuntur. Ostenditur ergo, quod libido quamvis etiam invictam possit superare virtutem.

VI. *De Caco & Hercule.*

SI fumum fures eructuant, quis involantem, dum negat, agnoscat? Ergo aut caliginem aut fumum [a] vanescit substantia, quæ furtive succedit. Cacus enim Herculis boves [b] furasse dicitur,

ἔξεις. Idem legas apud Tzetzen in Lycophron. pag. 109. Οὐκέτι Παλαίμων κληθήσῃ. Ἡρακλέα δὲ σε &c. Hinc ergo intelligis, quid sibi velit Hesychius, Παλαίμων, ὁ Ἡρακλῆς. Cur autem Παλαίμων sit dictus, Tzetzes te docebit. Diodoro Lib. IV. Hercules dicitur, Ὅτι δι' Ἥραν ἴχνη κλέπτ. elisis scil. serpentibus, quos ei immiserat illa noverca. Eustathio ad Iliad. Ξ. p. 982. quasi Ἥρας κλῆσις. Vide ibi fabulam.

f *Quasi Almera*] Scriverius, *Almyra*. Sanè ἀλμυρὸς, non ἁλμυρὸς, *salsus* est Græcis. 6. edd. ἁλμυδιζέιν. Pessimè. Scripserim, ἀλμυρόν. Nugatur suo more Fulgentius. Ἀλκμήνη est *robusta*, non *salsa*. Nec ab ἅλς, sed ἀλκὴ deduci debet.

g *Quod Græcè salsum dicitur*] 6. edd. *quod Græcè salsugo dicitur*. Sed alterum disertim exhibet Leid. codex. Nec audiendus Micyllus, dum corrigit, *quod Latinè* &c. Stant contra illum cum quod mox sequitur, *ὀμφαλὸς enim Græcè umbilicus dicitur*, tum loca complura alia.

h *Ex igne igneus*] Mod. MS. *Ex igne ingenii*. Quod probandum procul dubio.

i *In umbilico dominatur mulieribus*] Isidor. XI. cap. 1. *Lumbi ob libidinis lasciviam dicti, quia in viris causa corporeæ voluptatis in ipsis est, sicut in umbilico mulieribus.*

k *Lex divina dicit*] Ezech. XV. 4. *Et quando nata es, non est præcisus umbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec involuta pannis.* Cæterum *legem divinam* appellat sacras literas, ut Chrysolog. Serm. XI. *Hoc scire & nescire facile præstitit lex divina.*

l *Epomphalia*] MS. Leid. *epimfalia*. Perperam quidem, sed melius tamen quam *epinephridia*, quod est in 5. edd. Gloss. Cod. Leid. *Epimfalia sunt quædam emplastra, quæ apponuntur umbilico mulierum concipere non valentium, unde prægnaces reddantur.*

Ad CAP. VI.

a *Vanescit*] Pro *evanescit* Ambros. Hexaëm. Lib. III. 13. *Succus vanescit interior.* Victor de Persec. Vandal. Lib. 1. *Illa omnia vanescebant.*

b *Furasse*] 6. edd. *furatum esse*, quemadmodum Scriverius quoque volle-

tur, quos cauda [c] in ſpeluncam tractos abſcondit, quem Hercules preſſo gutture interfecit. κακὸν enim Græce [d] malum dicimus. Ergo omnis malitia fumum eructuat, id eſt, aut quod [e] contraria ſit veritati, id eſt luci: aut quod acerba ſit videntibus, ut fumus oculis: aut quod ſemper occultas obſcuraſque cavillationes objiciat. Ideo & duplex, quod multiformis malitia, non ſimplex ſit. Tripliciter etiam modo nocet malitia: aut in evidenti, [f] potentior: aut ſubtiliter, falſus amicus: aut occulte, ut [g] impoſſibilis latro. Ideo etiam ſubtractos boves tranſverſis ducit veſtigiis, quod omnis malignus aliena ut invadat, tranſverſa [defenſionis] [h] utitur via. Ideo & bona Herculis concupiſcit, quia omnis malignitas eſt virtuti contraria. Denique in ſpelunca abſconditur, quod nunquam malignitas

lebat. Sed pro Commel. ſtat codex Leid. Nec indignum *furo* pro *furor* Fulgentio arbitror. Licinius Ruffinus Collat. Leg. Tit. x. *Si aliquis dabit proximo ſuo argentum vel vas ſervare, & furatum fuerit* &c. Leg. Sal. Tit. xxix. *Si quis mulieri brachile furaverit.* Plura vide ad Hygin. cap. 100.

c *In ſpeluncam*] *In ſpelunca* MS. Leid. & mox *abſcondidit*.

d *Malum dicimus*] Albricus: *Moraliter autem Cacus malus dicitur.* Auguſtin. C. D. Lib. xix. cap. 12. *Malus Græcè κακὸς dicitur, quod ille vocabatur.* Servius ad Æn. viii. 190. *Novimus autem malum à Græcis κακὸν dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant. Poſtea tranſlato accentu Cacus dictus eſt, ut Helene Helena.* Lege, *ut* ἑλένη &c. Idem ad Ecl. x. 4. *Sanè Arethuſa ſecundum Latinitatem in penultimâ habet accentum: ſecundum rationem Græcam in tertiâ à fine. Sic ut Crenſa, & Crenſa.* Leg. & heic, & Κρήνσα. Huic Caco etiam ſoror Caca fuit. Lactant. Firm. Lib. i. cap. 20. *Colitur & Caca, quæ Herculi fecit indicium bonum, divinitatem conſecuta, quia prodidit fratrem.* Plura de Caco auctor Orig. Gent. Rom. p. 7.

e *Contra ſit veritati*] Lege, *contraria ſit* cum MS. Leid. & 6. edd. & ſtatim *acerba ſit* cum iiſdem.

f *Potentior*] Lege, *ut potentior* cum 6. edd. & in ſeqq. *ut falſus amicus* cum iiſdem & MS. Leid.

g *Impoſſibilis latro*] H. e. ἀδυνάτος, impotens. *Impoſſibilitas* impotentia. Chryſol. Serm. xxxi. *Ut fieret de impoſſibilitate contemptus.* Ita *poſſibilitas* pro potentia uſurpatur à Capella Lib. ii. p. 40. iv. p. 96. vii. 242. Uſos eadem voce etiam Marcellinum, Arnobium, & Palladium obſervat ad Voſſ. libros de Vit. Sermon. doctiſſ. Borrichius. Addo illis Servium ad ii. Georg. 42. *Quare & ſuam verecundè extenuat poſſibilitatem.* Auguſtin. C. D. Lib. xxii. 30. *Non ſuæ poſſibilitate naturæ.* Fulg. Ruſpenſ. Epiſt. 3. *Viribus humanæ poſſibilitatis aſſignat.* Cæterum ut *impoſſibilis*, qui nihil poteſt, ita *inſenſibilis* dicitur Auguſt. Soliloq. cap. 6. & 19. qui nihil ſentit. *Incogitabilis* apud Lactant. Lib. i. cap. 8. ἀνόητος. *Irrationabilis* apud eundem, qui rationis eſt expers, Lib. ii. cap. 2. Plura vide ad cap. 9. Sed occulta malitia haud ſatis rectè videtur cum latrone impoſſibili conferri. Quamobrem aſſentior propemodum Barthio reponenti *improviſibilis latro.*

h *Utitur via*] Modii MS. *nititur.* Nec aliter Leid. cod. Salluſt. Catil. cap. ii. *Ille verâ nititur viâ.* Jug. cap. 4. *Ad imperia & honores nituntur.*

i *La-*

tas aperta [i]liberior fronte sit: sed virtus & malos interficit, & sua vindicat.

VII. *De Antæo & Hercule.*

ANTÆUS enim [a]in modum libidinis ponitur: unde & αἴνιον Græce contrarium dicimus. Ideo & de terra natus, quod sola libido de carne concipitur. Denique etiam, tacta terra, validior exurgebat. Libido enim [b]quanto carni consenserit, tanto surgit iniquior. Denique à virtute gloriæ, quasi ab Hercule, superatur. Nam denegato sibi terræ tactu [c]commoritur, altiusque elevatus materna non potuit mutuari suffragia, quo evidentem suæ rei fabulam demonstrasset. Omnem enim mentem dum virtus in altum sustulerit, & carnalibus eam denegaverit aspectibus, victrix statim exurgit. Ideo etiam & diu in certamine dicitur desudasse. [d]quia rara est pugna, quæ cum concupiscentia vitiisque congreditur, sicut Plato in Mortalibus ait: Sapientes viri majorem cum vitiis quam cum inimicis pugnam gerunt. Nam & Diogenes [Cynicus] cum [e]dolore ramicum torqueretur, & vidisset homines ad Am-

i *Liberior fronte sit*] 6. edd. *liberiori fronte sit.* Quod non contemnendum. Albricus exscripsit Fulgentium: *Qui latet in spelunca, quia nunquam malitia liberæ frontis est. Hercules autem, id est, virtus malos interficit, & sua vendicat.*

Ad CAP. VII.

a *In modum libidinis*] Ita & mox cap. 8. *In modum temporis posuerunt.* In Contin. Virg. *Tricerberi autem fabulam jam superius exposuimus in modum jurgii forensis positam.* Albricus diceret *sub formâ.* Audi illum: *Ponitur autem Antæus sub formâ libidinis. Nam αἴνιον Græcè contrarium sonat. Et nascitur libido de terrâ, quia de carne concepta.* Hæc quoque ex Fulgentio hausit.

b *Quanto carni* &c.] Subaudi *magis.* Vulgat. Interpres Exod. I. 11. *Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur.* Fulgent. Rusp. Epist. 6. *Eo magis imagine secularis concupiscentiæ succenduntur, quo sublimes seculi dilectione mundanâ libenter captivos teneri conspicimus.* August. C. D. VII. 3. *Tanto illis rebus præstantiora sunt, quanto & ipsa res ab eis intellectu & ratione vincuntur.* Justin. XXXIX. cap. 3. *Quanto Grypus abnuit, tanto soror muliebri pertinacia accenditur.* Pseudocypr. Laud. Martyrii: *Quanto se in exprimendâ martyrii dignitate protulerit, tanto ipso pondere laudis oppressa deficiat.* Ovid. VIII. Met. vers. 751. *Nec non & cætera tanto Sylva sub hac omnis, quanto jacet herba sub omni.* Vet. Interpr. Marc. cap. VII. vers. 36. *Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis* &c.

c *Commoritur*] *Moritur* 6. edd. Sed illud cum Commel. habet Leid. cod. Gloss. *Simul & statim moritur.*

d *Quia rara est pugna, quæ cum concupiscentia vitiisque congreditur*] Non agnoscunt illa verba MSS. Modiani. Sed agnoscit Leidensis. Glossator non malè *raram pugnam* pro magna & insigni accipit.

e *Dolore ramicum*] Gloss. Philox. *Ramex,*

Amphitheatrum concurrentes, dicebat: Qualis hominum ſtultitia, currunt ſpectare feris homines repugnantes, & me prætereu t cum naturali dolore certantem.

VIII. *Tereſias.*

TERESIAS duos ſerpentes concumbentes vidit; quos cum virga percuſſiſſet, in feminam converſus eſt. Iterum poſt temporis ſeriem eos [a] concumbentes vidit, ſimiliterque percuſſis, iterum eſt in priſtinam naturam converſus. Ideoque dum de amoris qualitate certamen Juno & Jupiter habuiſſent, eum judicem quæſierunt. Ille dixit, tres uncias habere virum amoris, & novem feminam. Juno irata ei lumen ademit: Jupiter vero ei [b] divinitatem conceſſit. Græcia enim quantum ſtupenda mendacio, tantum eſt admiranda commento. Tereſiam enim in modum temporis poſuerunt, quaſi [c] θέρος αἰὼν, id eſt æſtiva perennitas: θέρος enim dicitur æſtas. Ergo ex verno tempore, quod maſculinum eſt (quia eodem tempore clauſura ſoliditaſque eſt germinum) dum cocuntia ſibi [d] affectu animalia viderit, eaque virga, id eſt fervoris æſtu percuſſerit, in femineum ſexum convertitur, [e] id eſt æſtatis fervorem. Ideo vero æſtatem in modum poſuerunt feminæ, quod omnia patefacta eodem tempore ſuis emergant folliculis. Et quia concipiendi duo ſunt tempora, veris & autumni, iterum conceptu prohibito, ad priſtinam redit imaginem. Autumnus enim ita omnia maſculino corpore aſtringit, quo conſtrictis arborum venis [f] vitalis

mex, ἐντερόκηλη. Unde *enterocelici* Arnob. Lib. VII. Plin. Lib. XX. 4. Conſule Salmaſ. Lib. I. Epiſt. 56. Taubm. ad Plaut. Mercat. I. 2. Alciat. Parerg. Lib. IV. cap. 27. Not. Tyr. *Rames, Ramicoſus.* Lege, *ramex.*

Ad CAP. VIII.

a *Concumbentes vidit* &c.] Concinnius foret: *concumbentes ut vidit, ſimiliterque percuſſit.*

b *Divinitatem*] Artem vaticinandi. *Divinandi poſſibilitatem* appellat Capella Lib. II. pag. 40.

c Θέρος αἰὼν] MS. Leid. *Tereſion. Teri enim æſtas dicitur*, Dejerare auſim barbarè ſcripſiſſe Fulgentium, Θέρος αἰὼν. Θέρη enim &c.

d *Affectu*] MS. Mod. *ad fœtum.* MS. Leid. ſtat à Commelino. Gloſſ. *amore.*

e *Id eſt, æſtatis*] *In æſtatis* unâ voculâ auctius MS. Leid. & mox cum 6. edd. *conſtringit* pro *aſtringit.*

f *Vitalis ſucci*] Lactant. de Opif. Dei cap. 7. *Et ſanguis univerſa membra vi-*

ta-

talis succi [g] commerciales transennas [h] uteri stringens, foliorum marculentam [i] detundat calvitiem. Denique duobus diis, id est duobus elementis, arbiter quæritur, igni atque aeri, de genuina amoris ratione certantibus. Denique justum [k] proferat judicium. In fructificandis enim germinibus dupla aeri quam igni materia suppetit. Aer enim & [l] maritat in glebis, & producit in foliis, & gravidat in folliculis. Sol vero maturare tantum novit in granis. Nam (ut hoc certum sit) [m] cæcatur à Junone, illa videlicet causa, quod hiemis tempus aeris nubilo caligante nigrescat: Jupiter vero occultis vaporibus [n] conceptionalem factum ei futuri germinis subministrat, id est quasi præscientiam. Nam ob hanc rem etiam Janus bifrons pingitur, quod & præterita respiciat & futura.

IX. *Prometheus.*

NULLA quærantur ultra terris munimina, dum usque in cœlum pervenerint furta: aut quæ securitas erit [a] auri vel argenti, ubi flamma potuit involari? Prometheum ajunt hominem ex luto finxisse, quem quidem inanimatum

talibus succis irrigaret. Et cap. 11. *Vitales succos membris omnibus dispertiret.* Dicitur ferme *vitalis succus*, ut *semen vitale.* Vet. Inscript. apud Tectosagas: *Vitale semen conservare.* Σπέρμα ζωϊκὸν Plutarchus vocat libr. de const. valet. Non dissimiliter *vitalia pascua* Chrysolog. Serm. VI. *Vitalis substantia* v. *Vitalis esca* LVI. quæ vitam faciunt & conservant.

g *Commerciales transennas*] Gloss. *mutuos transitus.*

h *Uteri*] MS. Leid. *iteris.* Gloss. pro *itineris.* 6. edd. *interiut.* Quod magis arridet, cum quid uterus sit in arboribus haud videam.

i *Detundat*] Gloss. cod. Leid. explicat, *amputet.* Videtur legisse *detondeat.* Quod ineptum non est. Prop. Lib. III. el. 11. *Nunc violas tondete manu.* Retineo tamen *detundat*; tametsi melius dixisset, *decutiat.* Horat. Epod. XI. *Silvis honorem decutit.* Ubi Scholiastes: *Pridie Idus Junias, aut circiter, incipit sol à nobis recedere, & suus succus arbores deficere, usque ad pridie idus Decembrias.*

k *Proferat judicium*] Lege, *profert* cum 6. edd. & MS. Leid.

l *Maritat*] Gloss. *fœcundat.* Non convenit heic Fulgentio cum Philosophis. Melius Lactant. Lib. I. cap. 12. *Ut nulli alii elemento magis opus sit genitalibus, quam calori, cujus fotu concipiuntur, nascuntur, sustentantur omnia.*

m *Cæcatur à Junone*] *Cæcatur etiam à Junone* MS. Leid.

n *Conceptionalem factum*] B. A. H. & M. *Conceptionem fatim.* L. & H. *Conceptionem statim.* MS. Leid. *Conceptionale fatum.* Optimè πρὸ ἐμείο κρητῆ. Sequitur enim, *quasi præscientiam.* Fatum enim quandoque idem quod vaticinium, ut cum *fata Sibyllina* dixit I. Cat. Tullius.

Ad CAP. IX.

a *Auri vel argenti*] 6. edd. & MS. Leid. *argenti & auri.*

b *In-*

tum atque [b] insensibilem fecerat. Cujus opus Minerva mirata, spopondit ei, ut si quid vellet de cœlestibus donis, ad suum opus adjuvandum inquireret. Ille nihil se scire ait, quæ bona in cœlestibus haberentur: sed si fieri posset, se usque ad superos elevaret: atque exinde, si quid suæ figulinæ [c] congruum cerneret, melius [d] in re oculatus arbiter præsumpsisset. Illa [e] inter ora septemplicis clypei sublatum [f] cœlo opificem detulit. Dumque videret omnia cœlestia flammatis animata [g] vegetare vaporibus, clam [h] ferulam Phœbiacis applicans rotis, ignem furatus est: quem [i] pectusculo hominis applicans, animatum reddit corpus. Itaque ligatum eum ferunt vulturi

b *Insensibilem*] Ἀναίσθητον, nihil sentientem. Auctor Ovid. Vetulæ: *Sunt insensibiles multum à virtute remotæ.* August. Soliloq. cap. 6. *Ideo cæcus eram, surdus, & insensibilis.* Ambros. de iis, qui initiantur cap. 4. *Quasi insensibilia vel culpam possint recipere vel gratiam.* Ita apud veterem interpretem Siracidæ cap. 1. vers. 36. *incredibilis* dicitur ἀπιστῶν. Et 11. 32. *Intelligibilis*, qui intelligit, ut *sensibilis*, qui sentit apud Lactant. 11. cap. 2. & VI. cap. 9. Sanè *incredibilis* pro incredulo est etiam apud Eccl. cap. XVI. vers. 37. Epist. ad Tit. cap. 1. 10. *Inconcupiscibilis animus* apud Schol. Horat. qui nihil concupiscit. *Irrationabile elementum*, quod ratione non utitur, apud Gregor. Dial. Lib. III. cap. 10. Sed adjectiva illa in BILIS desinentia activè sæpe sumi multi jam multis declararunt, inter quos & Vossius est in de Vit. Serm. p. 150. Adde quæ dixi supr. ad cap. 6.

c *Congruum*] Conveniens. Utitur eâ voce etiam Ruspens. Episcop. Epist. 3. *Utriusque rei congruâ discretione pensantes.*

d *In re*] MS. Leid. *inire.* Micyll. & L. *Si quid suæ figulinæ congruum cerneret, melius iniret, id est, propter septem artes liberales, vel septem planetas, qui in aere currunt, oculatus arbiter præsumpsisset.* Eadem habent B. H. 1. & A. nisi quod pro *iniret* exhibent *inire.* Sed tu, mihi crede, lector, illa, *id est propter septem artes liberales, vel septem planetas, qui in aere currunt,* glossatoris esse, qui explicare voluerit, quid septemplex clypeus sibi velit. Certe marginem codicis Leidensis inter cæteras glossas occupant. Cæterum pro *in re* omnino reponendum censeo *inire* h. e. invenire. Excerpta Festi: *Initit ponitur interdum pro concubuit: interdum pro invenit, ut initit rationem: interdum pro introiit, ut Plautus, initit te unquam Febris.*

e *Inter ora*] Lege, *inter oras.* cum MS. Leid. & 6. edd.

f *Cœlo detulit*] Οὐρανόθεν, ἐξ οὐρανοῦ. Maro: *It clamor cœlo.*

g *Vegetare*] Ita quoque & 6. edd. & MS. Leid. Gloss. explicat *vivere.* Vel *vegetari* est legendum, vel, quod rectius putem, dicendum *vegetare* absolutè positum pro *vegere*, ut *suppeditare* pro *suppetere* interdum. Varro apud Nonium: *Viget, veget, ut pote plurimum.* Isidor. de Nat. Rer. cap. 27. *Quod animal sit & spirat & vegetat* &c.

h *Ferulam Phœbiacis applicans rotis*] Servius ad Ecl. VI. Virg. vers. 42. *Admota facula ad rotam solis ignem furatus.* Forte *ferula* quis mallet. Sed facula de ferula facta esse potuit. Fictum hoc inde, quod ignem in ferula adservare docuit. Vide Plin. Lib. VII. 56.

i *Pectusculo hominis applicans* &c.] Schol. Horat. ad Lib. 1. od. 3. *Cum ignis è cœlo furtim à Prometheo surreptus esset ad suas è terrâ fictas statuas animandas.*

turi jecur perenne præbentem. [k] Et quamvis Nicagoras in [l] Disthemithea libro, quem scripsit, primum illum formasse idolum referat; [m] & quod vulturi jecur præbeat, [n] livoris quasi pingat imaginem. unde & Petronius Arbiter ait:

[o] *Cui vultur jecur* [p] *intimum* [q] *pererrat,*
Et pectus trahit, intimasque fibras,
Non est quem [r] *tepidi vocant poetæ,*
Sed cordis [s] *[mala] livor atque luxus.*

Nam

k *Et quamvis*] Τὸ &, ut planè heic otiosum, per me licet abeat in malam rem.

l *Disthemithea*] Boschartus emendat *de Prometheo*. Voss. Histor. Græc. pag. 520. Δεσμ. Προμηθέως. hoc est, *vincti Prometheï*.

m *Et quod vulturi*] 6. edd. *ex eo quod*. Cod. Leid. *& eo quod*, quod probo.

n *Livoris pingat imaginem*] Euphorbus, sive Vomanus est, epigram. de Livore Catal. Pith. Lib. 1. *Est ales, Tityique vultur intus, Qui semper lacerat comestque mentem.*

o *Cui vultur*] *Qui* legendum censeo, ut editum inter fragmenta Petronii. Παχυμαλικῶς & κατ' ἰσχίαν interpretatur Schol. Hesiodi pag. 251. ed. Heins.

p *Intimum*] Ita & MS. Leid. Modius & 6. edd. *ultimum*. Quomodo adducunt quoque Boschartus Hierozoic. & Brassicanus ad Petron. Putarem τὸ *intimum* præferendum, nisi mox sequeretur *intimasque fibras*. Ovid. IX. Met. 202. *Pulmonibus errat Ignis edax imis.* Damasus: *Latuitque sub imo Pectore.* Catullus Carm. 36. *Ignes interiorem edunt medullam.* Sed ingrata & invenusta est ejusdem vocis repetitio ista, nec sapit limatum Petronii judicium.

q *Pererrat*] *Penetrat* Barth. Frustra.

r *Tepidi*] Ita cum 6. edd. etiam cod. Leid. Gloss. *falsi*. Dixerim potius *nugaces*. Sanè *tepentes nanias* pro frivolis nugis usurpavit Claud. Mamertus de Stat. Anim. Lib. II. cap. 8. Ad eundem modum existimabam aliquando *tepidas nugas* dixisse versiculos suos Ausonium, & legebam in carmine ad Pacatum: *Inveni, tepida silete nugæ.* Scaliger heic in margine libri sui emendaverat *trepidi*. Quod non contemnendum. Potuit enim trepidos vocare poëtas, quod quasi timidi & meticulosi omnia facere soleant φοβερόπαγες. Salmasius volebat *Tityon*, & Boschart. Hieroz. Part. II. Lib. II. 27. Atque ita *cui* esset retinendum. Quod non putem, cum sic pendeat sententia. Videtur hoc voluisse: Non est is vultur, quem Prometheo viscera exedere fingunt nobis poëtæ: sed livor & luctus sunt, qui hoc faciunt. Si de Tityo accipere mavis, legendum cum Douzâ not. in Tibull. cap. 2. *Non est, quem Tityi vocant poëtæ.*

s [*Mala*] Non agnoscit vocem illam Leid. codex. Barth. Advers. Lib. XII. cap. 1. emendat *lama*. Sed velim scire, quomodo sic constet versus, cum prior syllaba in *lama* producatur ab aliis. Vide Horat. Lib. 1. epist. 13. vers. 10. Pro *luxus* malebat *luctus* Scaliger, ut & Douza Spicileg. in Petron. Nec displicet. Lucretium secutus est Petronius. Servius ad Æn. VI. vers. 596. *Sanè de his omnibus rebus mirè reddit rationem Lucretius, & confirmat in nostrâ vitâ esse omnia, quæ finguntur de inferis. Dicit enim Tityon amorem esse, hoc est, libidinem: quæ secundum Physicos & Medicos in jecore est, sicut risus in splene, iracundia in felle. Unde etiam exesum à vulture dicitur in pœnam renasci: etenim libidini non satis sit, re semel peracta, sed retrundescit semper. Unde ait Horatius,* Incontinentis aut Tityi jecur. Lege, *nec Tityi* &c. Ita enim habetur Lib. III. od. 4.

t *Lin-*

Nam & Aristoxenus in [t] Lindosecemiarum libro, quem scripsit, similia profert. Nos vero Prometheum, quasi [u] προνοίαν θεῦ: quod nos Latine [x] Dei prævidentiam dicimus: [y] ex hac prævidentia, & Minerva, quasi cœlesti sapientia, hominem factum. Divinum vero ignem, quem voluerunt, animam monstrant divinitus inspiratam, quæ apud [z] paganos dicitur [a] de cœlis tracta. Jecur vero Prometheum vulturi præbentem, quod nos cor dicimus: quia in corde [b] aliquanti Philosophorum dixerunt sapientiam. Unde & Juvenalis ait:

--- Si læva parte papillæ,
Nil salit Arcadico juveni.

De-

t *Lindosecemiarum*] Laudat & Meursius eo nomine hunc librum ad veteres Musicos. Modius & 6. edd. *Epimetheiorum.* quasi inibi actum esset de origine & gestis Epimethei. MS. Leid. *In livido sententiarum libro.* Glossator: *In quo disputat de livore, id est, invidiâ.*

u Προνοίαν θεῦ] MS. Leid. Προμυθίαν Θεοῦ. Lego, προμήθειαν θεῦ. Et ita quoque 6. edd. nisi quod illud θεῦ omittunt. Phornutus cap. 18. Προμυθέα εἰρῆσθαι τὴν προμήθειαν. Servius ad Eclog. VI. *Prometheus dictus est* ἀπὸ τῆς προμηθείας, *id est, a providentiâ.* Lactant. II. cap. 10. *Non dico esse mentitos, sed primum omnium Prometheum simulacrum hominis formasse de pingui & molli luto.* Quæ ut simplicissima, ita verissima videri possit interpretatio. Nec insulsè Augustin. C. D. Lib. XVIII. cap. 18. *Ferunt de luto formasse homines, quia optimus sapientiæ doctor fuisse perhibetur.* Heraclid. Alleg. Hom. p. 123. Ὁ Προμηθεὺς ἀπ' ἐρανῦ διακλέψας τὸ πῦρ λέγεται, ἐπειδήπερ τέχνης προμήθεια τὸ καθόλου ἐπινοεῖν τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις ἐνεδίδου ἀστέρρεως.

x *Dei prævidentiam*] Modius, *providentiam Dei.* In 6. edd. & MS. Leid. *providentiam dicimus*, omisso τῦ *Dei.*

y *Ex hac prævidentiâ*] Modius: *Et ex Dei providentiâ & Minervâ quasi cœlesti sapientiâ hominem factum; divinum vero ignem animam divinitus inspiratam, quæ apud Paganos* &c. Leid. Cod. à Commelino nihil abit, nisi quod initio habet, *ex Dei providentiâ.* Si deinde scribas, *divinum vero ignem quod voluerunt, animam* &c. satis & apta & aperta erit sententia. Zeno apud Censorin. cap. 3. genitos homines autumat *ex solo adminiculo divini ignis, id est, Dei providentiâ.*

z *Paganos*] Unde pagani dicti sint anquiritur ab Alciato Parerg. Lib. I. cap. 13. Herald. ad Arnob. pag. 4. Isidor. Lib. VIII. Orig. cap. 10. Passerat. ad Propert. Lib. IV. el. 4.

a *De cœlis tracta*] Vide Virgil. Æn. VI. 710. Juvenal. Sat. XV. 146. Lactant. Lib. III. cap. 6. Servius ad Æn. II. 641. *Anima enim cœli pars est, corpus vero umbra inferorum.* Corpus esse umbra non potest. In Servio Danielis duæ istæ voces *corpus vero* omittuntur. Mihi defectus esse locus videtur. Scribo: *corpus vero terræ, umbra inferorum.* Ex tribus componebant hominem, animâ, corpore, & umbra. Vetus inscriptio apud Gruterum, & in Catal. Pith. Lib. III. *Perpetuas sine fine domos mors incolit atra, Æternosque lares. Vita subit cœlum, corpus tellure tenetur: Omnia sic repetunt sua locosque suos.*

b *Aliquanti*] Quidam, aliquot. Victor. Epitom. cap. 62. *Conspiravere aliquanti in ejus necem.* Servius ad Æn. I. 755. *Donec aliquanta ibidem moriantur.*

Denique vulturem in modum mundi posuerunt, quod mundus & celeri quadam volucritate versetur, [c] & cadaverum nascentium, occidentiumque perennitate depascitur. Itaque alitur ac sustentatur divinæ providentiæ sapientia, quæ nec ipsa finiri novit, nec mundus cessare ab ejus alimentis aliquatenus possit. Denique Pandoram dicitur formasse: Pandora enim Græce omnium munus dicitur, quod anima munus sit omnium generale.

X. *Adulterium Veneris.*

JUSTE vel Sol Veneris [a] depalat adulterium, [b] quatenus Luna solet ejus celare secretum. Venus cum Marte concubuit: quam Sol inveniens, Vulcano prodidit. Ille adamante catenas effecit, amboſque religans diis tur-

Et cap. 30. *Ne si plures reperirentur, quantis odio esset, intelligeret.* h. e. quam multis. Propertius Lib. I. el. 5. *At tibi curarum millia quanta dabit.* Vegetius Lib. II. 3. *Necesse est aliquantos debilitari, aliquantos deserere.* Tertull. ad Scap. cap. 5. *Quantis ignibus, quantis gladiis opus erit?* Gregor. Dial. Lib. III. *Pene tanti in eâ testes, quanti &c.* Auctor. Orig. Gent. Roman. *Appositis custodibus nescio quantis.* Cæc. Pith. Lib. III. *Quanta sævirent in sua fata manus?* Terentianus pag. 87. ed. Briss. *Maurus item quantos potuit cognoscere Grajos?* Vet. Interpres Joan. cap. XXI. 11. *Cum tanti essent.* hoc est, tot essent. Ruffin. Interpr. Euseb. Lib. I. *Post aliquanta iterum dicit.* Victor Episc. Lib. I. *Quod forte voluntariè aliquanti fecerunt.* Plura, sed alia dabunt Scalig. ad Manil. p. 405. Sciopp. Suspect. Lectionum Lib. I. cap. II. Goldastus ad Valerianum de Bon. discipl. p. 87. Infinita præterea invenies exempla apud Vett. Grammaticos, ut & Tertullianum, Hieronymum, Cassianum, Leonem Magnum, aliosque id genus. Frequentior enim ea phrasis deterioribus, quam optimis scriptoribus. Hinc *quantitas universa*, & *ingens populi quantitas* dicitur a Victore Lib. I. pro multitudine.

[c] *Et depascitur*] Debebat sequi *depascatur*, quia præcessit *versetur*. Sed ad eundem modum mox habes *novit nec possit*. Et apud Censorinum cap. I. *Non quod abjeceris, sed quod comperisti.* Quæ Grammaticorum migrant canonas. Vide quæ dixi ad Hyg. cap. 148.

Ad CAP. X.

[a] *Depalat*] H. e. *propalat*. Quo verbo cum aliis nonnullis utitur in vitâ Carnuti Ælnothus cap. 9. & Victor Lib. III. De Persec. Vand. Sed neutrum probæ notæ. Certè non hoc sensu *depalare*. *Depalare vineam* est palis ordine fixis eam erigere apud interpretem Pastoris Hermæ: quo significatu *pastare* venit Columellæ & Palladio. Usum tamen eadem significatione, quâ hoc usurpatur a Fulgentio, etiam Constantinum Presbyterum inveni apud Voss. Vit. Sermon. p. 701. Sed altera usitatior est, & invenitur quoque in Tertull. Apolog. cap. 10. & Vitruv. Lib. IX. 8. Gloss. Philox. *Propalare*, *εἰαγγελίζειν*. Gloss. Isidor. *Depelata*, *manifestata*. Leg. *depalata*. In Gloss. Philox. scribendum existimo, *prolatare*. Ammian. Lib. VI. p. 169. ed. Boxh. *Nihil prolatandum existimans.*

[b] *Quatenus*] Quoniam. Flor. II. 2. Qua-

[c] turpiter jacentes ostendit. Illa dolens quinque filias Solis amore succendit: id est, Pasiphaen, Medeam, Phædram, Circen, Dircen. Quid sibi [d] in hoc poetica alludat garrulitas, inquiramus. Perstant nunc in nostra vita de hac fabula certa admodum testimonia: nam virtus corrupta libidine, sole teste apparet. unde & Ovidius [e] in Metamorphoseon ait:

Videt hic deus omnia primus.

Quæ quidem virtus corrupta libidine, turpiter catenata fervoris constrictione tenetur. Hæc itaque quinque Solis filias, id est, quinque humanos sensus luci ac veritati deditos, quasi solis fœtus, hac corruptela fuscat. Ob hanc rem etiam hujuscemodi nomina quinque ipsis Solis filiabus voluerunt. Primam Pasiphaen, ut visum, quasi [f] Pasiphanon, quod nos Latine omnibus apparentem dicimus. Visus enim reliquos [g] quatuor inspicit sensus, quia & eum qui clamat videt, & palpanda [h] notat, & deguſtata aspicit, & odoranda intendit. Secundam Medeam, quasi auditum, hoc est [i] μηδὲν ἰδέαν, quod nos Latine nullam visionem dicimus. [k] vox enim corpore nuda est. Tertiam Circen, tactui similem, id est, [l] quasi diceret [m] χειρῶν ἀφήν

Quatenus nec mole jungi, nec pontibus posset. Sed hoc tralatitium.

c *Turpiter jacentes*] Respexit illud Ovid. IV. Met. 185. *Admisitque Deos: illi jacuere ligati Turpiter.*

d *In hoc*] Ita & MS. Leid. Sed 6. edd. *de hoc.* Perperam. Saniorem hujus fabulæ dabit tibi Lucianus in Gallo explicationem.

e *In Metamorphoseon*] Subaudi *libris.* Sic Lib. III. cap. 7. *Democritus in Physiologumenon.*

f *Pasiphanon*] M. & L. Πασιφάω. quomodo & Modius hunc locum producit. Detortum hoc ex πασφανὲς, quod est *omnibus apparens.* MS. Leid. heic habet *Pasinphanon.*

g *Quatuor inspicit sensus*] Isidorus Lib. XI. cap. 1. *Vicinior (visus) enim est cerebro, unde omnia manant: ex quo fit, ut ea, quæ ad alios pertinent sensus, videri dicamus, velut cum dicimus: vide quomodo sonat, vide quomodo sapit. Sic & cætera.*

h *Notat*] Gloss. *dignoscit.* Rectè. Petron. *Notavit me miles, sive ille planus fuit.* h. e. animadvertit. Malè *palpando* & mox *odorando* exhibent 6. edd.

i Μηδὲν ἰδέαν] Βασκανικώτατα & hæc, & quæ sequuntur. quo majori cum veniâ omitto differentias lectionum in editis. MS. Leid. junctim exhibet *medenideam.*

k *Vox enim corpore nuda est*] Nec 6. edd. nec Mod. membranæ ista habent. at habet codex Leid. nec, ut sententia sit perfecta, omitti debent.

l *Quasi diceret*] Aptius foret, *quasi diceres*; ut mox, *velut si dicas.* Sed & ibi *dicat* habet Cod. Leid. contra genium linguæ Latialis.

m Χειρῶν ἀφήν] MS. Leid. *Tertia*

κρίσιν Græce, quod nos Latine manuum judicium dicimus. Quarta Phædra, quasi odoratus, velut si dicas, [n] φέρον ὄδωδε, quasi afferens suavitatem. [o] Quinta Dirce, saporis index, quasi δριμὺ κρίσιν, quos nos Latine acre judicans dicimus.

XI. *De Ulyxi, & Sirenis.*

[a] SIRENES Græce [b] tractatoriæ dicuntur. Tribus enim modis illecebra amoris trahitur, aut cantu, aut visu, aut consuetudine. Amantur enim [c] quædam speciei venustate, quædam etiam lenocinante consuetudine. quas Ulyxis socii obturatis auribus transeunt. ipse vero religatus transit. Ulyxes enim Græce, quasi ὅλων ξένος, id est, omnium peregrinus dicitur. Et quia sapientia ab omnibus mundi rebus peregrina est, ideo astutior Ulyxes dictus est. Denique Sirenas, id est delectationum illecebras & audivit & vidit, id est agnovit, & judicavit, & tamen transit nihilominus. Ideo & quia auditæ sunt, mortuæ sunt. In sensu enim sapientis omnis affectus emoritur. Ideo

Circe tactui similis, id est, quasi diceret, Cyronere. Forte scripserat Χειροκρίνη. Quod esset idem, quod Χειρῶν κρίσις, sed linguâ Fulgentianâ. Modius adducit Χειρῶν κρατῶ, ut & infra cap. 13. habes. Cæterum vel *id est*, vel illâ *quasi diceret* inducenda. Supervacuum certè alterutrum.

n Φέρον ὄδωδε &c.] Modius: *Quartam Phædram, quasi odoratum, velut si dicas* φέρον ὄδωδε, *id est, afferentem suavitatem.* Rectè pro *quasi* substituit *id est*. MS. Leid. à Commelino nihil abit, nisi quod junctim præfert *Pheromedon*. Quid putes illud velle, nisi φερομήδη? Debuisset scribere, φέρον ὄδωδε. ὄδωδε enim est ὄδωδή Homer. Iliad. A. 576.

o *Quinta Dirce*] Modius: *Quintam Dircen saporis indicem, quasi* δεινοκρίνω. Sed à Commelino nec hoc discedit MS. Leid. nisi quod præfert *Drimocrine*. Et hoc conjunctim scripserim δριμοκρίνη vel certè δριμὺν κρίνη. Pro *index* omnino legendum *judex*. Piget diutius his nugis immorari.

Ad CAP. XI.

a *Sirenes*] Scribe *Sirenæ* cum Leid. Cod. Sic *dromadæ* pro *dromades* apud Cyprian. Sermon. de Stella & Magis. Schol. Juven. ad Sat. IX. 149. *Ut Sirenarum periculum posset evadere.* Et ad Sat. XIV. *Dulciorem esse strepitum flagellorum, quam cantum Sirenarum.* Tertull. Apolog. cap. 7. *Sirenarum ora.* Nec aliter Hieronymus in Epistolis & Præfat. in Librum Josuæ, aliique id genus scriptores hanc declinant vocem. Sed de hisce actum copiosè ad Præfat. Lib. 1. & in Differt. de Hygino.

b *Tractatoriæ*] Scrib. *tractoriæ* cum Leid. Cod. Errat in Etymologiâ Planclades. Vide Voss. in SIREN.

c *Quædam speciei venustate*] Supplet Modius ex MS. *Amantur enim quædam illiciente cantus dulcedine, quædam speciei venustate* &c.

d Ve-

Ideo [d] volatiles, quia amantum mentes celeriter permeant. Inde [e] gallinaceos pedes, quia libidinis affectus omnia quæ habet, spargit. Nam denique & Sirenes dictæ sunt: σύρειν enim Græce trahere dicitur.

XII. *Scylla.*

SCYLLAM ferunt virginem pulcherrimam, quam Glaucus [a] Antedonis filius amavit, quem Circe Solis filia diligebat: [b] zelataque Scyllam, fontem, in quo lavari solita erat, venenis infecit. [c] Ubi illa descendens, ab inguine lupis canibusque marinis inserta est. Scylla enim Græ-

d *Volatiles*] Isidorus de Sirenis Lib. XI. cap. 2. *Alas autem habuisse & unguias, quia amor & volat & vulnerat.* Quod meretrices fuisse ait, id voluit etiam Junior Plutarchus. Tzetzes in Lycophron. p. 107. ed. Steph. Ἁλιευτικώτεραι δὲ σειρῆνές εἰσιν αἱ ἡδοναί. Οὓς δὲ γνώριμος Πλούταρχος ἱταιρίδας ταύτας φασὶ, καλιχόους αἰμυλίους τὰς παραπλανώσας. Eleganter Demophilus Pyth. Sim. Δεῖ ὥσπερ Σειρῆνας τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν τὸ καλλιῤῥόδιον τῷ ἀρετῷ ἰδεῖν ὡς παιδίσκα.

e *Gallinaceos pedes*] Vide Hyg. cap. 125. Savaron. ad Sidon. p. 545. Spanhem. in de Numm. pag. 224.

Ad CAP. XII.

a *Antedonis filius*] Cl. Tollius in margine libri sui notaverat, *Copei filius, patriâ autem Antedonius.* Verum est ita quosdam velle. Vide Eustath. ad Hom. p. 205. edit. Bas. Sed aliis est Polybi filius. Vide annot. nostras ad Hyg. cap. 199. Habet tamen, qui secum sentiant, Planciades; inter quos Lactantius est Argum. Lib. XIII. Met. fab. 9. Glossæ MSS. in 1. Georg. Virgil. *Glaucus Antedonis filius. Hic piscator fuit de Antedoniâ civitate: qui cum pisces per herbam posuisset in littore, illi recepto spiritu maria rursus petissent, sensit quandam herbam potentiam habere. Glaucus dolens amisisse prædam, id est, pisces, præcipitavit se in mare, & deus maris factus est. Item Glaucus Poliphei vel Polimbæ & Terræ filius, herbâ quadam gustata, immortalitatem adeptus est, quam piscibus marcescentibus imposuerat, & revixerunt. Hæc autem dicitur in insulis fortunatis nasci.* Pro *Poliphei* legendum *Polybi.*

b *Zelataque Scyllam*] 6. edd. *Iratasque Scyllæ.* Modius, *Zelataque Scyllæ.* Sed Leid. cod. disertim *Scyllam*, quod æquè probum. Ζηλόειν τινὰ pro *invidere* etiam Græci dicunt. Vide τὸν ὁ Gen. XXXVII. vers. 11. Psalm. XXXVI. vers. 1. quo loco Vulgata: *Neque zelaveris facientes iniquitatem.* Immo & *Zelor* deponentaliter usurpat eadem Vulgata III. Reg. XIX. 10. & Siracid. cap. LI. 24. Quo sensu etiam *æmulari aliquem* dixit Eugesippus in de Distantiis locor. Terræ Sanctæ. *Jesum præcipitare voluerunt, æmulantes prudentiam ejus.* Et post paulo: *Docebat Judæos, licet eum æmulantes.* Ut Vet. Interp. Actor. VII. 9. *Æmulantes Joseph vendiderunt.* Gr. cod. Ζηλώσαντες τὸν Ἰωσήφ.

c *Ubi illa descendens*] Ἀντὶ τοῦ *quo*, vel *in quem.* Sic vulgat. Interpres Genes. XIV. 10. *Terga verterunt, ceciderunt ibi*, hoc est, in eos puteos bituminis. Οἱ ὁ, ὄνειρον ὄνει. Apulej. Milet. IX. *Ubi ducis asinum istum?*

Græce [d] quasi σκυλμὸς dicta est, quod nos Latine [e] confusio dicimus. Et quid confusio nisi libido est? quam libidinem Glaucus amat. γλαυκὸς enim Græce [f] luscitius dicitur, unde & [g] glaucomata dicimus cæcitatem. Ergo omnis qui luxuriam amat, cæcus est. Nam & Antedonis filius dictus est. Antedon enim Græce, quasi antidon, quod Latine contraria videns dicimus. ergo lippitudo ex contraria visione nascitur. Scylla enim in modum ponitur meretricis: quia omnis libidinosa canibus lupisque inguina sua necesse est misceat. Juste ergo lupis & canibus mixta, quia nescit sua [h] alienigenis devorationibus saturare secreta. Sed hanc Circe odisse dicitur. Circe, ut ante dictum est, manus dijudicatio, vel operatio nuncupatur, quasi [i] χειρῶν κρίσις. Laborem enim manuum & operationem libidinosa mulier non diligit, sicut Terentius ait: *A labore* [k] *proclive ad libidinem, accepit conditionem, dehinc quæstum occipit.* Hanc etiam Ulyxes innocuus transit, quia libidinem sapientia contemnit. [l] unde & uxorem habere dicitur Penelopam castissimam, quod omnis castitas sapientiæ conjungatur.

XIII. *De Mida rege, & Pactolo fluvio.*

MIDA rex [a] Apollinem petiit, ut quicquid tetigisset,

d *Quasi* σκυλμὸς] MS. Leid. *quasi exquina.* Suspicor suo more, id est, barbarè scripsisse, σκύλμα. Sed falsa est illa Etymol. *Scylla* est ex Græco σκύλλω, *vexo.* Marc. Euang. v. 35. Τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον;

e *Confusio dicimus*] Præferam, quod & 6. edd. & MS. Leid. exhibent, *confusionem.*

f *Luscitius*] A. B. H. I. M. *Luscitiosus.* L. *Luscioſus.* Sed *Luscitius* cum Commel. Leid. cod. Glossa: *Lippitudinem patiens, parum videns.* Glossæ Labbæi: *Luscioſus, νυκτάλωψ. Luscitius, μύωψ.* Rursus: *Luscitus, mopſicus,* Corrige cum Heins. *Luscitius, myoptieus.*

g *Glaucomata*] Glaucoma oculi caligantis vitium. Prudent. Hamart. *Nemo duos soles, nisi subglaucomate vidit.* Et post paulo: *Et glaucoma aciem quod tegmine velat aquoso.*

h *Alienigenis*] Ita & 6. edd. Sed MS. Leid. *alienis.*

i Χειρῶν κρίσις] Cod. Leid. *Cirenere.* quod videtur fuisse χειρουργίαν, vel χειρῶν κρίνη, ut supr. cap. 10. habes.

k *Proclive*] MS. Leid B. A. H. & M. *proclivem.* An scripserat, *proclivum?* Boet. Consol. Phil. Lib. 1. *Declivemque gerens pondere vultum.* Ita Vet. ed. a. 1486.

l *Unde & uxorem*] Malè hæc omittunt 6. edd.

Ad CAP. XIII.

a *Apollinem petiit*] A Baccho petiisse

set, aurum fieret. Cumque [b] promeruisset, munus in ultionem conversum est, cœpitque sui voti effectu torqueri. Nam quicquid tetigerat, aurum statim efficiebatur. Erat ergo necessitas aurea, [c] locuplesque penuria. nam & cibus & potus rigens auri materia, [d] marmorabat. Itaque Apollinem petiit, ut [e] male desiderata converteret. Responsoque accepto, [f] tertio caput sub Pactoli fluminis undas subderet. Quo facto, Pactolus deinceps arenas aureas trahere dicitur. Sed evidenter poetæ [g] alluserunt argutiam, illa videlicet causa, quod omnis appetitor avaritiæ, cum [h] omnia pretio destinat, fame moritur: quod & Mida rex erat. Sed collecta pecuniarum suarum summa, ut Soscrates [i] Cigizenus in libris historiæ scribit, quod omni censu suo Mida rex Pactolum fluvium (qui in mare decurrere solitus erat) per innumerabiles meatus ad irrigandam provinciam derivavit, suaque [k] expensa avari-

se hoc narrat Hygin. cap. 191. Servius ad Æn. x. 142. *Silenum Midæ præstitisse, ut quicquid tetigisset, in aurum verteretur.*

b *Promeruisset*] Vide supr. cap. 5.

c *Locuples penuria*] Elegans ὀξύμωρον, ut apud Tzetzen in Hesiod. p. 21. Οὐδὲν τῶν τότων ἢ δυσχερὲς ἢ ἐν τῇ δυσυχῆς μακαρίας, ἢ πλουσίας πενιχρᾶς, ἢ γλυκείας πικρᾶς σωίζειν αὐ ἡμῖν βιοτήν. Et apud Chrysologum Serm. 1. *Libera servitus, absoluta custodia, timor lætus, blanda ultio, paupertas dives.*

d *Marmorabat*] Gloss. *in modum marmoris durescebat.* Modius ex suis membranis: *In auri materiam marmorabat.* Barth. ad Stat. Tom. 1. pag. 375. hunc locum ita producit: *Nam & cibus & potus rigens auri materia marmorabat.* quod explicat, *rigore induebat.* Sanè *marmoratas mamillas* ita dici legas apud Plin. Valer. cap. 3. quæ in duritiem lapidis abierunt. Aliud est *marmorata domus* apud Rusp. Episcop. epist. VI. Non displicet Barthii conjectura, tametsi à Commel. stat cod. Leid. Nec absurda vulgata lectio, si *marmorare* accipias pro in modum marmoris resplendere, quomodo *gemmare* dicitur, quod ut gemma fulget. Eucheria in Catal. Pith. Lib. IV. *Sericeum tegmen, gemmantia texta Laconum, Pellibus hircinis æquiparanda loquar.* Ita lego, non *tecta Laconum*, ut editum. Esset ergo *marmorare* heic, quod Græcis μαρμαίρειν. Ovid. XI. Met. 124. *Lamina fulva dapes admoto dente nitebant.*

e *Malè desiderata*] MS. Leid. & 6. edd. *mala desiderata.* Quod forsan non deterius. Ita *senectus* à Secundo Philosopho dicitur *malum optatum* apud Vincent. Bellou. Spec. Hist. Lib. x. cap. 71.

f *Tertio caput*] Lege cum MS. Leid. & 6. edd. *ut tertio.*

g *Allusérat argutiam*] Gloss. *subtilitatem.*

h *Omnia pretio destinat*] Gloss. *vendit.* Atqui *destinare* est emere Plauto, ad cujus Epid. act. II. sc. 2. vers. 92. hunc locum adducit Taubmannus. quo sensu *præstinare* cum idem Plautus, tum crebro Apulejus usurpat. *Destinare omnia pretio* heic est omnia in pretium redigere, ex omnibus corrogare pecuniam.

i *Cigizenus*] Ita & B. Scribe *Cyzicenus* cum H. I. & A. Vide Voss. Histor. Græc. pag. 329.

k *Expensâ avaritiâ*] H. e. iis, quæ acquisiverat per avaritiam, ut rectè Gloss.

ritia, fluvium fertilem reddidit. Mida enim Græce quasi [1] μηδὲν εἰδὼς, id est, nihil sciens. Avarus enim tantum stultus est, ut sibi prodesse non norit.

XIV. *De Vulcano, & Minerva.*

VULCANUS cum Jovi fulmen efficeret, ab Jove [a] promissum accepit, ut quicquid vellet præsumeret. Ille Minervam in conjugium petivit. Jupiter imperavit, ut Minerva armis virginitatem [b] defendisset. Dumque cubiculum introirent, certando Vulcanus semen in pavimentum ejecit, unde natus est Erichthonius. Ἔρις enim Græce certamen dicitur, [c] χθὼν χθονὸς vero terra nuncupatur: quem Minerva in cistam [d] abscondidit, draconeque custode apposito, duabus sororibus Aglauro & [e] Pandoræ commendavit, qui primus currum reperit. Vulcanum dici voluerunt, quasi furiæ ignem: unde & Vulcanus dicitur, veluti voluntatis calor, [f quasi βουλήματος.] Denique Jovi fulgura facit, id est, furorem concitat. Ideo vero cum

1 Μηδὲν εἰδὼς] MS. Leid. *Medenidon.* Mallem ergo μηδὲν ἰδὼς: vel junctim μηδενὸς εἰδὼς ut dedit Baptista Pius. Εἰδὼ enim & *scio* notat. Sed stultum, ut pleraque alia, etiam hoc etymon. Midas dicitur ab hoc rege quilibet dives: ipse autem à μίδας, ut significat jactum talorum fortunatissimum, ut nonnulli volunt.

Ad CAP. XIV.

a *Promissum accepit*] Vide Hygin. cap. 166. & Etymol. in Ἐριχθόνιος. Lactant. Lib. 1. cap. 17. Plura dixi ad Hyginum. Tzetzes in Lycophron. p. 24. ἱστορικῶς fabulam explicat. Ἀθηνᾶ φησι, inquit, τῇ Ἡφαίστου γαμουμένῃ, συνεργὸν ὁ Βοιωτὸς παραχώρησεν, Ἥφαιστος γάμου μιγεὶς χθονὶ Ἐριχθόνιον, ὃς ἱστορίλθυσιν Ἀττικοῖς.

b *Defendisset*] Tollius in margine, *defenderet.* Certe *defenderet* habet etiam Fulgentii compilator Scholiastes Germanici. Nihil tamen mutandum. Vide quæ dixi ad Prolog. Lib. 1.

c Χθὼν, χθονός] Ita quidem 6. edd. Deleo tamen τὸ χθὼν, quod in Leid. codice non comparet. Depravare solet vocabula ad suum propositum. Scripsit procul dubio χθὼν.

d *Abscondidit*] *Absconsit* cum heic, tum paulo inferius 5. edd. & MS. Leid.

e *Pandoræ*] Omnes alii *Pandroson* vocant. etiam Schol. Germ. qui hanc fabulam ex Fulgentio in suos commentarios transscripsit pag. 103. ed. Micylli. *Qui Vulcanus cum Jovi fulmen efficeret, ab Jove promissum capit* (leg. *accepit*) *ut quicquid vellet præsumeret. Ille Minervam in conjugem petivit. Jupiter Minervæ imperavit, ut virginitatem defenderet. Dumque cubiculum introirent, certando Vulcanus semen in pavimentum jecit* &c. Corrig. *ejecit* ex Fulgentio.

f *Quasi* βουλήματος] Duas istas voces non habet Leid. codex. Sed habent 6. edd. Varro L. L. IV. *Ab ignis valore vique ac violentia Vulcanus dictus.* Isidor. Lib. VIII. cap. 11. *Dictus Vulcanus, quasi volans candor, quod per ge-*

rens

cum Minervæ conjungi voluerunt, quod furor etiam sapientibus subrepat. Illa vero armis virginitatem defendit: hoc est, omnis sapientia integritatem suorum morum contra furiam virtute animi vindicat. unde quidem Erichthonius nascitur: ἔρις enim Græce certamen dicitur, [g] χθὼν vero non solum terra, [h] quantum etiam invidia dici potest. unde & [i] Thales Milesius ait: ἡ χθὼν δόξης κοσμικῆς φθόρος. id est, invidia mundanæ gloriæ consumptio. Et quidnam aliud [l] surripiens furor sapientiæ generare poterat, nisi certamen invidiæ? Quod quidem sapientia, id est, Minerva, abscondidit in cista, id est in corde celat. omnis enim sapiens, furorem suum in corde celat. Ergo Minerva draconem custodem apponit, id est perniciem: quem quidem duabus commendat virginibus, id est [m] Aglauro & Pandoræ. Pandora enim universale dicitur munus. Aglauro vero, quasi ἀχλύνθων, id est tristitiæ oblivio. Sapiens enim dolorem suum aut benignitati commendat, quæ omnium munus est: aut oblivioni, [n] sicut de Cæsare dictum

rem velet. Ignis enim de nubibus nascitur. Ut pleraque alia, ita & hoc ex Homero habent omnis Mythologiæ parente. Vide Schol. Hesiodi pag. 246. ed. Heins.

g Χθὼν *vero*] MS. Leid. *Tenos.* Scrib. χθόνος.

h *Quantum etiam*] Cl. Tollius, *verum etiam.* Nihil mutem, quamvis phrasis illa non tam Latina sit, quam Fulgentiana.

i *Thales Milesius*] Scripsisse nonnulla illum vult etiam Augustinus C. D. Lib. XVIII. cap. 25. *Thales vero physicus fuit, & suorum dogmatum libros reliquit.* Sed Lobon Argivus apud Laertium p. 23. ducentis versibus vult contenta fuisse, quæ scripserit.

k Ὁ χθὼν] MS. Leid. *Octenos.* Scriverius in margine correxerat ὁ φθόνος. Et ita flagitat interpretatio, quam addit. Sed nomen Erichthonii si respicias, & τὸ *Ctenos* MS. putes reliquisse ὁ χθόνος. Æque ridiculus ergo heic Planciades, ac iste, qui, ut jocatur Ausonius, epigr. 123. *Cestos cestosque pectat communis odoris, Et nardum & sardas esse sapore pari.* Quid enim? χθόνος idem est, quod φθόνος? Sed in Vaticanæ Bibliothecæ vetere libro legisse se testatur Schottus Observat. Lib. 1. cap. 7. Ὁ φθόνος, δόξης κοσμικῆς φθορέως.

l *Surripiens furor*] Ita quidem & 6. edd. & MS. Leid. Puto tamen scribendum *surrepens.* Gloss. cod. Leid. *Subintrans.* quæ certe explicatio est τοῦ *surrepens*, non *surripiens.* Confirmat eam conjecturam, quod præcessit, *Quod furor etiam sapientibus subrepat.* Hinc *surreptio* dolosa circumventio. Chrysol. Serm. XLIV. *Inimici est ista surreptio. Decipere parat* &c.

m *Aglauro*] Debebat scripsisse *Aglauros.* Græcis enim Ἄγλαυρος est.

n *Sicut de Cæsare*] Gloss. *Julio.* rectè. Ciceronis enim est dictum de Julio in oratione pro Ligario cap. 12. *Sed parum est me hoc meminisse: spero etiam te, qui obliviscì nihil soles, nisi injurias.* Adde Plin. Lib. VII. cap. 25.

ctum est: *Qui obliviſci nihil amplius ſoles, quam injurias.* Denique cum Erichthonius adoleſceret, quid inveniſſe dicitur? [o]Nihilominus currum, ubi ſemper certamen eſt. Unde Virgilius:

[p]*Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus*
Jungere equos.

Inſpicite, quantum valeat cum ſapientia [q]juncta caſtitas, cui flammarum non prævaluit deus.

XV. *Dionyſius.*

JUPITER cum Semele concubuit, de qua natus eſt Liber pater. ad quam [b]cum fulmine veniens, [c]crepuit. Unde pater puerum tollens, [d]in femore ſuo miſit, [e]Maroni poſtea nutriendum dedit. Hic Indiam debellavit, & inter deos deputatus eſt. Itaque cum Semele quatuor ſorores appellatæ ſunt, Ino, Autonoe, Semele & Agave. Quid ſibi hæc fabula myſtice ſentiat, exquiramus. Quatuor

o *Nihilominus*] Gloſſ. *certè. adverbium affirmandi.* Et hoc rectè. Vide Indicem.

p *Primus Erichthonius*] Georg. III. 113. Vide ibi Servium, & Ælian. Var. Hiſtor. III. 38.

q *Junctа*] Modius ex ſuis, *jugata.* Sed alterum & 6. edd. & MS. Leid. exhibent.

Ad CAP. XV.

a *Dionyſius*] Perperam *Dionyſium* appellat, qui eſt *Dionyſus*, vel Διόνυσος Græcis, quaſi Διόνυσος, παρὰ τὸ διανύειν ἔνιφος, ut ait Artemidorus Lib. II. p. 77. ed. Ald. Eundem errorem errat Capella Lib. II. Schol. Horat. I. od. 19. & II. od. 19. Iſidor. Orig. XV. 1. Adde his quæ Voſſius habet in de Vit. Sermon. Lib. I. cap. 9.

b *Cum fulmine veniens*] H. e. cum veniſſet. Solœca eſt oratio, ut Lib. III. cap. 8. *Quam arborem pater gladio percutiens, Adon exinde natus eſt.* Vide ibi notas noſtras.

c *Crepuit*] Scil. Semele. ἐλάκησε, ut loquitur Lucas Actor. cap. I. vers. 18. Vetus interpres: *crepuit medius*, hoc eſt, ruptus eſt. Noſter infra cap. 8. Lib. III. *Solùm arderibus crepant.*

d *In femore ſuo miſit*] Lego, *inſuit.* Unde μηροραφὴς & εἰρραπτότης Nonno dicitur Dionyſ. Θ. aliiſque, Bacchus. Vide Euſtath. ad Dionyſ. p. 182. & 287. Edit. Bertrand. Schol. Pindar. ad Olymp. 2. Διὸς ἐρραψάμᾶν τῷ μηρῷ τὸν Διόνυσον. Schol. Hom. Iliad. ξ. 323. Ἐνέρραψε τῷ μηρῷ &c. quæ ex Apollod. Lib. III. deſcripſit. Conſer Etym. in Ἔρραψα. Lactant. Arg. Lib. III. Met. fab. 3. *Liberumque conceptum utero gravida incendio eripit, ac femori ſuo inſuit.* Ovidius ipſe: *Patriosque tener (ſi credere dignum eſt) Inſuitur femori, maternaque tempora complet.* Plin. Lib. VI. cap. 21. *Nec non & Nyſam urbem plerique Indiæ adſcribunt, montemque Merum. Libero patri ſacrum: unde origo fabulæ Jovis femine editum.* Adde Curt. Lib. VIII. cap. 10.

e *Maroni*] Apud Hyginum cap. 167. Nyſo dat nutriendum. Inter ſocios expeditionum ejus fuit quidam Maro. Euſtath. ad Hom. Odyſſ. I. pag. 347. ed. Baſ. Ἐν ᾗ τοῖς Διονυσιακοῖς φέρεται ὡς ἐπὶ Μάρωνι εἶτε τῷ μὴ Διονύσου γραθέντος &c. Is procul dubio fuit Sileni filius. Nonnus enim Dionyſ. Lib. XIV. tres ejus filios fuiſſe ait. Le-

tuor sunt ebrietatis genera, id est prima vinolentia, secunda rerum oblivio, tertia libido, quarta insania. Unde & hæc quatuor nomina Bacchæ acceperunt. Bacchæ dictæ sunt, quasi [f] vino vacantes. prima Ino, [g] οἶνος Græce vinum dicimus. secunda Autonoe, [h] quasi ΑΥΤΗΝΟΥΝΟΗ, id est seipsam non cognoscens. tertia Semele, quasi [i] σωμέλυον, quod nos Latine corpus solutum dicimus: unde & ipsa genuisse Liberum patrem dicitur, id est de libidine nata ebrietas. quarta Agave, quæ ideo insaniæ comparatur, quod caput filii [k] violenta abscideret. [l] Liber ergo pater dictus est, quod vini passio liberas men-

Lenæum, Astræum & Maronem. Theophilo Lib. II. ad Autolyc. pag. 86. est Ariadnes & Bacchi filius.

f *Vino vacantes*] MS. Leid. *bacchantes*. Quomodo & in margine libri sui emendaverat Scriverius. Sed perperam, me judice. B pro V positum est, & addita aspiratio, ubi non desiderabatur; quod peccatum quam frequenter admittant librarii, nemo ignorat, nisi qui nunquam scriptos libros tractavit.

g Οἶνος *Græce*] MS. Leid. *Ino est enim Græcè vinum dicimus*. Sed edd. 6. Οἶνος *Græce, Latinè vinum dicimus*. Scripsisse ita Fulgentium præstare nolim. Sed OI ut I pronuntiatum fuisse ejus ævo nullus dubito.

h *Quasi* ΑΝΤΗΝΟΥΝΟΗ] 6. edd. quasi αὐτονόη. Transponendus erat accentus, & scribendum αὐτονόη. Schol. Hesiodi in Θεογ. pag. 252. ed. Heins. αὐτονόη, ὁ αὐτόμαλος νοῦς. Nihil muta.

i Σωμέλυον] Schol. Pind. ad Pyth. od. 3. Σεμέλη καὶ τὸ μυθικὸν ἀπὸ τῆς μέλης τοῦ σώματος ἐστὶ τοῦ βορᾶ διαπαλθέντος. Καλὰ δὲ τὸ φυσικὸν, ὅτι σεῖό τε μέλη τε οἰνηρεύοντο αὐλὸν ὁ Διόνυσος. Pertinet huc illud ex Anthol. Αὐσιμελὴς Βάκχος &c. & ex Catalect. Pithœi Lib. III. *Balnea, vina, Venus corrumpunt corpora nostra* &c.

k *Violenta abscideret*] Modius ex suis, *vinolenta*. MS. Leid. & 6. edd. *violenter abscidit*. Glossa: *Sperabat se vitulum occidere, & in loco vituli filium suum interfecit*. Fabulam vide apud Ovid. III. Met. Servium ad Æn. IV. 469. Hyg. cap. 184. Persius Sat. I. vers. 100. *Et raptum vitulo caput ablaturæ superbo Bassaris*.

l *Liber pater dictus est*] Aliud etymon suppeditat August. C. D. Lib. VI. cap. 4. & VII. 2. Isidor. Lib VIII. 11. *Liberum à liberamento appellatum volunt, quod quasi mares in coëundo per ejus beneficium emissis seminibus liberet, quod idem Liber muliebri & delicato corpore pingitur*. Hausit ex Augustino illa Isidorus. Cæterum cum quinque memorentur fuisse Liberi, hic Semelæ filius ordine quartus fuit secundum Ciceronem Lib. II. de Nat. Deor. & Ampel. cap. 9. Ampelium in transitu emendabo. *Liberi*, inquit, *quinque. Primus ex Jove & Proserpinâ. Hic agricola & inventor vini. Secundus Liber ex Merone & Flora*. Suspicor scribendum *Melone*. Ex Nilo enim natus dicitur Ciceroni. Nilus autem Melo olim dictus. Isidorus Lib. XIII. cap. 21. *Nam antea Nilus Latinè Melo dicebatur*. Μίλας est Eustathio in Periegeten pag. 24. & Plutarcho in libello de Flum. p. 51. ed. Mauss. ubi Bacchum Indiæ domitorem Jovis & Arges facit filium. *Tertius* (ita pergit Ampelius) *de Cabito, qui regnavit in Asiâ*. Cicero, *de Caprio. Quartus ex Saturno & Semelâ*. Cicero matrem ejus Lunam facit. Sed Luna eadem, quæ Semele. Quod autem patrem fuisse Saturnum vult Ampelius, in eo quem sequatur auctorem hauddum comperi. *Quintus Nysi & Hesiona filius*. Lege ex Cicerone *Tyona*.

m *Val-*

mentes faciat. Indos vero viciſſe, quod hæc gens [m] valde ſit vino dedita, duobus ſcilicet modis: ſive quod fervor ſolis eos faciat potatores, ſive quod ibi ſit [n] Seraptenum vinum, vel [o] Meroitanum: cujus vini tanta virtus eſt, [p] quo vix licet ebrioſus ſextarium toto menſe bibat. Unde & Lucanus ait:

Indomitum Meroe cogens ſpumare falernum.

Aqua enim [q] omnino domari non poteſt. Maroni etiam Dionyſius nutriendus datur, quaſi Meroni. Mero enim omnis nutritur vinolentia. Hic etiam tigribus ſedere dicitur, quod omnis vinolentia [r] feritati ſemper inſiſtat. Sive etiam, quod vino efferatæ mentes mulceantur. unde & [s] Lyæus dicitur, quaſi lenitatem præſtans. Juvenis vero ideo pingitur Dionyſius, quia nunquam ebrietas matura eſt. Ideo etiam nudus, ſeu quod omnis ebrioſus [t] in-

m *Valde*] *Validè* MS. Leid. Catal. Pith. Lib. 1. *Bellus homo, & validè capitalia crimina ludis.* Vet. Interpr. Job. cap. xxx. 22. *Eliſiſti me validè.*

n *Seraptenum*] MS. Leid. *Falernum.* Perperam omnino. Legere malim, *Sareptenum.* Corippus Lib. III. pag. 43. *Dulcia Bacchi Munera, quæ Sarepta ferax, quæ Gaza crearat.* Sidon. carm. 17. *Quæque Sarepteno palmite miſſa bibas.* Meminit Σαρεφθίνου οἴνου etiam Alexander Trallianus. Luc. cap. IV. vers. 26. Εἰς Σάρεπτα τῆ Σιδῶνος.

o *Meroitanum*] Corippus de vinis in convivio Imperiali: *Quæ Meroe, quæ Memphis habet, quæ candida Cypros.* Lucan. x. 160. *Gemmæque capaces Excepere merum, ſed non Mareotides urnæ, Nobile ſed paucis ſenium cui contulit annis Indomitum Meroe cogens ſpumare Falernum.* Imitatur poſtremo verſu Perſium Sat. III. vers. 3. Cæterum quod hic notavit, *al. Mareoticum* Locherus, in eo errat. Diverſum à Meroitano vinum Mareoticum. Schol. Horat. od. 37. lib. 1. *Mareotis in Ægypto palus eſt, juxta quam vinum optimum naſcitur. Unde & nomen accepit. ut, ſunt & Mareotides albæ.* Hemiſtichium Maronis eſt II. Georg. vers. 91.

p *Quo vix licet ebrioſus*] MS. Leid. B. A. L. M. & H. *quo vix quilibet ebrioſus.* I. *quod vix* &c. Barthius ad Stat. Tom. II. p. 308. jubet legi: *quod vix licet ebrioſus* &c. Reſcripſerim, *Quo vix quamlibet ebrioſus.* H. e. ebrioſiſſimus. Priap. c. 25. *Fures cædere quamlibet valentes*, hoc eſt, valentiſſimos. Non attendit Barthius *το quo* pro *ut* uſurpari identidem à Fulgentio.

q *Omnino*] MS. Leid. *Omnimodo.* Quod vocabulum & Quintiliano reſtituit in Crepundiis Gebhardus Lib. 1. cap. 7. Confer quæ dixi ad cap. 11. Lib. 1.

r *Feritati inſiſtat*] Vide notas ad Prolog. Lib. 1. Mox pro *quod vino, quia vino* MS. Leid.

s *Lyæus*] Iſidor. Lib. VIII. cap. 11. *Lyæus ἀπὸ τῆ λύειν, quod multo vino membra ſolvantur.* Lib. XX. cap. 3. *Hoc alii, quod nos cura ſolvat, Lyæum appellant.*

t *In-*

[t] intervertendo nudus remaneat, aut mentis suæ secreta [u] ebriosus nudet.

XVI. *De Cygno, & Leda.*

QUAMVIS in omnibus libidinis amor sit turpior, nunquam tamen deterior erit, quam cum se honorato miscuerit. Libido enim honestatis noverca, dum quid expediat nescit, semper est majestati contraria. [a] Qualis enim divinitas, [b] qui quærit quod esse velit, ne quod fuerat esset. Jupiter enim in cygnum conversus, cum Leda concubuit, quæ peperit ovum, unde nati sunt tres, Castor, Pollux, & Helena. Sed hæc fabula mystici saporem cerebri consipit. Jupiter enim in modum potentiæ ponitur. Leda vero dicta est, quasi [c] λοιδή, quod nos Latine aut injuriam, aut convicium dicimus. ergo omnis potentia injuriæ mixta, speciem suæ generositatis mutat. Ideo vero in cygnum conversus dicitur, quod ferant physiologi, quam maxime [d] Melissus Euboicus, qui omnium physiologorum sententias disputavit, hujus generis avem ita convitiis esse plenam, ut ipsa ave clamante, reliquæ aves taceant, quæ præsto fuerint: unde & olor dictus est, quasi ab ὀλοφωΐς tractum, quod nos Latine injuriam dicimus.

t *Intervertendo*] Gloss. *dissipando*. An scripsit, *rem evertendo*? Virgil. Æn. II. vers. 1. *Postquam res Asiæ Priamique evertere gentem* &c. Sed nihil affirmo. Videtur voluisse imitari Tacitum II. Histor. cap. 95. *Novies millies sestertium pauciissimis mensibus intervertisse creditur.*

u *Ebriosus nudet*] Mallem *ebriatus*. Laberius: *Homo ebriatus sanari somno solet.* Noster cap. 8. Lib. III. *Cum quo ebriato concubuit.*

Ad CAP. XVI.

a *Qualis enim divinitas, qui*] Modius. *divinitas, quæ*. Ego præferam lect. Leid. eod. & 6.edd. *divinitas ejus, qui.*

b *Qui quærit, quod esse velit*] 6. edd. *Qui sit quod esse velit.* MS. Leid. *Qui quod sit, quod esse velit.* Forte pro cætera κακοζηλία suâ *quæsit* scripsit pro *quærit*. quomodo non uno loco hoc verbum exaratum est apud Claud. Mamertum in de Statu Animæ. Supra Prolog. Lib. I. *Dum quæveret Jupiter, quid magis esse velit, quam fuerat.* Vide ibi notas nostras.

c Λοιδή] Hortensius ad I. Æn. Virgil. Λοῖδα ex hoc loco adducit. *Fulgentius*, inquit, *Mythologicòn secundo ita interpretatur allegoriam, ut Jupiter aciem imperii signet, & Leda quasi* Λοῖδα, τὴν ἐπὶ λοιδορίαν, *injuriam.*

d *Melissus Euboicus*] Meminit hujus Suidas in voce Γοτικὴ, ut ad Palæph. notavit Cl. Tollius. De conviciis & loqui-

mus. ergo quotienscunque nobilitas in injuriam vergit, conviciis misceatur necesse est. Sed quid ex hac re concipitur, videamus. Nihilominus ovum, quia sicut in ovo omnis sordities, quæ purgari potest [c] in igne, continetur intrinsecus: ita etiam in effectu injuriæ omnis est immunditia. sed ex hoc ovo generantur tres, Castor, Pollux, & Helena. [f] Nihilominus seminarium scandali & discordiæ, sicut ante diximus:

§ *Et geminum luctum* [h] *concussit adultera mundo.*

Castorem vero & Pollucem, [i] quasi in modum perditionis ponunt, unde & in mari [k] Castorum signa dixerunt, quæ periculum creant. Nam ob hanc rem etiam ambos al-

quacitate cycnorum Virgil. Æn. xi. vers. 457. *Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.* Alii tamen suavem cantum illis adscribunt. Horus Apollo Lib. 11. Hierogl. *Musicum senem cum volunt significare, cycnum pingunt. Hic enim senescens canit quam suavissime.* Artemidorus Oneir. Lib. 11, cap. 20. Κύκνος ἀοιδὰ σημαίνει μουσικόν, καὶ ἀοιδὴν μουσικήν. Adde quæ habet Pierius Lib. xxiii. p. 165. ed. Bas.

c *In igne*] MS. Leid. *In genere.* Gloss. hoc est, *in pullis.*

f *Nihilominus*] Modius: *Helena ponitur quasi seminarium.* Sed pro vulgatâ lectione stat Leid. codex. *Nihilominus* apud Fulgentium idem est quod *puta, videlicet* &c.

g *Et geminum* &c.] Modius: *Quæ geminum luctu concussit adultera mundum.* Quod amplector. Geminus mundus est Asia & Europa. De Helena Seneca Agamem. vers. 274. *Quæ Europam & Asiam partibus afflixit malis.* Corippus Lib. 1. *Omnia vectantes gemini commercia mundi.* Propert. Lib. 11. el. 2. *Olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli Europæ atque Asiæ causa puella fuit.* Schol. Pind. ad Nem. od. 4. Εἰς δύο διηρῆσθαι τὸ παλαιὸν μέρη τὴν οἰκουμένην, Εὐρώπην & Ἀσίαν. Adde Æthic. Cosmogr. Præfat. & quæ ibi annotavit Simlerus. Mundus pro parte mundi, ut apud Propert. 11. el. 3. *Externo quærere in orbe fugam.* Ovid. x. Met. 305. *Nostro gratulor orbi.* Secutus ergo eos poëta ille, unde versiculum istum adducit Fulgentius, qui orbem terrarum in Asiam & Europam dividebant. *In divisione orbis terræ*, ait Sallustius Jugurth. cap. 16. *plerique in parte tertiâ Africam posuere: pauci, tantummodo Asiam & Europam esse; sed Africam in Europâ.*

h *Concussit*] Turbavit. Lucanus: *Certatum totis concussi viribus orbis In commune nefas.* Pseudo-Cyprianus in Laude martyrii: *Partimque orbe concusso natura deficiens ultimi exitus monimenta testatur.* Sallust. Orat. 1. ad Cæs. de Rep. Ord. *Orbis terrarum bello concussus.* Curt. IV. 1. *Strepitus armorum, qui totam Asiam concusserat.* Flor. 11. 15. *Quam urbem concusserat annus.* Vellej. Lib. 11. cap. 78. *Quas* (provincias) *Labienus magnis momentis concusserat.* Similia sunt, *concutere rempublicam, concutere Romam* apud laudatum modo Lucanum. Merito ergo de Helenâ Maro Æn. 11. 573. *Troja & patriæ communis Erinnys.*

i *Quasi in modum*] Tò *quasi* cum non agnoscat MS. Leid. cancellandum censeo. Obtrusum Fulgentio à male seriatâ manu, quæ explicare voluerit, quid esset *in modum.*

k *Castorum signa, quæ periculum creant*] Artemidor. Lib. 11. p. 76. Ed. Ald.

alternatim resurgere atque occidere dicunt, quod superbia nonnunquam vivat, [l] nonnunquam occidat. Unde & ὑπερηφανία Græce superbia dicitur. sed ὑπερφυία proprie superapparitio nuncupatur, [m] quod in istis duobus signis, quæ eorum fratrum vocabulo nuncupaverunt, unus superappareat, alter vero vergat: sicut lucifer, [n] & antifer. nam Græce Pollux ἀπὸ τοῦ πόλεσθαι, id est à perdendo; & Castor quasi κακὸν ὄστερον, id est, malum extremum.

XVII. *Ixion.*

Qui plus quærit esse quam licet, minus erit quam est. Ixion igitur conjugium Junonis [a] affectans: illa nubem ornavit in speciem suam, cum qua Ixion coiens, centauros genuit. Sicut nihil Latina gratiosius veritate, ita nihil Græca falsitate ornatius. [b] Denique Ixionem dici voluerunt, quasi axionem. ἀξίωμα enim Græce dignitas dicitur. Dea vero regnorum Juno est, ut pridem diximus: ergo dignitas regnum affectans nubem meretur, id est similitudinem regni. Regnum enim illud est, quod perenniter duraturum est. At vero cui temporis fugitiva vis [c] in-

Ald. Διόσκουροι τῶν πλοίζομένων χειμώνος εἰσι σημαντικοί. Horat. Lib. 1. od. 12. contrarium affirmare videtur. Nimirum gemina cum venere, salutaria sunt, & prosperi cursus prænuncia. Solitaria autem gravia, & mergunt navigia. Vide Plin. Lib. 11. cap. 37. *Helenæ sidus* appellant, cum est solitarium. Conser Etymol. in Ἀναξεί.

l *Nonnunquam occidat*] MS. Leid. *& nonnunquam* &c.

m *Quod in istis*] *Quod sicut in istis* MS. Leid. & Modius.

n *Et antifer*] Post hæc verba intersetit Modius: *Ita duo superbi inter se certantes*. Pro *antifer* Tollius *noctifer*, Scriverius *Argifer* in margine librorum suorum correxerant. Ego quid heic dicam nescio. Hoc scio, fuisse qui Dioscuros retulerint ad duo hemisphæria, & duos circulos tropicos, ut annotavit Eustath. ad Hom. Iliad. p. 311. ed. Bas. Arridet tamen non malè Tollii conjectura. Noctifer enim lucifero opponitur. Catull. carm. 63. *Nimirum ætherios ostendit noctifer ignes.* Cæterum quod ex Castore & Polluce stellas fecissent, consequens erat, ut & hoc adderent figmento, ὅτι ὁ Ζεὺς ἀγάγε ἐλαφρὰς & μικρὰς λίθα Κάστορα & Πολυδεύκεα γενεᾶ. Vide Tzetzen ad Lycophr. p. 20. ed. Steph. Ubi aliter hanc fabulam interpretatur.

Ad CAP. XVII.

a *Affectans*] Ita & MS. Leid. & 6. edd. Solœca est oratio. Vide not. ad cap. 8. Lib. III.

b *Denique*] Flor. I. 16. *Denique bis floribus vernat.* Vide ibi Freinshem. Salmas. ad Solin. pag. 382. Schultingium ad Declam. Calpurn. XI. Justin. XXV. 2. Curt. Lib. VII. 1.

c *In-*

[c] invidit, pinnatisque celerrima raptibus momentaneæ felicitatis figuras potius quam veritatem ostendens, ventositatis inanem speciem præsumit. Denique [d] Beatinius augur dicere solitus erat, diversarum urbium honores [e] somnialiter peragi [f] urbicario mimologo: & quamvis utraque nihil agere dixerit, tamen hoc Romæ præstare [g] visus est, quod ex parte quidem veros honores, sed risorios & citius fugitivos. Credo enim quod [h] Theophili philosophi sententiam legerat, dicentis, μίμος ὁ βίος: id est, mimus vita. Nunc ergo fabulam repetamus. [i] Dromocrides in Theogonia [k] scribit Ixionem in Græcia primum regni gloriam affectasse, qui sibi centum equites primus omnium conquisivit. Unde & Centauri dicti sunt, quasi centum armati. Denique Centhippi dici debuere, ex quo equis mixti pinguntur; sed ideo centum armati: qui quidem Ixion parvo tempore celere regnum adeptus, dehinc regno expulsus est. Unde & eum ad rotam damnatum dicunt, quod omnis rotæ vertigo, quæ superiora habet, modo dejiciat. Ergo ostendere hic voluerunt, quod

c *Invidit*] *Invidet* MS. Leid. & 6. edd. Sed hoc leve est. Cæterum illud *ostendens*, quod statim sequitur, solœcam reddit orationem, nisi ad illa *vis fugitiva* referas. Momentaneam illam regni felicitatem efficaciter expressit Apuleius in de Deo Socratis: *Usque ad regni mutabilem suggestum & pendulum tribunal evectus est.*

d *Beatinius*] Scriverius, *Vatinius*. Quomodo & Schottus conjecerat Observat. Lib. 1. cap. 7. quod in MS. invenisset *Batinius*.

e *Somnialiter*] *Similiter* corrigit in margine Micyllus, quomodo & Schottus conjiciebat Observ. loco modo laudato, & Turnebus adducit Lib. III. cap. 17. Advers.

f *Urbicario mimologo*.] Ita reposui pro *mimologæ*. ex MS. Leid. & 6. edd. Agnoscunt eandem vocem Notæ Tyronis pag. 172. & Schol. Juvenal. ad Sat. VI. 275. cui & ad VIII. Sat. vers. 191. eam ajuto restituendam, ubi illa *Planipetestaudit Fabios* explicat *nobiles mcauiscelegos*. Lego *mimologos*. *Mimologus*, μιμολόγος, ut ὑμνολόγος dicitur rex David à Theophylacto in Luc. cap. 2. *Mimicum scurram* vocat Vopisc. Aurel. cap. 42. Vide ibi Salmas. Est autem *urbicarius* idem quod *urbanus* vel *urbicus*. quo sensu *urbicarium mare* dixit idem interpres ad Sat. V. vers. 93. & *urbicus poeta* Martial. Lib. 1. epigr. 42.

g *Visus est*] Schottus: *Video aut vocem defecisse, aut* visus est *licet redundare*. Sanè latet aliquid, tametsi nihil variat MS. Leid.

h *Theophili*] Ita quidem 6. edd. Sed MS. Leid. *Cleoboli* quod esset *Cleobuli*. quomodo in libro scripto & à se inventum testatur Schottus.

i *Dromocrides*] Ita & 6. edd. MS. Leid. *Drimocrides*. Cl. Tollius ad Palæph. p. 142. ex anonymo mythologo Vossii corrigit *Democritus*.

k *Scribit*] *Scripsit* 6. edd. & MS. Leid. ut & statim *adquisivit* pro *conquisivit*. Baptista Pius emendat *adscivit*.

quod omnes qui per arma atque violentiam regnum affectant, subito erectiones, subito [1]elisiones sustineant, sicut rota, quæ stabile non habet aliquando cacumen.

XVIII. *Tantalus.*

TANTALUM dicunt [a] in lacu inferno depositum, cui fallax aqua gulosis labia titillamentis attingit: poma quoque fugitivis [b] cinerescentia tactibus desuper facietenus apparent pendula. [c] Ergo huic locuples visus & pauper effectus: ita se illi unda fallax præbet, ut sitiat: ita se poma ingerunt, ut esuriat. Sed hanc fabulam [d] Petronius breviter exponit, dicens:

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Divitis hæc magni facies erit, omnia late
Quæ tenet, & sicco concoquit ore famem.

XIX. *De*

1 *Elisiones*] Illustravimus eam phrasin ad Hyg. cap. 38. & infr. in not. ad Contin. Virgil.

Ad CAP. XVIII.

a *In lacu inferno*] MS. Leid. *in lacum infernum.* 6. edd. *in lacum inferni.* Nitibonâ auctoritate eam constructionem ostendimus ad Hyg. cap. 41. Utitur eadem in hac fabulâ Hygin. cap. 82. *Ob id dicitur ad inferos in aquam mediâ fine corporis stare.* Vide quæ ad eum locum annotavi, si operæ est.

b *Cinerescentia tactibus*] Quasi poma Sodomorum fuissent, de quibus Tertull. Sodom. *Nam protinus indice tactum Solvitur in cinerem, fit vana favillaque pomum.*

c *Ergo huic*] Corrigit Barthius in Comment. Statianis: *Ergo hic locuples visu, & pauper effectu est.* Non probo. Prolog. Lib. 1. *Ut locupletes tantalus rigens auri materia sequeretur.* Et Lib. 11. cap. 13. *Erat ergo necessitas aurea, & locuples penuria.*

d *Petronius breviter*] Scriverius correxerat in margine, *Petronius Arbiter.* Haut paulo aliter eduntur hi versiculi in Fragmentis Petronianis. In MS. Leid. pro *patentia* legitur *pendentia.* Puto legendum, *Non bibit inter aquas, poma aut fugientia carpit*, vel *nec poma fugacia carpit.* Ovid. 11. Amor. Eleg. 2. *Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat.* Epistol. Heroid. xvii. 181. *Velle quid est aliud fugientia prendere poma.* Apuleius in de Deo Socratis: *Tantali vice, in suis divitiis inops, egens, pauper, non quidem fluentem illum fugitivum captat, & fallacis undæ sitim* &c. Confer Horat. Lib. 1. Sat. 1. a quo istam fabulæ hujus accepisse explicationem videri possunt Petronius & Apuleius.

XIX. *De Proserpina & Endymione.*

[a]LUNAM ideo ipsam voluerunt etiam apud inferos Proserpinam, seu quod nocte luceat, [b] seu quod humilior currat, [c] & terris præsit, illo videlicet pacto, quod [d] detrimenta ejus & augmenta non solum terra, sed & lapides, [e] vel cerebra animantium, & (quod magis incredibile sit) etiam [f] lætamina sentiant, quæ in Lunæ [g] cre-

Ad CAP. XIX.

a *Lunam ideo ipsam voluerunt etiam*] C. edd. nihil variant. MS. Leid. *ideo voluerunt etiam.* Sed lectionem vulgatam rectè habere existimo. Festus Pauli: *Balænam belluam ipsam dicunt esse pistricem, ipsam esse cetum.* Servius ad Æn. VIII. vers. 4. *Et dicunt Theologi ipsam esse matrem Deum, quæ terra dicitur.* Schol. Stat. Theb. I. 34. *Nam ipsa est Aonia, quæ & Bœotia.* Prudent. Apotheos. vers. 171. *Filius ille hominis, sed filius ipse tonantis.* Ita malim ex Vett. edd. quam *ille tonantis. Ipse* est *idem.* Vetus interpres Luc. cap. II. vers. 38. *Et hæc ipsâ horâ superveniens confitebatur Domino.* Gr. ἀυτῇ τῇ ὥρᾳ. & XII. 12. *Docebit vos in ipsâ horâ.* Victor de Persec. Vand. cap. I. *Quod ipso gestum est tempore.* Locutus sic quoque Sallustius apud Serv. Æn. 373. *Ipsa est enim & major Phrygis.* Ad eundem modum τὸ αὐτὸς usurpant οἱ ὁ Gen. XXXVI. 8. Ἡ σαὶ αὐτὸς ἐστιν Ἐδώμ. Schol. Horat. Lib. III. od. 22. *Ipsa quoque lucifera, quod partubus lucem ferat, unde Lucina à parturientibus invocatur, quod ideo ei datum est, quod prior à Latonâ matre edita in fratris Apollinis partu eam juverit, & parturienti præstiterit ei obstetricis officium.* Isidor. VIII. cap. II. *Ipsam & Lucinam asseverant, eo quod luceat* &c. Schol. Germanici, qui ut aliis in locis, ita & heic Fulgentium exscripsit: *Lunam*, inquit, *voluerunt etiam apud inferos Proserpinam* &c. quæ te apud ipsum, quam heic legere malim. Totum certè hoc caput in commentaria sua transtulit. Gloss. MS. in I. Georg. Virg. *Stoici autem dicunt non esse, nisi Deum* (leg. *unum Deum*) *& unam potestatem, quæ pro ratione officiorum nostrorum variis nominibus appellatur. Unde eundem Liberum, eundem Apollinem appellant. Item Lunam eandem Proserpinam dicunt. Secundum quos pro Sole Liberum, pro Lunâ Cererem invocabant.* Lunam non aliam esse à Cerere etiam Augustinus tradit C. D. VII. 3. *Confert hoc idem Libera, quæ Ceres seu Venus est fœminis.* Conferendi Eustath. ad Iliad. Hom. pag. 430. Ed. Bas. Servius ad Æn. IV. 511. & Senec. Hippol. vers. 406. & seqq. Adde his, quæ dixi ad cap. 9. Lib. I.

b *Sive quod humilior*] *Seu* MS. Leid. & nonnullæ edd.

c *Et terris præsit*] Post hæc verba interserit Schol. German. *Unde & bigam boum habere dicitur.*

d *Detrimenta*] *Decrementa* mallet Locherus. Augustin. C. D. Lib. V. cap. 6. *Et lunaribus incrementis atque decrementis augeri & minui quædam genera rerum, sicut echinos, & conchas* &c. Quâ de re videndus Plin. Lib. II. cap. 99. Gellius VII. 20. Sed ante omnes Apuleius initio Milet. XI. Adde his oculos felium & intestina murium, de quibus Proclus ad Hesiodi Ἡμέρας.

e *Vel cerebra*] Nota *vel* pro & positum. Vide Barth. in Glossario Mamerti. Nostor infra Lib. III. cap. 10. *Per melos & rythmos vel modulos segneretur.*

f *Lætamina*] Gloss. MSS. in Georg. Virg. *Fimus, qui in agros jacitur. Vulgo lætamen vocant.* Isidor. Lib. XVII. 2. *Et dictus fimus, quod fiat imus, id est, stercus, quod vulgo lætamen vocatur, eo quod sua nutrimento læta facit germina.* Hinc *lætare* idem quod stercorare. Vide Pallad. Lib. I. Tit. 6.

g *Cre-*

crementis ejecta vermiculos parturiunt. Hortis ipsam etiam Dianam nemoribusque praesse volunt simili modo, quod arborum & fruticum succo augmenta inculcet. Denique crementis Lunae abscisa ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fistulescunt. Nemoribus quoque adesse dicitur, quod omnis venatio [plus] nocte pascatur, dieque dormiat. Endymionem vero pastorem amasse dicitur, duplo scilicet modo: seu quod primus hominum Endymion cursum Lunae invenerit, unde & xxx. annos dor-

g *Crementis*] Schol. *Incrementis*. Perperam mutavit heic, quod tamen paulo inferius retinuit: *Crementis Lunae abscisa*. Infr. Virgil. Contin. *Boni crementa*. Auctor Tract. de Sinâ & Sion, *Quales post crementum aetatis suae futuri essent*. Gloss. Philox. *Crementa*, αὐξήσεις. Tertull. de Anim. cap. 51. *Crementa unguium*. Cap. 15. *Crementa*, *decrementa*. Addenda haec illis, quae Vossius & Borrichius observarunt.

h *Parturiant Hortis*] 6. edd. *Vermiculos parturiunt. Ortis ipsam etiam Dianam nemoribus*. Schol. German. *Vermiculos parturiant: ipsam Dianam dictam memoribus volunt*. Sed Sanct. edit. ejusdem, *ortam nemoribus volunt*. Cod. Leid. *Vermiculis parturiunt ortis. Ipsam etiam Dianam nemoribus volunt*. Glossator superscripserat, *scil. praesse*. Existimo scripsisse Planciad. *Vermiculos parturiunt hortis. Ipsam etiam Dianam in nemoribus volunt. Ortis* pro *hortis* obvium est in MSS. libris. Petron. Fragm. Tragur. *Eodem die incendium factum est in ortis Pompejanis, ortum ex aedibus Nastae villici*. Pro *Naste* malè ediderunt *nocte*. Lege *Nastae*. Nomen villici est, ut servi apud Martial. IX. 85. *Et dicis modo liberum esse jussi Nastam*; (*Servulus est mihi paternus.*) Pro *est mihi* mallet Nob. Heins. *is mihi*. Graecum est nomen Nastes, & sumptum videri possit ex Hom. Iliad. B. ubi Amphimachi frater ita appellatur, cujus & Ausonius meminit Epit. Heroum XVII. Causam, cur crescente lunâ vermiculos parturiant laetamina, existimem esse humiditatem. Procospatharius ἐξαγ. in Hesiod. Ἡ μὲν γὰρ τροφὸς σελήνης ἀεὶ σπόρους. Hinc ergo Plinius Lib. XVIII. cap. 32. *Omnia quae cae-*

duntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente Lunâ, quam crescente fiunt. Stercus, nisi decrescente Lunâ, ne tangito. Confer Pallad. Lib. I. Tit. 34. cujus tamen praeceptum est Lib. III. Tit. 1. *Sparso laetamine saturetur, quod ejiciendum est Lunâ crescente*.

i *Augmenta inculcet*] Ita & MS. Leid. & 6. edd. Schol. Germanici, *inducat*. Nihil mutem. Prolog. Lib. I. *Semina pucrigena virginibus inculcantem*. Quaenam praeterea augeat Luna, leges apud Plin. Lib. II. cap. 41.

k *Crementis Lunae abscisa*] Proclus in Hesiod. Ἔργ. B. p. 101. Εἰς ὅπως βλέποντας, ἢ φθινούσης τίμνειν σελήνης, ἀλλὰ μὴ πιοσελήνῳ, μὴ δ' αὐξομένης. ἡ γὰρ τῆ φαύλῃ δόσις ὑγρότερα ποιεῖ τὰ ξύλα, ἢ διαφορὰ τεμνόμενα φορὰς τῶν σκωλήκων.

l *Fistulescunt*] Schol. *fistulascunt*. Sed alterum est in 6. edd. & MS. Leid. Gloss. exponit, *perforantur*.

(m *Plus*) *nocte*] Τὸ *plus*, quod uncis inclusit Commelinus cum 6. edd. etiam MS. Leid. agnoscit. Schol. heic corruptus est: *Quod omnis venatio plus nocte, quam die dormiat*. Corrige ex Fulg. Schol. Theocriti ad Eid. Δ. φασὶ γὰρ ὡς τὸν Ἐνδυμίωνα ἠράσθη ἡ Σελήνη, καὶ τὸ ὄρος τὸ Λάτμιον τῆς Καρίας ἐμίγη. Καὶ ἀπηγορῦσιν ὡς φιλοπόνῳ καὶ τῇ σελήνῃ συνεθήρα, ἡμέρας ἀ ὕπνωττεν.

n *Pastorem amasse*] Schol. Juv. ad Sat. X. vers. 318. *Endymion pastor, quem Luna adamavit*. Fabula est apud Hygin. cap. 271. Serv. Georg. III. 391. Capellam Lib. IX.

o *Cursum Lunae invenerit*] Plin. Lib. II. cap. 9. *In hoc sidere cognoscendo singula deprehendit hominum primus En-*

dormisse dicitur, [p] qui nihil aliud in vita sua, nisi huic repertioni studuit, sicut Mnaseas in primo libro de Europa scribens tradidit. [q] Sive pastorem Endymionem amasse fertur, quod nocturni roris humor, [r] quem aporria siderum atque ipsius Lunæ animandis herbarum succis insudat, pastoralibus prosit successibus.

dymion: & ob id amore ejus captus fama traditur.

p *Qui nihil*] Lege cum Schol. German. & MS. Leid. *Quia nihil.*

q *Sive pastorem* &c.] Verba illa, *pastorem Endymionem amasse fertur*, ut glossema, expungenda censeo.

r *Quem aporria* &c.] Scribe: *quem* Σπόρον *siderum atque ipsius Lunæ animandis herbarum succis insudat, pastoralibus prosit successibus.* Supra Prolog. Lib. I. *Humor algens, quem serenis Astra sudant noctibus.* Ob hanc ergo aporræam *roriflua Luna* dicitur in fragmento Astronomico, quod Fulgentio adscribitur in Pithoei Catalectis.

FABII FULGENTII PLANCIADIS,

Viri Clarissimi,

MYTHOLOGIARUM

Liber Tertius.

[a]INSCIENTIÆ formidolosa [b] suspectio semper excusandi quærit suffragia: quo quicquid ignorantia [c] incursionum mater peccaverit, id veniæ absolvat petitio, quæ [d] culpas vestire consuevit. Sed quia nunquam [e] de se male æstimat sermo, qui ad amantem judicem mittitur, idcirco meæ simplicitatis negocium tuo Domine purissimo commisi judicio, [f] fretus, quicquid absurde digestum est, [g] non ut invidus detrahis, sed ut doctissimus corrigis.

I. *Bellerophon.*

PROETUS rex uxorem habuit Antiam nomine, quæ ama-

Ad Prolog. Lib. III.

a *Inscientiæ*] Apuleius Dialogo Hermetis: *Perseverante inscitiâ atque inscientiâ.* Leo Epist. Decret. 4. *Licet vix ferenda sit in sacerdotibus excusatio, quæ prætendat inscientiam.* Minucius Fel. Octavio: *Ut me dissimulanter gravius argueret inscientiæ.* Nepos Epaminond. cap. 7. *Propter imprudentiam inscientiamque belli.*

b *Suspectio*] Suspicio. Paulinus ad Ausonium: *Duceret in sanctum suspectio falsa parentem.* Alii tamen ibi *suspicio* legunt. Vide Vinetum in Epist. Auson. 24.

c *Incursionum*] Gloss. *subito advenientium rerum.* Melius dixeris incursiones heic esse παραπτώματα.

d *Culpas vestire*] Gloss. *tegere. Palliare* diceret Apuleius, cujus illud est: *Nec palliari res tam aperta potest.*

e *De se male æstimat*] Ita & B. sed A. H. & I. *existimat* h. e. loquitur, opinatur. Macrob. Saturn. II. 4. *Malè existimare de Catonis pervicaciâ.* Vide ibi Pontanum. Interpres Hermæ cap. 10. *Bene enim hic de te apud me existimavit.* Sed *æstimare* sæpicule poni pro *existimare* ostendimus in dissertatione de Hygino. Chrysologus Serm. XXXIX. *Æstimo hoc dixisse pulsantem.*

f *Fretus, quicquid*] Lego cum B. A. H. I. & MS. Leid. *fretus quia quicquid* &c. Mox cum Scriverio & Tollio rescripserim *detrahes* & *corriges.* Odoraris, nisi obesæ naris es, stylum Veteris Bibliorum interpretis.

g *Non ut invidus*] B. A. H. I. & MS. Leid. *Ut non invidus.* Quod si cui magis adriserit, is τὸ *sed*, quod mox sequitur, in *sic* mutabit.

amavit Bellerophontem. cui dum ob stupri causſam mandasſet, ille noluit, quem marito criminata est. Ille eum ad Chimæram interficiendam misit [a] per socerum suum. Quam Bellerophon equo Pegaso residens interfecit, qui de Gorgonæ sanguine natus fuerat. Bellerophonta posuerunt, quasi βελληφορῶντα, quod nos Latine [b] sapientiæ consiliatorem dicimus. [c] sicut Homerus ait:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

id est, nec decet tota nocte dormire consiliatorem virum. Nam & Menander similiter in [d] Disexapaton comœdia ita ait, [e] ΒΟΥΛΗΦΟΡΟΣ ΗΜΕΤΕΡΑΝ ΔΗΜΕΑ ΠΡΟΚΑΤΕΛΑΒΕΣ ΟΡΑΣΙΝ: id est, consiliarie nostram Demea præoccupavisti visionem. Nam ut hoc certum sit, Homerus in fabula ejusdem Bellerophontis ita ait, ἀγαθὰ φρονίοντα διάφορα βουληφόροντι, id est, bona cogitantem [g] sapientissimum consilium. Spernit libidinem, id est Antiam. ἀντίον enim Græce contrarium dicitur: sicut antichristum dicimus, quasi ἀντίον τοῦ χριστοῦ, id est, contrarium Christo. Vide itaque cujus uxor Antia dicatur, nihilominus Prœti. Prœtos Pamphyla lingua sordidus dicitur, sicut Hesiodus [h] in Bucolico carmine scribit di-

Ad CAP. I.

a *Per socerum suum*] Ita rectè cum Commel. MS. Leid. 6. edd. heic mirificè corruptæ sunt. Iobatem intelligi vult. Vide Hyg. cap. 57.

b *Sapientiæ consiliatorem*] Cur non potius? *Sapientem.*

c *Sicut Homerus ait*] Addunt 5. edd. *In B. Iliados.* Quæ verba procul dubio è glossâ in textum irrepserunt; certè in principe editione, hoc est, Baptistæ Pii, non comparent.

d *Disexapaton*] Ita cum Commel. exhibet etiam MS. Leid. 6. edd. *disexapito.* Turneb. Adverſ. Lib. IX. cap. 24. *disexapetho.* Quem vide. Scripserim ego, Δὶς ἑξαπατῶντι. eo enim nomine Menandri comœdia laudatur à Suida in Σάπερδα.

e Βουληφόρε] 6. edd. Βουληφόρε ἡμῶν ἐξ μοῦ πρόλαβες ὄρασιν, *id est, consiliarie nostram de meâ præoccupasti visionem.* Sed ut in Commel. heic, ita & in Leid. codice ista leguntur. *Demea* nomen est κύριον, quod cum divisim legerent *de mea*, mutarunt verba Græca.

g *Sapientissimum consilium*] Legitur versiculus iste Græcus Iliad. Z. 162. Deest in capite, πάνυ, quod addunt 6. edd. & vertunt, *Bona cogitantum sapientissimum consilium.* Illud *cogitantum* conspicias quoque in cod. Leid. perperam omnino. Etiam τὸ *consilium* mutarem in *consiliarium*, nisi mox ad eundem modum Bellerophontem interpretaretur *bonam consultationem.* Schol. Hesiod. in Θεογ. p. 261. ed. Heinsi. Βελλεροφόντῃ ἢ ἐπὶ πᾶσιν τὰ διανόσιμα, παρὰ τὸ ἐν τῇ ἴρᾳ βάλλειν. Ἄλλως. Βέλλερος τὸ καλὸν λέγει. Βελλεροφόντης δὲ ὁ εὐβουλίαν παύειν τὸ καλόν.

h *In Bucolico carmine*] Ita & MS. Leid. Edit. Lugd. *in Bucolico*, omissâ al-

dicens: [i]PEPRIGROSIS TA FULVE ULACTIS MENES EMORUM, id est, sordidus vuarum bene calcatarum [k]sanguineo rore. & cujus uxor est libido nisi sordis? At vero Bellerophon, id est bona consultatio, qualem [l]equum sedet nisi Pegasum? quasi [m]pegasæon, id est fontem æternum. Sapientia enim bonæ consultationis æternus fons est. Ideo pennatus, quia universam mundi naturam celeri cogitationum theoria colluſtrat. Ideo & Musarum fontem ungula sua rupisse fertur. Sapientia enim dat Musis fontem. ob hanc rem etiam sanguine Gorgonæ nascitur. Gorgona enim pro terrore ponitur. Ideo & Minervæ pectore fixa est, sicut Homerus [n]in tertio decimo ait:

Τῇ δ' ἐπὶ μὲν γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο.

Ergo hic duplex assertio est. Aut enim terrore finito sapientia nascitur, sicut de sanguine, id est de morte Gorgonæ Pegasus, quia stultitia semper est timida: aut initium sapientiæ timor est, quia & magistri timore sapientia crescit: & dum quis famam timuerit, sapiens erit. unde & Chimæram occidit. Chimæra enim, quasi κῦμ' ἔρωτος, id est fluctuatio amoris. unde & Homerus ait, κῦμα κελαινὸν κορθύει. Ideo etiam triceps chimæra pingitur, quia amoris tres modi sunt, hoc est incipere, perficere, & finire. Dum enim amor noviter venit, ut leo fe-

alterâ voce. H. B. M. & I. *Bucolico Indicro.* Scriverius in orâ libri sui: *Citat Fulgentius ex Hesiodi Bucolico, quod nunquam fuit, versum, qui Græcus non est, sed Barbarus, à quodam Afro vel Vandalo prave imitatus.*

i *Pepigrosis*] Græca verba omissa sunt in 6. edd. MS. Leid. ea ita repræsentat: *Pritos ista fluen tactis mene semorum.* Casaubonus in Suet. Lib. 11. Animadv. p. 101. restituit: Πεζὸν εὐσχίαν βοτρύων δεῦσαι αἱμάτινος. Ἰλ.

k *Sanguineo rore*] Vinum enim sanguis uvarum. *Baccheus sanguis* Statio. Αἷμα σταφυλῆς Eustath. ad Iliad. Hom. p. 234. ed. Bas. Auctor Ovidii Vetulæ: *Effundere sanguinis uvæ Mille modos.* Vetus interpres Deuteron. cap. xxxii. 14. *Sanguinem uvæ biberent meracissimum.* Αἷμα σταφυλῆς τοῖς ὁ ibidem. & Sirac. L. 16. Ad eundem modum *olearum cruor* dicitur oleum apud Arnob. Lib. 1. pag. 2. ut ἔλαιος ἰλαίνης oleum Nicandro. Cæterum ut hoc *sanguineum rorem* Planciades, ita *sanguinis rorem* Lucanus, *Bacchi rorem* Sammonicus. *Pluviarum rores* & *vineum rorem* Arnob. p. 12. *aquæ rorem* Apul. Milesi. 1. & *fluctuum rorem* IV. *Tepidum rorem* pro lacrymis Ovid. x. Met. 360. dixere.

l *Equum sedet*] Vide not. ad Hyg. cap. 61.

m *Pegasæon*] Pegasus ergo Fulgentio significat πηγὰς αἰωνίους, *fontes sæculi.*

n *In tertio decimo ait*] Lapsus est memoriâ Fulgentius. Legitur Iliad. A. 36.

feraliter invadit: unde & Epicharmus comicus ait, ὁ δαμασὴς Ἔρως λεοντείᾳ δυνάμει θαλερός. id est, domitor cupido leontea virtute [p] præsumptior. Nam & Virgilius in Georgicis tetigit, dicens:

---- Catulorum oblita leæna
Sævior erravit campis.

At vero capra quæ in medio pingitur, perfectio libidinis est, illa videlicet causa, quod hujus generis animal sit [q] in libidine valde proclivum. Unde & Virgilius in Bucolicis ait,

--- Hædique petulci.

Ideo & satyri cum caprinis cornibus depinguntur, quia nunquam noverunt saturari libidine. At vero quod dicitur, [r] Postremus draco: illa ratione ponitur, [s] quia post perfectionem vulnus det pœnitentiæ, venenumque peccati. erit enim hic ordo dicendi, quod primum sit in amore inchoare, secundum perficere, tertium vero pœnitere de perfecto vulnere.

II. [a] *Per-*

ὁ Δαμασὴς Ἔρως] Vide Cl. Jac. Tollii Ἐχθ. Κοσμάμ. pag. 44. Sed ante omnia Pighium in Hercul. Prodic. pag. 210. de Cupidine æreo leonis exuvio indormiente, quem visum à se memorat in Ducis Mantuani palatio. Mira horum verborum est versio Hertelii in sententiis Epicharmi: *Amoris mollitiei, leonis robore domanda est.* Hesych. Δαμασὴς· ὕβρις ὁ ἀφοσιωσὴς. Leg. ἀποκρύψης cum Salmas. Vulgares Lexicographi non agnoscunt vocem illam *δαμασὴς*. Unde volebam à primo *δυνάσης*. Anacreon Od. 62. Ὁ' ὃ ἐ θεῶν δυνάσης, Ὁ' ὃ ἐ βροτὼν δαμάζει.

p *Præsumptior*] Ita quidem & 6. edd. & MS. Leid. Rescribendum tamen existimo *præsumptuosior* vel *præsumptiosior*, ut *affectiosè* & *affectiosus* ab *affectio*. De quibus Salmas. ad Pallium Tert. Gloss. Vett. Ἀ'θέθεια, *præsumtio, contumacia, temeritas.* Schol. Horat. ad Lib. III. od. 4. *Audax. præsumptuosus.* Adde notas ad caput ult. Lib. I.

q *In libidine proclivum*] A. H. & I. *in libidinem.* Sed alterum cum B. M. & L. agnoscit MS. Leid. nec Fulgentio indignum est. De libidine caprini generis omnia pervulgata sunt. Vide Serv. ad Ecl. VIII. vers. 8. Horus Lib. I. *Penem secundum significantes hircum pingunt, non autem tantum. Nam hic post annum integrum tantum coire incipit. Hircus vero post septimum diem ab ortu coit.*

r *Postremus draco*] Ita quidem cum Leid. cod. habet quoque MS. Modii. Sed ipse emendat *postrema draco*, ut respiciat illud, *prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.* qui versiculus apud Hyg. quoque legitur cap. 57. & ab Hieronymo Epistol. Sel. II. 13. ed. Canis. tanquam pervulgatus adducitur. Esse autem Lucretii notavi ad Hyginum.

s *Quia post perfectionem* &c.] Modius ex suis MSS. restituit: *Quia post perfectionem libidinis vulnus det pœnitentiæ venenum peccati. Erit ergo hic ordo, quod primum* &c. Ut huic libidinis symbolum Chimæram Fulgentius, ita meretricis facit Horat. Lib. I. od. 27.

Ubi

II. [a] *Perdica.*

SEMPER delicata consuetudo laborioso fert præjudicium operi, & molliter educata, [b] dum quod non optas evenerit, pœnitentiam creat. Melius est enim [c] labore partiliter securiore doceri, quam ex necessitate veniente repentaliter perterreri. Perdicam ferunt venatorem esse, qui quidem matris amore correptus, dum utrinque & immodesta [d] libido ferveret, & verecundia novi facinoris reluctaretur, consumptus, atque ad extremam [e] tabem deductus esse dicitur. Primus etiam serram invenit, sicut Virgilius ait:

[f] *Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.*

Sed

Ubi Schol. vetus: *Quemadmodum supra meretricem mari, ita hoc Chimæra comparat, quasi multiformi belluæ, quæ leonis, capræ & dracenis capitibus emineret; flammis armata, sicut meretrix dolis & incitamentis libidinum.*

Ad CAP. II.

a *Perdica*] MS. Leid. *Fabula Perdicæ.* Scrib. *Perdicæ.* Perperam quoque in Lemmate Epigr. 24. apud Claud. *de Polycaste & Perdicca. Perdica* pro *Perdix*, ut *Arcada* pro *Arcas* apud Hyg. cap. 155. *Atlanta* pro *Atlas.* apud nostr. Prol. Lib. 1. *Tripoda* pro *tripus* Lib. 1. cap. 6. Tzetzes in Hesiod. Ἔργ. Οἰδιπόδεω. Τῆ Οἰδίποδ᾽. Ἀπὸ δὲ θέσεως τ᾽ Οἰδιπόδης, ἡ Οἰδιπόδεω, διαλύσεως Ἴσυπος. Ἔστι δὲ ἡ ἑτέρα δίθεσις, ὁ Οἰδίπ᾽, ἡ τὸ ὁ Οἰδίπους, ἡ ὁ Οἰδιπόδης. *Antipoda* pro *antipodes* in Scholiis MSS. in 1. Georg. Virg. *Alopidam* in Cœnâ Cypriano adscriptâ: quod frustra in *alopidem* mutat Rigaltius. Rectius *turpitudinem* in *torpedinem*, & *sexatilem* in *saxatilem* mutasset. Probus in Catholicis: *Legi, hic Oedipodes hujus Oedipodæ. Nam si Oedipos declinaverimus, genitivo dis faciet* &c. Pertinet & huc *Pubeda* quod apud Capellam & in Glossis Isidori legitur pro adolescente, quanquam scribendum esset *bupæda* ex Gr. βίπαις. Sanè *bubeda* inveni in Vett. membranis Capellæ. Festus in BULIMAM. *Hinc est, quod grandes pueros bupædas appellant.* Conser not. ad Prol. Lib. 1. & cap. 15. quæque dixi in Dissertatione de Hygino.

b *Dum quod* &c.] Modius: *Dum sicut optas non evenerit, pœnitentiam creat.*

c *Labore partiliter* &c.] Modius: *Laborare particulariter, laboreque securiore doceri.* Commelinianam lectionem, quam Leid. codex firmat, non temere rejecerim. Certè *partiliter* rectum puto. Arnob. Lib. VI. *Partiliter nusquam Deus est, sed ubique totus.* Firm. Astronom. Lib. II. cap. 18. *Partiliter exposita.* Sic & *partile* pro divisibili posterior ætas posuit. Claud. Lib. 1. de Stat. An. cap. 18. *Tunc localem mihi eandem vel partilem persuadebis.* Conser Glossar. Barthii. Gloss. Isid. *Partiliter, divisè, per partes, distributè.*

d *Libido ferveret*] *Libidine ferveret* Modius. MS. Leid. *Dum utrumque, & immodesta libido* &c.

e *Tabem*] 6. edd. & MS. Leid. *labem.* Labes est ruina. Maro Æn. II. 97. *Hinc mihi prima mali labes.* Præsero tamen *tabem*, quod inferius ad maciem perveniisse dicatur.

f *Nam primi*] Versus hic legitur 1. Georg. In Leid. cod. superscripta erat altera lectio, *vel primum*, quam & à

Sed ut [g] Feneſtella in Archaicis ſcribit, hic primum venator fuit: cui cum ferinæ cædis cruenta vaſtatio, & ſolitudinum vagabunda errando curſilitas diſpliceret, [h] plusquam etiam videns [i] contheroletas ſuos, id eſt Actæonem, [k] Adonin, Hippolytum, miſerandæ necis functos interitu, artis priſtinæ affectui mittens repudium, agriculturam [l] affectatus eſt. ob quam rem matrem quaſi terram omnium genitricem amaſſe dicitur. Quo labore conſumptus etiam ad maciem perveniſſe fertur. & quia cunctis venatoribus de priſtinæ artis opprobrio detrahebat, ferram quaſi [m] maleloquium dicitur reperiſſe. Matrem etiam Polycaſten habuit, quaſi polycarpen, quod nos Latine multifructam dicimus, id eſt terram.

III. *Actæon.*

[a] CURIOSITAS ſemper periculorum germana, detriſe in Mediceo aliiſque antiquis exemplaribus inventam teſtatur Pierius Valerianus.

g *Feneſtella in Archaicis*] 6. edd. & MS. Leid. *Feneſtella Martialis.* Savaro cenſet illum eſſe Martialem, cujus Lib. IX. ep. 14. mentionem facit Sidonius. Giraldus Part. II. Dial. 18. ex uno nobis duos facit. *Fabulam*, inquit, *hoc loco talem attingit, cujus & Feneſtella & Martialis meminit.*

h *Pluſquam etiam*] Ita A. H. I. & MS. Leid. in quo gloſſa: *pluſquam una pars, id eſt magis.* B. M. & L. *Pluſque etiam.* Sed ne ſic quidem ſatis congrua oratio. Eſſet, ſi ita ſcripſiſſet, *inſuperque etiam videret.* Nihil tamen mutare auſim. Vide quæ animadvertimus infr. ad cap. 8.

i *Contheroletas*] Vox hybrida eſt. Græcè dicas, συνθηρολέτας, ut μεγαλολέτας, quo Jovem epitheto ornant Poëtæ. Si addiceret antiquus aliquis codex, mallem *Contheroteras.* Θηρητὴρ enim venator. Θηρολέτης non putem inveniri.

k *Adonin*] MS. Leid. *Adonem* rectè. *Adon* enim Afris illis Capellæ & Arnobio, ne de aliis nunc dicam, idem qui *Adonis.*

l *Affectatus eſt*] Ita quidem M. L. I. & MS. Leid. Sed B. A. & H. *aſſectatus eſt.* Quod eſſe melius haud aſſeveraverim. Nam paſſivam formam habentia ſæpe activè poni multi multis exemplis pridem oſtenderunt, ut notavi ad Hygin. cap. 273. ubi habes *certati ſunt.* & cap. 274. *belligeratus eſt.* Vetus interpres Exod. cap. 16. *Murmurati eſtis.*

m *Maleloquium*] Malim *maliloquium* cum 6. edd. quod & firmat Leid. cod. Sic *falſiloquium, multiloquium, turpiloquium, parciloquium* apud Apulej. Lib. v. Miſeſ. *vaniloquium* apud Donat. ad Eun. Act. II. ſc. I. vers. 10. & Chryſolog. Serm. XIII. *Spurciloquium* apud Tertull. de Reſurrect. Carn. cap. 14. *Inaniloquia* apud Vet. Interpr. poſter. Epiſt. ad Timoth. cap. II. vers. 16. aliaque paſſim legas. Sed *maleloquium* editum quoque apud Schol. Stat. ad I. Theb. vers. 171. *In dignitate regiâ poſitos maleloquii veneno perſtringere.* Opinor & hoc corruptum. Tertull. de Spectac. *Neque enim oculos ad concupiſcentias ſumpſimus, neque linguam ad maliloquium, & aures ad receptaculum maliloquii.* Hieron. ad Celantiam: *Credulas animas maliloqua lingua diſſociat.*

Ad CAP. III.

a *Curioſitas*] Η' πολυπραγμοσύνη. Gloſſ. Labbæi, *Curioſus*, πολυπράγμων.

b Ne-

trimenta ſuis amatoribus [b] novit parturire quam gaudia. Actæon denique venator Dianam lavantem vidiſſe dicitur: qui in cervum converſus, à canibus ſuis non agnitus, eorumque morſibus devoratus eſt. [c] Anaximenes ([d] qui de picturis antiquis diſſeruit) libro ſecundo ait, venationem Actæonem dilexiſſe: qui cum ad maturam perveniſſet ætatem, conſideratis venationum periculis, id eſt quaſi nudam artis ſuæ rationem videns, timidus factus eſt: [e] inde & cor cervi habens. unde & Homerus ait, οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο, id eſt, ebrioſe, [f] oculos canis habens, & cor cervi. Sed dum periculum venandi fugeret, affectum tamen canum non dimiſit: quos [g] inaniter paſcendo pene omnem [h] ſubſtantiam perdidit, ob hanc rem à canibus ſuis devoratus eſſe dicitur.

IV. [a] *De*

b *Novit parturire quam gaudia*] Subaudi *magis*. Terent. Prol. Eun. *Si quisquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quam plurimis.* Familiaris Græcis ea ellipſis. Pſalm. IV. Ἀγαθὴν πατρίδαν ὅτι κύριον, ἢ πατρίδαν ἐπ' αὐτῷ ὠν. Nazianz. Θέλω τύχης στυγνὸν, ἢ φρενῶν πάθος. Notavimus iſtum Helleniſ. in Fulgentio jam ſuperius ad Prol. Lib. I. & cap. I. Lib. II.

c *Anaximenes*] Ita & MS. Leid. Perperam *Anaſimenes* exhibent 6. edd. Anaximenis multiplex, nulla Anaſimenis ſit mentio apud veteres. Alium à philoſopho fuiſſe cenſet Malincrotius Paralipom. pag. 4. Cæterum Anaximenis ratio, ideo in cervum fingi transfiguratum Actæonem, quod ingraveſcente ætate timidior factus ſit, nimis frigida videtur Pierio Valeriano Hieroglyph. Lib. VII. Petendum potius ex hiſtoriâ cenſet, quâ cornutum eſſe editum quidam tradiderint Actæonem. Quâ de re conſul. Plin. Lib. XI, cap. 37. Varro per canes intellexit adulatores, cum ſcriberet: *Crede mihi, plures dominos cervi comedere, quam canes. Quod ſi Actæon occupaſſet, & prius ſuos canes comediſſet, non nugas ſaltatoribus in theatro faceret.*

d *Qui de picturis*] Quinam præter hunc Anaximenem de picturis ſcripſerint, docebit te Voſſius libro de Graphice pag. 36.

e *Inde & cor* &c.] 6. edd. *Unde & cor cervi habere dicitur.* Leid. cod. qui in cæteris cum Commel. facit, habet etiam *unde*. Quid ſi ita diſtinguas? *Factus eſt inde, & cor cervi habens.*

f *Oculos canis habens*] Horus Lib. II. *Eos qui in oculis ſanguinem habent, impudentes vocant: unde Homerus:* Οἰνοβαρὲς &c. Timiditatem lepidè notat Tertull. de coron. Milit. cap. I. *Novi & paſtores eorum in pace leones, in prælio cervos.*

g *Inaniter paſcendo*] *Immaniter* legere nos jubet Pricæus ad Apul. Apolog. p. 142. Non accedo. Inaniter paſcit canes, quicunque eos paſcit, cum præ timiditate venari non audet.

h *Subſtantiam perdidit*] Ita & Palæphatus hanc fabulam interpretatur. Alii canes de adulatoribus accipiunt, ut modo dicebam.

Ad

IV. [a] *De Hero, & Leandro.*

AMOR cum periculo sæpe concordat: & [b] dum ad illud solum natat quod diligit, nunquam videt, quod expedit. ἔρως enim Græce amor dicitur. Leandron vero dici voluerunt, quasi λύσιν ἀνδρῶν, id est solutionem virorum. Solutio enim viri amorem parturit. Sed natat nocte, id est in obscuro tentat pericula. Hero quoque [c] in amoris similitudine fingitur. Lucernam fert. [d] Et quid aliud amor, nisi flammam [e] ferat, & desideranti periculosam viam ostendat? cito tamen extinguitur, quia juvenilis amor non diu [f] perdurat. denique nudus natat, illa videlicet causa, quod suos [g] affectores amor & nudare noverit, & periculis sicut in mari jactare. Nam extincta lucerna, [h] utriusque mors est procurata maritima: hoc in evidenti significans, quod in utroque sexu vapore ætatis extincto, libido commorirur. In mari vero mortui feruntur, velut in humore frigidæ senectutis. omnis enim [i] caloratæ inventutis igniculus torpidæ veternositatis [k] algescit in senio.

V. [a] *De*

Ad CAP. IV.

a *De Hero*] MS. Leid. *Fabula Ero & Leandri. Herus* debebat scripsisse. Talia sunt & *Argo* & *Callisto* gignendi casu apud Hyg. cap. 14. & 224. ubi complura diximus, quæ huc faciunt.

b *Dum ad illud solum natat*] MS. Mod. *notat*. unde ipse delet τὸ *ad*. Sed pro lectione Commel. stant 6. edd. & MS. Leid.

c *In amoris similitudine*] Ita & Leid. cod. & 6. edd. Sed Modius ex suis membranis emendat: *In amoris similitudinem fingitur lucernam ferens*. 6. edd. *ferre*. Sed ut Commelinus edidit, ita hæc & in Leid. cod. cum leguntur, tum distinguuntur.

d *Et quid aliud* &c.] Leid. cod. *Quid aliud amor, nisi & flammam* &c.

e *Ferat*] 6. edd. & Modius *fert*, & mox *ostendit*. Præfero Commel. lectionem, quam & Leid. codex repræsentat.

f *Perdurat*] Mod. *durat*. Et mox, *denique Leander nudus* &c.

g *Affectores*] B. A. H. M. L. *affectatores*. I. *Assectatores*. Præfero *affectatores*, quod & in Leid. codice visitur. Supr. II. 4. *Quod nudos sibi affectatores dimittat*. Quanquam Salmas. ad Histor. August. pag. 11. 109. 110. 111. *affectionem tyrannidis* pro *affectatione* diei observat.

h *Utriusque*] Modius, *utrique*. Lego *utriusque* cum Leid. cod. quod ut αἰχαὶ τινος, ita Fulgentii κακοζηλίᾳ convenientius.

i *Caloratæ juventutis igniculus*] Apul. VI. Met. *Primæ juventutis caloratos impetus freno quodam coercendos existimavi*. Vid. ib. Pricæum.

k *Algescit in senio*] Τὸ *in* non habent Modii membranæ. At habet Leid. cod. & 6. edd.

Ad

V. [a] *De Berecynthia, & Atti.*

DECEPTA Græcia credulitate dæmonum potius quam deorum, nunquam deterius diis suis [b] reponeret, quam ut eorum matrem veternosam anum, non solum puerilem amatu, [c] quantum etiam [d] fingerent & zelotypam. [e] Tantum enim zeli succensa anus invidiosa flagravit, quæ nec suis utilitatibus furiosa pepercit, ut unde fructum sperabat libidinis, illud [f] veterana succideret meretrix. Et quamvis apud muliebres animos libido obtineat

Ad CAP. V.

a *De Berecynthiâ & Atti*] MS. Leid. *Fabula Berecynthiæ & Attis.* Secundum Servium ad Æn. IX. 82. *Berecyntiæ* sine aspiratione esset scribendum.

b *Reponeret*] Glossi. *detraheret.* Explica potius, *gratiam referret.* Juvenal. Sat. I. vers. 1. *Nunquamne reponam Vexatus toties rauci Theseide Codri?*

c *Quantum etiam*] Ἀντὶ τοῦ *verum etiam.* Χρῶνται est Fulgentiana. Consule indicem.

d *Fingerent*] Ita cum 6. edd. etiam MS. Leid. Non nescio satis Latinè dici *Gratia fingerent.* Quia tamen præcessit *reponeret*, mallem *fingeret.* Rescribo ergo, *quantum etiam fingeret Zelotypam*, tametsi timidè. Ecce enim & vetus interpres Marc. cap. 9. ita loquitur apud Chrysol. Serm. 12. *Confestim omnis populus videns Jesum stupefactus est & expaverunt.*

e *Tantum enim zeli succensa*] Sic cum Commel. & 6. edd. etiam MS. Leid. Arridet tamen magis *zelo. Tantum* est *tantopere*, *in tantum*, quomodo Cyprianus, Prudentius, Æthicus, Dictys, Schol. Juvenal. Sat. VI. 295. Vetus interpres Genes. cap. XLI. vers. 19. aliique id genus scriptores loquuntur sæpissimè, & Græci εἰς τοσοῦτον usurpant. Nec refugit Plinius eam locutionem, cum scripsit Lib. X. cap. 60. *In tantum emollitur.* Et Lib. 18. cap. 22. *In tantum mirabili multitudine.* Euagrius in vitâ S. Antonii: *In tantum patiens erat.* Salvianus de Provid. Lib. IV. *In tantum apud plurimos nimen hoc parvi penditur.* Sic *in quantum*, pro *quantum* Æthicus sub finem Cosmogr. *In quantum vigilantia nostra investigare potuit. In aliquantum* pro *aliquantum* Dictys Cretensis cum aliis locis, tum Lib. III. *Tum rex, ubi in aliquantum revolvit spiritum.* Restituenda eadem Cassiod. Variar. Lib. VIII. epist. 10. ubi nunc editum visitur: *Conflictus virorum fortium mutua tela reppulit, nec semper tutus fuit, qui cum numerosa hoste contendit: unius forsan ictus solerter eliditur: qui multis restitit, à parte, quâ non credidit, vulnus excipit: quæ tantum ei nunc sunt gloriosa, quantum tunc habuere periculi.* Pro *reppulit* legendum ex Vet. Cod. cujus excerpta penes me sunt, *non respuit.* Pro *eliditur* præterea *eluditur.* Adhoc *resistit* pro *restitit*, & *in tantum* pro *tantum.* Sequitur mox, *zelo succensa.* Chrysologus Serm. XII. *Succendit invidia, cupiditas inflammat.*

f *Veterana succideret meretrix*] Augustin. C. D. Lib. VI. cap. 7. *Atys pulcher adolescens ab eâ dilectus & muliebri zelo abscissus.* Lactantius Lib. I. cap. 17. *Eundem cum pellice deprehensum exertis virilibus, semimasculum reddidit.* Minucius Octavio. *Cybelæ Dindyma pudet dicere; quæ adulterum suum infeliciter placitum, quoniam & ipsa deformis & retusa, ut multorum Deorum mater, exsecuit, ut Deum faceret eunuchum.* Alii semet castrasse ipsum Atyn volunt, ut Catullus carm. 64. & Sallust. de diis cap. 4. Gloss. Nom. Βερεκύνθιος, παλλακευόμενος. Petron. *Veteranus latro.*

neat regnum, tamen etiam g in invicta libidine zelus obtinet dominatum. Berecynthia enim mater deorum Attin puerum formosissimum amasse dicitur, quem zelo succensa castrando h semimasculum fecit. Quid sibi ergo in his Græcia sentire voluerit, edicamus. Berecynthiam dici voluerunt, i quasi montium dominam. Ideo matrem deorum, quod k deos nuncupari præ superbia voluerunt. Ideo in Olympo habitantes, quasi excelsos ac superbos. ideo & dæmonas nuncupant secundum Homerum, l qui dicit, μὴ δαίμονας ἄλλους, id est m post deos alios. δῆμος enim Græce populus dicitur. is dicitur unus: & quia populos subdere cupiebant, & soli super populos esse, dæmones dicti sunt. Ideo & apud Romanos n Indigetes, quasi nihil indigentes. Ergo Berecynthiam montibus præesse di-

xe-

g *In invicta libidine*] MS. Leid. *etiam victâ libidine.* edd. 6. *etiam invictâ libidine.* Commel. lectio satis mihi proba videtur.

h *Semimasculum*] Semivirum, ut nec converteretur in fœminam, nec vir relinqueretur. Priapum contra pulcrè pensilibus peculiatum venustè *nimis masculum* dixit Augustin. C. D. Lib. VI. cap. 9. Auctor Ovid. Vetulæ: *Eunuchus porro, cum non sit fœmina, non vir, Non animal, non planta, quid est? non est sine vitâ. Ergo quid esse potest? nihil esse potest nisi monstrum.*

i *Quasi montium dominam*] Aliter fabulam interpretatur Sallust. περὶ θεῶν cap. 4.

k *Deos nuncupari præ superbiâ voluerunt*] 6. edd. *per superbiam.* Sed nec sic Latina est oratio. Suspicor scripsisse, *Deos se nuncupari* &c.

l *Qui dicit*] *Dum dicit* MS. Leid.

m *Post Deos alios*] MS. Leid. B. A. H. & I. *cum Deos alios.* At in margine, *cum dis aliis.* Versus Homeri exstat Iliad. A. 222. Διόμεδ' ὑς Ἀτρείδαο Διὸς μὴ δαίμονας ἄλλους. h. e. ὅτι τοὺς θεοὺς ἄλλους, ut rectè Scholiastes; *ad Deos alios.* Οὗτος ὁ δαίμονας κακεῖ Παρεμπτωτικῶς heic Fulgentius. Deinde δαίμων à δαῆναι dicitur, quasi δαήμων, ut docent Græcorum Magistri. Schol. modo laudatus: τοὺς θεοὺς, ὅτι δαήμονας. ἱκανοὺς γὰρ ἐ ἐφορᾶς πάντων αὐτοὺς εἶναι.

n *Indigetes*] Vide Festum in *Indiges.* Serv. ad Æn. XII. 794. Turneb. Lib. XIX. cap. 29. Glossarium edirum à Barthio Adversf. Lib. XXVIII. 19. *Indigetes dii, quorum nomina non audebant proferre.* Lactantius *genios* interpretatur dæmonas Lib. II. 14. *Omnes*, inquit, *ostiatim domos occupant, ac sibi geniorum nomen assumunt. Sic enim Latino sermone dæmonas interpretantur.* Plura vide apud Tzetz. ad Hesiod. p. 41. ed. Heinf. Cyprian. ad Demetr. *Consentit Plato, & unum Deum, cæteros angelos vel dæmonas dicit.* Qua de re videndus Apul. in de Dogm. Plat. pag. 8. ed. Elmenhorst. Confer quæ dixi ad Hyg. cap. 139. Gloss. MSS. In Virgil. I. Georg. *Indigetes qui præsant singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Juno Carthaginensibus. Indigetes propriè sunt dii ex hominibus facti, quasi dii egentes. abusivè omnes generaliter, quasi nullius rei egentes. Alii indigetes propriè interpretantur, quorum proprium nomen uti indigemus, ut dii penates; item Lares, qui dii contra sonantes, quorum singularia nomina nescimus.* Confer omnino Athenag. Legat. pro Christian. pag. 25. Schol. Eurip. pag. 19. ed. Steph.

o *Ver-*

xerunt quasi [o] verni cynthos. Cynthos enim Attica lingua flos nuncupatur: [p] unde hiacynthus dicitur, quasi ἰάκινθος, quod nos Larine solus flos dicimus, quasi omnibus perfectior. Nam & Epicharmus ita ait: [q] παγκάρπος στέφανος, ἁ δὲ ἀκτᾶν ἀναβαλεῖ ἡ χρυσάλος. id est, florigera corona, atque è litoribus procedit chrysalus. Itaque florem quamvis quilibet amet, tamen [r] abscindit, ut Berecynthia in Attin fecit. [s] athis enim Græce flos dicitur, [t] ut Sosicles Atticus in libro Theologumenon, quem appellavit, scribit: Matrem deûm, in modum potentiæ voluerunt poni: unde Cybele dicitur quasi κῦδος βέβαιον, id est gloriæ firmitas. unde & Homerus ait: ὄφρα οἱ Ζεὺς κῦδος [u] ὀπάζῃ. Cui Jupiter gloriam donaverat. Ergo [x] ideo

o *Verni cynthos*] Conjunctim 6. edd. *Bernicynthos*. MS. Leid. *Vernicantos*. Sed hæc nugaciſſima ſunt.

p *Unde hyacinthus*] MS. Leid. *Unde & hiacynthus dicitur, quasi hios cynthos*. Unde faciendum videtur ἰὸς κύνθος. Γ᾽ enim veteribus Græcis erat *unus*. Sed nugatur Fulgentius. neque enim ἰάκινθος, ſed Υ᾽άκινθος Græcis dicitur. Deinde quis dixit κύνθος idem eſſe quod αἶθος? Lexic. Cyrill. Υ᾽άκινθος αἶθος, *vaccineum*.

q Παγκάρπος &c.] MS. Leid. *Cinthoides iſte ſi foros probe beĕris albos, id eſt, Floriger & coronatus atque ebrius proceſſit Criſaltus*. Græca videntur ita fuiſſe exarata: Κινθοειδὴς ὁ στεφανοφόρος καὶ μεθύσκων χρύσαλος. Pro ἀεὶ ἀκτᾶν, Scriverius ſubſtituebat παρ᾽ ἀκτᾶν. Cæterum *Chryſalus*, *Chryſes*, *Chryſis*, *Chryſalis* ſervorum & ancillarum in Comœdiis ſunt nomina.

r *Abſcindit*] MS. Leid. *abſcidit* MS. Leid. Apulej. v. Miles. *Nodum cervicis & capitis abſcide*. Auguſtin. C.D. Lib. VII. cap. 26. *Alienis manibus potius occidi, quam ſuis abſcidi potuerunt. Abſcidere* verbum eſt poſterioris ætatis ſcriptoribus familiariſſimum. Vide Heinſ. ad Prud. Apotheoſ. vers. 945. & quæ nos notavimus ad cap. 2. Lib. I. Nec tamen vetuſtiſſimis ignotum fuit, ut oſtendit ad Scribon. Largum pag. 164. Rhodius. Servius in hac fabulâ a rege, qui eum ſtuprare vellet, amputata puero verenda ſcribit.

s *Athis Græcis flos dicitur*] Immo αἶθος non Ἄθις dicitur. Interim verum eſt Porphyrium voluiſſe Attin florem denotare ἀλληγορικῶς. Cæterum *Attis* heic habet MS. Leid. & 4. edd. quomodo & apud Servium ad Æn. IX. vers. 116. Catullum, Ovidium hoc vocabulum exaratur. *Atys* eſt apud Auguſtinum, *Atus* apud Varronem. Vet. Inſcript. apud Ald. Orthogr. pag. 14. *Archigallus matris Deum magnæ Idææ & Attis* &c. Et in ædibus Petri Donati Cardinalis Cæſii, ut teſtatur Ciofanus ad Ovid. Metam. X. *Qui colitis Cybelen, & qui Phryga plangitis Attin* &c. Capella Lib. II. *Atys pulcher item, curvi & puer almus aratri*. Lege *Attis* ex MS. Leid. Bibl.

t *Ut Soſicles*] MS. Leid. cum 6. edd. *Soſides*. d pro cl poſuit, opinor, librarius. Ponenda eſt ante hæc verba παλαιὰ γραμμή. Non enim Attici hominis eſt dicere Attin Græcè denotare florem.

u Ὀπάζῃ] Ὀπάζοι emendaverat in libro ſuo Scriverius. Non probo. Septem locis legitur apud Homerum κῦδος ὀπάζῃ. nuſquam ὀπάζοι. Sed nec ὄφρα in hemiſtichio iſto invenitur apud eum. Scripſit forte Fulgentius, τοῦ τι, vel τοῦ γὰρ Ζεὺς κῦδος ὀπάζῃ. quorum alterum Odyſſ. T. 161. alterum Iliad. P. 566. habetur.

x *Ideo*

[x] ideo turrita pingitur, quod omnis potentiæ elatio sit in capite. Ideo & leonum currui præsidens, quia omnis potentia etiam virtuti dominatur. Ideo & multiplici veste, quod omnis potentia ornata sit. Sceptrum etiam fert, quod omnis potentia vicina regno sit. Ob hanc rem etiam mater deûm dicta est. illud nihilominus ostendere volentes, quod sive Indigetes, sive dii, sive dæmones apud antiquos à divitiis dicti sunt. ergo potentia divitum mater est. unde & Homerus Agamemnonem considerans ait,

Ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον.

Nec non etiam Euripides [y] consimilans Tantalum Jovi in tragœdia Electræ ait:

Ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ἐνιδίζω τύχας,
Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, τἀνθάλου, [z] κορυφᾶς.

id est, Beatus ille, nec [a] invideo fortunas ejus, [b] Jovis æqualis, ut dicitur, Tantalus. Ergo potentiæ gloria semper & amore torretur, & livore torquetur: citoque abscidit quod diligit, dum tamen [c] amputet illud, quod odit. Denique omnis nunc usque potentia nescit circa suos diuturnum servare affectum: & quod amaverit cito, aut

x *Ideo turrita*] MS. Leid. *Ideo & turrita.* Et paulò inferius, *nec non &.* Aliter hæc Cybeles insignia interpretatur Servius ad Æn. III, 113.

y *Consimilans*] Ita & MS. Leid. *Similare, similatus, assimilare* furcillis è Latio exturbat summus vir Joh. Fred. Gronovius Diatrib. ad Stat. Sylv. Lib. 1. cap. 6. Inveniuntur tamen crebro in deterioris notæ scriptoribus, ut forsan non tam librariis, quam eorum ævo sint imputanda. Willeramus Paraphr. Cantici Salom. *Hæc quoque non agnis, sed consimilabitur hædis.* Et post paulo: *Fermia tuis colli nitet assimilata monili.* Ne de Apuleio nunc dicam, cujus in Indice consulendus Elmenhorstius, etiam in Ausonio epigr. 67. *adsimilas.* 118. *adsimilata* ediderunt nonnulli. Haud tamen scio quam rectè. Priore enim loco *adsimulas*, posteriore *adsimulata* repræsentat Stoeriana editio. *Similare* ait similem esse auctori Tractatus de Sinâ & Sion: *Vides ergo in Hebraicâ veritate non sibi similare.*

z Κορυφᾶς] Hoc alterius versus principium est, ut rectè observavit in margine libri sui Scriverius. Κορυφᾶς ἐκφέρουσα πολλοῖσι δεινοῖσι πόνου habet Euripides. Michael Psellus in Tantali Anagoge: Δεινοῖς γὰρ τοῦ ὑπερπλούτου πόνοις, ὅπερ ἀδιαφορήσας ὑπερεῖδε καὶ ἀπεπηδήσας, καὶ μικροῦ τὸ ἐπείγον ὑπερεῖχεν καρκίνε, φοβεῖ τὴν μέλουσαν κολάσιν, ὃ κρύπτει δὲ.

a *Invideo fortunas*] Vide de eâ constructione Sciopp. Paradox Litterar. Epist. 4.

b *Jovis æqualis*] Imo *Jovis filius* est Διὸς πεφυκὼς. Romanus Tragicus Diomedi laudatus Lib. III. *Jove prognatus est, ut perhibent, Tantalus, Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem satus Atreus, qui nostrum porro propagat genus.*

c *Amputet illud*] *Amputetur* Leid. cod.

Ad

aut zelando amputat, aut fastidiendo horrescit. Ideo & Attin dici voluerunt quasi ἀπὸ τοῦ μὴ ἀπτεσθαι enim Græce consuetudo dicitur. Ergo quantuscunque amor sit potentibus, stabilis esse non novit.

VI. *De Psyche, & Cupidine.*

APULEIUS in libris Metamorphoseon hanc fabulam planissime designavit, dicens esse in quadam civitate regem & reginam, habere tres filias, duas natu majores, esse temperata specie: juniorem vero tam magnificæ esse figuræ, [a] quæ crederetur [b] Venus esse terrestris. Denique duabus majoribus, quæ temperata erant specie, [c] connubia venere. illam vero, veluti deam, non quisquam amare ausus, quam venerari pronus, atque hostiis [d] sibimet placare. Contaminata ergo honoris majestate Venus, [e] succensa invidia, Cupidinem petit, ut [f] in contumacem formam severiter vindicaret. Ille ad matris ultionem advenit

Ad CAP. VI.

a *Quæ crederetur*] Ita & MS. Leid. & I. *Qui* A. B. H. *ut* M. L. & Beroaldus in hac fabulâ, quam Apuleio præfixit. Credo scripsisse *quo crederetur*; non quod sit altero Latinius, sed quia Fulgentio convenientius, qui prope innumeris locis τὸ *quo* pro *ut* usurpat.

b *Venus terrestris*] Musæus de Herone: Ἄλλη Κύπρις ἀῦσαν. Et post paulo: νέη δυσκλείης Κύπρις.

c *Connubia venere*] A'νὶ τ' ἔνεγκε, quomodo Salmasius scribi hoc vult ad Solin. p. 11. Dubito an necessaria sit ista correctio. Phædrus Lib. II. 11. *Majus ne veniat malum.* Ovid. Eleg. de Nuce: *At postquam platanis sterilem præbentibus umbram Uberior quavis arbore venit honor.* Petronius: *Magna loquor, quid vis nummis præsentibus opta, Et veniet, clausum possidet arca Jovem.* Corrigit *evenit* Scriverius. Non accedo. Sed pro *magna* quin legendum sit *parva* nullus dubito. Sallust. Jug. cap. 8. *Ultro illi & regnum & gloriam venturum.* Cyprian. Lib. IV. epist. 4. *Pressuræ istius tam turbidam vastitatem secundam peccata nostra venisse.* Et post paulo: *Imo vero nec venissent patribus hæc mala.* Columbanus Monostich. vers. 6. *Impleat ipse Dei, qui vult sua vota venire.* Vide ibi annotata à Cl. Daumio. Gregor. Dial. Lib. II. cap. 5. *Cuncta, quæ illi erant ventura, prænunciavit.* Hyg. Astron. I. cap. 8. *Quod cum veniat in hac definitione* &c. Vetus interpres Josuæ cap. XXIII. vers. 15. *Sicut ergo implevit opere, quod promisit, & prospera cuncta venerunt.* Adde his, quæ congessi ad Prolog. Lib. I. Accedit præterea huc, quod simplex pro composito frequenter usurpet hic scriptor. Sic *vanescere* pro *evanescere* habes Lib. II. cap. 6. *Crementa* pro *incrementa* Lib. I. cap. 19. Nec abhorruerunt alii ab eâ enallage. *Vanescere* pro *evanescere* habes quoque apud Lactant. Lib. III. cap. I. *Ferre* pro *auferre* apud Virgil. Ecl. IX. Talia sunt & *vertere à Deo* pro avertere, *finem ferre* pro efferre, *radere nomen* pro eradere, *pilare* pro expilare; quæ in veteribus observavit Casaub. ad Spartian. p. 75.

d *Sibimet placare*] 6. edd. *Deprecari.* unde *deplacare* facit Modius. Quod nunc moneo etiam discrim legi in cod. Leidensi.

e *Succensâ invidiâ*] Cap. 5. *Zelo succensa.* Vide ibi Notas.

f *In contumacem formam vindicaret*]

ventans, visam puellam adamavit: pœna enim in affectum conversa est, g & [ut] magnificus jaculator h ipse se suo telo percussit. Itaque Apollinis denunciatione jubetur puella in montis cacumine sola i dimitti, & velut feralibus deducta exequiis, pennato serpenti k sponso destinari. Perfecto jamque l choragio puella per montis declivia Zephyri flantis leni vectura delapsa, in quandam domum auream rapitur, quæ m preciosa sine precio, sola consideratione, laude deficiente, poterat n existimari. Ibique vocibus sibi tantummodo servientibus, ignoto atque o mansionario utebatur conjugio. Nocte enim adveniens maritus, p Veneris præliis obscure peractis, ut q invise r verspertinus advenerat, ita in s crepusculo incognitus etiam

Latinissimè dictum. Sallust. Catil. cap. 6. *Sæpius vindicatum est in eos.*

g *Et (ut) magnificus jaculator*] Agnoscunt τὸ *ut* cum 6. edd. cum MS. Leid. Forte tamen mutandum est in *ille*. Apulej. Lib. v. *Et præclarus ille sagittarius ipse me telo meo percussi.*

h *Ipse se*] *Ipse sese* MS. Leid.

i *Dimitti*] *Desisti*, ut habet Apuleius, apud quem hoc Apollinis legas responsum Lib. IV. *Montis in excelsi scopulo desiste puellam, Ornatam mundo funerei thalami. Nec speres generum mortali stirpe creatum, Sed sævum atque ferum, vipereumque malum* &c.

k *Sponso destinari*] *Sponsa* lego cum Leid. cod.

l *Choragio*] Glossa interlinearis: *puellari vel virginali funere.* Sed in margine: *Choragium dicitur à choro, ubi puellæ & infantesludunt & cantant.* Imo choragium à χορηγέω dictum. Propriè ea vox notat apparatum scenæ, ut docet Festus. Sed quin ad alia etiam rectè transferatur, dubitandum non est. Cicero IV. Rhet. ad Herenn. *Choragium gloriæ* pro apparatu. Quod si attendisset Fulgentius, non scripsisset in libello de Prisc. Serm. *Choragium dicitur virginale funus.* Sumsit id vocabulum ab Apuleio. Ita enim ille Lib. IV. *Jam feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur.* Et Lib. II. *In ipso momento choragii funebris.*

m *Pretiosa sine pretio*] Glossæ, *Quam nullus dignè laudare poterat, nec æstimare quanti esset pretii.* Hausit & hæc ex Apulej. Milesi. Lib. v. *Jam cæteræ partes longè lateque dispositæ domus sine pretio pretiosæ.*

n *Existimari*] MS. Leid. *æstimari.* Quod præfero.

o *Mansionario*] Gloss. *hospitali, non continuo.*

p *Veneris præliis*] Leid. cod. *Veneriis.* Gloss. *libidinosis.* Alterum est in Apuleio: *Primisque Veneris præliis velitatus* &c.

q *Invise*] Scriverius & Tollius, *invisus.* Ita sanè in hac fabula Apuleius Milesi. v. *Quidam introcessit & cantavit invisus.* Tertull. Lib. I. adversi. Marcion. *Mirandæ virtutis opus invisaque facta.* Vetus interpres Siracidæ cap. XLI. vers. 18. & XX. 32. *Sapientia abscondita & thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque?* Gloss. Ἀθεώρητος, *invisus.* Chrysologus Homil. XXXVI. *Si sic rediisset invisa.* Apulej. Apolog. *Qui cum adversum me eas literas premeret, invidit profecto cupidiate lædendi, si quid mihi ex illis fictret criminosum, id mihi secum esse commune,* h. e. non vidit, ut Pricæus vult. quem vide.

r *Vespertinus*] H. e. vesperi. Proba est locutio. Horat. Epod. XVI. *Nec vespertinus circumgemit ursus ovile.* Epist. 6. Lib. I. *Gnavus mane forum, & vespertinus pete tectum.* Sat. 4. Lib. II. *Si vespertinus subito te oppresserit hospes.*

s *Crepusculo*] Pro diluculo posuit, nec sine auctoritate meliorum.

tiam discedebat. Habuit ergo [t] vocale servitium, [u] ventosum dominium, nocturnum commercium, ignotum conjugium. Sed ad hujus mortem deflendam sorores adveniunt: montisque conscenso cacumine, [x] germanum lugubri voce flagitabant vocabulum. & quamvis ille conjunx lucifuga sororios ei comminando vetaret aspectus, tamen consanguineæ charitatis invincibilis ardor maritale [y] obumbravit imperium. Zephyri ergo [z] flabrantis auræ anhelante vectura ad semet [a] sororios perducit affectus: earumque venenosis consiliis de mariti forma quærenda consentiens, curiositatem suæ [b] salutis novercam arripuit: & facillimam credulitatem, quæ semper deceptionum mater est, postposito cautelæ suffragio, arripuit, denique credens sororibus, se marito serpenti conjunctam, velut bestiam interfectura, novaculam [c] sub pulvinar abscondit, lucernamque modio contegit. Cumque altum soporem maritus extenderet, illa ferro armata, [d] lucernamque modii custodia eruta, Cupidine cognito, dum immodesto amoris torretur affectu, scintillantis olei desputamento maritum succendit. Fugiensque Cupido, mul-

t *Vocale servitium*] Gloss. *Verba illius audiebat, sed ipsum non videbat.* Apuleius: *Voces ancillas habet, & ventis ipsis imperat.*

u *Ventosum dominium*] Gloss. interlinearis, *instabilem.* In margine autem; *quia vento venichat.* Unde apparet legisse glossatorem illum, *dominum.* Sed perperam, ut apparet ex verbis Apuleji modo adductis.

x *Germanum vocabulum*] Codex Leid. *Germanam.* Gloss. vult subaudiri *per.* Sed *germanum vocabulum* pro *germanæ vocabulum*, ut *sororios aspectus* pro *sororum* hoc ipso capite habes, rectè habet. *Vocabulum* est nomen, quo quis appellatur. Apulej. Lib. III. Milesi. *Eodem mecum vocabulo nuncupatur.* Ovid. III. Fast. 512. *Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula sumes. Vocamen* eodem sensu usurpat Solin. cap. XI. *Quibus à sono clariore vocamen datur.*

y *Obumbravit*] *Contemsit mariti imperium.* Gloss.

z *Flabrantis auræ*] VI. edd. & Beroald. *flagrantis.* Perperam. *Flabrare* pro *flare* posuit, ut rectè interpretatur glossa codicis Leid. *Flabra* venti sunt Apulejo. Inde *flabrare* formatum, & *flabralis* apud Prudent. Apotheos. vers. 845. Ita à *flabellum* finxit *consflabellare* Tertull. in de Spect. cap. 25. Gloss. Vet. *Flabello*, φυσίζω.

a *Sororios affectus*] H. e. sorores. *Affectus* eleganter dici illos, quos singulari affectu prosequimur, ostensum jam aliis. Vide Savaron. ad Sidon. Lib. VI. epist. 4. Livineium ad Panegyr. VII. cap. 10. Salmas. ad Volcat. Cassium cap. 7. Vetus tumulus in Catal. Pith. Lib. III. *Affectus omnes possidet iste lapis.*

b *Salutis novercam*] Hostem. Propert. IV. el. 5. *Et volueris nidis esse noverca suis.* Consule Indicem.

c *Sub pulvinar*] Ita & MS. Leid. 6. edd. *sub pulvinari.*

d *Lucernamque modii custodia eruta*] Ita & 5. edd. MS. Leid. *Lucernamque*

multa super curiositate puellæ increpitans, domo extorrem ac profugam dereliquit. Tandem multis [e] jactatam Veneris persecutionibus postea, Jove petente, in conjugium accepit. Poteram quidem totius fabulæ ordinem hoc libello percurrere, [f] qualiter & ad infernum descenderit, & ex Stygiis aquis [g] urnulam delibaverit, & Solis armenta vellere spoliaverit, & seminum germina confusa discreverit, & de Proserpinæ pulchritudine particulam moritura præsumpserit. Sed quia [h] hæc saturantius Apuleius pene duorum continentia librorum tantam falsitatum congeriem [i] enarraverit, & [k] Aristophontes Athenæus in libris, qui Dysarestia nuncupantur, hanc fabulam enormi verborum circuitu discere cupientibus prodidit: ob hanc rem supervacuum duximus ab aliis digesta nostris inserere libris, ne nostra opera aut propriis [l] exularemus officiis, aut alienis [m] addiceremus negociis.

modio custodi erupta. Mod. *Lucernaque.* Quod flagitat sanè syntaxis. Forte scripserat, *Lucernaque modio custodi erepta.* Apulej. Milesv. *Cæca tenebræ custodiâ liberatâ lucernâ.* Baptista edidit: *Lucernaque modio custodita erupta.*

e *Jactatam*] *Jactata* Modius & 6. edd. nec non Beroaldus, qui præterea post τὸ *petente* cum B. interserit *cupidinem.* MS. Leid. stat à Commelino.

f *Qualiter*] Utuntur eâ voce non tantum Augustinus, Cyprianus, Orosius, Chrysologus, Gregorius, & id genus alii scriptores, sed & Martialis Lib. 1. epigr. 104. Imo Ovidius quoque 1. Amor. El. VII. vers. 58. Herod. IX. vers. 128. Celsus Lib. 1. p. 6.

g *Urnulam delibaverit*] *Urnulam libaverit* Mod. Sex edd. *undam delibaverit.* Perperam. Apuleius: *Sic acceptam cum gaudio plenam urnam Psyche Veneri citata retulit.*

h *Hæc saturantius Apuleius*] Pessimè sex edd. *Saturantius & Apuleius*, quasi *Saturantius* scriptoris esset nomen. *Saturantius* est *uberius*, *plenius*, ut rectè explicat glossa cod. Leid. Ad eundem modum *saturantius satisfacere* dixit in Virgil. Continent. *Satiatè dicere* Tertullianus, ut observavit Salmas. ad Solin. p. 416. Inveni & ego apud eundem Libr. de Anim. cap. 46. *Quinione voluminum satiatissimè exhibebit.* Turbare tamen τὸ *hæc* mihi à primo videbatur, & pro & non suo loco positum, resingebamque, ne soloœca esset oratio, *Quia saturantius Apuleius, & pene* &c. Nunc melius imbutus lectione Fulgentii, observo per appositionem dici *hæc tantam falsitatem.* Geminum prorsus & germanum est illud in Virgil. Continent. *Saturanter hæc*, inquam, *in libro physiologo, quem nuper edidimus de medicinalibus causis, & de septenario & novenario numero, omnem arithmetica artis digessimus rationem.* Adde not. ad Prolog. Hygin. Astron.

i *Enarraverit*] Ita & 6. edd. & Beroald. Præfero tamen *enarravit*, quod exhibet cod. Leid. cum sequatur proximo membro *prodidit.* Non ignoro tamen etiam alterum posse exemplis defendi.

k *Aristophontes*] Ita & MS. Leid. Editi partim *Aristophantes*, partim *Aristophanes.* quomodo & Beroaldus habet.

l *Exularemus*] Gloss. *abiceremus.* leg. *abigeremus. Exulare* activè sumsit. Vide not. ad Hyg. cap. 26. Victor Histor. Vandal. Lib. II. *Fratrem vero Theodoricum, post occisionem & filii, nudum atque destitutum similiter exulavit.*

m *Addiceremus*] Ita & I, sed A *ad-*

di-

ciis. n Sed is, qui fabulam legerit, in noſtra hæc tranſeat, ſciturus quid ſibi illorum falſitas ſentire voluerit. Civitatem poſuerunt o [quaſi] in modum mundi, in qua regem & reginam velut deum & materiam poſuerunt. quibus tres filias addunt, id eſt carnem, p ultronietatem, quam libertatem arbitrii dicimus, & animam: ψυχὴ enim Græce anima dicitur, quam ideo juniorem voluerunt, quod corpori jam facto poſtea inditam eſſe animam dicebant. Hanc igitur ideo pulchriorem, q quod & à libertate ſuperior, & à carne nobilior. huic invidet Venus, quaſi libido. ad quam perdendam r Cupidinem mittit. Sed quia cupiditas eſt boni & mali, cupiditas animam diligit, & [ei] s velut in conjunctione miſcetur: t quam perſua-

*dicerem*ur. M. L. H. & Beroald. *adjiceremus*. Leid. cod. cum B. *adiceremus*. Quod gloſſator explicat *adjungeremus*. Rectè ille quidem. Nam *adicere*, *conicere*, *ſubjicere* ſemper per i ſimplex exhibet ille codex. Sic in Vet. inſcriptione, quam Pithœus Catal. Lib. IV. pag. 122. & Scottus Itinerar. pag. 277. publicarunt, *Centenas adicit numero creſcente coronas*. Corippus Lib. 1. *Exequiis adicit ſolito plus dona paternis*. Sen. Hercul. Fur. vers. 434. *Adice* &c. Thyeſt. 727. *Adicitque fratri*. Plura dixi ſuperius cap. 4. Lib. II. Arridet tamen heic magis *addiceremus*.

n *Sed is, qui fabulam*] MS. Leid. *Sed dum is* &c. Forte ſcripſerat, *ſed tamen is*.

o (*Quaſi*) *in modum*] Τὸ *quaſi* à Commel. cancellatum non habet Leid. cod. Agnoſcunt tamen 6. edd. & Modius.

p *Ultronietatem*] Τὴ ἀυθεξούσιον, ἀυτεξούσιον γνώμιν, ut appellat Baſil. orat. II. in Adam. Finxit à τὸ *ultronius*, ut *dubietas* à *dubius* Marcellin. Lib. XXII. & Haimo Homil. in diem Aſcenſ. *Seritas* à *ſerius* Auſon. Parental. 2. *medietas* à *medius* Macrob. II. Somn. Scip. cap. 1. & Apulej. pag. 47. *Nimietas* à *nimius* Fulg. Ruſpenſ. Epiſt. 1. Gregor. Dial. II. cap. 25. Apulej. pag. 43. ed. Elmenhorſt. Schol. Horat. 1. od. 9. Sed alii *ultroneus* ſcribunt. Pſeudo-Cypr. de Sing. Cleric. *Niſi ultroneum ſe ipſum non videntibus offerat lumen*. In quo libro & *dimidietas* invenias à *dimidius*.

q *Quod & à libertate* &c.] Faciunt heic cum Commel. MS. Leid. B. A. H. & I. M. autem & L. *Quod & libertate ſuperior & carne nobilior*. Modius unâ voculâ auctius: *Quod ea & libertate* &c. Quam lectionem cenſeo præferendam. *Nam à carne nobilior* dici non poteſt, niſi qui carnem habet. Sed anima carnem non habet. Cyprianus in de Bon. Pudic. *Generoſus de patre, generoſior de innocentiâ*.

r *Cupidinem*] *Cupiditatem* Modius. Aliud agebat, cum hoc præferret, nec attendit τὸ *Venus*, quod præceſſit.

s *Velut in conjunctione*] Modius & 6. edd. *in conjunctionem*. Sed pro Commel. ſtat Leid. codex. *Conjunctio* heic eſt conjugium. Jungi enim dicuntur, qui matrimonio copulantur. In vetere tumulo, cujus inſcriptionem exhibet Pithœus Catal. Lib. III. *Me pater ex natâ genuit, mihi jungitur illa*. Ovid. IX. Met. 550. *Sed quæ cum tibi ſit junctiſſima, junctior eſſe Expetit, & vinclo tecum propiore ligari*. Forte melius *conjunctionem* heic accipias pro *concubitu*. Schol. Horat. ad Lib. 1. od. 23. *Jam matura & viripotens conjunctionique apta*. Eodem ſenſu τὸ *conjugium* venire interdum oſtendimus ad Hyg. Mythol. cap. 14.

t *Quam perſuadet*] Modius, *cui per-*

suadet, ne suam faciem videat, id est [u] cupiditatis delectamenta discat. unde & Adam, quamvis videat, nudum se non videt, donec de concupiscentiæ arbore [x] comedit. [y] Neve suis sororibus, id est carni & libertati, de suæ formæ curiositate perdiscenda consentiat: sed illarum compulsamento percita, lucernam [z] de sub modio ejecit, id est desiderii flammam in pectore absconsam depalat, visamque taliter dulcem amat, ac diligit. quam ideo lucernæ ebullitione dicitur incendisse, quia omnis cupiditas quantum diligitur, tantum ardescit, & peccatricem suæ carni configit maculam. Ergo quasi cupiditate nudata, & [a] potenti fortuna privatur, & periculis jactatur, & regia domo expellitur. Sed nos, quia longum est, ut dixi, omnia persequi, tenorem dedimus sentiendi. Si quis vero in Apuleio ipsam fabulam legerit, [b] nostra expositionis materia, quæ non diximus, ipse reliqua cognoscit.

VII. *De*

suadet. Non est necesse. Vide notas Cl. Schefferi ad Petron. Fragment. Trag. pag. 208. Goldast. ad Dosith. pag. 46. Noster supra Lib. 11. cap. 5. *Quæ eum persuasit.*

u *Delectamenta discat*] Lege, *non discat* cum Leid. cod.

x *Comedit*] *Comedat* Mod. & MS. Leid.

y *Neve suis sororibus*] Modius: *Jubet ergo Cupido, ne Psyche suis sororibus* &c.

z *Desub modio*] Modius, Leid. cod. & Beroald. divisim, *De sub modio*. Sed hoc parum refert. Vet. Interpr. Luc. XVII. 24. *Sicut fulgur coruscans de sub cœlo*. Ambros. Hexaëm. Lib. 1. cap. 3. ex Jerem. cap. LI. *Peribunt à terrâ & desub cœlo isto*. Cyprianus Sermon. de Christi Nativ. *David de post fœtantes accipitur*. Quæ verba sumsit ex Vulgat. vers. Psal. LXXVII. vers. 76. Interpretes LXX. Ἐξόμοσον τῷ λοχῶμένῳ ἐλαίῳ ἀυτῶν. Tantum non ad verbum totum psalterium Latinum ex versione τῷ ὁ est expressum. Inscript. Vet. apud Gruter. pag. 717. *Ab ante oculis*. Flor. Lib. II. 3. *Desub Alpibus, id est, desub ipsis Italiæ faucibus*. Gloss. Pers. ad Sat. V. vers. 13. *Desub dextro veniens super sinistrum ponitur*. Sic *desuper* apud Cyprian. ex Joan. XIX. *Nullam haberes adversus me potestatem, nisi data tibi esset desuper*. Apuleius Dialogo Hermetis: *Desuper advenient*. Vetus interpres Psalm. XLIX. 5. *Advocavit cœlum desursum*. Leg. Salicâ Tit. 58. *De infra illam ecclesiam aliquid tulerit*. Cyprianus orat. quam sub diem passionis suæ dixisse fertur: *Tege me ab ante metum domini*. Et in libello de Sing. Cleric. *Si de foris expugnans vix muris expellitur*. Psalm. XLIV. 15. *Omnis gloria filiæ regis ab intus*. Marc. VII. 23. *Omnia hæc mala abintus procedunt*. Lucas Euang. cap. XI. apud Chrysol. Serm. 39. *Et ille deintus respondeat*. Noster libello de Prisc. Serm. *Eo quod de intus promant*. Vide ibi plura, & apud Vossium de Vit. Serm. p. 801.

a *Potenti fortunâ privatur*] Modius: *potenti virtute privatur*. MS. Leid. *Potenti fortunâ nudata*. Putes scripsisse, *potenti fortunâ nudatur*. Horat. 1. Epist. 3. *Furtivis nudata coloribus*.

b *Nostra expositionis materiâ*] Modius: *nostræ expositionis materiæ, quæ non diximus, reliqua consentire cognoscet*.

Ad

VII. *De Peleo, & Thetide.*

THETIDEM dici voluerunt aquam; unde & Nympha dicta est. Hanc Jupiter, quasi deus, conjungit Peleo: πηλὸς enim Græce, Latine lutum dicitur. Ergo terram cum aqua commixtam volunt homines genuisse: unde & Jovem cum Thetide voluisse concumbere dicunt, & prohibitum esse, [a] ne majorem se genuisset, qui eum de regno expelleret. Ignis enim, id est Jupiter, si cum aqua coeat, aquæ virtute extinguitur. Ergo in conjunctione aquæ & terræ, id est Thetidis & Pelei, [b] discordia sola non petitur: [c] illa videlicet causa, quod concordia est utrorumque elementorum, ut homo gignatur. Nam & [d] competentia ipsa indicat, quod [e] Peleus ut terra, id est caro; Thetis ut aqua, id est humor; Jupiter, qui utraque conjungit, ignis, id est anima. Ergo in conceptione hominis ex elementorum [f] jugalitate tres deæ (g ut supra diximus) tres vitæ certant. Nam & discordia malum aureum jeciisse dicitur, id est cupiditatem: illa videlicet causa, quod in malo aureo est quod videas, non est quod comedas: sicut cupiditas novit habere, non novit frui. Omnes etiam deos Jupiter ad nuptias dicitur convocasse, illa de causa, quod putarent pagani singulas partes in homine deos singulos obtinere. ut Jovem caput,

Ad CAP. VII.

a *Ne majorem se genuisset*] Vide Lactant. Placid. Argum. Met. Lib. XI. cap. 7. Hygin. Astron. II. 15. & fab. 54. Lactant. Firm. Lib. I. cap. II. Serv. ad Eccl. VI. 42.

b *Discordia sola non petitur*] Majusculâ litera à capite pingi debebat. Eridem enim intelligit. Hyg. cap. 92. *Jovis, cum Thetis Peleo nuberet, ad epulum dicitur omnes deos convocasse, exceptâ Eride, id est, discordiâ.* Vide ibi annotata à nobis. Eandem intellexit divam epigrammatarius Lib. IV. Catal. Pith. de malis Matianis: *His contempta deûm genuit discordia mensa, Prodidit atque urbem bis Briseida suam.* Pro *mensa* censeo reponendum *mensæ*. *Discordium* idem quod *discordia*. Unde plurale *discordia*. Calpurnius Ecl. I. vers. 57. *Publica diffudit tacito discordia ferro.*

c *Illa videlicet causa*] Modius ex suis libris emendat: *Discordia sola non petitur, quod concordia utrorumque elementorum homo gignatur.* Barth. ad Stat. Tom. III. 1613. cæteris servatis: *Quod concordiâ opus est* &c. Leid. codex nihil mutat.

d *Competentia*] Gloss. *convenientia.*

e *Peleus ut terra*] Modius: *Peleus est ut terra.* Et mox *jacit* pro *jeciisse dicitur.*

f *Jugalitate*] Gloss. *conjunctione.* Pseudo-Cypr. de Sing. Cler. *Ut ipsa conjugalitas ignoretur.*

g *Ut supra diximus*] Nempe Lib. II. cap. I.

put, Minervam oculos, Junonem brachia, pectus Neptunum, [h] cinctum Martem, renes & inguina Venerem, pedes Mercurium; sicut [i] Democrites [k] in Physiologumenon scripsit. Unde & Homerus ait:

Οὖμμάτα τε κεφαλήν τε ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ·
Ἄρεϊ δ' ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

id est, Caput & oculos similis Jovi fulmine delectanti: Marti cingulum, & pectus Neptuno. Nam & Tiberianus in Prometheo ait, deos singula sua homini tribuisse. Denique natum Achillem, velut hominem perfectum, mater in aquas intinguit Stygias, id est durum contra omnes labores munit. solum ei [l] talum non tinguit, [m] nihilominus illud physicum significare volentes, quod venæ, quæ in talo sunt, ad renum & femorum, atque virilium rationem pertineant. unde & aliquæ venæ usque ad pollicem tendunt. [n] quod tractantes & physici, & mulieres ad

h *Cinctum*] Gloss. *locum vel cingulum esse dicebant.* Vide Isidor. Orig. Lib. XIX. cap. 33. Gloss. Vett. Ζώνη, *cinctum. Succinctum*, ὑπόζωμα. *Lumbare* appellat Vulg. Interpres Jerem. cap. XIII. & aliis locis. *Cinctorium renum, & cingulum lumborum* Esai. cap. XI. Heic pro parte corporis accipitur, ut Ζώνη interdum apud Græcos. Vide Etymol. in eâ voce, & Junium de hac ridiculâ gentium opinione dissertantem Animadvers. Lib. IV. cap. 12. Hinc ergo *cinctus* hominem strenuum notabat Romanis, ut *discinctus* imbellem & ignavum.

i *Democrites*] Lege *Democritus*. quomodo & Junius hoc loco olim legit. Notarant idem in margine librorum suorum Scriverius & Tollius. Solerius in de Pileo Sect. I. *Democridem* perperam nominat. *Democritus Physicus* dicitur à Vitruvio Lib. IX. cap. 7.

k *In Physiologumenon*] Subaudi *libris*. Sic Lib. II. cap. 10. *Unde & Ovidius in Metamorphoseon ait.*

l *Talum non tinguit*] Vide Hygin. cap. 107. & quos ibi laudamus auctores. Tò *tinguere* pro *tingere*, ut *unguere* pro *ungere* archaicum est, ut ex Varrone, Celso, Catone, & aliis ostendit Rhodius ad Scribon. Largum p. 125. Sic *urgnet præsentia Turni* ex Virgil. adducit Vetus Comment. Juvenal. ad Sat. XIV. vers. 63. Idem ad vers. 280. ejusdem Satyræ, *Ut si verbum cadens in aquâ tingnat.* Schol. Horat. od. 23. Lib. III. *Tinguet cervice secures pontificum.* Chrysologus Sermon. VII. *Ungne caput tuum.* Tertull. de Res. carnis cap. 8. *Caro ungnitur, ut anima consecretur.* Et de Monog. cap. 7. *Qui in Christo tinguuntur, Christum induerunt.*

m *Nihilominus illud*] Modius: *Per hoc nihilominus* &c.

n *Quod tractantes & Physici*] Gloss. *quam rem exponentes.* Forsan non malè. *Tractare* est docere. Cyprian. Lib. IV. epist. 21. *Quod collectam fraternitatem non videat, nec tractantes episcopos audiat.* Præfat. exhortat. ad Martyr. *Ut non tam tractatum meum videar tibi misisse, quam materiam tractantibus præbuisse.* Inde *tractatores* dicti expositores & interpretes in Exposit. Symboli, quam eidem adscribunt nonnulli. Chrysol. Serm. XL. *Sermonis nostri & tractatus repletur & habeatur intentio.* h. e. expositionis. Sed Schottus Observat. Lib. I. cap. 7. legit, *Quod tractantes inde Physici.* Mallem, si quicquam sit mutandum, *Quod tractantes eas physici.* h. e. ob quod tractantes eas

ad obtinendos partus, & [o] ischiadicos eodem [p] phlebotomant loco. Nam & [q] emplastromentaticum, [r] quem stisi-

venas. Ausonius epigr. 72. *Tractavitque manum victuri, ni tetigisset. Tentare venas* Ovid. dicit in Fab. Pygmalionis Met. x. Lib. & Sueton Tib. cap. 72. Esset ergo *tractare* heic ψηλαφᾶν. Gloss. Nomicæ : Τριχολογεῖται, ψηλαφᾶται. Physicos dici medicos nihil mirum. *Nam morborum curatio & rerum naturæ contemplatio sub iisdem auctoribus nata est*, ut loquitur Celsus Præfat. Lib. 1. Hinc ergo noster Continent. Virgil. *Physiologum librum* appellat, quem de medicinalibus causis ediderat.

o *Ischiadicos*] Ἰσχιαδικοὺς Græci appellant. Aliter *Ischiaci* dicuntur, quomodo *Ischiacos* heic repræsentant 4. antiquæ edd. Vide Gell. Lib. IV. cap. 17. Sunt autem ἰσχία τὰ ὑπὸ τῷ ὀσφύϊ ἐξ ἑκατέρου τῶν μηρῶν ὀστᾶ, ἃ οἱ ἴγκεια τὸ ἱερὸν ὀστοῦν, ut ait Schol. Theocrit. ad Eid. VI. Sed MS. Leid. habet *Sciaticos*. Gloss. *Scia enim femur dicitur, unde sciatici, qui ibi infirmantur*. Atque ita omnino credo scripsisse Fulgentium. Nam & Theodorus medicus *sciaticum morbum* dixit pro *Isciadicum*. *Sciaticam* vocat interpres Byngizlæ. *Ischiam* Apulej. cap. 23. Sic *schias* pro *ischias* est apud Capellam, & σχίον pro ἰσχίον in Vett. Glossis, observante Vossio in Commentariis de vitiis Sermon. & Salmas. ad Pall. Tertull. p. 133. Ad eundem modum *scara* pro ἰσχάρα dicitur à junioribus medicis. *Strio* pro *histrio* in Glossis Isidori. *Spania* pro *Hispania* in Chron. Gothorum Isidori, Anonym. Cosmogr. p. 37. ed. Godofr. Plutarch. libell. de Fluv. Stephanum de Iberiâ, & in Epistol. Paul. ad Roman. cap. 15. Tale etiam est *stera* pro *hystera*, de quo Reines. ad Fragm. Petron. Tragur. Cæterum *sciasin* vocat morbum Ischiacorum Macer ille nescio quis Lib. 1. cap. 2. *Sic sciasin curat, sic sumptum menstrua purgat*. cap. 8. *Sciasin quam Græco nomine dicunt*. Eodem capite & *steram* pro *hysteram* habes: *Dicitur atque steræ causa siccando juvare*. Ut & cap. 3. *Conjuncto sibi steræ si subditur herba*. Unde *stericus* pro *hystericus* cap. 1. *Duritias levat stericas pellitque tumores*. Quæ loca pessimè corrupit Cornarius. Certè ignorantia istiusmodi antiquæ scripturæ corrupit Petronium in Fragm. Trag. pag. 50. ubi editur : *Cum essem adolescentulus cantando pene phthisicus factus sum. Quid saltare? quid diverbia? quid tonstrinum? quando parem habui, nisi unum Apelletem?* Lege, & distingue cum Nob. Heinsio: *Quid saltare? quid diverbia? quid toni? histrionum quando parem habui, nisi unum Apelletem?* De tonis Musicis agunt copiosè, qui ex professo veterum hanc artem illustrant. Ad cantum, de quo agitur, non magis facit tonstrinum, quam ad lyram asinus. Cæterum vocabulis illis, quibus licentiosè syllabas detractum ivere nonnulli, accenseri etiam δέπαλον debet pro διδύπαλον, de quo Meursius videndus in Glossar. p. 114. *Conia* pro *Ciconia*, quo Prænestinos usos significat Plautus Truc. act. III. sc. 2. *Syria* pro *Assyria*, quod passim obvium. Etiam indifferenter usos veteres observavi ἀστραῖς & στρὸς, στραῖς & ἄστρους, ἀσπαλῶπας & σπαλώπους. unde Nemesianus, sive alius auctor est fragmenti de Aucupio: *Præda est facilis & amœna scolopax*. Nisi poëta in syllabæ modulo peccavit, scribendum in Aristotele & Hesychio σκολώπους pro σκόλοπας. Apud illum Histor. Animal. Lib. IX. cap. 26. invenio etiam ἀσπαλώπας. Corrigit Casaubonus ὁ σκολώπας vel ὁ σκολόπας. Immo scribendum ἀσκολώπας.

p *Phlebotomant*] φλεβοτομοῦσι, venam incidunt. Vide Voss. Lib. IV. cap. 16. Vit. Sermon.

q *Emplastromentaticum*] Correxit pridem Junius Animad. Lib. IV. cap. 3. *Emplastron entaticon*. Quam hominis illius doctissimi conjecturam insigniter asserit Leid. codex, in quo disertim legitur *emplastrum entaticum*. *Entaticum* est quod facit arrigere. Ἔντειτον enim ὄρθιτικὸν μόριον dicitur. Euseb. Præpar. Euangel. Lib. II. pag. 32. ed. Steph. Ἐπάνας φαλλῶν ἐντείτους. Tzetzes in Lycophron. pag. 44. Οὗτος ἐντείνει τὰ μόρια παιδοτόκα. Paulus Æginet. pag. 290. Lib. VII. Ἔντατικόν. Σάλυξις, πίδαξ ἐλατὴς &c.

r *Quem stisidem*] MS. Leid. *quod sti-*

stisidem Aphricanus [s] iatrosophistes vocavit, pollici & talo imponendum præcepit. Nam & Orpheus illum esse principalem libidinis indicat locum. Nam denique [t] in enterocelicis in iisdem locis cauteria ponenda præcipiunt. Ergo monstrat quod humana virtus, quamvis ad omnia munita, tamen libidinis ictibus subjacet patula: unde & ad Lycomedis regiam [u] datur [ut nutriatur.] quasi ad luxuriæ regnum. Lycomeden enim Græce quasi [x] γλυκὺ μηδὲν, id est dulce nihilum. Omnis enim libido & dulcis est & nihil est. Denique & amore Polyxenæ perit, & [y] pro libidine per talum occiditur. Polyxene enim Græce multorum peregrina dicitur: seu quod amor peregrinari faciat mentes ab ingenio suo, seu quod apud multos libido ut peregrinabunda vagetur.

VIII. [a] *De Myrrha, & Adoni.*

MYRRHA patrem suum amasse dicitur, cum quo [b] ebriato concubuit. cumque eam pater utero plenam rescisset, crimi-

side. Scripserim, *Quod stisiden*; ut τὸ *emplastrum* neutro genere posuerit, de quo Gellius Lib. XVI. cap. 7. Dictum παρὰ τὸ στύειν, τὸ λίσσειν εἰλεῖν τὸ αἰδοῖον. Vide Junium. Ego aliquando volebam Isidem. quo nomine memineram emplastri genus quoddam vocari à Scribonio Compos. 206. Sed rectè συσιδίῳ Junius. Hesych. Ἀναφλᾶν, χειροτριβεῖν, τὸ αἰδοῖον, εἰ ἢ στύειν &c. Στυλώσας est Etymol. magno in eodem verbo.

s *Iatrosophistes*] Multum variant editi. MS. Leid. *Hiatrosophistes*. Unde apparet rectum esse *iatrosophistes*. Ἰατροσοφιστὴς dictum, ut ἰατρολέχης apud Aristophanem.

t *In enterocelicis*] MS. Leid. *& enterocelicis*. Quod præferam. Intelligit ramicosos. Gloss. Vett. ἐντερομήλη, *ramex*. Martial. x. 56. *Enterocelarum fertur Podalirius Hermes*. Lib. XII. 70. *Atque olei stillam daret, enterocelicus unctor*. Alia est *hydrocela* apud eundem Lib. XII. 84.

u *Datur (ut nutriatur.)*] Duo postrema vocabula non agnoscit cod. Leid. Præterea rectius foret *mandare*. Vide not. ad Hygin. cap. 3. & 72. Sed *dare* pro *ablegare* ei donemus, ut *edere* pro relegare & ejicere usurpavit Hyginus cap. 192.

x Γλυκὺ μηδὲν] MS. Leid. *Licomedon enim Græcè quasi Clicenmedon*. Videtur & heic more suo depravasse Græca vocabula.

y *Pro libidine*] H. e. *propter libidinem*. Schol. Horat. ad Lib. IV. od. 12. *Pro stupro Philomelæ ad vindictam*. Et sic sæpissimè infimæ ætatis scriptores. Vide Eugesippum pag. 110. ed. Allatii. Gregor. Dialog. Lib. II. cap. 19. Isidor. Orig. XIV. 7. & in libello de Prælat. Lactant. Firm. Lib. III. cap. 19. & 27. aliosque. Notavi eandem locut. ad Lact. Argum. Met. Ovid. Lib. VI. fab. 5. ubi & exempla quam plura adduxi.

Ad CAP. VIII.

a *De Myrrha*] MS. Leid. *Fabula Myrrhæ & Adonis*.

b *Ebriato*] Laberius: *Homo ebriatus somno sanari solet*. Leo Papa libell. de conflictu virtut. & vit. *In monte autem securitate torpens, ebriatus cum filiabus peccavit*.

crimine cognito, eam evaginato cœpit persequi gladio. [c] Illa in arborem myrrham conversa est. quam arborem pater [d] gladio percutiens, Adon exinde natus est: Quid vero sibi hæc fabula sentiat, edicamus. Myrrha genus est arboris, de qua succus ipse exudat: hæc patrem amasse dicitur. Istæ enim arbores in India sunt, quæ solis caloribus [e] crementantur. Et quia patrem omnium rerum solem esse dicebant, cujus opitulatu cuncta [f] germinum adolescit maturitas; ideo & patrem amasse dicitur: dumque grandioris jam fuerit roboris, solis ardoribus [g] crepans, [h] rhagades efficit, per quas [i] succum desudat, [k] quod

c *Illa in arborem*] Modius: *At illa in arborem.* Sed pro vulgatâ lectione stat & Leid. cod. & Hygin. cap. 164.

d *Gladio percutiens, Adon exinde* &c.] Modius: *Quam arborem pater gladio percussit, & inde Adonis natus est.* Fateor Latinius fore. Sed Commel. lectionem cum 6. edd. & MS. Leid. tum & Hygin. cap. 164. repræsentant. Hygino persuasissimum habeo hanc laciniam ex Fulgentio adsutam. De emendatione Modii ne de nihilo dubitare videar, ecce & Lib. 11. cap. 9. *faciens* dixit pro *cum fecisset.* Cap. 17. *affectans* pro *cum affectasset.* Similiter hujus tertii libri cap. 2. *Videns* pro *cum videret*, oratione non minus solœcâ. Deinde *Adon* usitatissimum est infimi ævi scriptoribus. Fortunatianus de vitæ incertitudine: *Occubat Hippolytus, nec superexstat Adon.* Capella Lib. 11. *Biblius Adon. Ado* est Varroni Sat. παρὰ διάθυραν. *Sic ille puellus Veneris apri dente Ado cecidit cruentus olim.* Ita emendat Carrio Lib. 11. Antiq. Lect. cap. 15. De Fabula ita Tzetzes in Lycophron. p. 133. Οὗτως μελαγχολείσης ἀυτῆς εἰς μύρραν, ἐρεζώτου τ' χείνε τοκετῦ, διαῤῥαγέντ@ τ' φλοιῦ, ἀπεκύησε τ' Ἄδωνιν.

e *Crementantur*] Ita & Leid. codex. Sed *cremantur* alii. Lego *crenantur* h. e. inciduntur. *Crena* enim, κρήνη Græcè, est incisura.

f *Germinum adolescit maturitas*] Gloss. *crescit fructus. Adolescens quando scribitur per o participium est, quando per e nomen est.* Nugæ. Pro *maturitas* Baptista Pius, cujus editio præfert *nativitatis*, Annot. Poster. Syllog. 111. cap. 145. legit *nativitas.* quomodo & A. H. & I. exhibent.

g *Crepans*] Σχιζομένη. Lucas Act. Apost. 1. vers. 18. Ἐλάκησε μέσ@. Vulgatus interpres, *crepuit medius.* Vide ibi Pricæum.

h *Rhagades efficit*] Gloss. *fissuras.* Rectè. Quamobrem pro *scissuris hiantibus* mox legere malim *fissuris.* Nam ῥήγνυσι est *findi.* Ovid. x. Met. 512. *Arbor agit rimas: & fissa cortice vivum Reddit onus.* Isidor. Lib. IV. cap. 7. *Rhagades dicuntur, eo quod fissuræ sint rugis collectæ circa orificium.* Scribon. Largus Compos. 223. *Lipara rubra facit ad fissuras ani diutinas, quas ῥαγάδας dicunt.* Macer Lib. 1. cap. 19. *Ani fissuras, quas appellant rhagadias.* Plin. Lib. XXIX. 2. *Medetur & vulvæ inflammationibus & rhagadiis. Rimas* & *fissa* appellant aliter Celsus & Plinius, ῥάζους & ῥαγάδας Græci. Vox *scissura* non tamen aliena est à Latio. Reperitur apud Apitium Lib. VI. cap. 5. apud Cyprian. Homil. de Resurrectione Christi. Vet. Interp. Esai. cap. 11. vers. 21.

i *Succum desudat*] Apulejus Apolog. p. 313. ed. Elmenh. *Vinolentum sudorem in balneo desudare.* Pallad. Januar. Tit. 15. *Noxium desudet humorem.* Ambros. Hexaëm. Lib. 111. 15. *Disparem quoque balsami guttam odorata orientis ligna sudare produntur.* Μελαγχολικῶς Cassian. Præfat. De Instit. Cœnob. *Multa jam opuscula desudarunt.* Justin. Lib. XXXVIII. 3. *Balsamum sudant.* Persius Sat. V. *Sudare dennces.* Isidor. Orig. XVII. 7. *Nec piceam dicimus, eo*

quod

[k] quod myrrha dicitur: & redolentibus lacrymosa guttulis, fletus suaves scissuris hiantibus jaculatur. unde & Adonem genuisse fertur. Adon enim Græce suavitas dicitur. Et quia hæc species odore suavis est, Adonem dicitur genuisse. Ideo autem eum Venerem amasse dicunt, quod [l] hoc genus pigmenti sit valde fervidum. Unde & Petronius Arbiter ad libidinis concitamentum myrrhinum poculum se bibisse refert. Nam & [m] Sutrius comœdiarum scriptor introducit Glyconem meretricem dicentem: [n] Myrrhinum mihi

quod picem desudat. Et post paulo: *Hujus fructus oleum desudat, cortex resinam, quæ mastix appellatur.* Prudent. Hym. Cath. VIII. *Jam stillat ilex arido Sudans amomum stipite.* & V. *Illic & gracili balsama furculo Desudata fluunt.* Columell. Lib. X. *Nec strenua toxica sudat.* Plinius de arboribus myrrhæ Lib. XII. 15. *Sudant autem sponte prius, quam incidantur, stacten dictam, cui nulla præfertur.* Plura dixi ad Prolog. & cap. 15. Lib. I.

k *Quod myrrha dicitur*] Debebat sequi *qui*. An neutro genere repetit, quod masculino erat dictum? Claud. Mam. de Stat. Anim. Lib. I. cap. 26. *Ad istam, quod unus Deus sumus, tu homo factus es, trinitatem.* Et sic sæpissimè ille. Noster Contin. Virgil. *Non est aliquid pessimum, nec accidentia extrema, quod non pertulerit.* Lactant. Lib. II. cap. II. *Humore illo terræ, quod alimenti gratia ministrabat.* Chrysologus Homil. XXVI. *Lapidem sine manibus abscissum, quod est Christus.* Festus in ANUS. *Vel quod jam sit sine sensu, quod Græcè νῆϊς dicitur.* Ita MS. Leid. Vetus interpres Cosmogr. Anonym. à Godofred. ed. pag. 21. *Carta, quod ipsa facies* &c. Confer Scal. Ind. Inscript. Gruter. *Genus pro Genere.* & Gronov. Observat. Lib. III. cap. 2. ubi multus est in hujus locutionis ratione explicandâ. Loquuntur & Græci ita nonnunquam. Lucianus Somnio: Καὶ τῷ ψυχῷ, ὅπερ ἐστι μυρεψικὸν ἐφ', κοσμήσατο. Pallad. Februar. Tit. 29. Ὀπὸν κυπριακὸν, *quod Græci sic appellant.*

l *Hoc genus pigmenti*] Pigmenta sunt unguenta & odores, recensenturque inter medicamenta. Augustinus, sive Damianus est, Hymn. *Pigmentorum spirat odor, Liquor & aromatum.* Plin. Lib. XXIX. cap. 1. *Quod venenum esse decebimus inter pigmenta,* Vetus interpres Siracidæ cap. XXXVIII. 8. *Unguentarius pigmenta faciet suavitatis.* Gloss. Vett. *Pigmentarius, μυρεπώλης, φαρμακοπώλης, & μυρεψός.* Siracid. cap. XLIX. vers. 1. Ἐποίησεν ἔργον μυρεψοῦ. Interp. Vet. *Opus pigmentarii.* Firmicus Astron. VIII. cap. 25. *Thuraries faciet, vel pigmentarios seu pharmacopolas.* Schol. Pers. Sat. I. 43. *Per seombros significat salsamentarios, per thus pigmentarios. Drogistam* vulgo appellari rectè notavit Rhodius ad Scribon. p. 62. Gregor. Dialog. *Cum medicus & pigmentarius ad aperiendum eum, atque condiendum esset quæsitus.* Pigmentarius autem idem qui myropola. Noster Expos. Prisc. Serm. *Myropolæ sunt, qui pigmenta vendunt, ut pigmentarii. Pigmenta medicinalia* appellat Tertull. de Idol. cap. 11. *Odora pigmenta* Macrob. Præf. Saturnal. *Odorata pigmenta* Chrysolog. Serm. XXXI. Hinc *pigmentatus fumus* dicitur Odor, quem spirant aromata. Willeramus Paraph. Cant. Salom. *Aut pigmentato consurgens virgula fumo.* Vulgat. Interpr. cap. III. 6. *Pulverem pigmentarium* vocat. In Gr. est κονιορτὸν τοῦ μυρεψοῦ. Confer Isid. Orig. IV. cap. 2. & XVII. 9. Gloss. Pers. ad Sat. I.

m *Sutrius*] *Furius* in margine Tollius. Sed Sutrii Piscatoriam laudat etiam in libello de Prisc. Serm. voce *Simpolones.* Vide ibi plura.

n *Myrrhinum*] Vide Hadrian. Junium Animadvers. Lib. V. cap. 19. Plin. Lib. XIV. cap. 14. & ibi commentatores.

Ad

mihi adfers, quo virilibus armis occurſem fortiuſcula.

IX. *De Apolline, & Marſya.*

MINERVA ex oſſe tibias invenit; [a] de quibus cum in convivio deorum ceciniſſet, ejuſque tumentes buccas dii omnes irriſiſſent, illa ad [b] Tritonam paludem pergens, in aqua faciem ſuam ſpeculata, dum turpia adjudicaſſet [c] buccarum inflamina, tibias jecit. quibus Marſyas repertis, doctior factus, Apollinem concertaturus de cantibus provocavit. [d] Sibi Midam regem judicem deligunt: quem Apol-

Ad CAP. IX.

a *De quibus*] Ita & B. A. H. & I. cum MS. Leid. Redundat illud *de* non ſine auctoritate veterum, ut oſtendimus jam ſuperius.

b *Tritonam*] Ita rectè MS. Leid. cum Comael. Perperam *Tritonem* 6. edd. *Tritona* pro *Triton*, ut *Sirena* pro *Siren*, *Gorgona* pro *Gorgon*, & infinita alia, de quibus cum alii, tum & nos abunde in præcedentibus. Sed *Triton* amnis eſt, palus *Tritonis* Melæ cap. 7. Lib. 1. Quod firmat Hieron. Chron. Euſeb. Dionyſius pag. 38. ed. Steph. ubi vide Euſtath. Putes ſcribendum *Tritonidam*. Ad quem modum *Chalcida* pro Chalcis, *Itonida* pro Itonis, *Chlamyda* pro Chalmys, aliaque complura veteres dixerunt.

c *Buccarum inflamina*] Modius: *hiamenta buccarum, in flumen tibias jecit*. Sanè *influmina* exhibet quoque cod. Leid. licet à ſecundâ manu, cum M. & L. Sed B. A. H. & I. faciunt cum Commelino. Demerſtus ad Roſinum p. 54. ex ſuo MS. ita ut Modius, etiam locum reſtituit, niſi quod pro *jecit* repræſentat *abjecit*. *Projecit* conjicit in ſuis ad me literis doctiſſimus ille Senator Guil. Gœſius. Ego lectionem Commelinianam non deteriorem putem quavis aliâ, modo legas *abjecit* vel *projecit* ἀντὶ τοῦ *jecit*. quanquam nec hoc abſurdum. Ita *ſorbere* pro *abſorbere* legas apud Ovid. Lib. IX. Met. 172. *Mandare* pro *amandare* apud Hyg. cap. 184. Confer quæ dicta ſunt nobis ſuperius cap. 6. Adhæc non ſatis rectè *hiare* dicuntur buccæ, quæ inflantur. Hiatus eſt χάσμα. Unde χάσμα ὁ δίτων h. e. rictus, leoni tribuit Anacreon, de quo Manilius Lib. IV. *Scandet malis hiſcentibus orbem*. Caſſian. de Inſtit. Monach. Lib. II. cap. 10. *Non oſcitatis ſomnolenta diſſutis malis & hiantibus trahitur. Inflamina buccarum* adſtruunt illa, quæ præceſſerunt, *tumentes buccas*, & quæ habes inferius, *inflatas vero buccas ideo riſiſſe dicuntur*, &, *injuſtè ſufflantem*. nec non apud Hyg. cap. 165. *Quod buccas inflaret*. Quibus & illud accedit, quod minus benè flumen vocet Tritonam, modo à ſe paludem appellatam, quanquam prætet Melam & Dionyſium etiam Etymol. in Τριτωνίς fluvium faciat, ut & Feſtus in *Tritonia* vel *Tritogenia*, ut habet cod. Leid. & Solin. cap. 40. aliique. Pauſanias in Corinthiacis poſt caſum Marſyæ in amnem ejuſdem nominis narrat abjectas eas tibias, & ab eodem in Mæandrum devectas, qui deinde detulerit in Aſopum. Unde de tibiâ Propertius Lib. II. el. 23. *Quæ non jure vado Mæandri jacta natasti, Turpia cum faceret Palladis ora tumor*. Vides & hoc *jactam* dici pro *abjectam*. Sic & βάλλειν pro ἀποβάλλειν Græci. Tzetzes in Lycophron. Ἐι δὲ ἐν ὀξυδινάῳ, τότε τὰ βάλλουσι ὡς ἀλλοτρίας.

d *Sibi Midam*] *Utrique ſibi Midam* &c. Modius. Sed Hyginus cap. 165. Muſas ſumtas ab illis judices narrat. Præterea, non in hoc certamine, ſed in altero illo, quod cum Pane habuit Apollo, aſininis auribus depravatus fuit Midas. Vide Hygin. cap. 191. & quæ ibi annotavi.

Apollo [e] cur non recte judicasset, asininis auribus [f] depravavit. Ille criminis sui notam tonsori tantum ostendit, [g] præcipiens ei, ut si [h] crimen [ejus] celaret, eum participem regni efficeret. Ille in terram fodit, & secretum domini sui [i] in defosso terræ dixit, [k] & operuit. In eodem loco calamus natus est: unde sibi pastor tibiam faciens, quæ cum percutiebatur, dicebat, Mida rex aures asininas habet; nihilominus quod ex terra conceperat. Unde & Petronius Arbiter ait:

Sic commissa [l] *verens avidus reserare minister,*
Fodit humum, regisque latentes prodidit aures.
Concepit nam terra sonum; calamique loquentes,
[m] *Invenere Midam, qualem* [n] *conceperat index.*

Nunc ergo hujus mysticæ fabulæ [o] interius cerebrum inquiramus. A musicis hæc reperta est fabula, ut Orpheus in Theogonia scribit. Musici enim duos artis suæ posuerunt ordines, tertium vero quasi ex necessitate adjicientes,

e *Cur non rectè*] Modius, *quod non.* Amplissimus vir Guil. Goesius propius ad veterem scripturam, *cum non.* Atque ita quoque exhibent 6. edd. ante Commel. Sed Commelinianam lectionem adstruit MS. Leid. *Cur* pro *quia* posuit non sine exemplo aliorum. Vide Heraldum ad Arnobium.

f *Depravavit*] Gloss. *dehonestavit.*

g *Præcipiens ei*] Modius, *promittens ei.* Sed mira videtur syntaxis, *promittens, ut efficeret.* Utitur tamen eâdem Hyginus cap. 63. *Huic fuit fatum, ut quod peperisset Acrisium tolleret.* Confer quæ notavi ad cap. 139.

h *Crimen ejus*] Tò *ejus* non agnoscit Leid. cod. & mox habet, *in terrâ fodit.*

i *In defosso*] Gloss. *in concavitate.*

k *Et operuit*] Modius, *& terrâ operuit.* Et in seqq. *fecit* pro *faciens.* Sed vide not. ad cap. 8.

l *Verens*] Lact. Argum. Lib. XI. Met. fab. 5. *Midas quidem deformitatem suam celare volebat: sed eam vidit famulus tonsor; qui cum eam nec eloqui auderet, nec reticere posset, humum effodit* &c. Naso: *Viderat hoc famulus, qui cum nec prodere visum Dedecus auderet, cupiens efferre sub auras* &c. Hinc patere cuivis facile existimo, rectius esse *verens*, quam, quod Modius & alii dederunt, *ferens.* Sarisber. Polycrat. Lib. III. cap. 12. *Si terræ secretum sinum infodiat, vel arundo sincrescens hoc producet in publicum, & levi flatu in auras proferet, quoniam auriculas asini Midas habet.*

m *Invenere*] *Incinuere* Salmasius & Palmerius, in Fulgentii ille, hic in Petronii margine, emendaverant. Et rectè quidem. *Incinere* elegans verbum est. Propert. Lib. II. el. 18. *Seu varios incinit ore modos.* Auson. Epist. 23. *Depressis scrobibus vitium regale minister Credidit, idque diu texit fidissima tellus: Inspirata dehinc vento cantavit arundo.* Fabula unde orta sit narrat Conon apud Phot. cap. 1.

n *Conceperat*] Ita & MS. Leid. In Petronianis fragmentis ediderunt *narraverat.* rectius utique & sententiæ convenientius, nisi scripsit, *conspexerat.*

o *Interius cerebrum*] MS. Leid. *Interiorem cerebrum.* Gloss. *sensum.* Ergo rectus forte ei casus *cerebrus*, ut *cymbius* apud Corippum, *lorus, balneus, cœlus, candelabrus*, apud Petronium & alios.

tes, ut Hermes [p] Trismegistus ait, id est, ἢ ἀοιδρῶν, ἢ ψαλμῳδρῶν, ἢ αὐλῳδρῶν. hoc est, aut cantantium, aut [q] citharizantium, aut [r] tibizantium. Prima ergo viva vox est, quæ sibi in omnibus musicis necessitatibus celerrima subvenit. Potest etiam [s] lemmata subrigere, parallelos concordare, & [t] distonias mollire, & phthongos jugare, & ornare chromata. Sequitur secunda cithara. quamvis enim de his rebus, quas musici [u] disafexis dicunt, sicut Mariandes scribit, multa de his faciat, tamen aliqua non implet, quæ viva vox potest. Limmata enim facta non erigit, [x] qui lismata in se catenata non implet. At vero tibia artis musicæ partem extremam poterit adimplere. Cithara enim symphoniarum gradus habet quinque, secundum quod Pythagoras ait, dum numerorum [y] rythmicos modulos ad symphoniarum adduxisset concordiam. Prima enim symphonia diapason, quod est in arithmeticis

alios. Adhæc *sagus*, *panturius*, *grafius*, *metallus*, quæ Vossius in de Vit. Sermon. observavit pag. 393.

p *Trismegistus*] August. C. D. Lib. VIII. cap. 23. *Hermes Ægyptius, quem Trismegistum vocant.* Ammianus Lib. XXI. p. 360. ed. Boxh. *Hermesque Termaximus, & Tyanæus Apollonius* &c. Cur Trismegistus sit dictus, vide apud Suidam. Isidor. Orig. Lib. VIII. 11. *Hermes Græcè dicitur* ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, *Latinè interpres, qui ob virtutem multarumque artium scientiam Trismegistus, termaximus, nominatus est.*

q *Citharizantium*] Nepos Epam. cap. 2. *Citharizare & canere ad chordas.*

r *Tibizantium*] Ita quidem etiam Leid. cod. Sed 6. edd. *tibicinantium.* Quod esse putem rectius. Ut *fidicino* à *fidicen*, ita *tibicino* à *tibicen*. Capella Lib. IX. *Megaris ad ictum pulsus cujus vis fidicinat.* Gloss. Vett. Αὐλητὴς, *flator, tibicinator.* Sic *tubicinare* pro tubâ canere legitur in Gemmæ vocabulario. Alio longè sensu *tibicinari* usurpavit Tertull. de Anima cap. 38. nempe pro fulciri tibicinibus.

s *Lemmata subrigere*] MS. Leid. *limmata.* Gloss. *Limmata & hemitonia idem sunt, hoc est, dimidius sonus.* Gloss. Capellæ: *Limmata, hemitonia.* Macrob. II. Som. Scip. cap. 1. *Plato semitonium limma vocitavit.*

t *Distonias mollire*] Scriverius in margine, *dittonias.* MS. Leid. *diastonias.* Ἰσως *Diatonias.* Diatonicum enim genus aliquanto durius. ut tradit Boet. Lib. I. Mus. cap. 21. Consulendi de vocabulis his Musicis Capella Lib. IX. Plutarchus in libro de Musica, Macrob. Lib. II. Somn. Scip. quosque edidit scriptores hujus artis Meursius.

u *Disafexis*] Ita & MS. Leid. A. H. & I. *disexapheſis.* B. M. & L. *disexaphexis.* Gloss. Leid. cod. *Integritas tonorum, ubi omnes simul conveniunt.* Forte, *diasapheſis.*

x *Qui lismata*] MS. Leid. *Lismata enim facta non erigit, qui lismata* &c. Et paullo ante, *ornare quilismata* pro *ornare chromata.* Locherus corrigit, *schismata.* alii *diaschismata.* Ego legerim, *qui limmata.* Limmata enim intervalla & *διέσεις.* Vide Censorin. cap. 10.

y *Rythmicos modulos*] Corrige cum Modio & MS. Leid. *arithmeticos modules.* Confirmant eam emendationem, quæ sub finem capitis 10. leguntur.

cis diplasion, quod nos in Latinis [z] unum ad duos dicimus. secunda symphonia diapente, quod est in arithmeticis [a] hemiolius, quod nos Latine [b] duos ad tres nuncupamus. tertia symphonia diatessaron, quod est in arithmeticis epitritos, id est [c] tres ad quatuor. quarta symphonia dicitur tonus, quod apud arithmeticos epogdous nuncupatur, apud nos [d] quinque ad quatuor. [e] Et quoniam ultra arithmeticus ordo progredi non patitur, propter novenarium limitem, quia decimus alterius ordinis primus gradus est: contigit ergo ut habeat quintam symphoniam, quæ harmonia nuncupatur, id est octo ad novem. Nullum enim ultra numerum conjunctiorem invenies. Habet igitur musica partes septem, id est genera, diastemata, systemata, phthongos, tonos, metabolas, & melopœias. unde & Virgilius in sexto ait:

Nec

z *Unum ad duos*] Ita & MS. Leid. Modius, *ad duo.*

a *Hemiolius*] H. e. *Sesquialter.* Gloss. Philox. *Sesqualtalia*, ἡμιόλια. Lege, *sesqualtera* cum Vulcanio. Vel potius, *sequialtera.*

b *Duos ad tres*] Ita & Leid. cod. Modius, *duo ad tria.* Sed masculina terminatione utitur in hac re etiam Capella Lib. 11. pag. 26. Verba ejus adscribam, ut in transitu emendem: *An aliud illa senis dei ratio, quæ mathen tetraden non tacuit, confitetur, nisi perfectæ rationis numerum? Quippe intra unum, secundum, triademque ipsum bis binum tenet.* Lege ex Leid. codice cum editis à me collato, *intra se monadem, dyadem, triadem ipsum bis binum tenet.* Pergit Capella: *Quibus collocationibus symphoniæ peragnntur. Nam tres ad quatuor epitritus vocatur arithmeticâ ratione, ac diatessaron in Musicis perhibetur. Item intra eum (eum intra MS.) jacent tres ad duos (duo MS.) quæ hemiolios forma est, symphoniamque secundam, quæ diapente dicitur, reddunt. Tertia symphonia diapason in melicis perhibetur, diplasioque conficitur, hoc est, uno duobus collato.* Macrob. Lib. 11. Somn. Scip. cap. 1. *Hemiolius est, cum de duobus numeris major habet totum minorem, & insuper ejus medietatem, ut sunt tria ad duo.* Legendum esset ergo in Fulgentio non *duos ad tres*, sed *tres ad duos.* Nihil tamen mutaverim ob ea, quæ mox sequuntur, & Censorinus habet cap. 10. *Ubi ponderum discrimen est sesquitertia proportione, quam duo faciunt ad tria collata, quod ἡμιόλιον appellant.*

c *Tres ad quatuor*] Utitur ex heic inverso ordine Macrobius: *Est epitritus cum de duobus numeris major habet totum minorem, & insuper ejus tertiam partem, ut sunt quatuor ad tria.* Et Schol. in Hephæstion. p. 12. Ἐπίτριτος ἀριθμὸς λέγεται ὁ ἀριθμὸν ἔχων τὸν ἑαυτοῦ, καὶ τὸ τρίτον τούτου, οἷον ὁ τέτταρας πρὸς τὰ τρία. Sed *tria ad quatuor* etiam Censorinus, ut & Capella, *tres ad quatuor.* Quamobrem nihil necesse arbitror ut cum Modio referibamus *tria ad quatuor.*

d *Quinque ad quatuor*] Imo *novem ad octo.* Macrobius: *Epogdous est numerus, qui intra se habet minorem, & insuper octavam ejus partem, ut novem ad octo; quia in novem & octo sunt, & insuper octava pars eorum, id est, unum. Hic numerus sonum parit, quem tonon Musici vocaverunt.* Capella: *Novem vero ad octo ἐπογδόου numeri efficiunt junctionem.*

e *Et quoniam ultra* &c.] Modius, *ultra quem numerum arithmeticus ordo* &c. Leid. cod. à Commel. stat.

Ar-

Nec non Threicius longa cum veste sacerdos,
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

In arithmeticis enim, quibus plenitudo formulæ est, ut etiam in geometricis tonus. Vox vero habet gradus symphoniarum innumeros, quantum natura dotaverit ipsam vocem, ut habeat [f] arsis & thesis, quas nos Latine elationes & dejectiones dicimus. Tibia vero vix unam & dimidiam perficit symphoniam. una enim symphonia [g] quinque symphonias habet. Ergo post artem musicam Minerva reperit tibias, quas omnis doctus in musicis propter sonorum despuit paupertatem. Inflatas vero buccas [h] ideo risisse dicuntur, quod tibia ventose in musicis sonet: & idiomatum proprietate amissa, [i] sibilet potius rem, quam enunciet. Ideo illam [k] injuste sufflantem omnis quicumque est doctior ridet. unde eas & Minerva, id est sapientia, exprobrans projicit: quas Marsyas assumit. Marsyas enim Græce, quasi μωρὸς οἰῶν, id est [l] stultus solus, qui in arte musica tibiam præponere voluit citharæ: unde & cum porcina pingitur cauda. Sed his duobus certantibus, Mida rex [m] residet. Mida enim Græce, quasi μηδὲν ἰδὼν, dicitur: quod nos Latine nihil sciens dicina Phœbi flebis. Τὸ *Phœbi* delendum est, & legendum: *Marsya cede Deo, tua carmina flebis.* Est metrum *dactylicum Stesichorium constans pentametro cataletto.* Ita enim ex iisdem membranis legendum, non *acatalecto*, ut editum.

f *Arsis & thesis*] Ἄρσις καὶ θέσις. Capella Lib. IX. *Arsis est elevatio, thesis depositio vocis & remissio.* Etiam pes in versu recipit ἄρσιν & θέσιν. quâ de re vide Diomed. Lib. III. & Terent. Maurum pag. 60. ed. Brissæi.

g *Quinque symphonias habet*] Modius, *quinque voces.* Gloss. cod. Leid. *Una symphonia complet quinque tonos.*

h *Ideo risisse dicuntur*] Modius, *dii ideo risisse.* Sed τὸ *dii* inter glossas interlineares repræsentat cod. Leidensis.

i *Sibilet potius*] Hinc *fistulam sibilatricem* appellat Capella. Gloss. Isid. *Fistulor, sibilo.*

k *Injuste sufflantem*] Gloss. *sine lege chordarum.*

l *Stultus solus*] Revera stultus est, qui θεοφορεῖν in animum inducit. Servius Centimetro: *Marsya cede domi tua carmina Phœbi.* Ita edidit Putschius. Sed membranæ Vett. Biblioth. Leid. exhibent, *Marsya cædo dii tua carmi-*

m *Residet*] Gloss. *quasi judex.* Forte aliquis mallet *præsidet.* quod judices judicio etiam præsidere dicantur. Sanè apud Tertull. legi de Resurr. carnis cap. 14. *Substantia humana dijudicandæ censuræ divina præsideat.* Sed *residere* idem, quod *sedere* est, verbum in hac re usitatissimum. Phædrus Lib. I. cap. 11. *Tunc judex inter illos sedit simius.* Ovid. XI. Met. 157. *Monte suo senior judex consedit.* XIII. vers. 1. *Consedere duces.* At orator stat. Quintil. Declam. 250. *Tu initium putas actionis, cum judices consederunt, cum ad dicendum surrexerit orator?* Immo & *residere* pro *præsidere* dixerant. Spar-

dicimus. ideo etiam & [n] asininis auribus dicitur, quia omnis discernendi ignarus nihil differt ab asino. ob hanc etiam rem & servum ejus auriculas referunt prodidisse. Ingenium enim nostrum servum habere debemus, ad omnia quæ volumus obsequentem, & nostra secreta celantem. [o] Quod autem per cannam prodidit, fistulam gutturis loquendo significat. Quod vero pastor audit: [p] pastores sunt [illi] qui [q] aliena sulcando subtilius pascunt.

X. *Orpheus, & Eurydice.*

[a] ORPHEUS Eurydicen nympham amavit, quam sono citharæ mulcens uxorem duxit. Hanc Aristæus pastor dum amans sequitur, illa fugiens in serpentem incidit, & mortua est. post quam maritus ad inferos descendit, & legem accepit, [b] ne eam conversus aspiceret. Quam con-

tian. Adrian. cap. 12. *Pro agonotheta resedit.* Vide ibi Casaub.

n *Asininis auribus dicitur*] Interserit Modius aliquid, & legit, *depravari dicitur*. Cur autem hoc fictum fuerit, explicat præter Cononem etiam Tzetzes ad Lycophron. p. 204. ed. Steph. Cum Fulgentio Ægyptii faciunt, qui hominem imperitum cum denotare vellent, humano trunco caput imponebant asininum, ut est apud Horum Lib. 11. Lucian. de Calumn. Τὰ ὦτα ἔχων παμμεγέθη, μικρὰ δῆτα τοῖς τῦ Μίδα φορτικότα. Quam variè jam olim fabula illa de Midæ auribus asininis explicata fuerit, discere licet ex Schol. Aristophanis in Plut. act. 11. sc. 1. Μίδας βασιλεὺς ὢν Φρυγίας πλουσιώτατος, ὅτι ὄνα ἔχει. Τοῦτο δὲ παρεμυθολόγησε λέγεσθαι ὅτι τύτυ, ὅτι ὑπὸ πολλὰς ἀταξίας εἶχεν, ἢ ὅτι κώμην Φρυγίας κατέχει, ἥτις ὄνα ἐκάλει. ἢ ἐπεὶ ὄνος μᾶλλον ἀκούσῃ ἢ ἄλλων ζώων πλοῦ μυός. Καὶ Μίδας ὁ πολλὰς ἀταξίας εἶχεν. Οἱ δέ φασιν, ὅτι ἥξας ποτὲ ἐπὶ Διόνυσον ὁ Μίδας, μετεβλήθη εἰς ὄνον. ἢ ὅτι ὄνος ἐπὶ Διονύσῳ παροινῶν ἀδίκησε, διὸ ὀργισθεὶς ὁ θεὸς, ὦτα ὄνα αὐτῷ περιέθηκε, οἱ δέ, ὅτι ὦτα μεγάλα φύσει εἶχεν &c.

o *Quod autem per cannam* &c.] Supr. Lib. 1. cap. 14. *Gutturis fistula, quæ tereti meatum spiritalem præbet excursu.*

p *Pastores sunt (illi) qui* &c.] Τὰ *illi* uncis à Commel. inclusum agnoscit codex Leidensis. nec cancellari necesse est.

q *Aliena sulcando subtilius pascunt*] Gloss. *aliena facta indagando se reficiunt.* Pro *subtilius* Barthius conjicit, *suavitius.* Subtiliter Hercules & forte vere. Quid tamen si legas? *aliena serutando subtilius pascuntur*, vel *se pascunt.*

Ad CAP. X.

a *Orpheus Eurydicen*] Principium hujus capitis assutum fab. 164. Hygini. Notat hoc loco glossator: *Eurydicen, quando per m scribitur Latinus accusativus est, cum per n Græcus accusativus est.* Stulta est observatio; sed unde discas barbarum sæculum pravâ pronunciatione seductum illa, quæ in recto casu in ă apud Græcos desinunt, solitum in Genitivo inflectere per *is*, &, ut ita loquar cum Ulpiano, consequenter in accusativo per *em.*

b *Ne eam conversus* &c.] MS. Leid. *ne sese.* An scripsit ergo, *ne se conversus aspiceret, αὐτὴν* ? *eam*? Hygin. cap. 60. *Rursus deorsum post se revolvitur.*

c *Et*

conversus aspiciens, iterum perdidit. Hæc igitur fabula artis est musicæ designatio. Orpheus dicitur ὠρφικὴ φωνὴ, id est optima vox. Eurydice vero, profunda dijudicatio. In omnibus igitur artibus sunt primæ artes, [c] & sunt secundæ: ut in [d] puerilibus literis prima [e] abecedaria; secunda [f] nota. In grammaticis prima lectio, secunda [g] articulatio. In rhetoricis prima rhetorica, secunda dialectica. In geometricis prima geometria, secunda arithmetica. In astrologicis prima mathesis, secunda astronomia. In medicinis prima [h] gnostice, [i] secunda [vero] dynamice. In aruspicinis prima aruspicina, secunda paralysis. In musicis prima musica, secunda apotelesmatice. De quibus omnibus breviter rationem perstringam necesse est. Aliud est enim apud grammaticos aliena agnoscere, aliud sua efficere. Apud rhetores vero aliud profusa & libero cursu effrenata loquacitas, aliud constricta veritatisque indagandæ curiosa [k] nexilitas. Apud astrologos aliud est astrorum ac siderum cursus effectusque cognoscere, aliud [l] significata traducere. In medicinis aliud est morborum agnoscere [m] meritum, aliud infirmitatis venientem [n] concursum mederi. In geometricis

c *Et sunt secundæ*] Τὸ & non habet cod. Leid. nec 5. edd. Sunt autem secundæ artes ipsa adyta & sanctuaria, ut primæ progymnasmata.

d *Puerilibus literis*] *Literis elementariis*, ut Capitolinus in Pertinace, vel *primis elementis*, ut Horatius eas vocitat.

e *Abecedaria*] Fictum vocabulum, ut *alphabetum* apud Hieron. & Plin. Lib. 1.

f *Nota*] Gloss. *conjunctis literarum*. Lipsius, notante Scriverio, emendat *notaria*.

g *Articulatio*] MS. Leid. *artilatio*. *Articulare* est clarè & distinctè proferre. Paulinus: *Melitaque vocis Articulare sonum*. Sed confundit Fulgentius cum Grammaticâ Grammatisticam. Grammatistæ est non Grammatici docere lectionem & pronunciationem. Vide Wouw. Polymath. cap. 5.

h *Gnostice*] Explorativa. Macrob. 1. Sat. cap. 20. *Sicut ait Hippocrates oportere medicum dicere de ægro*, Τὰ παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα, *id est*, *Quæ sint*, *quæ fuerint*, *quæ mox futura sequentur*.

i *Secunda (vero) dynamice*] Illud (vero) non agnoscit cod. Leid. Gloss. *virtus curationis*. All. edd. exhibent *mantice*.

k *Nexilitas*] Gloss. *jugalitas*. Intelligit syllogismaticum breviloquium.

l *Significata traducere*] Gloss. *ad significationem trahere*.

m *Meritum*] Gloss. *causas & qualitates*.

n *Concursum mederi*] H. e. *impetum*, ut rectè Gloss. Sed non rectè *mederi* cum accusativo junxisse videtur Fulgentius. Ita tamen etiam Gellius Lib. 1. cap. 3. *Multa cum animo meo ad casum tam ancipitem medendum consultanti visum est* &c. Servius ad Georg. 1. 193. *Sane medicor accusativum regit*,

cis aliud formulas lineasque depingere, aliud numeros formulis coaptare. In aruspicinis aliud est fibrarum particularumque inspectio, aliud [o] secundum Battiadem [p] eventuum immutatio. In musicis vero aliud est harmonia phthongorum, systematum, & diastematum: aliud effectus tonorum virtusque verborum. Vocis ergo pulchritudo, delectans [q] interna artis secreta, virtutem etiam mysticam verborum attingit. Sed hæc quantum ab optimis amatur, sicut ab Aristæo, (ἄριστον enim Græce optimum dicitur) tantum ipsa ars communionem hominum vitat; quæ quidem serpentis ictu moritur, quasi astutiæ interceptu secretis velut [r] inferis transmigratur. Sed post hanc artem exquirendam atque elevandam vox canora descendit, [s] & quæ apotelesmatica, phantastica omnia præbet, & modulis tantum vi secreta latentibus, voluptatum reddit effectus. Dicere enim possumus, quod [t] Dorius tonus aut Phrygius, Saturno coiens, feras mulceat; [u] si Jovi, aves oblectet. At vero si rei expositio quæritur, cur hoc fiat, vestigandæ rationis captus immoritur. [x] Ideo ergo & ne eam respiciat, prohibetur: & dum videt, amittit. Nam perfectissimus [y] Pythagoras dum modulos numeris coaptaret, symphoniarumque pondera terminis arithmeticis [z] per melos & rhythmos & modulos sequeretur,

sit medicor illam rem: medeor vero illi rei dicimus. Nam medeor illam rem figuratum est. Plura dixi ad Hyg. Astron. II. 4.

o *Secundum Battiadem*] Battiadem in Paedris laudat libro de Virgil. Contin. Unde Bacidem quidam facere voluerunt: de quo consulendus Suidas, & Faber ad Lucian. Peregr. p. 74.

p *Eventuum immutatio*] Gloss. *qualiter res mutantur de prosperitate in adversitatem.*

q *Interna artis secreta*] Modius, *interno artis secreto.*

r *Inferis transmigratur*] Ad inferos traducitur. Vide not. ad Hyg. cap. 259.

s *Et quæ apotelesmatica*] Cod. Leid. *& quia.*

t *Dorius tonus*] Schol. Pind. ad Olymp. 2. Ἐστι ὁ ἁρμονίας τρόπος, δωριστὶ, φρύγιος, λύδιος. Schol. Horat. ad Lib. IV. od. ult. *Tres modos habebant, Ionicum, Lydium & Phrygium,* Sed idem ad epod. 9. septem numerat. Quindecim Alypius cap. 1. & seqq. Confer Apulej. Florid. 1.

u *Si Jovi*] Illud *si* exturbat Modius. Sed agnoscit Leid. cod. Nec deleri necesse est, si *coeat* subaudias ex præcedentibus.

x *Ideo ergo*] Leid. cod. *ideo vero.*

y *Pythagoras*] Prolixè hæc narrat Macrobius Lib. II. in Somn. Scip. cap. 1. Adde Isidor. Orig. II. cap. 15. Etiam Arithmeticen ejus inventum quidam voluere. Vide Meursium Denar. Pythag. cap. 1.

z *Per melos*] MS. Leid. *Per mela & rythmos vel modulos.* Τὸ *mela* rectè habet. Capella Lib. II. *Tu vatum mela dul-*

tur, [a] effectus vero rationem reddere non potuit.

XI. *Phineus.*

PHINEUS enim in modum avaritiæ ponitur: & à fœnerando Phineus dictus est. Ideo cæcus, quod omnis avaritia cæca sit, quæ sua non videt: [a] ideo & Harpyiæ cibos rapiunt; quia rapina ei aliquid de suo comedere non permittit. At vero quod ejus prandia stercoribus fœdant, ostendit fœnerantium vitam rapinæ ingluvie esse sordidam. Sed has à conspectu ejus [b] Zetus & Calais fugant. Græcè enim ζητῶν καλὸν inquirens bonum [c] dicitur. Ideo volatici, quia omnis inquisitio boni nunquam terrenis rebus miscetur. Ideo [d] Aquilonis venti filii, quia bona inquisitio spiritalis est, non carnalis: ergo veniente bonitate, omnis rapina fugatur.

XII. *De Alpheo & Arethusa.*

ALPHEUS fluvius Arethusam nympham amavit: quam cum sequeretur, in fontem conversa est. Ille [a] in mediis undis ambulans, non immixtus, in sinum ejus im-

dulcibus Camœnis, Et scis Pindaricam Chelyn referre. Et post paulo: *Vicissimque dulcia mela geminantur.* Lib. IX. *Bis plenum omnisona cui recinunt mela.* Auson. Parent. 27. *Cui brevia mela modifica recino.* Etiam *mels* in genitivo singulari dixit Servius Centimetro. *Anacreonticum constat tetrametro acatalecto, ut est hoc: Hic finis est, Iambe salve vindice doctor melliori.* Ita dedit Putschius. At legendum ex membranis bibliothecæ Leid. *Hic finis est, Iambe salve vindicis doctor melli.* Nihil verius. Iambus est doctor meli vindicis. Sed is casus potest esse à recto *melus.* unde *melum* accus. sing. Pacuvius, & *meles* eodem casu plur. Accius & Varro dixere. *Melorum* gen. plur. est apud Terent. Maur. p. 62. *Auctor & auctor melorum, qui duas breves habet.*

a *Effectus vero*] Tò *vero* non habet codex Leid. Et rectius sanè abest.

Ad CAP. XI.

a *Ideo & Harpyiæ*] Lege, *ideo ei* cum MS. Leid. & 5. edd. Ἁρπυιακὰς fabulam explicat Tzetzes in Lycophron. p. 34.

b *Zetus*] Non probo istam confusionem. Alius enim Ζῆθος, alius Ζήτης. Vide not. ad Hyg. cap. 14.

c *Dicitur*] MS. Leid. *dicimus.* Quod sperni non debebat.

d *Aquilonis venti*] Hygin. cap. 19. *Zetes & Calais aquilonis venti & Orithyiæ filii.* Vide ibi notas nostras.

Ad CAP. XII.

a *In mediis undis ambulans*] Servius ad Eclog. x. 4. *Alii dicunt ad Arethusam nympham Siciliæ Alpheum de Elide venire per maria: secundum quos alibi dixit, Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare.*

immergitur: unde & apud inferos [b] oblivionem animarum trahere dicitur. Alpheus enim Græce quasi ἀληθείας φῶς, id est veritatis lux. Arethusa vero, quasi [c] ἀρίστου, id est nobilitas æquitatis. Ergo quid amare poterat veritas, nisi æquitatem? quid lux, nisi nobilitatem? Ideo & in mari ambulans non miscetur, quia lucida veritas omni malorum morum salsedine circumdata, pollui aliqua commistione non novit. Sed tamen in sinum æquissimæ potestatis omnis lux veritatis dilabitur. Nam & descendens in infernum, id est in secreta conscientiæ, veritatis lux, malarum rerum semper oblivionem importat.

Alii dicunt ipsam Arethusam jam in fontem mutatam Alpheum fugere, & de Elide ad Siciliam venire: quod nunc est secutus. Sanè dicitur quodam tempore patera aurea in Arethusa inventa, quam Olympionicæ (leg. *Olympionices* vel mox *miserant*) *in Alpheum miserat; & cum Olympiæ hostiæ cæduntur, cruor earum * in Alpheum infusus, in Arethusam exit.* Tolle asteriscum, & confer quæ dicit ad III. Æn. 694. Plin. Lib. II. cap. 103. Lactant. Argum. Met. Lib. V. fab. 10. Ammian. Marcell. Lib. XV. p. 40. ed. Lindebrog.

b *Oblivionem animarum*] Quam animæ apud inferos potant. Vide Virgil. Æn. VI. 715.

c Ἀ'ρίστου] MS. Leid. *Aretheisa*. Forte scripserat, ἀρετῆ ἴσον.

F A-

FABI PLANCIADIS FULGENTII V. C. LIBER DE EXPOSITIONE VIRGILIANÆ CONTINENTIÆ.

Isacius Tzetzes, vir doctissimè eruditus, in Commentario suo Lycophroniano:

Τὰς ἢ ἀλληγορίας εἰ μήπου τινὰς ἀναγκαίας, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἱστοριῶν ἑαυτέον, ὅτι δὲ πρέπον ἐστὶ ἀλληγορεῖν ἐνταυθοῖ. οὕτως γὰρ μυθικῶς πάντα γεγράφη.

Junilius Episcopus Africanus Comment. in caput 1. Genes.

Diligenter intuendum, ut ita quisque sensibus allegoricis studium impendat, quatenus apertam historiæ fidem allegorizando non derelinquat.

FABII PLANCIADIS FULGENTII

[a] De

ALLEGORIA LIBRORUM VIRGILII

Ad

CHALCIDIUM GRAMMATICUM.

EXPETEBAT quidem, [b] Levitarum sanctissime, nostri temporis qualitas grande silentium, ut non solum mens [c] expromtare desisset quod didicit, [d] quantum etiam oblivionem sui efficere debuit quia vivit. Sed quia [e] nova caritas dominatu fulcitur, & in amoris præcepto con-

a *De allegoria* &c.] Veram inscriptionem esse *de expositione Virgilianæ continentiæ* rectè in orâ libri sui notaverat Scriverius. Firmant id cum coronis huic libello affixa, tum etiam illa Mythol. Lib. III. cap. 6. *Pœne duorum librorum continentia:* nec non quæ mox sub initium hujus scripti habes, *Virgilianæ Continentiæ secreta physica tetigi.* Et, *physicè trium vitarum reddidit continentiam.* Immo & ista, *habes breviter de cursam primi libri continentiam. Continentiam* nempe dixit pro eo, quod continetur. Æthicus Præfat. Cosmogr. *De omni ejus continentiâ perlatum est ad senatum.* Apulejus Dialogo Hermetis: *De verâ rationis continentia decidisti.* Anonymus in notulis ad hunc libellum: *Scripti libri hunc habent titulum:* Fabii Planciadis Fulgentii V. C. incipit Virgilianæ Continentiæ secundum philosophos moralis expositio. Non longè abit ὑπόμνημα illa alterius ex Vaticanis codicibus: *Fabius Placius de Fulgentio Moralis expositio Virgilianæ continentiæ.* Gloss. Labb. *Continentia*, ἀκολουθία, συνοχὴ, ἐγκράτεια. Prima explicatio hujus loci est, Retinuit Græcam vocem Ausonius, cum Argumenta Iliados & Odysseæ Homeri *Periochas* appellavit.

b *Levitarum sanctissime*] I. e. diaconorum. Isidor. Orig. Lib. VII. cap. 12. *Levitæ ex nomine auctoris vocati: de Levi enim Levitæ exorti sunt, à quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi Græcè Diaconi, Latinè ministri dicuntur.* Confer eund. in de Offic. Lib. II. cap. 8. Salvian. Præfat. ad Salonium pag. 312. ed. Pith. *Ad Levitas etiam atque presbyteros* h. e. diaconos &c.

c *Expromtare desisset*] Gloss. *expromere desineret.* Recte. Ut reliqui Afri pœne omnes, ita & Fulgentius ὑφιστωλικὸν pro imperfecto frequenter usurpat. Vide quæ annotavi ad Prolog. Lib. I.

d *Quantum etiam*] Ἀντὶ τοῦ *verum etiam.* Consule Indicem.

e *Nova caritas* &c.] Gloss. *magna.* Sed pro *fulcitur* Leid. cod. habet *fulciatur.* Veriorem puto alteram lectionem, quæ vulgatæ appicta erat in illo codice, *novo caritatis dominatu.* Atque ita præfert quoque Genev. editio. Re-

Unable to display this page

[m] efenuesion, quam etiam in nona ecloga persecutus est. In octava quidem, ubi dicit,

Adspice corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.
Nescio quid certe est, & Hylax in limine latrat.

In nona vero ecloga, ubi dicit,

De cœlo tactas memini prædicere quercus.

iterumque --- *lupi Mœrin videre priores.*

PRIMUS vero Georgicorum est omnis astrologus, & in parte extrema [o] ephemericus. Secundus physiognomicus & medicinalis. Tertius omnem aruspicinam continet, quam quidem & in sexto Æn. tetigit, dum dicit,

Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima.

Quartus vero ad plenissimam rationem est Musicus cum sua apoteleſmatice in fine carminis dicta. Ergo doctrinam mediocritatem temporis excedentem omisimus, ne, dum quis laudem quærit nominis, [p] fragmen reperiat capitis. Esto igitur contentus, mi Domine, leviori fasciculo, quem tibi Hesperidum florulentis decerpsimus hortulis. Aurea enim mala si expetis, esto Euryſtheus [q] alio fortiori, qui, ut Alcides, suam pro nihilo reputet vitam. Poteris enim ex his tacite multa colligere, quæ ad instrumen-

m *Efenuesion*] Ita & Leid. cod. Gloss. *id est, prognosticon, signa futuræ rei.* Scriverius conjiciebat, ἐμπνεῦσιν. Genev. Edit. exhibet, βίφημισμόν.

n *De cœlo tactas*] Hic versiculus non in nonâ, sed primâ legitur eclogâ. In nonâ hunc habes: *Sæpe sinistra cavâ prædixit ab ilice cornix.*

o *Ephemericus*] Ita & Leid. cod. Malè βίφημικὸς ed. Genev.

p *Fragmen reperiat capitis*] Malè *fragilitatem mentis* interpretatur Glossator. Significat scire aliquid capital fuisse id temporis. Vide quæ præcesserunt, & Prolog. Lib. 1. Cæterum pro *fragmen* exhibent *fragumen* Leid. cod. & editio Genevensis. Quod non temerè damnaverim. Ita à *tego* non *tegmen* tantum, sed *tegimen* & *tegumentum* legas apud Apulejum, Ovidium, & Livium. Gloss. Labb. *Fragmen*, κλάσμα. Atque ita ea vox usurpatur à Prudentio, Ovid. 11. Met. 561. Vet. Interpret. Cantic. cap. 4. & aliis. Sed Fulgentius pro fracturâ hic accepit, ut & Auson. epigram. 35. *Post* M *inciſum est: puto sic* IVI *non tota videtur: Dissiluit saxi fragmine læsus apex.* Ita scribendum ex edit. Stoer. anni 1598. Fractum significat apicem literæ M.

q *Alio fortiori*] Ἀλχείῳ pro *alii.* Festus: *Ali rei dixit* Plautus pro eo, quod est *aliæ rei.* Columbanus in Monostichis: *Quod tibi vis fieri, hoc alio præstare memento.* Vide ibi Cl. Daumium. Sic in Grut. Inscript. pag. 756. *Mi ipso.* p. 940. *nullo*, pro *nulli* & *ipsi.* Auson. Præfat. Centon. *Solæ memoriæ opus est.* Propert. Lib. 1. el. 20. *Nullæ debita curæ.* Tibull. Lib. IV. el. 6. *Ullæ non ille puellæ Servire, aut cuiquam dignior illa viro.* Servius Centimetro: *Phrynichium constat tetrametro catalecto, ut est hoc:* Tibi senus fero donum, so-

mentum tui proficiant desiderii. Ego vero, [r] Chrysippi ellebori [s] rancidulo acrore postposito, cum Musis aliquid blandius [t] fabulabor.

Vos Heliconiades, neque enim mihi sola vocanda est
Calliope, conferte gradum, date præmia menti.
Majus opus moveo: nec enim mihi sufficit una:
Currite Pierides, & juncto robore nobis
Parnasias niveo compellite pectine chordas.

Hæc tam parva precatio credo quod Virgilianis satisfecerit Musis. [u] Cede mihi nunc personam Mantuani vatis, quo fugitivos ejus in lucem deducamus amfractus. Nam ecce ad me etiam ipse, Ascræi fontis [x] bractamento saturior, advenit; quales vatum imagines esse solent, dum assumtis ad opus conficiendum tabulis, stupida fronte [y] arcanum quoddam [z] latranti intrinsecus tractu submurmurant.

solæ quod dant Veneri. Lege ex membran. Cod. Leid. *Tibi veris fero* &c. Plura hoc genus invenies in notis nostris ad Hyg. Myth. cap. 5. apud Stewech. in Apulej. p. 80. & Vossium Analog. Lib. IV. p. 177.

r *Chrysippi ellebori*] Scriverius & Tollius in suis libris, *Chrysippei ellebori*. Atque ita video etiam voluisse Barthium ad Stat. Tom. III. p. 99.

s *Acrore rancidulo*] Malit forte aliquis *acore*. Quâ voce utitur Tertull. contra Marc. Lib. 1. cap. 2. Plin. Lib. VII. epist. 3. Isidor. Orig. XVII. 7. & XX. 3. Sed *acrore* etiam disertim Leid. cod. cum glossâ *acredine*. Verum nec *acror*, nec *acredo* apud antiquos putem inveniri. Invenio tamen in Glossis Labb. *Acredo*, πικρία. *Acritas* & *acritudo* sunt apud Gellium. Est autem *rancidum*, quod ταγὲς Græci dicunt. Unde ταγίασις, *rancor* in Glossis Labbæi. Utitur eâ voce præter Palladium etiam Augustin. Meditat. 1. & Hieron. Epist. Select. Lib. 1. 18. 19. & 39. Verum quia *rancesco* Græcis non est ταγιάζω, sed ταγίζω, in Glossis rescripserim ταγίσεις.

t *Fabulabor*] *Fabulor* MS. Leid. Benè monet Glossator, quæ mox sequuntur verba, *neque enim mihi sola vocanda est Calliope*, includenda esse parenthesi.

u *Cede nunc mihi*] *Cedo* dixissent alii. Notum est illud Taciti A. 1. 23. *Cedo alteram*. Fors sit tamen, ut *cette* ἀρχαϊκῶς scripserit. Nævius: *Patrem Lycurgum cette*.

x *Bractamento*] Malim, *bracteamento*, ut derivetur à verbo *bracteare*, unde *bracteata eloquentia* apud Solinum, *bracteatæ comæ* apud Capellam Lib. 1. p. 20. *imbracteari auro* apud Marcellin. Lib. XIV. & XVII. Est autem *bracteamentum* heic *subtile figmentum*, si glossatorem audimus. Adde his, quæ de istâ voce notavit Juretus ad Symmach. Lib. 1. epist. 26.

y *Arcanum quoddam*] Malim, *quiddam*. Puto idem vocabulum restituendum Petronio pag. 214. edit. Gabb. *Mirabile quidem paupertatis ingenium, singularumque rerum quasdam artes fames edocuit*. Lego, *mirabile quiddam*. Pariter languet illud *quidem* apud eundem p. 186. *Tandem Crotona intravimus; ubi quidem parvo diversorio refecti, postero die amplioris fortunæ domum quærentes, incidimus in turbam hæreditarum*. Libenter scripserim, *quodam parvo* &c. Seneca Suas. 1. *Sacrum quidem terris natura circumfudit oceanum*. Et istic *sacrum quiddam* reposuerim.

z *Latranti tractu*] *Latranti tractatu* habere scriptos duos libros monet anonymus in Genev. Edit. Sed *tractu* disertim

rant. Cui ego, Seponas quæso caperatos obtutus, [a] Ausonidum vatum clarissime, rancidamque altioris [b] salsuram ingenii jocondioris quolibet mellis sapore dulcescas. Nam non illa in tuis operibus quærimus, in quibus aut [c] Pythagoras modulos, aut Heraclitus ignes, aut Plato ideas, aut Hermes astra, aut [d] Chrysippus numeros, aut [e] endelechias Aristoteles [f] inversat: nec illa, quæ aut [g] Dardanum

tim Leid. cod. quod pro *expositione* esse dictum notat Glossator; perperam, ut discere potes ex Gronov. Observat. Lib. II. cap. I. ubi *latranti tractu* dixisse Fulgentium, pro *latratu* vel *murmure lentato*, rectè docet. Seneca de tonitru Agam. vers. 466. *Tum murmur grave Majora minitans collibus summis cadit, Tractuque longo littus ac petræ gemunt. Tractus* instantiæ opponitur. Plin. Lib. V. epist. 8. Hæc vel maximè vi, amaritudine, instantiâ: illa tractu & suavitate, atque etiam dulcedine placet. Epitaph. Lucan. Quæ tractim serpit, plus mihi comma placet.

a *Ausonidum*] Hoc esset, *Ausonidarum*. Ita *poëtæ Æolidæ* dixit Priscian. Lib. I. Leid. cod. exhibet *Ausonum*.

b *Salsuram dulcescas*] Gloss. *amaritudinem dulcem reddas*. Dulcescere ergo activè pro edulcare posuit, ut *insuescere* & *assuescerte* Horatius: quorum prius legitur Lib. I. Sat. IV. 105. *Insuevit pater optimus hoc me*. Tò *hoc* auferendi casu positum censeo. Flor. Lib. I. cap. I. *Assuetæ sanguine & prædâ volucres*. Imitatus Horatium Prudentius Hymn. Cath. IX. *Mortuos olim sepultos ut redire insuescerat*. Cæterum ad eundem modum *innotescere* pro *notum reddere* posuit Augustin. Soliloq. cap. 7. *Quantum debeo placere tibi, innotesce mihi*. Haimo Homil. p. 37. *Qui verum Deum solummodo innotescerat ortum*. Locutus ad eundem modum præter Nittardum, Redemptum in vitâ Isidori, Victorem de Persec. Vand. Lib. III. & veterem Bibliorum interpretem, etiam Gregor. Dialog. Lib. II. cap. 8. III. cap. 33. *Quiescere* pro *quietum reddere* Maro, Seneca, & Sallustius dixere, ut in notis ad Basil. orationes pag. 91. ostendit Dausqueius. Addo illis istud Propert. Lib. II. el. 25. *Quamvis ille suam lassus requiescat avenam*. Hieron. Epist. Select. Lib. I. ep. 4. *Super humilem & trementem verba sua requiescit*. Virgil. in Ciri: *Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursu*.

c *Pythagoræ modulos*] Ille enim musicam inveniisse fertur. Vide annot. ad Mythol. Lib. III. cap. 10.

d *Chrysippus numeros*] Videndus Sidonius Lib. IV. epist. 3. & ibi Savaro.

e *Endelechias*] Edit. Genev. ἐντελεχίας. Capella Lib. II. Aristoteles per cœli quoque culmina endelechiam scrupulosius requirebat. Utrum per δ an per τ scribi ea vox debeat, multis disputatum pridem à doctis hominibus. Consule inter alios, immo ante alios omnes, Bud. Lib. I. de Asse pag. 6. & seqq. Tertullian. de Anim. cap. 31. *Et numeros Pythagoræ viderem, & ideas Platonis ostenderem, & entelechias Aristotelis eccuparem*. Quid *entelechia* sit, anquiritur à Scalig. adversus Cardan. Exercit. 307. & Nemesio in aureo illo libello de Naturâ hominis cap. 2. pag. 63.

f *Inversat*] Gloss. *exequitur, tractat*.

g *Dardanum in Dinameris*] Puto illum intelligi magum, de quo Plin. Lib. XXX. cap. I. Apulej. pag. 371. ed. Elmenhorst. Euseb. Lib. II. Præpar. Euang. Sed quid sibi vult *in Dinameris*? Gloss. explicat, *in naturali potestate*. Putes legisse, in *Dynamicis*, vel *Dynamice*. Malè omnino. Qui *Paredri*, qui *Dynameri*, qui denique *Catabolici* sint dæmones, egregiè explicat Salmasius ad Spartian. Adrian. cap. 14.

h *Dat-*

danus in Dinameris, aut [h] Battiades in [i] Paredris, aut [k] Campester in Catabolicis infernalibusque cecinerunt: sed tantum illa quærimus levia, quæ [l] mensualibus stipendiis Grammatici [m] distrahunt puerilibus auscultatibus. Tum ille, contracto rugis multiplicibus supercilio, Putabam te, inquit, homuncule, [n] creperum aliquid desipere, in cujus cordis vecturam meas onerosiores exposuissem sarcinulas: at tu [o] telluris glabro solidior, [p] adipatum [q] ructuas quippiam. Cui ego, Serva istæc, quæso, tuis Romanis, quibus hæc nosse laudabile competit, & impune succedit. Nobis vero erit maximum, si vel extremas tuas contigerit perstringere fimbrias. Ad hæc ille, [r] Quatinus,

h *Battiades*] Supr. Lib. III. cap. 10. *In aruspicinis aliud est fibrarum particularumque inspectio, aliud secundum Battiadem eventuum immutatio.* Consule ibi annot. nostras.

i *Paredris*] MS. Leid. *Parredis*. Sed perperam. Tertull. de Anim. cap. 28. Scimus etiam magos elicere explorandis occultis per catabolicos, & paredros, & pythonicos spiritus. De Paredris etiam Heinsius videndus Aristarchi sui cap. 7.

k *Campester*] Idem est, ni fallor, cujus de cometis laudat σφαιρικὰς Servius ad Æn. x. vers. 272.

l *Mensualibus stipendiis*] Ἐμμηνίοις. Vetus Comment. ad Juvenal. Sat. VII. vers. 120. Græcè dicit. Nam Latinè menstrua dicuntur dantium. Lego, *discentium*. Gildas epistol. pag. 21. ed. Lond. Queruntur non affluenter sibi epimenia contribui. Menstrua sanè apud veteres fuere salaria, ut inter alios etiam Eusebius Lib. v. cap. ult. nos docet. Cæterum pro *mensualibus* malim heic *menstrualibus*. Nonius Marcellus cap. XII. 53. *Merces menstrualis*. A *mensis* derivatur *mensurnus*, de quo Priscian. sub finem Lib. II. & *menstruus*; inde jam *menstrualis*.

m *Distrahunt*] Gloss. *vendunt*.

n *Creperum aliquid desipere*] Capella Lib. I. pag. 2. *Ne tu*, inquam, *desipis? admodumque perspicui operis ἰσχνογνώμων noscens creperum sapis?* Quo loco pro *ne tu* Leid. Bibl. membranæ exhibent *non tu*.

o *Telluris glabro solidior*] Ita & Leid. cod. Gloss. *Telluris soliditate durior*. Scriverius emendaverat in libro suo, *telluris globo*. Swartius Analect. Lib. III. cap. 2. *tellutigradario*. Ipsum vide sis.

p *Adipatum*] Gloss. *Tuccetosum*; *ab adipe dictum*. De *tucetis* vide nostrum in libello de Prisco Sermone. Gloss. Labb. *Adipatus*, σταλάσσης.

q *Ructuas*] *Ructas* mallet aliquis. Tertullianus in de Testim. Anim. cap. I. Academiis & porticibus Atticis partam sapientiam ructas. Idem tamen in de Resurrect. cap. 32. *Eructuabunt ossa*. Permulta sunt vocabula, quibus superfluè illud u inserciunt posteriores ætatis scriptores; cujus generis sunt *monstruosus*, *montuosus*, *egestuosus*, aliaque complura, quæ nec enumerare attinet, nec mihi, dum hæc scribo, in mentem veniunt.

r *Quatinus*] Idem quod *quatenus*, pro *quoniam*. Vide Freinshem. ad Flor. Lib. II. cap. 2. & quos in Indice in eâ voce laudat. Usitata sane illa eo significatu etiam optimis, sed non item pro *ut*, quemadmodum crebro a Chrysologo usurpatam eam observavi; tanquam Sermon. LXV. *Præcepit ergo, ut Judæi ex se cor lapideum tollant, evolvant perfidiæ saxum, filicem duræ incredulitatis excludant, quatenus animæ per infidelitatem mortuæ de sepulchro pectoris prosilirent.* Sermon. LIX. *Salutis Symbolum tota simplicitate sensus audite, quatenus illud confessionis tempore & audire possitis & red-*

nus, inquit, [s] tibi discendis [t] non adipata crassedo ingenii, quam temporis formido [u] periculo reluctat, de nostro torrentis ingenii impetu breviorem urnulam prælibabo, quæ tibi crapulæ [x] plenitudine nauseam movere non possit. Ergo vacuas fac sedes tuarum aurium, quo mea commigrare possint eloquia. Itaque compositus in dicendi modum [y] erectis in iotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verbis exorsus est: In omnibus nostris opusculis physici ordinis argumenta induximus, quo per duodena librorum volumina pleniorem humanæ vitæ [z] monstrassem statum. Denique tale dicendi exordium sumsimus:

Arma virumque cano. in armis virtutem, in viro sapientiam demonstrantes. omnis enim perfectio [a] in virtute constat corporis & sapientia ingenii. Ad hæc ego: Si me tuæ orationis asserta non fallunt, vates clarissime, ideo

reddere. Serm. x. *Ut in hoc vigiletis omnes, quatenus his diebus nullus à Dei gratiâ, nullus à generatione divina relinquatur extorris.* Eodem modo usurparunt istam vocem Episcopi Galatiæ in epistol. ad Leonem Augustum: *Ut omnium dominum rogaremus, quatenus vobis tantum studium pro ecclesia ejus habentibus supernam retributionem conferat.* Et Junil. Comment. in Genes. pag. 6. *Diligenter intuendum, ut ita quisque sensibus allegoricis studium impendat, quatenus apertam historiæ fidem allegorizando non derelinquat.* Item pag. 13. *Quatenus intimarentur opera ejus, qui est lux vera* &c. Martial. Epistola ad Tolosan. *Vestra autem oratione tales opus habent, ut oretis pro eis, quatenus diabolus à cordibus eorum auferatur.* Auctor vitæ Clementis: *Preces fundere exhortatur, quatenus viro ejus dominus & auditum reddere dignaretur & visum.*

s *Tibi discendis*] Legendum ex ed. Genev. *In his tibi discendis.*

t *Non adipata crassedo ingenii*] Glossator intelligi jubet *magis*. Ego *tam* intelligendum potius dixerim. Vide not. ad Prolog. Lib. 1. Cæterum pingue & crassum appellabant, quicquid insubidum, invenustum & plenum ruris esset. Horat. 1. Sat. 3. vers. 58. *Tardo cognomen pinguis damus.* Idem Lib. 11. Sat. 11. vers. 3. *Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva.* Cæterum *crassitudo* & *crassities* lecta mihi non semel apud veteres, sed *crassedo* invenio nusquam.

u *Periculo reluctat*] Gloss. *ex periculo resistit.* Sed Genev. ed. melius, *periculosa reluctat.*

x *Plenitudo nauseam*] Lege *plenitudine* cum MS. Leid. & Genev. ed.

y *Erectis in iotam digitis*] Gloss. in rectitudinem. Apulej. Milet. 11. *In star oratorum conformat articulum, duobusque infimis conclusis digitis, cæteros porrigit, & infesto pollice clementer subrigens, infit.* Confer quæ huc facientia ad Propert. Lib. IV. notavit Scaliger.

z *Monstrassem*] *Monstrassemus* Leid. cod. Suo more ὑποστιλτικῶν pro imperfecto ponit.

a *In virtute constat corporis* &c.] Respexit Sallust. Catil. cap. 1. *Omnis nostra vis in animo & corpore sita est: animi imperio, corporis servitio magis utimur.* Virtutem pro robore corporis usurpat, ut Phædrus Lib. 1. cap. 14. *Virtuti semper prævalet sapientia.*

b *De-*

ideo etiam divina lex noſtrum mundi redemtorem Chriſtum virtutem Dei & ſapientiam cecinit: quod perfectum hominis divinitas aſſumſiſſe videretur ſtatum. Ad hæc ille: Videris ipſe quid te vera majeſtas docuerit: nobis interim quid viſum ſit edicamus. Et quamvis oportuerit ſecundum dialecticam diſciplinam primum perſonam edicere: ſicque perſonæ congruentiam enarrare, quo prima poneretur ſubſtantia; deinde accidens ſubſtantiæ, ut primum *virum*, ſic etiam *arma* dicerem. virtus enim in ſubjecto eſt corpore. Sed quia laudis eſt aſſumta materia, ante meritum viri, quam ipſum virum, ediximus: quo ſic ad perſonam veniretur jam recognita meriti qualitate. Solet quippe etiam in epiſtolis hoc ipſum communis obſervare loquacitas, quo primum [b] domino meritum, ſic ponatur nominis vocitatio. Sed quo cognoſcas plenius laudis me aſſumſiſſe materiam, vide quid in ſequentibus dictum ſit: [c] quod fato profugus, & vi ſuperum. [d] Qua vi intenderemus fuiſſe fortunæ culpam, non virtutis debilitatem, ut fugeret: [e] & deos eſſe culpabiles, [f] qui pericula ſuſtentare deberent. Illam nihilominus Platonis antiquam firmantes ſententiam, ubi ait:

Νῶς ἀνθρώπινος θεός. ἔστω ἐὼν ἀγαθὸς, ἕ θεός

euermenos. id eſt, ſenſus hominis deus eſt. is ſi bonus eſt,

b *Domino meritum*] *Domini meritum* Leid. cod. rectius utique. Per *meritum* intelligi titulos vult. Servius ad Æn. 1. vers. 80. REGINA. Inferioris perſonæ reverentia eſt majorem meritis appellare, non nomine. Contra majoris eſt minorem nomine tantum vocare. Donatus ad illa Terent. in Prolog. Andr. Poeta cum primum &c. *Jam meritum poëtæ dedit poëtam cum dicendo.* Quæ verba cum habeant edd. antiqq. malè omiſſa puto à Lindebrogio.

c *Quod fato*] Leid. cod. *Et quo fato.* Lege ex ed. Genev. *Et quod fato.*

d *Quâ vi intenderemus*] Magis arridet hæc ed. Genev. *quo intenderemus.*

e *Et deos eſſe culpabiles*] Lege cum MS. Leid. & Genev. ed. *Deos, quam ſapientiam, eſſe culpabiles.* Nota eſt ellipſis *& magis.*

f *Qui pericula ſuſtentare deberent*] Leid. & Ed. Genev. *Ut pericula ſuſtentaret.*

g Θεὸς *euermenos*] Genev. ed. Θεὸς εὐμενής. Atque ita omnino legendum eſt, vel Θεός ἐστιν εὐμενής. Explicat enim, *Deus eſt propitius.* Εὐδαίμονες ſcilicet, quorum dæmon bonus, id eſt, animus virtute perfectus eſt. Faciunt huc illa Apuleji in de Deo Socratis: Quodam ſignificatu & animus hominis etiamnum in corpore ſitus δαίμων nuncupatur. *Dine hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an ſua cuique Deus ſit dira libido?* Igitur & bona cupido animi bonus Deus eſt. Unde nonnulli arbitrantur, ut jam dictum eſt, εὐδαιμονας dici beatos, quorum dæmon bonus, id eſt, animus virtute perfectus eſt. Cicero in Somnio Scipionis: *Nec enim tu is es, quem forma iſta declarat: ſed mens cujuſque is eſt quisque:*

est, Deus est propitius. Nam & Carneades [h] in libro Telesiaco ita ait:

[i] Πᾶσα τύχη αἰσθήσει φρονοῦντος κεῖται.

Id est: Omnis fortuna in sensu habitat sapientis. Nam identidem ideo virtutem primum dici volumus, & sic sapientiam: quod quamvis sapientia virtutem regat, tamen in virtute animæ sapientia floret. Defectus enim virtutis ægritudo est sapientiæ: hoc videlicet pacto, quod quicquid sapientiæ consultatio agendum invenerit, si [k] ad subrogandum posse virtus deficiat, curtata in suis affectibus sapientiæ plenitudo torpescit. [l] An non ab armis

que: non ea figura, quæ digito demonstrari potest. Deum igitur te scito esse &c. Ex Platonis scholâ hausta ista sunt. Non valdè dissimiliter Macarius Homil. xxx. Τὸν ἔσω ἄνθρωπον interpretatur ἡ ἡγεμόνα τῶν ἐννοιῶν. Melius Tertull. de Resurrect. Carn. cap. 11. interiorem hominem *non substantiam esse, sed substantiæ saporem* ait. Corpus Platoni habitaculum hominis tantum, non pars. Democrates in Gnomis: Ψυχῆς μὲν πλημμύρης σίνυος μοχθηρίαν ὀρθοῖ, *corporis vitium corrigit.* Lactant. de Opific. Dei cap. 1. *Vas est* (corpus) *enim quodammodo fictile, quo animus, id est, homo ipse verus continetur.* Et cap. 19. *Corpusculum hoc, quo induti sumus, hominis receptaculum est.* Pertinet huc & illud Anaxarchi apud Laertium Lib. IX. Πλούσιον δὲ Ἀναξάρχου φίλακον, Ἀναξαρχον δὲ πλήθους. Conferendus Apulejus in Dialogo Hermetis. Theophilus ad Autolyc. Lib. II. p. m. 82. Θεὸν εἶναι μόνον φησὶ τὸν ἐφέτην σωτῆρα.

h *In libro Telesiaco*] MS. Leid. *In libro telesia cognita.* Ea quid sibi velint, nullus video. Cæterum Laertius in vitâ Carneadis nihil illum reliquisse ait, nisi epistolas ad regem Capadociæ Ariarathem: cætera à discipulis ejus esse composita.

i Πᾶσα τύχη &c.] Sui cuique mores fortunam fingunt. Nonius in de Doctorum Indagine: *Dubio potius quam difficili intellectu vates posuit Mantuanus: Sed misera ante diem, subitoque accensa furore; quum huic sententiæ adversetur ejus cum opinione sentiens pluri-*

morum: Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. Verum sensibilitatis ejus non levis ratio est, quæ prima sententia philosophica accipit intellectum, quæ ait, Sui cuique mores fortunam fingunt. Convenit id cum eo, quod est apud Sallust. Orat. 1. ad Cæs. *Sed res docuit id verum esse, quod in carminibus Appius ait, Fabrum esse suæ quemque fortunæ.* Unde Juvenalis Sat. x. 365. & XIV. 315. *Nullum numen habes, si sit prudentia: nos te, Nos facimus, Fortuna, Deam.* Αἴσθησις in Carneadis dicto rectius *scientia* vel *prudentia*, quàm *sensus* vertitur. Οἱ ὁ Proverb. Salom. cap. 1. vers. 4. Ἵνα δῶ ἀνοήτοις πανουργίαν, παιδὶ δὲ νέῳ αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν. Vulg. vers. *Ut detur parvulis astutia, & adolescenti scientia & intellectus.* Et cap. 2. vers. 10. Ἐὰν ἡ αἴσθησις τῇ σῇ ψυχῇ καλὴ εἶναι δόξῃ. *Si scientia animæ tuæ placuerit.*

k *Ad subrogandum posse*] Gloss. ad sumministrandum, ad implendam possibilitatem. Chrysol. Homil. 1. *Licentiam dat sepulcro, corruptioni posse permittit.* Capella Lib. 1. *Sic semper ab omni Velle capis sensum.* Et post paullo: *Sed nunquam mage velle disparamus.* Haimo Homil. in Pentec. *Omnem gloriam & posse suum totum ad laudem Dei patris referebat.* Tertull. de Spect. cap. 14. *Interposito nosse de idololatriâ.* Macrob. Sat. Lib. III. cap. 1. *Contra suum velle.*

l *An non ab armis*] Ed. Genev. *Nam ab armis.* MS. Leid. *Nam ut ab armis.*

mis inciperem? Scivi enim quod viri vocabulum [m] significatio sexus sit, non honoris. Quid igitur primum nisi arma, deinde virum ponerem? Multi enim viri sunt, non tamen omnes laudandi. Ergo virtutem primum posui, [n] pro qua virum laudandum assumsi: Homerum videlicet secutus, qui ait,

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

ante iracundiam viri, quam virum ipsum [o] signans. Nam & ipse [p] sub figura Minervæ virtutem monstrans dicit,

[q] Ξωθῆς ἦ κόμης ἕλε Πηλείωνα,

verticem Achilli detentum. Cui ego: Nec in hoc justa te fefellit oratio. Divina enim sapientia supereminentior sensibus, tale [r] sumsit exordium; *Beatus*, inquit, *qui non abiit in consilio impiorum*. Denique, ut bonæ vitæ perfectissimus institutor, Propheta provocans ad bene vivendi certamen, prius [s] præmium vastitudinis, quam sudorem certaminis posuit. Tum ille, Gaudeo, inquit, homuncule, [t] his subrogatis sententiis; quia etsi non nobis de consultatione bonæ vitæ veritas obtigit, tamen cæca quadam felicitate etiam stultis mentibus suas scintillas spar-

m *Significatio sexus sit*] Non semper. Vide Eustath. ad initium Odysseæ Homericæ, & Tzetzen in Hesiod. pag. 9. ed. Heins. Immo *vir* non sexus, sed excellentiæ heic Virgilio nomen, ut rectè observat Donatus. Cur autem arma prius, quam virum, posuerit, melius te docebit idem ille Donatus, ut & Servius ad vers. 5.

n *Pro quâ*] I. e. propter quam. Junilius Comment. in Genes. pag. 40. ed. Bas. *Cum meminerimus humanam indigentiam pro hoc maximè laboribus quotidianis insistere* &c. Salvian. de Gub. Dei Lib. 1. pag. 8. ed. Pith. *Nequaquam ergo pro his dolendum, quod non sunt divites & beati.* Confer annotat. ad Lactant. Argum. Metam. Ovid. Lib. VI. fab. 5.

o *Signans*] *Significans* MS. Leid. quanquam alterum idem est. Junilius modo laudatus p. 41. *Sanguis dominicæ passionis, qui semel erat pro salute mundi effendendus, signabatur.*

p *Sub figura Minervæ virtutem monstrans*] Immo *prudentiam*. Vide Schol. Hom. ad Iliad. A. vers. 195. & quæ diximus ad Myth. Lib. 1. cap. 26.

q Ξωθῆς κόμης &c.] Græca ista verba non habet Leid. cod. Et videntur omnino è margine in contextum irrepsisse. Pendent enim illa, *verticem Achilli detentum*, à verbo *dicit*.

r *Sumsit exordium*] *Principium* Leid. cod.

s *Præmium vastitudinis*] MS. Leid. *Fastitudinis*. Sed altera superscripta erat lectio *beatitudinis*: quæ procul dubio genuina est. Chrysologus de eodem Davidis dicto Serm. XLIV. p. 118. ed. Paris. *Propheta beatitudinem sit præmisit, ut provocaret hominem tetam, quam post cunmerat, criminum vincere feritatem.*

t *His subrogatis*] Gloss. *subministratis.*

u *Sa-*

sparsit. Ergo, ut dicere cœperamus, vir substantia est; sapientia vero, quæ substantiam regit. sicut & Sallustius ait: *Nam nostra omnis vis in animo & corpore sita est.* Nam ut tuis [u] saturantius aliquid adhuc faciamus satis ingeniis, trifarius in vita humana gradus est, Primum habere: deinde regere quod habeas: tertium vero ornare quod regis. Ergo tres gradus istos in uno versu nostro considera positos: id est, *Arma, virum, primus.* Arma, id est virtus, pertinet ad substantiam corporalem: Virum, id est sapientia, pertinet ad substantiam sensualem: Primus vero, id est princeps, pertinet [x] ad substantiam ornantem. quo sit hujusmodi ordo: habere, regere, ornare. Ergo sub figuralitate historiæ plenum hominis monstravimus statum. ut sit prima natura: secunda doctrina: tertia felicitas. Hos ergo gradus vivaciter intuere: quo sit, ut supra diximus, prima virtus animi naturaliter data, quæ proficiat: neque enim eruditur, nisi quod erudibile nascitur. Secunda doctrina, quæ naturam ornat, cum proficit: ut est aurum. Est enim natura in auro productionis & decoris: sed ad perfectionem malleo proficit excudentis. [y] Ita & ingenio natum est provectibile: proficit, quia natum fuit: accedit felicitas, ut prosit quod proficit. Ergo & infantibus, quibus hæc nostra materia traditur, isti sunt ordines consequendi: quia omne honestum docibile nascitur. Eruditur, ne naturæ [z] vacet commoditas: etiam ornatur, ne donum doctrinæ sit inane. Unde & Plato trifarium vitæ humanæ ordinem instruens ait: *Omne bonum aut nascitur, aut eruditur, aut cogitur. Nascitur ex natura; eruditur ex doctrina; cogitur*

u *Saturantius aliquid adhuc faciamus satis*] Leid. cod. *satisfaciamus. Saturantius* autem est *abundantius.* Supr. Mythol. Lib. III. cap. 6. *Quia hæc saturantius Apulejus* &c. Vide ibi annotata à nobis.

x *Ad substantiam ornantem*] Notat anonymus unum ex scriptis habere *consualem.*

y *Ita & ingenio natum est*] Ed. Genev. *Ita & in ingenio.* MS. Leid. *Ita nt ingenio.* Lego & distinguo: *Ita & ingenium: natum est* &c. Vel, *ita & in ingenio: natum est* &c.

z *Vacet commoditas*] I. e. inutilis sit. Tertull. in de Patientiâ: *Ergo cum constet de resurrectione, vacat dolor mortis, vacat & impatientia doloris.*

Unable to display this page

fæculare eſt periculum. cui quidem perfectioni publica à dea partus promittitur viſio. Nam & cum ſeptem navibus evadit. quo oſtendatur ſecundum arithmeticam numerum ſeptenum armonicum eſſe partui. cujus formulam, ſi videtur, breviter explanato. Cui ego: Saturanter hæc, inquam, in libro [i] Phyſiologo, quem nuper edidimus de medicinalibus cauſis & de ſeptenario ac de novenario numero, omnem Arithmeticæ artis digeſſimus rationem. eritque [k] periſſologiæ nota, ſi, quæ in uno libro deſcripſimus, etiam aliis inſeramus. Ergo qui iſta diſcere cupit, noſtrum phyſiologicum perlegat librum. Nunc vero quæ reſtant à te exſpecto. Tum ille: Ut dicere cœperam, mox ut terram tangit, matrem videt, nec agnoſcit: plenam [l] deſignans infantiam: [m] quia à partu recentibus matrem videre datur, non tamen ſtatim cognoſcere meritum contribuitur. Dehinc nube circumſeptus ſocios cognoſcit, alloqui non poteſt. vide quam evidens crepundiorum mos, dum adeſt inſpiciendi poteſtas, & deeſt loquendi facultas. Huic quoque Achaten ab initio conjungimus, & poſt naufragium armigerum, & in nube æque concluſum. Achates enim Græce quaſi [n] achontos, id eſt, triſtitiæ conſuetudo. Ab infantia enim ærumnis conjuncta eſt humana natura, ſicut Euripides in Tragœdia [o] Ephigeniæ ait:

Οὐκ ἔστιν ὅδε δεινὸν ἀλλ' οἰκτρὸν ἔπος,
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορᾷ ξυνηλαθες,
Ἣ τὸν μὲν ἄρτι ἄχθος αὐγάσαι φύσις.

id

i *Phyſiologo*] Fort. *Phyſiologico*, quia ſequitur, *noſtrum phyſiologicum perlegat librum.*

k *Periſſologiæ nota*] I. e. vitio, crimine. Chariſ. Lib. IV. Περισσολογία *eſt multorum verborum adjectio ſupervacua.*

l *Deſignans*] Gen. ed. *deſignantes.* Nec aliter ſcripſiſſe Fulgentium crediderim. In Præfat. Libell. de Priſc. Serm. *Abſolutum retribui, non phaleratis ſermonum ſtudentes ſpumis.* Confer quæ notavi ad Prolog. Lib. I. In codice Leidenſi heic erat hiatus uſque ad illa DREPANOS PORTU.

m *Quia partu recentibus*] Lege ex Genev. ed. *quia à partu.* & mox *contribuitur* pro *cum tribuitur.*

n *Achontes*] Ed. Gev. ἀχῶς ἔπος. Scribendum eſſet ἄθος.

o *Ephigeniæ*] *Iphigeniæ* ſcribere debebat. Sed *Ephigeniæ* non indignum Fulgentio. Vigilius Lib. v. contr. Eutych. *Sanctus Joannes in Omelia de aſcenſione domini,* Orta vitioſa iſta ſcriptura ex corruptâ pronuntiatione, quâ factum ut contra & I ſæpe pro e poſuerint, ut oſtendi ad Hygin. Mythol. cap. 223. Etiam ai ut e pronuntiatum fuiſſe ævo

id est, non est aliquid pessimum nec accidentia extrema, [p] quod non pertulit humana natura. Arma vero tristitiæ non sunt nisi lacrymæ: quibus seipsa & vindicat & commendat infantia. Denique vix nobis quinto mense ridere permittitur, dum lacrymæ in ipsa vitæ janua profluant. At vero animum pictura inani quod pascit, certum puerile studium refert. infantia enim videre novit: sentire vero quid videat nescit. sicut in picturis est visibilitas, deest sensibilitas. Dehinc ad epulas accipitur, & citharæ sono mulcetur: parvulorum quippe mos nihil aliud quærere, quam delectari sono & saturari cibo. Denique nomen citharizantis considera. [q] Zopas enim Græce [r] quasi Siopas dictus est, id est taciturnitas puerilis. Infantia enim

Fulgentii dictum supra ad Myth. Lib. 1. cap. 9. Inde corruptus locus elegans Simeonis Sethi in libro de Alimentis pag. 6. edit. Gyrald. Ὡς εἶπε τὶς φύσιν τιθένης ἐν μιξιχυλίῳ τε τῷ λαχάνων ἢ κρεῶν ὑσίας, ἢ πόῤῥω τ' ἀληθείας ἐκπεπτώκῃ. Lege, ἐν μιταιχυλίῳ. Referendum huc quoque κεῆς, quod pro κυρὸς Græcobarbari usurparunt. Consule Meursii Glossar. Sed ut sæpe alias, ita & heic memoria ei imposuit. Est enim principium Orestis, ut rectè animadvertit Anonymus in ed. Genevensi.

p *Quod non pertulit*] Syntaxis postularet *quæ*, vel *quam* potius. *Accidentia* enim nominativus singularis est Fulgentio. Supr. Lib. III. cap. 8. *Succum desudat, quod myrrha dicitur.* Vide ibi annotata. Tertull. de Anim. cap. 11. *Accidentiam spiritus passus est.* Et cap. 52. *Ex accidentiâ adhæsisse.* Digest. Lib. 1. Tit. 11. *Et ita ex accidentiâ appellatæ sunt leges duodecim tabularum.* Quod malè mutat Cujacius, parum memor ejus, quod dixi modo, etiam nominandi casu *accidentia* usurpari. Certè ita & in Gloss. Labb. inveni, *Accidentia*, σύμβασις. Notandum præterea παθὼν heic dici *accidentiam.* Ad eundem modum & alii calamitates vocant accidentia. Marcellin. Lib. XV. *Contra accidentia vir magnanimus stabat immobilis.* Quintil. Declam. v. *Non molliri prosperis facile, non accidentibus frangi.* Et sic sæpissimè ille sive Quintilianus, sive Florus, vel alius est auctor istarum declamationum.

q *Zopas*] Atqui *Iopas* dicebatur. Quintil. Orator. Lib. 1. cap. 27. *Iopas ille Virgilii nonne canit errantem lunam solisque labores? Io* ut Zo, quemadmodum *Dia* ut *Za*, pronuntiarunt ergo? Ita videtur. *Zabolus* pro *Diabolus* frequens est apud Cyprian. & Paullinum. Etiam Hilarius Canon. 11. in Matth. *Zabolus infidelis, Abraham fidelis.* Et Gildas epist. pag. 60. *Zabolica illusio.* Sic Ζηλάτιον dicitur cum ab aliis deterioris ævi Græcis, tum & à Simeone Sethi in de Facult. Cib. pag. 11. & 20. quod vulgo *julapium* vocamus. Unde Ἰοζηλάτιον apud eundem pag. 26. Brodæus Miscell. Lib. III. cap. 14. *Nec desunt, qui Zetam pro dietam, ut ζαζάλλω pro διαζάλλω, efferri testantur.* Casaub. Animadv. in Suet. Lib. v. p. 172. Æolicum id esse, ex Vett. Grammaticis observat, ut & Vossius Art. Gram. Lib. 1. Conferendus idem Vossius in de Vitt. Serm. & Etymol. in ZETA & ZASU. Barth. Adversar. Lib. XXIX. cap. 1. Pignor. de Serv. p. 238. ed. Patav. Alciat. Parerg. Lib. v. cap. 14.

r *Quasi Siopas*] Quasi σιωπὴ, ed. Gen. Nihil muto. Quia dicit eâ voce *puerilem* taciturnitatem signari, videtur omnino *Siopas* scripsisse, & allusisse simul ad τὸ παῖς, *puer.*

s Ad-

nim blandiloquis semper nutricum cantibus oblectatur. unde & crinitum eum posuimus, vertici muliebri simillimum. Tunc etiam Cupidinem videt. cupere enim ac desiderare aliquid semper accidit infantiæ. Nam denique ideo & talem versum in secundo libro post citharæ sonum posuimus: *temperet à lacrymis.*

In secundo vero libro & tertio [s] avocatur fabulis, quibus puerilis consueta est avocari garrulitas. Nam in fine tertii libri Cyclopas vidit, Achemenide monstrante. ἄχος enim Græce tristitia dicitur. cyclos autem Græce circulus vocatur. Ergo pueritia, quoniam παῖς puer Græce dicitur, jam timore nutritorum feriata, tristitiam cogitandi nescit, & [t] vaginem puerilem exercet. Ob hanc rem etiam Cyclops unum oculum in fronte habere dicitur, quia nec plenum nec rationalem visum puerilis vagina portat, & omnis ætas puerilis in superbiam erigitur, ut Cyclops. Ideo in capite oculum, quod nihil nisi superbum & videat & sentiat. quem sapientissimus Ulyxes extinguit, id est, igne ingenii vana gloria cæcatur. Ideo eum & Polyphemum diximus, quasi δόξαν ὠπὸ φέρω, quod nos Latine perdentem famam dicimus. Ergo juventutis elationem & [u] famæ perditionem ætatis cæcitas sequitur. Nam ut ordo se evidenti manifestatione dilucidet, tunc patrem sepelit. Accrescens enim juvenilis ætas paterni vigoris respuit pondera. Denique [x] Drepanos portu sepelit. Drepanos enim quasi δρεπάνη. δρεπὺς enim Græce acer dicitur, παῖς vero puer vocatur; quod puerilis

s *Advocatur fabulis*] Lege, *avocatur*, & statim *avocari* cum ed. Genev. Vetus Interpres Siracidæ cap. xxxii. 26. *Illic avocare, & illic lude.* Lactant. de Opif. Dei cap. 18. *Avocatur simulacris, donec membra sopore irrigata vegetentur.* Cyprian. de Spectac. *Ad advocationem populi facti sunt ludi scenici.* Lege, *avocationem.* Quintil. Declam. p. 112. ed. Hack. *Quos detrahit, quos advocat alia curatio.* Lege, *avocat*, ut rectè exhibent Colon. & Paris. edd.

t *Vaginem puerilem*] Anonymus in ed. Genev. monet unum ex MSS. habere *vaginam:* quod præferam, quanquam præter Fulgentium nullus, quod sciam, veterum *vaginam* dixit *vagitum. Vagorem* appellat Cato apud Festum.

u *Ætatis famæ perditionem cæcitas* &c.] Transpone verba ex ed. Genev. *Et famæ perditionem ætatis cæcitas sequitur.*

x *Drepanos portu sepelit*] MS. Leid. *sepelivit.* Anonymus ad Genev. ed. notat unum ex MSS. habere *drepanos portum.*

rilis acerbitas paternam respuat disciplinam. [y] Feriatus ergo animus à paterno judicio in quarto libro & venatum progreditur, & amore torretur: & tempestate ac nubilo velut in mentis conturbatione coactus, adulterium perficit. In quo diu commoratus, Mercurio instigante, libidinis suæ male præsumtum amorem relinquit. [z] Mercurius enim Deus ponitur ingenii. Ergo ingenio instigante ætas deserit amoris confinia: qui quidem amor contemtus emoritur, & in cineres exustus emigrat. Dum enim [a] dedecus puerili auctoritate ingenii excellitur, sepulta in oblivionis cinere favillescit. In quinto vero, paternæ memoriæ contemplatione attractus, ludis juvenalibus exercetur. & quidnam aliud est, nisi ut jam prudentior ætas paternæ memoriæ exempla secuta, liberalibus corpus exerceat causis? Nam [b] vide quia & pugillationem [c] exercet, id est virtutis artem Entellus & Dares peragunt. κοσμεῖν enim

tus. Glossa codicis Leidensis vult τὸ δρεπανος esse genitivum Græcum; quo nihil ineptius. *Drepanos* rectus casus est, & falcem significat. Unde *hæc drepana* & *hoc drepanum* urbs dicta, ut rectè Servius ad Æn. III. vers. 707. Τὸ Δρέπανον etiam Tzetzæ est ad Lycophr. p. 123. Non nimis audacter rescriberetur *drepanio portu*. Sed sequentia arguunt non tam librariorum negligentiam, quam Fulgentii insciliam esse accusandam.

y *Feriatus animus*] H. e. liber, ut paullo ante: *Timore nutritorum feriata*. Capella Lib. I. pag. 7. *Neque ulla prorsus erat, quæ ab omni immunis incursu, cunctoque esset gurgite feriata.*

z *Mercurius Deus ingenii*] Unde *Mercuriales viri* Horatio dicuntur docti Lib. II. od. 17. Ubi Schol. *Mercurius Deus facundiæ dictus est & sermonis.* Sed magis huc pertinet illud Marcellini Lib. XVI. *Occultè Mercurio supplicabat, quem mundi velociorem sensum esse, motum mentium suscitantem, theologica prodidere doctrinæ, atque in tanto rerum defectu exploranter curabat.*

a *Dedecus puerili* &c.] Genev. ed. *Dedecus puerile auctoritate ingenii expellitur.* Leid. cod. *expellitur.* Notat Anonymus unum ex MSS. habere, *de corde puerili.* Lege itaque, *dum enim de corde puerili auctoritate ingenii expellitur, sepultus in oblivionis cinere favillescit.* i. e. in favillas redigitur.

b *Vide quia* &c.] Ἴδε ὅτι. Ad verbum Græcismum expressit, ut & infra: *Vides ergo quia & de secretis naturæ docet.* Augustin. Soliloq. cap. 5. *Nescivi quia tu es veritas.* Interpres Abdiæ Babylon. Lib. I. *Ut sciant & credant quia unus est dominus, qui fecit cœlum & terram.* Salvianus de Gubern. Dei Lib. II. pag. 45. *Vides absque dubio quia non potes queri, quod non aspiciat etiam injustos Deus.* Evagrius in vitâ S. Antonii: *Considerans quia posset.* Sic Cyprian. de Mortal. *Scitote quoniam in proximo est regnum Dei.* Serm. de Orat. Dom. ex Gal. v. *Sicut prædiximus, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Et ex Joann. Epist. I. *Si dixerimus quia peccatum non habemus.* Junilius in Genes. *Unde liquido datur intelligi quia factura utriusque elementi pariter expleta est.* Sed exemplis quid opus est? Indentidem ità non vetus tantum Bibliorum interpres, sed & reliqui scriptores ecclesiastici loquuntur.

c *Exercet*] *Exercent.* Leid. cod. Lege ergo & distingue, *pugillationem exercent,*

enim Græce imperare dicimus: [d] δαίρειν cædere. quod & magistri in disciplina faciunt. Tunc etiam & naves ardescunt, id est instrumenta periculosa, quibus ætas tempestivis jactationum cursibus [e] fatigatur, & velut procellis periculorum quotidie quatitur. Igne ingenii [f] superexcellente, hæc omnia consumuntur, & scientiæ astutia coalescente, in favillam oblivionis sopita [g] commigrant. At vero in sexto ad templum Apollinis adveniens, ad inferos descendit. Apollinem deum studii dicimus: ideo & Musis additum. Ergo postposito lubricæ ætatis naufragio, & Palinuro amisso (Palinurus enim quasi planonorus, id est errabunda visio. unde & in quarto libro de aspectu libidinis ita posuimus — *totumque pererrat Luminibus tacitis.* nam & in Bucolico: *errabunda bovis vestigia.*) Ergo omissis his rebus, ad templum Apollinis, id est ad doctrinam studii, pervenitur: ibique de futuræ vitæ consultatur ordinibus, & ad inferos descensus inquiritur; id est, dum quis futura considerat, tunc sapientiæ obscura secretaque mysteria penetrat. Sed sepeliat ante Misenum necesse est. [h] Misio enim Græce obruo dicitur; αἶνος vero laus vocatur. Ergo nisi vanæ laudis pompam obrueris, numquam secreta sapientiæ penetrabis. vanæ enim laudis appetitus, numquam veritatem inquirit: sed falsa in se adulanter ingesta, velut propria reputat. Denique etiam cum Tritone buccina atque concha certatur. Vides enim quam fixa proprietas. vanæ enim laudis tumor ventosa voce turgescit: quem quidem Triton interimit: [i] quod quasi τετριμμένον, id est contritum, dicimus. Omnis ergo contri-

ercent, id est, virtutis artem Entellus & Dares peragunt.

d Δαίρειν] Ed. Genev. δείρειν. MS. Leid. *darin.* Fort. δαρεῖν scripserat. Esset aoristus secundus, sive à δέγω, sive à δαίω.

e *Fatigatur*] *Agitatur* Leid. cod. *flagitatur* MS. Anon. Sed Commel. lectionem satis probam puto.

f *Superexcellente*] *Superexcellere* dictum, ut *supereminere*, quod supra habuimus, & *superabundare*, quod est cap. 9. Lib. 1. Mythol. Salvian. de Gubern. Dei Lib. 11. *Prærogativis meritorum antecedentium supereminens.* Ad Eccles. Cathol. Lib. 1. *Supereminens dudum primitivæ plebis tuæ beatitudo.*

g *Commigrant*] Post hanc vocem inserenda sunt illa ex cod. Leid. & Genev. ed. *Sed hoc incendium Heroe efficit, quasi veritatis ordo.*

h *Misio enim* &c.] Ed. Genev. μύω. Scripsit, opinor, μισέω. Sed μισέω non *obruo*, sed *odi* significat.

i *Quod quasi* τετριμμένον &c.] MS. Leid. *Quem quidem Triton interimit,*

tritio omnem vanam laudem exstinguit. Ideo Tritonia dea est sapientiæ dicta. Omnis enim contritio sapientem facit. Cui ego: Certior hanc tuam comprobo doctor sententiam. Nam & nostra salutaris divinaque præceptio, [k] Cor contritum & humiliatum deum non despicere prædicat. quæ vere certa manifestaque est sapientia. Ad hæc ille: Ut certius tibi planiusque liqueſcat quod dictum est, [l] Corineum posuimus ejus corpus igne cremasse. χάριν enim Græce gratiam dicimus, αἰὼν vero sæculum nuncupatum. gratia ergo sæcularis vanæ gloriæ sepeliat cineres necesse est. Sed tamen non ante discitur cognitio secretorum, nisi quis ramum decerpserit aureum, id est litterarum & doctrinæ [m] discat studium. aureum enim ramum pro scientia posuimus, memores quia & mater mea [n] ramum se somniavit genuisse: & [o] Apollo cum ramo depingitur. Nam ideo & [p] Ramus dictus est ἀπὸ τῆς ῥαψῳδίας, id est à scriptura, sicut Dionysius in Græcis articulationibus memorat. At vero aureum quod diximus, claritatem facundiæ designare voluimus; memores Platonis sententiæ, cujus hereditatem Diogenes Cynicus invadens, nihil ibi plus aurea lingua invenit; ut Tiberianus in libro de

quasi τετριμμένον, *quod nos Latinè contritum dicimus.*

k *Cor contritum*] Psalm. L. vers. 18. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies.*

l *Corineum*] Negligit aspirationem, ut in Prolog. Lib. I. *Caron* pro *Charon*; ubi vide sis quæ à nobis annotata sunt. Virg. Æn. VI. vers. 228. *Ossaque lecta cado texit Chorineus aheno.* Fuit ille Sacerdos Trojanus, cujus & Lib. XII. facit mentionem. Sed Genev. ed. exhibet *Carineum.* Et videtur ita omnino scripsisse oblivioſus Planciades, cum à τῷ χάριν vocabulum hoc deducat.

m *Discat studium*] *Discatur* Leid. cod.

n *Ramum se somniavit genuisse*] Phocas in Vitâ Virgilii: *Mater Polla fuit, Magii non infima proles, Quem socerum pietas fecit jam clara Maroni. Hæc cum maturo prægneta penderet ventris, Ut solet in somnis animus ventura repingens Anxius, & vigili præsumere gaudia curâ, Phœbi nemoris ramum fudisse putavit.* Quarto versu alii legunt *refingens.* Sed necdum est bonus nexus orationis, nisi *repingere* vel *refingere* scribatur, deleto inciso post τὸ *solet.* Philargyrius ad Ecl. III. *Fertur mater Virgilii Maja, cum eundem paritura gravis esset, somniasse lauri fructum variis floribus genuisse.* Lege *lauri frondem* cum Lindenbrogio. Hinc ergo Virgilium quidam à virga vocatum voluere. Calvus: *Et vates, cui virga dedit memorabile nomen Laurea.*

o *Apollo cum ramo*] Albricus cap. 4. *Juxta autem illum erat viridis laurus picta.* Immo & caput ejus redimitum ramo laureo erat. Vide Tibull. Lib. III. 4. Ovid. XI. Met. vers. 166.

p *Ramus dictus est ἀπὸ τῆς ῥαψῳδίας*] Immo ῥαψῳδία secundum Græculos dicta est à ramo sive ῥάβδῳ. Vide Eustath.

de Socrate memorat. Nam & nos in Bucolicis ideo decem mala aurea posuimus, scilicet decem eclogarum politam facundiam. Nam & Hercules aurea mala de horto Hesperidum tollit. [q] Quatuor enim Hesperides [dictæ sunt Ægle, Hesperie, Medusa, Arethusa,] quas nos Latine studium, intellectus, memoria, facundia dicimus: quod primum sit studere; secundum intelligere; tertium memorari quod intelligis; inde ornare dicendo quod terminas. [r] Hinc ergo ornatum aureum studii virtus rapit. Cui ego: Verum, inquam, dicis Maro doctissime. nuper enim me divinæ historiæ memoria tetigit, quæ ait ex anathemate subreptam esse linguam auream, & [s] dextralia pura, nihilominus ex gentili facundia fucatum eloquium. [t] Attamenquæ restant eloquere. Tum ille, Ergo, ut antea diximus, ramum aureum, id est doctrinam adeptus, inferos ingreditur & secreta scientiæ scrutatur. Sed in vestibulo inferorum luctus, morbos, bella, discordiam, senectutem atque egestatem videt. Quando ergo

go

stath. in Iliad. A. pag. 5. & Apulej. II. Florid. Diomedes Lib. III. Παράδοσις dicitur ποτάσσως aliqua particula discreta atque divulsa, dicta παρὰ τὸ ῥάπτειν, quod versus in unum volumen velut consuantur & comprehendantur; vel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo, id est, virga pronuntiabant, qui ab eodem Homero dicti sunt Homeristæ. Sed hæc abundantius Eustathius.

q *Quatuor enim Hesperides &c.*] Leid. cod. *Quatuor Hesperides dictæ sunt, id est, Eglo, Hesper, Medusa, Eretusa.* Ita habet quoque ed. Genev. Sed corruptissimè. Rectè à Commelino restituta esse vocabula ista animadvertas ex Lactant. ad Stat. II. Theb. vers. 281. *In Æthiopia*, inquit, *speciosissimum pomarium Atlanti fuit, in quo nascebantur mala aurea, quæ Hesperides custodiebant, Ægle, Hesperie, Aretusa.* Plura de illis congessimus ad Hygin. Genealogiam. Cæterum quæ ex Leid. cod. adduxi modo, non ibi continenter præcedentibus subjiciuntur, sed marginem occupant, adeo ut de glossa mihi suspecta sint.

r *Hinc ergo*] *Hic ergo* Leid. cod.

s *Dextralia pura*] Gloss. *armillas.* Vide Isidor. Orig. Lib. XIX. cap. 31. Barthol. de Armillis Vett. cap. 1. *Dextrocheria* appellat Schol. Juvenal. ad Sat. IX. vers. 50. de quibus Vossius in de vitiis Serm. Lib. III. cap. 8. Gruter. ad Vopisc. Aurel. cap. 7. Salmas. & Casaub. ad Capitol. Maxim. cap. 7. Tangit heic historiam Achanis Jos. cap. VII. vers. 21. ubi tamen nulla dextralium fit mentio: Εἶδον ἐν ἀποσκευῇ μηλωτὴν ποικίλην, καὶ διακόσια δίδραχμα ἀργυρίου, καὶ γλῶσσαν μίαν χρυσῆν πεντήκοντα δίδραχμον. *Regulam auream* appellat istam γλῶσσαν Vulgatus Interpres. Nazianzenus στηλοτ: Χρυσῆς τι γλώσσης ἐστὶν ἐπιτελέσθην, Ψιλὸς, διδραχμὸν τι περὶ εἰκοστάτων; Siracides cap. XXI. vers. 21. Ὡς κόσμος χρυσῆ φρονίμου παιδεία, καὶ ὡς χλιδὼν δεξιᾶς βραχίονι δεξιᾷ. Vet. Interpr. *Quasi brachiale in brachio dextro.* Gloss. Isidor. *Dextralia, brachialia.* Confer Alard. Gazæum in Cassian. pag. 13.

t *Attamen quæ restant*] Leid. cod. & Genev. ed. *attamen ergo quæ &c.*

u *Mor-*

go omnia in animo aut corde viri considerantur, nisi percepto doctrinæ studio, & altioris scientiæ penetrata caligine? tunc enim agnoscitur & somnii inanis ventosa delusio, & senectutis propinquior ad mortem vicinia, & bellum avaritiæ seminarium, & [u] morbus indigestionis, & fames pigritiæ & torporis vernacula. Ergo descendit ad inferos: atque illic & pœnas malorum, & bonorum retributiones, & amantum considerans tristes errores, oculatus inspicit testis. Denique [x] nauta Charonte deportante transit Acherontem. Ideo & hic fluvius velut æstus habet ebullientes juvenilium actuum. Ideo cænosus, quia non habent juvenes digesta liquidaque consilia. [y] Acheron enim Græce sine tempore dicitur. Caron vero quasi Cronon, id est tempus: unde & Polydegmonis filius dicitur. Polydegmon enim multæ scientiæ dicitur. Ergo dum ad tempus multæ scientiæ quis pervenerit, in temporales gurgitis cænositates morumque [z] fæculentias transit. Deinde Tricerberum mellitis [a] resopit offulis. Tricerberi autem fabulam jam superius exposuimus, [b] in modum jurgii forensisque litigii positam. Unde & Petronius [c] in

u *Morbus indigestionis*] H. e. cruditatis. Theodorus medicus cap. 6. *Dulcia omnia quidem inflationem præstant, & indigestionem procurant.* Isidor. Orig. Lib. xx. cap. 2. *Crapula est immoderata voracitas, quasi cruda epula, cujus cruditate gravatur cor, & stomachus indigestus efficitur.* Cæterum post ista verba ex Cod. Leid. & Genev. edit. interserenda sunt, *& immodestiæ subole & scandala ebrietatis germina.*

x *Nauta Charonte*] *Charone* ed. Genev. Lege *Carone* cum Leid. cod. Dictum de eo jam supr. ad Prolog. Lib. 1.

y *Acheron*] Ita & Leid. cod. Sed Genev. ed. ἀχαιρων, & χρόνῳ pro *cronon*. Perperam, opinor. Nam χαιρὸς corrupte ut χερὸς pronuntiavit, & Ch tanquam C; unde Corineus, Caron, & Cronos, pro Chorineus, Charon, Chronos. Servius ad Æn. vi. 106. *Acheron fluvius dicitur inferorum, quasi sine gaudio:* id quod & ad vers. 295. inculcat. Nempe & iste χαιρὸς ut χερὸς pronuntiabat. Planciades supra Lib. 1. cap. 9. *Ceres Græcè gaudium dicitur.* Sanius Eustath. ad Hom. p. 157. Ὥσπερ δὲ φασιν, ὅτι ἡ ἀχὼ ἐξ ἧσσον πολλαχοῦ ἐν ἅδῃ ἀχείαν, ἢ καὶ μᾶλλον ἡ ἀχέρων.

z *Fecelentias*] *Fecellentias* Leid. cod. Lege, *fæculentias* ex Genev. ed. Gloss. Labb. *Fæculentus*, πυγώδης: inde *fæculentia.*

a *Resopit*] I. e. sopit, soporat, ut habet glossa. Compositum pro simplici, ut *recipere* pro *capere* apud Justinum & Florum, *reprobare* pro *probare* apud Salvian. Lib. 1. de Provid. *residere* pro *sedere* apud interpretem Abdiæ, nec non *retrudi* pro *trudi* apud eundem, *redire* pro *venire* apud Spartianum in Hadriano, aliaque apud alios.

b *In modum jurgii forensis*] Barth. ad Stat. Tom. 11. p. 263. emendat *in nodum*, hoc est, ænigma, emblema, ut ipse exponit. Non accedo. Recte habet *in modum*, hoc est, in similitudinem

[e] in Euſtion ait: Cerberus forenſis erat cauſidicus. Ergo tunc jurgii calumnia diſcitur, & venalis lingua in alienis exercetur negotiis, dum ſtudii doctrina profecerit, ſicut in advocatis nunc uſque conſpicitur. ſed melle ſapientiæ ſcandali dulcoratus [d] reſipiſcat [e] rancor. Deinde in ſecretis conſiderationibus admiſſus virorum fortium contemplatur imagines, id eſt virtutis inſignia monimentaque conſiderat. Ibi etiam Deiphobi inſpicit pœnam: Deiphobus enim Græce aut quaſi Dimophobus, aut velut Demophobus, id eſt aut [f] terroris timor, aut publicus timor. Ergo qualiſlibet timor ſit, juſte amputatis & manibus & oculis & auribus pingitur: illa videlicet ratione, quod omnis timor [g] nec quod videat ſentit, nec quod audiat ſcit, nec quod gerat ſine manibus novit. Denique & in ſomnis à Menelao occiditur. Græce enim Menelaus quaſi [h] Menelau, id eſt virtus populi: quæ quidem virtus omnem timorem ſemper ſomno deditum interficit. Illic etiam & Dido videtur, quaſi amoris atque antiquæ libidinis umbra jam vacua. Contemplando enim ſapientiam libido jam [i] contemtu emortua, [k] lacrimabiliter pœnitendo ad memoriam revocatur. At vero dein ad locum [illum] venitur, ubi dicimus,

Por-

nem, in imaginem. Sic cum alibi ſæpe in libris Mythologicis, tum Lib. II. cap. 7. *Antæus in modum libidinis ponitur* Et ſub finem hujus libelli, *Rotæ in modum temporis ponuntur.* Eodem ſenſu *in ſimilitudinem* dixit Albricus cap. 11. *Juno poſita in ſimilitudinem aeris.* Et Iſidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Deum ruſticorum, quem in naturæ ſimilitudinem formaverunt.* Vide porro Indic. in MODUS.

c *In Euſtion*] Barthius loco modo laudato: *In libro* I. *vel* II. vel, ſi hoc minus forte placeret, *in Satyrico*, conjecturis veriſimilibus: quarum poſteriorem, quam longè præferam, inculcat iterum pag. 1120. *Titulum eum*, inquit, *Petronianum in Fulgentio corruptum arbitror ex abbreviatione, & legendum Stico, hoc eſt, Satyrico.*

d *Reſipiſcat*] Cod. Leid. *reſipiet.* Superſcripta erat altera lectio, *vel reſipiat.*

e *Rancor*] Gloſſ. *acerbitas.* Quid ſit *rancor* eleganter, ut omnia, docet Caſaub. ad Perſium pag. 82. Præter Auguſtinum, Hieronymum, alioſque, uſurpat eam vocem etiam Caſſianus p. 199. ed. Gazæi. Plura vide ſupra ad illa, *acrore rancidulo.*

f *Terroris timor*] Deiphobus ergo quaſi δείμα φόβου dictus, ſi Fulgentio credimus.

g *Nec quod videat ſentit* &c.] Hunc locum dum expurgare intendit, inquinat Pricœus ad Apulej. Mileſ. pag. 252.

h *Menelau*] Ita & Leid. cod. Ed. autem Genev. μήν λαῦ. Sed corrumpere Græcas voces ſolenne Fulgentio eſt.

i *Contemta emortua*] Scribe cum Leid. cod. & ed. Genev. *contemtu.*

k *Lacrimabiliter*] *Lacrimaliter* cod. Leid. Quod videtur Fulgentio non indi-

Porta adversa ingens solidoque adamante columnæ:
Vis ut nulla virûm, non ipsi exscindere ferro
Cœlicolæ valeant, stat ferrea turris ad auras.

Vide quam evidentem superbiæ atque tumoris imaginem designavimus. Cui etiam turri ideo adamantinas columnas addidimus: quia [l] hoc genus lapidis indomabile est, sicut etiam [m] in Græco absolvitur. Superbiam enim nec divinus timor, nec humana virtus, nec famæ verecundia revocare potest. Ferrea vero turris ad auras elatio erecta & incurvabilis dicitur. Sed elationem quis servat nisi Tisiphone, hoc est furibunda vox? At vero quod diximus,

Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra Sævior:

illud nihilominus designavimus, quod deterior est in superborum corde tumoris inflatio, quam in ore ventosa jactatio. nam illud quod diximus,

--- Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantum tenditque sub umbras
Quantus [n] ad ætherium cælum suspectus olympum;

considera plenum superbiæ meritum. Pœna enim superbiæ dejectio est. quanto enim elatus contemnitur, tanto præ vilitatis dejectione torquetur. Ergo exaltatus quis in superbiam duplum [o] eliditur. Unde & Porphyrius in epigrammate ait,

[p] *Pau-*

dignum. Auctor Ovid. Vetulæ: *Seu lacrimalia, seu cujusque foramina sensus.*

l *Hoc genus lapidis*] Immo *adamantinum*, quando pro re durissimâ ponitur, ἀπὸ τῦ ἀδάμαντος dicitur, ut ea vox ferrum durissimum vel chalybem denotat, non gemmam. Vide quæ notavimus ad Hygin. cap. 22. Homerus certè, unde ipsam Tartari descriptionem hausit Maro, σιδηρείας πύλας ei tribuit Iliad. Θ. vers. 15.

m *In Græco absolvitur*] Gloss. *interpretatur.* Ex à enim στερητικὸς, & δαμάω, dictus *adamas.*

n *Ad ætherium cælum suspectus olympum*] *Cæli* legitur apud Virgil. Æn. VI. vers. 579. Olympus nempe θεῶν ἕδος est, & altior cœlo. Tibullus in Panegyrico ad Messallam: *Jupiter ipse levi vectus per inania curru Adfuit, & cælo vicinum liquit Olympum.* Hæc docuit nos I. Douza not. in Tibull. Lib. IV. c. 7

o *Eliditur*] H. e. dejicitur. Fulgent. Ruspensis ad Monimum p. 21. ed. Bas. *Prævenit elisum ut surgat, subsequitur elevatum, ne cadat.* Et epist. 3. *Armis, quibus eliditur, surgit.* Vetus Interpr. Psalm. 145. vers. 7. *Dominus erigit elisos.* Marc. cap. IX. 20. *Elisus in terram volutabatur spumans.* Victor Epi-

p *Pauxillum Fortuna tibi, res perfida, Quinte,*
Extulit in frontem grande supercilium.
q *Nam ne aliud credam, puteum puto te quoque, Quinte:*
Quanto altus magis es, r *tam mage despiceris.*

Denique ibi & gigantas videt, & Ixionem, & Salmoneum, s omnis superbiæ pœna damnatos: nec non & Tantalum. Tantalus enim Græce quasi θέαν θέλων, id est visionem volens. Omnis enim avaritia jejuna fruendi usu, t sola visionis imagine pascitur. Sed his locis judex Radamanthus Gnosius ponitur. Radamanthum enim quasi τὸ ῥάμβα δαμῶντα, id est verbum domantem dicimus. γνώσω enim sentire dicitur. Ergo qui verborum impetum domare scit, hic superbiæ & damnator & contemtor est. Denique Æneas hoc strepitu terretur. Vir enim pius superbiæ voces & ma-

Episcop. Lib. 1. de Persec. Vand. *Insontem infantiam elidebat ad terram.* Et Lib. 11. *Illam mirabilem arborem elisit ad terram.* Tertull. de Cult. Fœm. cap. 7. *Quid crinibus vestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis.* Jornandes Get. cap. 15. *Septem valentissimos milites ad terram elisit.* Chrysol. Serm. xv. *Ut levaret jacentes, elisos erigeret.* Augustin. Confess. Lib. IV. cap. 1. *Salubriter prostrati & elisi.* Plura congessi ad Hyg. Myth. cap. 38.

p *Pauxillum*] Pithœus Catal. Lib. 1. *Pauxillo* edidit. MS. Leid. *auxilium.* Puto scriptum fuisse Porphyrio *pauxillam*, ut oppositio sit inter parvam frontem, & grande supercilium. *Paucus* est parvus. In Prologo, qui Junilio præfixus est: *Proverbium est pauca sententia verborum.* Hinc *pauxillus* parvulus. Symm. Lib. 1. epist. 4. *Pauxillum tempus.* Lucillius: *Plumbi pauxillum rudus, linique metaxam.* Salvianus Lib. 1. de Gubern. Dei p. 13. Non tamen nisi pauxillulum vini sumere ac delibare permisit. Turpilius Lemniis: *Propter peccatum pausillulum indignissimè Patriâ protelatum esse sævitia patris.* Ita edidit Mercerus, qui & pausillulum pro pauxillulum annotat positum. Sed mihi illud pausillulum ex pravâ pronuntiatione librariorum ortum, nec Latinum videtur. Ejusdem farinæ censeo *prægnas* & *nugas*, pro prægnax & nugax, quæ à Charisio annotantur Lib. 1. Cæterum in Turpilii illo loco omnino *pauxillum* scribendum, ne lex versus migretur: atque ita video repræsentare etiam Godofredi editionem.

q *Nam ne aliud* &c.] MS. Leid. *Nam ut aliud.* Scriptus liber, quem Anonymus inspexit, *ut non aliud.* Videtur castigandum, *ut ne aliud* &c.

r *Tam mage despiceris*] Lusus est in ambiguitate vocum *altus* & *despicere. Despicere* est pro nihilo habere, & desuper aspicere. Vide Nonium cap. IV. Hinc illa septuosa dictio apud Macrob. Lib. 1. cap. 6. *Quod dii despicerentur.* Gloss. Steph. *Despexit*, ὑπερεῖδεν, καὶ ὑψόθεν ἀπέβλεψεν, καταφρόνησεν. Schol. Horat. ad Lib. III. od. 7. *Despicere est deorsum spicere seu videre, quòd facimus, quando aliquem contemnimus.* Hinc *despectio* pro contemtu. Vet. Interp. Job. cap. XII. 21. *Effundit despectionem super principes.*

s *Omnis superbia* &c.] Mallem *omnes*, nisi & hoc ἀρχαΐζειν voluit Planciades.

t *Sola visionis* &c.] *Solæ visionis* Leid. cod. Quod non spreverim. Vide Charis,

& malorum pœnas [u] effugit & paveſcit. Deinde ramum aureum [x] poſtibus devotis infigit, & ita Elyſium ingreditur. [y] quod clareat facundia perfectione, omiſſo jam labore diſcendi, memoriæ, quæ in cerebro eſt, ſicut in poſtibus perpetuæ infigenda, Elyſium ingreditur campum. Elyſis enim Græce reſolutio dicitur. id eſt, feriatam vitam poſt [z] magiſtrianum timorem. Sicut enim inferni Proſerpina regina, ita ſcientiæ regina memoria eſt, quæ in Elyſiis perſerpens, dominatur perenniter mentibus. Huic ergo doctrinæ aureus ramulus dedicatur. De qua memoria Cicero dicere ſolitus erat, [a] Theſaurum ſcientiæ. Sed in Elyſiis campis primum [b] Muſenum videt, [c] qui Muſarum dono excelſior eſt omnibus, qui etiam patrem oſtendit Anchiſen, & Lethæum fluvium. patrem ſcilicet ad tenendum gravitatis morem: Lethæum vero, ad obliviſcendam pueritiæ levitatem. denique ipſum nomen Anchiſæ conſidera. Anchiſes enim quaſi [d] a i n o i ſ c e n o n, id eſt pa-

riſ. Lib. 11. & quæ notavi ſupr. ad illa, *Eſto Eurylthens alio fortiori.*

u *Effugit & paveſcit*] *Ac paveſcit* Leid. cod. Etiam *defugit* commodius foret.

x *Poſtibus devotis infigit*] *Devovit* Leid. cod. Mallem, *devotus.*

y *Quod clareat facundia* &c.] Leid. cod. *Quo claret dum perfectione.* Scriptus liber ab Anonymo conſultus, *dum perfectionem.* Emendem, Quo clareat facundiæ perfectionem, omiſſo jam labore diſcendi, memoriæ, quæ in cerebro eſt, ſicut in poſtibus, infigendam. Quæ deinde ſequuntur, *Elyſium ingreditur campum*, è margine in textum irrepſiſſe ſuſpicor, vel locum ita conſtituendum, poſitâ πλείω σημῆ ante τὸ *Elyſium: Elyſium ingreditur campum, id eſt, feriatam vitam poſt magiſtrianum timorem: Elyſis enim Græcè reſolutio dicitur.*

z *Magiſtrianum timorem*] Gloſſ. Nomicæ, Μαγιστιανὸς, ὁ κατρίνος. Μαγιστιανὸς, μαγδάπερ. Gloſſ. Philox. *Agens in rebus*, μαγιστιανός. Sed illa heic non quadrant. *Magiſtrianus timor* eſt, quem magiſter incutit. Adde quæ Voſſius habet in de Vitt. Serm. p. 505.

a *Theſaurum ſcientiæ*] An neutro genere uſurpavit? Ita videtur, niſi τὸ eſſe ſubaudiendum eſt. Petron. Fragm. Tragur. *Literæ theſaurum eſt.* Vide ibi Cl. Schefferum, Barth. Adverſ. Lib. xxx. cap. 6. & quæ nos ad Hyg. Myth. cap. 3. annotavimus. Invenias & in notis Tyronis p. 147. *theſaurum.* De memoria non minus eleganter Plutarchus παιδ. ἀγωγ. Part. 11. cap. 15. Αὔτη γὰρ ἄνωθεν τῆς παιδείας ἐστὶ ταμεῖον. Tertull. de Anim. cap. 4. *Quam* (memoriam) *& ipſe Plato ſenſuum & intellectuum ſalutem, & Cicero theſaurum omnium ſtudiorum prædicavit.*

b *Muſenum videt*] *Muſeum* ed. Genev. Scribendum erat *Muſæum.* Virgil. Æn. vi. vers. 666. *Quos circumfuſos ſic eſt affata Sibylla: (Muſæum ante omnes: medium nam plurima turba Hunc habet, atque humeris exſtantem ſuſpicit altis:) Dicite felices animæ; tuque optime vates* &c.

c *Qui Muſarum dono* &c.] Leid. cod. *Qui Muſarum dono excelſiorem omnibus.* MS. liber Anonymi, *quaſi Muſarum donum excelſiorem omnibus.* Suſpicabar fuiſſe, *Muſarum dominum* &c.

d *Ainoiſcenon*] Ed. Gen. *ianoiſcenon.* Leid. cod. *amoyſcenon.* Et mox, *patrem*

Unable to display this page

[k] Numquidnam jam oportuerat inter tanta te dulcia poma, mora etiam ponere, tuæque luculentæ sapientiæ funalia [l] caliginare? Ad hæc ille subridens, Si, inquit, inter tantas Stoicas veritates etiam aliquid Epicureum non desipuissem, paganus non essem. [m] Nulli enim omnia vera nosse contigit nisi vobis, quibus Sol veritatis illuxit. Neque enim hoc pacto in tuis libris conductus narrator accessi, ut id, quod sentire me oportuerat, disputarem, & non ea potius quæ senseram [n] lucidarem. Audi ergo quæ restant. In septimo vero Cajeta sepulta nutrice, id est [o] magistriani timoris projecta gravedine. unde & Caieta dicta est quasi [p] coactrix ætatis. Nam & apud antiquos [q] caiatio dicebatur puerilis cædes: Unde & Plautus [r] in Cistellaria comœdia ait,

Quid

k *Numquidnam*] Præfero lectionem Leid. cod. *nunquid jam.*

l *Caliginare*] Caligine fuscare. Novum verbum hoc, nec usquam alibi mihi lectum. Sed Leid. cod. habet *caligare.* Perperam dicas, cum *caligare* sit cæcutire. Gloss. Labb. *Caligo, as, ἀμβλυώττω.* Dixit quidem *caligantes senestras* Juvenalis, Sat. VI. 31. Sed *μετονυμικῶς.* Immo *caligare* ferrei ævi scriptoribus est caligine obducere. Chrysol. Sermon. XLII. *Sicut terræ nubes caligant cœlum.* Et XLIII. *Visum spectantium caligabant.* LXXIII. *O si tantra nubes lethalis pomi speciem caligasset.* Scribe ergo *caligare* ex codice illo præstantissimo. Videntur pravè imitari Virgil. Æn. VI. 605. *Mortales hebetat visus, & humida circum Caligat.* Sed *caligat* ibi non activè, sed absolutè ponitur. Capella Lib. I. pag. 18. *Nam vestis ejus hyalina, sed peplum fuerat caliginosum.* Leid. cod. *caligosum.* Rarum & hoc, nisi vitiosum est.

m *Nulli*] Ita & MS. Leid. Sed scripti libri ab Anonymo inspecti *nullo:* quod Fulgentianæ ἀκαιζοντίᾳ esse convenientius non pauca alia id genus archaica evincunt.

n *Lucidarem*] Præfat. Lib. de Prisc. Serm. *Rerum manifestationibus dantes operam lucidandis.*

o *Magistriani timoris*] Lege cum Leid. cod. & Genev. *magistriani timoris projecta gravedine.*

p *Coactrix ætatis*] *Coartrix* legit Scaliger ad Ausonium. Nugatur solennia Planciades. Cajeta dicta est ἀπὸ τῆς κοιτῆς. Servius ad Æn. X. vers. 36. *Alii apud Cajetam dicunt exusta navigia: unde & Cajeta dicta est ἀπὸ τῆς καύσεως.*

q *Caiatio*] Forte à *Caia.* Isidor. Orig. XVIII. 6. *Hæc* (clava) *& cateja, quam Horatius caiam dicit.* Sed Scaliger à τῷ *καί* deducit. *Cai autem sive kai*, inquit, *cancelli sunt in Vett. Glossis.* Locum Isidori Breulius ita legit: *Quam Lucillius calam dicit.* Cum calæ fustes sint, verisimilis censenda ista conjectura. Nam catejæ linguâ Thecthiscâ hastæ dicuntur, ut Servius docet ad Æn. VII. vers. 741.

r *In Cistellaria*] Non comparet iste versiculus in eâ Cistellariâ, quam hodie habemus. *Clitellariâ* legendum esse docet Scaliger, eandemque esse hanc fabulam, quæ aliter *Astraba* dicatur. Atque ita appellat quoque eam Mekerchus in de Pronunt. Ling. Græc. cap. 40. In fragmentis Plautinis scribunt, *Quid tuam amicam times, ne te manuleâ cajet?* Sed Leid. cod. disertim cum Commel. *Quid tu amicam, & manuleo.* Vide porro Voss. Etymol. voce *Manulea.* ubi rectè distinguit, *Quid? tuam*

Quid tu amicam times ne te manuleo cajet?

Nam evidenter monstratur quod in modum disciplinæ posita est, dum diximus,

Æternam moriens famam Cajeta dedisti.

Disciplina doctrinæ quamvis [s] moriendo desciscat, æternum tamen memoriæ semen hereditat. Ergo pædagogantis [t] suspectione sepulta, ad desideratam olim pervenitur Ausoniam, id est ad boni crementa, quo omnis sapientum voluntas avida alacritate festinat. Ausonia enim ἀπὸ τοῦ αὐξάνειν dicitur, id est cremento; sive etiam quod usque in hanc ætatem crementa sunt corporum. Denique nunc & uxorem petit Laviniam, id est laborum viam. ab hac enim ætate [u] unusquisquis utilitatum emolumentis laborum adsciscit suffragia. unde & filia Latini dicta est [x] nepotis Fauni. Latinus enim dictus est à latitando: quod omnis labor diversis in locis latitet. Unde & Latona dicta est Luna, quod nunc [y] superna cæli, nunc inferiora, nunc uniformis latitet. Faunos vero [z] quasi caunonus, id

tuam amicam times, ne te manuleo cajet? Nec aliter scribit Scalig. Auson. Lect. Lib. II. cap. 22.

s *Moriendo desciscat*] MS. Anonymi & cod. Leid. *studendo desciscat.*

t *Suspectione*] Gloss. *sollicitudine.* Immo reverentiâ potius & observantiâ. Macrob. Lib. VII. Sat. pag. 221. *Quem suspectio minoris extulerit & suis antepositerit rebus.* Contrarium est *despectio.* Vetus Interpr. Jobi cap. XII. 21. *Effundit despectionem super principes.* Edunt apud Lactant. Firm. Lib. II. cap. 2. *Factorem ipsum nemo suscipit, aut veretur.* Lego, *suspicit.* Cæterum pro *suspicione* ponitur *suspectio* cum ait præfat. Lib. III. *Inscientiæ formidolosa suspectio.* Sic & apud Ennium Phœn. referente Nonio cap. XI. *Severiter ferre suspectionem falsam futilium est.*

u *Unusquisquis*] Ed. Genev. *Unusquisque.* Cod. Leid. *Unusquisvis.* Scripserim, *unusquivis.*

x *Nepotis Fauni*] MSS. Anonymi, *Cauni*, & post paullo *Caunus* pro *Faunus*: unde valde vereor, ne iterum heic solitâ illâ licentiâ suâ heic usus sit Fulgentius in vocabulis detorquendis. Quod Faunum dictum ait quasi *Caunonum*, id certè non parum favet suspicioni nostræ. At quid simile *Faunus* cum τῷ *Caunonus* habet? Cæterum MSS. Anonymi heic habent *nepus Cauni*: unde apparet faciendum *neptis Fauni*: & ad Laviniam referendum. Nam Latinus non nepos, sed filius erat Fauni. Vide Æn. VII. vers. 45.

y *Superna cæli*] Illud *cæli* non habet editio Genevensis. Existimem mutandum in *celet.*

z *Quasi Caunonus*] Leid. cod. *id est, quasi* &c. Et sic etiam Gen. Ed. in quâ præterea pro *Caunonus* exhibetur κεμώνυς: quomodo & Scriverius in margine libri sui emendaverat. Forte copulaverat verba & scripserat κεμώνυς. Sed quid κέμωνυς ad *Caunus* vel *Faunus*?

id est laborans sensus. Nam & [a]Maricam ducit nympham, quasi mericam, id est cogitationem. Unde & Homerus ait,

Σήθεσιν λαοῖσι μέμηλεν.

[b]In octavo Euandri auxilium petit. Euandros enim Græce bonus vir dicitur. Ergo jam perfectio virilis humanæ societatis bonitatem inquirit. à quo bonitatis virtutes, id est Herculeam gloriam, audit, quemadmodum Cacum occiderit, id est malum. Deinde arma Vulcania, id est igniti sensus munimina, adversus omne malitiæ tentamentum induitur. Vulcanus enim quasi [c]bulencauson, id est ardens consilium dicitur. Ideo etiam ibi omnes Romanorum depictæ sunt virtutes: [d]quod sapientiæ consulto munimine felicitates omnes aut conveniunt aut prævidentur. Bene enim agere futuræ bonitatis seminarium est. Sive etiam qui bene agit, bona sibi fiducialiter repromittit. Ergo sapientia & bona seminat, & bona sperat. In IX. X & XI. ipsis armis adjutus contra Turnum pugnat. Turnus enim Græce dicitur quasi [e]turonnus, id est furibundus sensus. Contra omnem enim furiam sapientiæ atque ingenii arma reluctant. Unde & Homerus ait. [f]Macesex. [g]Exhinc etiam Mezentium contemtorem deorum interficit. Deus enim omnia bona

a *Maricam ducit nympham*] Vide Servium ad Æn. VII. vers. 47. Schol. Horat. ad Lib. III. od. 17. Lactant. Firm. Lib. I. cap. 22. Idem Lactantius ejusdem libri cap. 21. *Solent mortuis consecratis nomina immutari, credo ne quis putet eos homines fuisse. Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est, & Leda Nemesis; & Circe Marica; & Ino, postquam se præcipitavit, Leucothea, materque Matuta; & Melicertes filius ejus Palæmon atque Portumnus.*

b *In octavo*] Leid. cod, & Genev. *Deinde in octavo.*

c *Bulencanson*] Leid. cod. *Bulencalon.* Barbarum vocabulum finxit ex βουλὴ & καίω. Forte tamen scripserat, βουλῆς καῦσον & vel καῦσιν: quod esset *consilii ardor.* Cæterum pro *dicitur* habet *dicimus* idem codex. Sed ita pro *Vulcanus* in præcedentibus scribendum esset *Vulcanum.*

d *Quod sapientiæ consulto* &c.] Leid. cod. *Quod in sapientiæ consultus munimine.* Etiam Genev. ed. τὸ *in* agnoscit, tametsi in cæteris nihil variat. Si placere potest Leid. cod. lectio, τὸ *consultus* explicandum *consilii*, ut glossa habet. Sed mallem *sapientis consilii.*

e *Turonnus*] Ex duabus vocibus Græcis θὺς & ῥὼς fecit unam barbaram *turonnus:* quanquam melius per simplex n *turonus* Leid. cod.

f *Macesex*] Placet Scriverii μεγεθὴς.

g *Exhinc*] *Hinc* cod. Leid. Sed *exhinc*, quo & Sueton. in Tiber. cap. 9. utitur, non displiceet. Ita *exinde* pro *inde* dixit Justinus Lib. XI. cap. 9.

h *Et*

bona fieri [h] & imperat & importat: ſed animus, qui eſt in corpore, deum contemnendo bona non implet, reluctatque in bonis [i] ſua inleſione. cujus auſus lædentes, quaſi Lauſum filium ejus, vir ſapiens interimit: dehinc ipſum animum vincit. Nam quis amicus Turni eſſe dicitur? nihilominus Mezapus, quaſi μισῶν ἵππων, quod nos Latine horrens ſermonem dicimus. Unde & Euripides in Tragœdia Ephigeniæ ait: [k] Hic eſt in ſuperans. Ergo in XII. victor Meſſapi tunc demum [l] trutina æquilance, id eſt morum gravitate, ponderatur ac diſponitur. Deinde [m] Juturna bello diſcedere præcipitur; quæ [n] currum etiam regebat. Juturna enim in modum perniciei ponitur, quod diuturne permaneat. Ergo furibundæ mentis [o] pernicies ſoror ejus eſt: currum vero ejus [p] quaſi regit, & eum [q] de morte protelat. Certe pernicies, quod furorem diu pro-

h *Et imperat & importat*] Leid. cod. & Edit. Genev. *Et præſtat & imperat.* Longè melius.

i *Sua inleſione*] *Inluſione* Leid. cod. & alter Anonymi. Quæ procul dubio manus Fulgentii eſt. Inluſitenim diis Mezentius.

k *Hic eſt inſuperans*] Genev. ed. *Uceſtin...* &c. Locus procul dubio mutilus eſt; ſed quem ſine ope melioris codicis fruſtra ſanare intendas.

l *Trutinâ æquilance*] Leid. cod. *trutinæ aquâ lance.* Ita & Genev. ed. niſi quod vitioſe *trutane* pro *trutinæ* repræſentat. Ambroſ. Hexaëm: Lib. 1. cap. 6. *Æquâ lance ſuſpenditur.* Apulej. Dialogo Hermetis: *Pari lance componeranr.* Hilaſius in deſcript. XII. Signorum Cœleſt. *Libraque lance pari. Bilanx* enim libra, ut loquitur Capella Lib. 11. Verba Capellæ ſunt: *Sine bilance libra apparere dignata eſt.* Leid. membranæ *blance*, quod exponunt gloſſæ, *blandâ.* Illis ſuffragari Gloſſas Stephani annotat Grotius, *Blanx* βλαθὲς. Sed falſus in eo eſt. Legendum, *Blax*, βλάθης, hoc eſt, *ſtultus.* Heſychius: Βλάθης, βλαξ, ἠλιθιος, ἀβέλτερος. Conf. Schol. Ariſt. Plut. 11. 2. Feſt. in *Blitum*, & Etym. in βλαξ. Æquilancem trutinam perquam eleganter ἀκριβολογίζ Palladius: *Libra juge æquali* &c.

m *Juturna præcipitur*] Non vulgaris ea locutio. Sic Victor de Perſec. Vandal. Lib. 11. *Præcipimur reddere rationem.* Capella Lib. 1. pag. 15. ed. Grot. *Mox Jovis ſcriba præcipitur.* Ita habet MS. Leid. non *ſcribæ*, ut ediderunt. Sulpicius Severus Hiſtor. Sacr. Lib. 1. *Aquam producere præceptus eſt.* Ammianus Marcell. Lib. XXII. p. 377. ed. Boxh. *Tonſor venire præceptus.* Lib. XVI. pag. 109. *Agere præceptus in iiſdem locis.* Ad eundem modum *permiſſus* dicitur, cui aliquid permiſſum eſt, apud Cyprian. Tom. 11. pag. 232. ed. Gryph. Auguſtin. C.D. Lib. XVIII. 18. Fulgent. Ruſpenſ. epiſt. 2. Am. Marcellin. Lib. XXIII. pag. 458. Abdiæ Babyl. Interpret. Lib. III. Salvian. de Gub. Dei Lib. IV. Sext. Ruf. Brev. cap. 12. & 16.

n *Currum etiam regebat*] Leid. cod. & Genev. ed. *currum etiam fratris regebat.*

o *Pernicies ſoror ejus eſt*] Leid. cod. *Pernicieſior ſoror eſt.*

p *Quaſi regit*] Leidenſis & Anonymi codices: *currum vero ejus quod regit.* Univerſum locum Leid. cod. ita conſtituit: *currum vero ejus quod regit, & eum de morte protelat, cerne pernicies quod furorem* &c. Quam genuinam eſſe lectionem perſuaſiſſimum habeo.

q *De morte protelat*] Feſtus: *Protelare, longè propellere, ex Græco videlicet, quod eſt τηλε, & ſignificat longè.*

producere novit ne finiatur. Nam primum aurigam Methyscum habuit. ([r] methyscus enim Græce est ebriosus) ut primum furiam animi ebrietas ducat: dehinc pernicies ad protelandum accedat. Et ideo & ipsa immortalis dicitur: Turnus vero mortalis dicitur. furor enim animi cito finitur: pernicies vero diuturne perseverat. ideo & currum ejus circumagit, id est in longum tempus protelat. Rotæ enim in modum temporis ponuntur. unde & Fortuna rotam ferre dicitur, id est temporis volubilitatem. [[s] Vale Domine, & mei tribulos pectoris cautius lege.]

VIRGILIANÆ CONTINENTIÆ SECUNDUM PHILOSOPHOS MORALIS EXPOSITIO, A FABIO PLANCIADE. V. C. EDITA, EXPLICIT.]

Ita *protelare cladem* Milesi. Lib. VIII. *protelare exitium* Lib. IX. dixit Apulejus. Est & idem interdum, quod *differre* & *prolongare*. Auctor Ovid. Vetul. *Causam protelat in annos*. Symmach. Lib. 1. ep. 1. *Protelarem te paululum, ni vererer, ne dilatione exspectatio nutriatur*. Vetus Interpres Deut. v. 33. *Ut protelentur dies vestri*. Cassian. in de Hab. Mon. pag. 18. *Antiphonarum protelatos melodiis*. Junil. Comm. in Genes. pag. 13. ed. Bas. *Decebat namque omnibus modis, ut dies incipiens à luce in mane sequentis diei esset protelatus*. Eodem sensu *prolatare* usurpat Donatus in Terent. Andr. 1. 2. Chrysolog. Serm. v. *Callidi debiteris est & invercundi, sæpe pacta non solvere, & patientissimum creditorem longâ & artificii cavillatione protelare*. h. e. differre. Confer Donat. in Terent. Phorm. 1. 4. Voss. Etymol. in *protelum*, & Fr. Jun. not. ad Tertull. de Pœnit. cap. 4.

r *Methyscus*] *Methyscos* Leid. cod. Mox lege *furiam animi* cum Genev. ed. Salutaris in Distich. Sel. *Ira vel invidia mentes & corpora lædit: Quas animi furias dira venena puto. Furia* pro furore non Latinè tantum, sed & usitate satis dicitur. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 107. Cæterum ex hoc Fulgentii loco apparet in Virgil. esse scribendum *Methyscus*, quomodo & MS. Vat. repræsentat, non *Metiscus*.

s *Vale domine*] Genev. ed. *Vale mi domine*. In Leid. cod. hæc clausula non comparet. Habet vero ejus loco aliam, sed multo corruptissimam & à recentiori manu, in quâ hoc monumentum Fulgentii esse episcopi affirmatur.

FA-

[a]FABII PLANCIADIS FULGENTII V. C.

Expositio sermonum antiquorum ad Chalcidium Grammaticum cum testimoniis.

NE de tuorum [b] præceptorum serie, domine, nostra [c] quicquam curtasse inobedientia putaretur, [d] libellum quem de abstrusis sermonibus parari jussisti, in quantum memoriæ entheca subrogare potuit, absolutum retribui, [e] non tam phaleratis sermonum studentes [f] spumis, quam rerum manifestationibus dantes operam [g] dilucidandis.

[h] SANDAPILAM antiqui dici voluerunt feretrum mortuorum, id est loculum, non in quo nobilium corpora, sed in quo plebeiorum atque damnatorum cada-

a *FABII PLANCIADIS*] Leid. codex: *Incipit expositio sermonum antiquorum à Fulgentio Episcopo composita ad Grammaticum Calcidium.* Edd. Bapt. Pii & Micyll. *Fabii Fulgentii Placiadis vocum antiquarum interpretatio cum testimonio ad Calcidium.* Addit his Godefredus, *Timæi Platonis ecphrasten.* Sed de eo vide præfationem nostram ad lectorem, ubi de Fulgentii ætate.

b *Præceptorum serie*] Τὸ *serie* perperam omiserat Mercerus. Agnoscit illud Leid. cod. ut & B. ac M. edd. Nec constat sine eo sententia.

c *Quicquam curtasse*] B. M. G. *Nostra quicquam evitasse.* Scribe cum Leid. cod. *Nostra quicquam curtasse.* Etiam heic malè τὸ *nostra* omissum à Mercero erat. Barthius ex suo MS. profert *declinasse.* Sed verbum *curtare* amat Fulgentius. Vide Indicem.

d *Libellum quem*] Lege cum B. M. G. & cod. Leid. *Libellum etiam, quem* &c. Et mox cum iisdem *retribui.*

e *Non tam phaleratis*] Et heic lege cum B. M. G. & cod. Leid. *non phaleratis* &c. ejecto τὸ *tam*; quod intelligendum relinquitur per ellipsin, de quâ diximus nonnulla ad Præfat. Lib. I.

f *Spumis*] Ita Leid. cod. non *somniis*, ut volebat Barthius Adversf. Lib. XXIV. cap. 3. quanquam ita jam olim ediderunt Baptista Pius & Micyllus.

g *Dilucidandis*] Lege cum Leid. cod. B. M. & G. *lucidandis. Lucidare* pro *dilucidare* aliquoties usurpasse Fulgentium docebit te Index libello huic adjectus.

h *Sandapilam*] Schol. Juvenal. ad Sat. VIII. 175. SANDAPILARUM] *Lectorum, in quibus gladiatores mortui de amphitheatro ejiciuntur.* Verum Sandapilæ lecti non erant, sed arcæ ligneæ, σανδὶς Græcis dictæ, ut pridem docuit Salmasius. Forte *loculo-*

davera portabantur, ſicut Steſimbrotus [i] Thaſius de morte Polycratis Samiorum Regis [k] ſcribſit, dicens: *Poſteaquam de cruce depoſitus, ſandapila etiam deportatus eſt.*

[l] VISPILLONES dicti ſunt bajuli; quamvis Antidamas Heracleopolites viſpillones dixerit [m] cadaverum nudatores; ſicut in hiſtoria Alexandri Macedonis [n] ſcribſit: *Pluſquam trecentos cadaverum viſpillones reperiens* [o] *crucibus affixit.* Mnaſeas tamen [p] iij. Europæ libro ſcribſit, Apollinem, poſtquam ab Jove ictus atque interfectus eſt, à viſpillonibus ad ſepulturam elatum eſſe.

POLLINCTORES dicti ſunt, qui [q] funera morientium accurant. Plautus [r] in Pœnulo: *Quia mihi pollinctor*

Iorum ſcripſerat. Sueton. Domit. cap. 17. *Cadaver ejus populari ſandapilâ per veſpillones exportatum eſt.* Vide ibi Comment. & Savar. ad Sidon. Lib. II. epiſt. 8. Kirchman. Fun. Lib. II. cap. 9. Voſſ. Etymol. in SANDAPILA. Hinc *Sandapilo*, νεκροθάπτης in Gloſſ. Labbæi.

i *Thaſius*] Vett. edd. & cod. Leid. *Staſius*: quomodo & Barchius in Vet. MS. invenit. Sed *Thaſius* rectè habet. Vide Voſſ. Hiſtor. Græc. Lib. IV. cap. 7. cujus verba, ut locum eum inſpexi, ſtatim adverterunt me: *Interpretem Steſimbroti Thaſii (ut in Græcis ſcriptoribus ſolet) teſtem laudat Fulgentius Planciades libro de Priſco Sermone voce* SANDAPILA. Ergo Planciades noſter Græcos ſcriptores ipſos non legit, ſed tantum eorum interpretes. Ei tamen ſententiæ repugnare videtur, quod infra ait in PROBLEMA. *Sed ne quid Græcam te turbet exemplum, ego pro hoc tibi Latinum faciam.*

k *Scribſit*] Vett. edd. & cod. Leid. *deſcripſit.*

l *Viſpillones dicti ſunt bajuli*] Vett. edd. *bajulatores.* Leid. cod. *bajules.* Perperam. Sidon. Lib. III. epiſt. 11. *Ut locum auderent tanquam vacantem bajuli raſtris funebribus tingere. Sandapilarios* vocat idem Lib. II. epiſt. 8. Gloſſ. Iſidor. *Veſpillones, foſſarii, qui mortuos ſepeliunt, bajuli.* Cæterum *viſpillo*, ut *biſpillo* in Gloſſ. Steph. corrupta eſt pronunciatio pro *veſpillo.* Nam & *Veſpæ*, à quâ voce *veſpillo* derivatur, bajulos eos dixerunt. Vide Feſtum in eâ voce, Colvium ad Apulej. p. 199. nec non Voſſium in Etymol. voce VESPA. Cum hæc ſcripſeram, in notis Junii ad Tertull. de Pallio pag. 15. legi *biſpellones* dictos, quod lugubres veſtes ſuis ſuperinduerent. Niſi fallor egometipſe, falſus eſt multum, unde hauſit illa vir ille doctiſſimus. Qui hoc commentus fuit, forte legerat in Gloſſis, Νεκροθάπται, *Biſpelliones.* Pro *Antidamus* reposui *Antidamas* ex MS. Leid.

m *Cadaverum nudatores*] Hoc convenire dicas cum eo, quod Joannes Genuenſis in Catholico tradit, *veſpillonem* dici, quia *mortuos veſtibus ſpoliat.*

n *Scribſit*] Vett. edd. & Leid. cod. *Scripſit, dicens.*

o *Crucibus affixit*] *Crucibus fixit* Leid. cod.

p *III. Europæ libro*] Leid. cod. *In Europæ libro.* Vett. edd. *In Cecrope libro.* Vide Merceri notas. Fons erroris videtur, quod ſine diphthongo *Europe* exararant librarii, quemadmodum in ſuo MS. invenit Barthius.

q *Funera morientium accurant*] Ἐνταφιάζειν nimirum ſunt. Lexicon Cyrill. Ἐνταφιασὶς, *pollinctor.* Adde quæ Savaro habet ad Sidon. Lib. III. ep. 13. Kirchm. Fun. Lib. I. cap. 9. Leid. cod. & Vett. edd. heic exhibent, *funera morientia.*

r *In Pœnulo*] Leid. cod. *Menechmi comœdia.* quod eſt *Menechmis*, ut B. M. & G. habent, nec non Barthius in ſuo MS.

ctor dixit, qui eum pollinxerat. Dicti autem pollinctores, quasi pollutorum unctores, id est cadaverum curatores; unde Apulejus in Hermagora ait: [s] *Pollinctores funere domuitionem paramus.*

MANALES LAPIDES. Labeo, qui disciplinas Etruscas [t] Tagetis & [u] Bacidis quindecim voluminibus explanavit, [x] ita scribit: *Fibræ iocinoris sandaracei colo-*

MS. invenit. Error hic Fulgentii, non librarii est. Vide Merceri notas. Vel oblivioſum fuisse valde, vel negligenter scripsisse oportet Planciaden, cum toties perverse veterum scripta citasse deprehendatur. Sed eum non unum culpæ ejus reum esse ostendimus alibi non uno loco. Nunc castigandus mihi Horatii Scholiastes. Scribit ille ad verba ista Lib. III. od. 17. PINGUIA GALLICIS.] *Crassa & fecunda. Mart. Te Tyrus, me pinguis Gallia nutrit.* Atqui apud Martialem Lib. VI. epigr. 11. legitur, *Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit.*

s *Pollinctores funere* &c.] Godofr. *Pollinctor ejus funeri dum unctionem parat.* Atque ita quoque hunc locum scribit Vossius Etymol. in POLLINCTOR, & Colvius ad Apulej. pag. 199. Malim cum B. M. L. & cod. Leid. *Pollincto ejus funere, domuitionem paramus.* Lexic. Cyrill. Ταριχεύω νέκυν, *pollingo.* Gloss. Labb. *Pollingo*, σκευάζω νεκρὸν, συσπλοκῶ, ἐνταριάζω, ταριχεύω. Forte, ταριχεύω. Sed *pollinctor* exponitur etiam νεκροτόφος. Non probo confusionem. Ἐνταριασὴς est *pollinctor*, non νεκροτόφος. Οἱ ὁ Genes. cap. L. vers. 2. Καὶ προσέταξεν Ἰωσὴφ τοῖς παισὶν αὐτοῦ τοῖς ἐνταριασταῖς, ἐνταφιάσαι τὸν πατέρα. Vet. Interpr. *Præcepit servis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem.* Atque hoc pertinet ad pollinctores. Malè ergo Grammaticus nescio quis apud Barth. Adversar. Lib. XXXVII. cap. 12. *Pollinctores, qui sepeliunt mortuos.* Sepelire vespillonum est, lavare, ungere, coronare pollinctorum. Barthius cum in Vet. libro invenisset, *Pollinctore sub fine domitionem paramus*, inde exsculpsit, *Pollincto rite, sub finem domitionem paramus.* Non premo pollicem. *Funus* heic est cadaver. Maro II. Æn. *Patries fœdasti funere vultus.* Ibi Servius: FUNERE; *cadavere. ab eo, quod præcedit, id quod sequitur. Funus enim jam ardens cadaver.*

t *Tagetis*] Vide Lactant. Argum. Lib. XV. Met. Ovid. & quæ de eo ad Minuc. Felicem p. 39. Cl. Ouzelius, & Lindenbrog. ad Censor. cap. 4. congessere. Meminit ejus rursus noster in *Præsegmina.* Scripsisse ipsum quædam, etsi dubitent nonnulli, planè persuasus sum. Servius ad Æn. VIII. 398. *Sciendum secundum aruspicinæ libros & sacra Acherontia, quæ Tages composuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri.* At Cicero II. de Div. *Tum illum* (Tagetem) *plura locutum multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperint, literisque mandaverint.* Tagetem inter scriptores numerat tamen etiam Scholiastes Statii ad IV. Theb. vers. 516. *Maximis in hoc auctoribus, Pythagorâ, Platone, & ipso Tagete, convenientibus.* Et Marcellinus Lib. XVII. p. 184. ed Boxh. *Ut in Tagetis Thusci libris legitur, Vejovis fulmine mox tangendos adeo hebetari, ut nec tenitru, nec majores aliquos possint audire fragores.* Isidor. Orig. Lib. VIII. cap. 9. *Aruspicinæ autem primus Etruscis tradidisse dicitur quidam Stages.* Scribe, *Arnspicinæ artem*, & *Tages* pro *Stages.*

u *Bacidis*] Leid. cod. *Bacittidis.* Vett. edd. *Bacchetidis.* Sed *Eacidis* benè habere censet Godofredus, qui heic notat: *Fuit autem Bacis Fatidicus, qui oracula & lustratus libros scripsit, quos legisse se testatur Pausanias in Messenticis.* In Continent. Virg. & III. Myth. *Battiades* est. Vide ibi notas nostras.

x *Ita scribit*] *Ita ait* Leid. cod. cum edd. Vett.

loris [y] *dum fuerint, manales tunc* [z] *verrere opus est petras*, hoc est, quas antiqui solebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluviæ immutanda inopia.

[a] NEFRENDES SUES. Diophantus Lacedæmonius, qui de sacris Deorum scribsit, ait apud Athenas Marti solere sacrificari sacrum, quod [b] ἑκατομφόνια appellatur: siquis enim centum hostes interfeciſſet, Marti de homine sacrificabat apud insulam [c] Lemnum: quod [d] sacrificatum est à duobus Aristomene Gortynensi, & Theoclo Elæo, sicut [e] Sosicrates scribit. Sed postquam hoc Athenienſibus displicuit, cœperunt [f] efferre porcum castratum, quem nefrendum vocabant, [g] quasi sine renibus. Et

y *Dum fuerint*] *Dum fuant* Vett.edd. *Si fuant* Turneb. Adverſ. Lib. XIX. cap. 24. Sed *fuerim* disertim præfert Leid. cod. ut & *commutanda* pro *immutanda*. Consulendus præterea de hoc loco Scaliger ad Fest. pag. 84. Ed. Patiſſ.

z *Verrere*] *Vereri* B. & M. Puto *verterе* esse legendum. Nonius in TRULLEUM. *Unde manalis lapis appellatur in Pontificalibus sacris, qui tunc movetur, cum pluviæ exoptantur.* Festus: *Cum propter nimiam siccitatem in urbem protraherent, insequebatur pluvia statim.* Lapis ille, qui movetur & protrahitur, *verti* rectè, non *verri* dici videtur.

a *Nefrendes ſues*] B. & M. *Nefrendines vel nefrendes ſues.* Leid. cod. *Quid ſint nefrendi ſues.* Quod puto rectius esse. Sequitur enim mox, *nefrendum vocabant.* Alii tamen *nefrendes* scribunt. Isid. Orig. Lib. XX. cap. 15. *Unde & nefrendes dicti adhuc lactentes porculi, quod nondum aliquid frendant, id est comminuant dentibus.* Specialius Varro R. R. Lib. II. *Amisso nomine lactantis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere possint, id est, frangere.* Idem est *infrendes*, si rectè scriptura se habet apud Lactant. in Stat. Theb. Lib. V. vers. 663. Sic *inormis* pro *enormis*, *inervis* pro *enervis* dixere posterioris ætatis scriptores; vitiosè procul dubio, cum *innermis* & *innervis* esset scribendum. Cæterum in Fulgentio *nefrundi ſues* legit Turnebus, cum scriberet Adverſ. Lib. XXVI. cap. 10. Porcus castratus *nefrundus*, non *nefrens*, dicendus est: nam & prisci illi castique Latini nefrundines vocabant renes.

b Ἑκατομφόνια] Cod. Leid. *Decatonpſonehuma.* Hoc esset, ἑκατὸν πρόνεθμα. Sed alterum rectum est. Pausanias: Ἔθυσι δὲ ὁ Ἀριστομένης καὶ τῷ Διὶ τῷ Ἰθωμάτᾳ τῶν θυσιῶν, ὧν ἑκατομφόνια ὀνομάζουσι.

c *Lemnum*] Cod. Leid. *Bleunon.* Hoc esset *Lemnon*, quemadmodum B. & M. præferunt.

d *Sacrificatum est à duobus* &c.] L. M. & B. *Sacrificatum est à duobus Cretenſibus, uno Locro, id est, Tumine Cortynienſi, Proculo Locro.* Leid. cod. *à duobus & uno Locro, id est, Timne Cortinienſi: Proculo Locro.* Tolle ista, & *uno Locro*, malè huc ex sequentibus translata, & videbis scripsisse, *à duobus, id est, Aristomene Gortynenſi & Theoclo Eleo.*

e *Soſicrates*] Leid. cod. *Solicrates.* Ad eundem modum cum etiam Lib. II. Myth. cap. 13. scribatur idem vocabulum, putes ipsum Fulgentium heic aliquid humani passum.

f *Efferre*] Scribe *offerre* cum Leid. cod.

g *Quaſi ſine renibus*] Leid. cod. cum edd. Vett. *id est, quaſi ſine* &c. Godofredus edidit, *quaſi ſine νεφροῖς, id est, renibus.* Pertinent huc illa Festi: *Sunt qui nefrendes testiculos dici putent, quos Lanuvini appellant nebrundines; Græci νεφρούς, Præneſtini nefrones.* Gloſſ. Labb.

Et apud Romanos Varro [h] scribit Sitium dentatum centies & vicies pugnasse singulari certamine, cicatrices [i] habuisse è contra quadraginta quinque, post tergum nullam; [k] coronas accepisse xxvj. armillas cxl. & istum [l] primum fecisse Marti.

[m] AMBEGNÆ OVES. Bæbius Macer, qui [n] festalia sacrorum scribsit, ait Junoni eas, quæ geminos parerent, oves sacrificare cum duobus agnis altrinsecus religatis, quas oves ambegnas vocari, quasi ex utraque parte agnos habentes.

[o] SUGGRUNDARIA antiqui dicebant sepulchra infantium, qui necdum xl. dies implessent, [p] quia nec busta dici poterant; quia ossa quæ comburerentur non erant: nec tanta cadaveris immanitas, [q] qua locus tumesceret. [r] Unde Rutilius Geminus Astyanacte ait: *Melius suggrundarium* [s] *misero quæreres quam sepulchrum.*

SILICERNIOS dici voluerunt senes jam incurvos, quasi

Labb. *Nefrendes*, *vi Cest.* Leg. *vi-qeqi.*

h *Scribit Sitium dentatum*] Leid.cod. *Scripsit.* Deinde *Scitium* B. & M. *Sicinium* God. Videndi de hoc vocabulo Salmas. ad Solin. Comment. ad Gell. Lib. II. cap. 10. Plin. Lib. VII. cap. 28.

i *Habuisse è contra*] H. e. *adversas*, ut edidit Godofredus. Verum id etsi Latinius est, non tamen ideo magis Fulgentianum. Edd. Vett. *habuisse contra.* Sed *è contra* clarè repræsentat & Leid. cod. Confer not. ad Myth. Lib. I. cap. 14.

k *Coronas* CXL.] Rectè corrigunt CLX. Vide Gellium.

l *Primum sacrum fecisse Marti*] Ita & Leid.cod. & edd.quas quidem viderim, omnes. Malè ergo illud *sacrum* omiserat Mercerus.

m *Ambegnæ oves*] M. & L. *Ambiguæ. Ambignæ* scribendum fuisset, ut Leid. cod. habet, & editum est à Baptistâ Pio. Scaliger ad Festum p. 48. *Ambegna quoque ovis confecta dici potest.* Festus: *Ambegni bos & vervex appellabantur, cum ad eorum utraque latera agni in sacrificium ducebantur.* Varro VI. L. L. *Ambigna bos apud augures, quam circum aliæ hostiæ constituuntur.* Turneb. Adverss. Lib. XXVI. 10. *Quæ geminos pepererant, Junoni Lucinæ oves ambiguas immolabant, agni enim duo geminos referebant, ovis matrem.* Perperam *ambiguas* legit.

n *Festalia sacrorum*] Ita & Leid. cod. Sed B. & M. *fastalia.* God. *fastos dies.* Laudatur is Bæbius Macer etiam à Servio ad Æn. VI. vers. 556.

o *Suggrundaria antiqui dicebant*] Leid. cod. cum B. M. L. *Priori tempore Suggrundaria antiqui dicebant.*

p *Quia nec* &c.] *Quæ nec* Barth. Advers. Lib. XL. cap. 21.

q *Qua locus tumesceret*] Leid. cod. *quæ locum tumesceret.* Quod genuinum esse arbitror. Contin. Virgil. *Salsuram dulcescat* &c. Vide ibi annotata à nobis. Cæterum post hæc verba Barthius ex suo MS. hæc interserit, *unde tumulus.*

r *Unde Rutilius*] Leid. cod. *Unde & Rutilius Geminus in Astyanactis tragœdiâ ait.* Atque ita etiam B. M. & L. Sic bis habes in Contin. Virgil. *In Ephigeniæ Tragœdiâ.* Inscr. Voc. LUTEUM. *In tragœdiâ Thyestis.*

s *Misero quæreres*] Leid. cod. *miser quæsierit.* B. M. & L. *miser quæreres.*

t *Cin-*

quasi jam sepulchrorum suorum silices cernentes. Unde [t] Cincius Alimetus [u] Historia de Gorgia Leont. scribit, dicens: *Qui dum jam silicernius finem sui temporis expectaret, & si morti non potuit, tamen infirmitatibus insultavit.*

ARVALES FRATRES. Acca [x] Laurentia Romuli nutrix consueverat pro agris semel in anno sacrificare xij. [y] filiis suis sacrificium præcedentibus: [z] unde quum ex iis unus esset mortuus, propter nutricis gratiam Romulus in vicem defuncti se succedere pollicetur; unde ritus processit cum xij. jam deinceps sacrificare, eosque arvales dici fratres, sicut Rutilius Geminus in libris Pontificalibus memorat.

INJUGES BOVES. Manilius Chrestus libro, quem de Deorum hymnis scribsit, ait Minervæ injuges boves sacrificari, id est, jugum numquam ferentes; illa videlicet caussa, quod & virginitas jugum nesciat maritale, & virtus numquam sit jugo prementi subjecta.

SEMONES dici voluerunt Deos, quos [a] nec cælo adscriberent ob meriti paupertatem, sicut sunt Priapus, [b] Epona, Vertumnus; nec terrenos eos deputare vellent pro

t *Cincius Alimetus*] *Alimentium* alii vocant, vel *Alimentum*. Vide Voss. Histor. Græc. Lib. IV. cap. 13. Sed in Leid. cod. *Alimetus* est, ut & Scaliger. ad Fest. p. 188. cujus hæc est observatio: *Quemadmodum ergastulus dictus est, qui in ergastulo maneret, ita Silicernius, qui dignus erat, ut pro eo Silicernium pararetur.* Cæterum, si Aldo fides in de Orthogr. p. 6. *Alimentus*, non *Alimetus* Cinciæ gentis fuit cognomen; atque ita quoque scribitur apud Liv. Lib. XXX.

u *Historia*] *In historia* cum Vett. edd. Leid. cod. & mox *exultavit*. Sed B. *Si morti non potuit, tamen infirmitatibus exultat*. M. *Si mori non* &c.

x *Laurentia*] *Laurentina* cod. Leid.

y *Filiis suis*] Micyll. in margine, *fratribus*.

z *Unde cum unus ex iis* &c.] Duas postremas voces nec Leid. cod. nec Vett. edd. agnoscunt. Et certè melius absunt. Mox lege cum Leid. cod. & Vett. edd. *Unde & ritus* &c.

a *Nec cælo adscriberent*] Leid. cod. *Nec cælo dignos adscriberent*. Edd. Vett. *Cælo nec dignos adscriberent*. Sed illud *dignos* turbat sententiam. Nec scripti illi, quos inspexit Brisson. de Rit. Nupt. p. 67. agnoscunt. Abfuit quoque à Vet. cod. à Godofredo in lectionum varietatibus laudato.

b *Epona*] Ita & Leid. cod. Sed *Hippona* in suis MSS. invenit Brisson. Malè *Hippo* repræsentant B. M. & L. *Equona* emendat Barthius Adversar. XXXVII. cap. 1. Sed adversâ Criticâ. *Epona* videtur natum ex *Hippona*, omissâ aspiratione, & E in I converso, quemadmodum *Ephigenia* dicitur in Virgil. Continentiâ pro *Iphigeniâ*. Accedit huc, quod e literam pro i usurpasse veteres cum Quintilianus auctor est Instit. Lib. V. cap. 6. tum & marmora antiqua contestantur. Contra locum crebro

pro gratiæ veneratione, sicut Varro [c] in Mysticorum lib. ait: *Semoneque inferius derelicto, Deum* [d] *depennato attollam orationis* [e] *eloquio.*

BLATERARE, quasi verba trepidantia metu balbutire dixerunt. Pacuvius [f] Pseudone Comœdia inducit Sceparnum servum ancillæ dicentem: *Ni ego te blaterantem aspicerem,* [g] *his mencium indicassem.*

LUSCITIOSOS dici voluerunt [h] interdiu parum videntes, quos Græci μύωπας vocant. [i] Plautus Milite: *Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico. Quid jam? quia luscitiosus.* Dicunt enim, quod lolium comedentibus oculi obscurentur.

[k] TUTULI. Varro in Pontificalibus ait tutulos sacerdotes

bro Ϝ E occupasse, & Græcorum υ ut ι pronuntiatum fuisse, exemplis declaravimus permultis ad Hyg. cap. 31. & 223. Liquet idem ex verbis Hieronymi in epist. ad Paulinum: *In tres partes scinditur, to dogma, tin methodon, tin empeirian.* Et Interpret. Concil. Ephesin. pag. 5. ed. Contii: *De quibus sacratissimus Isaias meminit* &c. Certè *Epona* non esse rejiciendum; discces ex iis, quæ ad Apulej. observavit Stewechius p. 35. Nob. Heins. ad Prudent. pag. 67. Elmenhorst. ad Minuc. Fel. p. 72. Turneb. Adverss. Lib. XXVI. cap. 10. Plutarchus in Parallelis: Ἔστικα κόρῳ ἔμαρψαν, ἢ οἰνόμασιν Ἔπωνας. Ἔστι ὃ θεὸς φορείας ποιμνίου ἵππων.

c *In Mysticorum lib. ait*] Leid. cod. *In Mystagogorum librorum ait.* B. M. & L. *In Mystagorum libro ait.* God. *Mystagog. ait.* Postrema syllaba in *librorum*, quod scriptus liber repræsentat, mutanda forte in numerum, quo innuatur quotus liber fuerit. Videtur intelligere Varronis libros *Rerum Divinarum.* Tò *libro* vel *libris* potuisse omitti, docent similia exempla. Infr. in CHORAGIUM: *Sicut Apulejus in Metamorphoseon ait.* Ἐν τοῖς Ϝ Μεταμορφώσεων. Pro *Mystagogorum* nisi reponendum est *Mystagogicorum*, rectum censeo *Mysticorum.* Infinita sunt loca Vett. scriptorum, in quibus g locum Ϝ c occupavit. Isidor. Orig. Lib. XIX. cap. 31. *Rigula est mitra virginalis capitis.* Scribendum esse *ricula* ex Festo, Varrone, & Nonio palam est. Verum dum hæc scribo, in mentem venit etiam Mythol. Lib. II. cap. 4. scripsisse *Juba in Physiologis* pro *Physiologicis*, ut forsan nihil sit mutandum.

d *Depennato*] Leid. cod. & Vett. edd. *depinnato.*

e *Eloquio*] *Alloquio* Brisson. Sed alterum est in Leid. cod. & edd. Vett.

f *Pseudone*] Leid. cod. *In Scudone com.* B. & M. *In Pseudo comœdia.* Lege, *In Pseudone comœdiâ.*

g *His mencium indicassem*] B. M. L. & God. *his nuncium indicassem.* Leid. cod. *His mintium judicassem.* Godofred. inter variantes lectiones, *Hismuntium.* Non liquet.

h *Interdiu*] *In die* Leid. cod. & pro *luscitiosos* cum Vett. edd. *luscitios.* Vide not. ad Myth. Lib. II. cap. 12.

i *Plautus Milite*] Leid. cod. *Unde & Plautus in Mercatoris comœdiâ ait: mirum lolio victitare te tam vili tritico, quia luscitiosus es.* Atque ita etiam Vett. edd. nisi quod pro *es* exhibent *est. Luscios* appellantur à Varrone apud Nonium, qui ad lucernam non vident.

k *Tutuli*] De tutulo vide Soler. in de Pileo cap. 2. & 10. Ruben. Anal. Lib. II. cap. 25. Scalig. adverss. Titium Lib. IV. cap. 12. Salmas. ad Pall. Tertull. p. 308. Pignor. de Servis p. 201. Festum in TUTULUM.

dotes dici [l] brevium deorum. Numa vero Pompilius & ipse de Pontificalibus scribens, tutulum dici ait pallium, quo sacerdotes [m] caput tutabant, quum ad sacrificium accessissent; sicut & Virgilius ait: *Et capita ante aras Phrygio* [n] *velamur amictu.*

ORIAM dicunt [o] navicellam modicam piscatoriam. [p] Plautus Cacisto: *Malo hunc alligari ad oriam, Ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxima.*

[q] PROBLEMA est propositio in capite libri quæstionaliter posita. [r] Demosthenes ad Philippum: [s] Sed quidem te Græcum turbet exemplum, ego pro eo Latinum tibi feram; ait enim: [t] *Problematis authenticum tradamus adstanti, cui nostra subsequens occurset oratio.* Nam & Tertullianus libro, quem de fato scribsit, ita ait: [u] *Redde huic fati primum problematis mancipatum.*

Pu-

l *Brevium deorum*] Barthius ex suo MS. emendat *brevium pileorum. Brevis* est parvus. Ovid. IX. Met. 227. *Scopulus brevis.* Ammian. Marc. Lib. XXII. & XXIII. *Avicula brevis.* Hygin. Astron. II. 42. *Hæc* (stella) *est brevis & clara.* Serv. ad Æn. III. vers. 551. *Breve oppidum Calabriæ.* Nonius: *Celox est navigium breve, dictum à celeritudine.* Serv. ad Æn. II. vers. 180. *Calculus. Lapis brevis terræ admixtus.* Excerpta Fest. MSS. *Canpulis navicula brevis.* Hinc *brevitas gurgustioli* pro *parvitate* apud Apul. Met. Lib. I. & *breviare* pro *imminuere* apud Cyprian. Lib. III. ep. I. *Breviata non est in episcopo confessionis suæ dignitas.* Et βρίζειν, ὀπτᾶσθαι in Gloss. Nomicis.

m *Caput tutabant*] *Tegebant* B. M. & God. Eadem formâ dicta sunt *lecto* & *scripto* apud Horat. Lib. I. Sat. 6. *Ad quartam jaceo: post hanc vagor, aut egelecto. Aut scripto. Vento* apud Festum. *Ventabant*, inquit, *dicebant antiqui: unde præpositione adjecta fit adventabant.* Item *dicto, facto* apud eundem in NARE. *Natare igitur est sæpius nare, ut dictare, factare.* Ita habuit Leid. cod. à nobis inspectus & cum editis collatus, non *dictitare, factitare*, ut ediderunt. Trimalchio in Fragm. Tragur. *Nihil sine ratione facio.* Unde *facto* temerè fecerunt. Verum heic *tutabant* rectius puto. Videtur enim velle tutulum à tutando esse dictum.

n *Velamur*] Ita editum quoque apud Virgil. Æn. III. 545. Leid. tamen cod. *velamus.* B. & M. *vallatus.* De ritu isto consule Soler. in de Pil. cap. XI.

o *Navicellam*] Ita & Vett. edd. & Leid. cod. Perperam *naviculam* Godofr. quanquam in Nonio est: *Horia dicitur navicula piscatoria.*

p *Plautus Cacisto*] B. M. L. & Leid. cod. *Unde & Plautus in Cacisto ait.*

q *Problema* &c.] Leid. cod. *Problema dicta est in capite libri propositio quæstionaliter posita.*

r *Demosthenes*] Leid. cod. cum Vett. edd. *Unde & Demosthenes pro Philippo ait.*

s *Sed quidem* &c.] Lege cum Leid. cod. & Vett. edd. *Sed ne quid.* In seqq. cum iisdem *pro hoc* & *faciam*, ἀντὶ τοῦ *pro eo* & *feram.*

t *Problematis authenticum*] B. M. L. & Leid. cod. *Problematis authenticum gradum.* Barth. Adv. Lib. XXIV. 3. ex suo chartaceo libro profert *problematis gravidum*, metaphoramque esse ait à prægnantibus. Id ei ut demus, vicissim peto, ut post τὸ *problematis* interponere *authenticum* liceat.

u *Redde huic fati*] *Fratri* Leid. cod.

x *Apu-*

PUMILIOR, & GLABRIOR. [x] Apulejus Asino aureo inducit sorores Psyches marito detrahentis dicere: *Patre meo seniorem maritum sortita sum, dein quovis puero pumiliorem, & cucurbita glabriorem.* [y] Pumilios dicunt molles atque enerves: glabrum vero, levem & imberbem.

SUTELA. Sutelam dici volunt astutiam, quasi [z] subtilem telam: Unde & Plaut. Casina: [a] *Possisne, necne, clam me sutelis tuis Præripere Casinam uxorem, proinde ut postulas?*

FRIGUTTIRE dicitur subsiliter adgarrire. [b] Plautus Casina: [c] *Nam quid friguttis?* [d] Ennius Celestide comœdia: *Hæc anus admodum Friguttit; nimirum sauciavit se flore Liberi.*

[e] TITIVILLITIUM dici voluerunt fila putrida, quæ de telis cadunt. Plautus Casina: *Non ego istud verbum [f] emsitem titivillitio:* id est, re admodum vilissima. Nam & M. Cornutus in Satyra ait: *Titivilles Flacce do tibi.*

SCUL-

x *Apulejus* &c.] Leid. cod. *Apulejus in asino aureo inducit sorores Psice mariti detrahentis dicit.* Puto unam voculam à librario præteritam, & scribendum: *Apulejus cum in asino aureo inducit sorores Psyches maritis detrahentes dicit.*

y *Pumilios dicunt*] Leid. cod. *Pumilios enim dicunt.* Sed Vett. edd. melius, *Pumilos enim* &c. Mart. Apophoret. Lemmat. 197. *Mulæ pumilæ.* Mox pro *enerves* codex idem modo laudatus *innervet.* Ita *infrendes* dixit Statianus Scholiastes, qui *nefrendes* sunt aliis, ut modo observatum à nobis.

z *Subtilem telam*] Leid. cod. *Subtilia tela.* Vett. edd. *Subtilis tela.* Notaverat in margine libr. Heinsiani vir eruditus: Potius à verbo *suo*, & per metaphoram dicta est sutela. *Consuis dolos*, inquit Plautus. Festus, *Sutelæ, doloſæ astutiæ à similitudine suentium dictæ.* Terent. *Insuere capiti meo.* At hoc non legitur apud Terentium, sed *ne quid suo suat capiti* Phorm. Act. III. sc. 2. vers. 6. Vide ibi Muretum.

a *Possisne, nec ne*] Leid. cod. cum Vett. edd. *Possis clam me* &c.

b *Plautus Casina*] Leid. cod. *Unde & Plautus in Casina ait.* Ne idem identidem monere necesse habeam, sciat lector perpetuo istam formulam adhiberi in illo codice, quando testimonium alicujus scriptoris adducitur. Certè rè *in* nunquam omittitur.

c *Nam quid*] Leid. cod. cum Vett. edd. *Quidnam.*

d *Ennius Celestide comœdia*] Godofr. *Ennius Alcestide*, omisso τῇ *comœdia.* Vett. edd. *Et Ennius in Alcestide comœdiâ sic ait.* Atque ita & MS. cod. nisi quod *Celestide* exhibet.

e *Titivillitium*] *Textivillitium* videri legisse Planciaden observat Turneb. Advers. XVI. cap. 3.

f *Emsitem*] Ita editum etiam apud Festum in *Titivillitium. Empsitem* Vett. edd. *Emsissem* Godofr. *Emitem* Leid. cod. unde forte *emtitem* faciendum. Adde quæ hac super re in de Vit. Serm. Lib. I. cap. 23. commentatur Vossius.

Unable to display this page

contiguum; [m] quin & reos capulares dicebant, qui capulo digni forent; unde & Lucillius ait: -- *Pergit capulare cadaver.* [n] Flaccus Tibulus Melæne Comœdia: *Tune amare audes, edentule & capularis senex?* Edentulum enim, [o] quasi sine dentibus, dici placuit.

PROMOS & CONDOS appellari voluerunt cellaritas, eo quod [q] deintus promant, & intus condant. [r] Plautus Pseudolo: *Ego sum promus condus, procurator peni.* Penum enim [s] cellariam dicimus.

SUPPETIAS dicimus auxilium. [t] Memos in Tragœdia Herculis: *Ferte suppetias optimi comites.*

[u] AUCTIO dicitur venditio, quasi quod & ementem augeat & vendentem. Plautus Curcul. -- *Auctionem facio parasiticam.*

[x] NASITERNA est aquæ urna, id est urceus; unde Calpurnius Phronesi Comœdia: -- *Ubi tu nasiternatus aquam*

m *Quin &*] Leid. cod. cum Vett. edd. *Sed &*. Et mox *fuerunt* pro *forent*.

n *Flaccus Tibulus* &c.] Leid. cod. *Et Flaccus Tibullus in Melene comœdiâ ait.* Atque ita quoque Barthius in suo invenit MS. M. *Et Flaccus Tibullus in Helenæ comœdiâ ait.* Atque ita quoque B. nisi quod *Helene* pro *Helenæ* habet. Godofredus dedit, *Statius Cæcilius Melæne* &c.

o *Quasi sine*] Leid. cod. *Quasi jam sine*. Et mox *voluerunt* cum Vett. edd. pro *placuit*.

p *Cellaritas*] *Cellaria* Leid. cod. Unde *cellarios* faciendum videtur, ut habet Godofredus.

q *Deintus*] Vet. Interpr. Luc. cap. XI. vers. 7. *Et ille deintus respondens dicat.* Sic *deforis* apud Hieron. ad Russin. Epist. Sel. Lib. II. 13. *Deforis bonum est testimonium.* Usus eadem voce non semel Hermæ interpres, Veget. de Art. Vet. Vulgat. Interpr. Gen. VII. 16. Leo Epist. Decretal. & Ælnothus in Vitâ Canuti cum aliis locis, tum cap. 21. ubi & *deintus* habes, ut *à foris* apud Gregor. Turon. Aggenum Urbicum de agrorum limitibus p. 59. & Vet. Interpret. Matth. cap. XXIII. 27, 28. Auctor vitæ Clementis: *Trahebant nunc quidem deintus foras, nunc vero deforas intus.* Plura notavi ad cap. 6. Lib. III. Myth. quo referendum & *abinde* in Salutaris Distichis: *Stercoribus motis, quod abinde resultat habebis: Balsama si moveas, nectar odoris adest.*

r *Plautus Pseudolo*] Leid. cod. *Unde & Plautus in Asinariâ ait.* Atque ita quoque Vett. edd.

s *Cellariam*] Scribe *cellarium* cum Leid. cod. & Vett. edd. Nec aliter in membranis suis invenit Barthius. Gloss. Labb. *Cellarium & cellaromarium*, ταμεῖον. Rectè corrigunt, *Cellarium, & cellar, omarium.*

t *Memos*] Leid. cod. *Unde & Memmos.* Vett. edd. & Godofred. *Unde & Memor.*

u *Auctio* &c.] Leid. cod. cum Vett. edd. *Auctionem dici voluerunt venditionem.* Et mox: *Unde & Plautus in Curculione comœdiâ ait.*

x *Nasiterna*] Leid. cod. *Mnasiternam dicunt aquæ urnam, id est, urceum. Unde & Calpurnius in fronesi comœdia ait. Nassiterna* in Festo perperam edunt. *Nasiterna* scribendum à nasis ternis, id est, ansis. Vide Voss. Vit. Serm. Lib. I. cap. 8. Gloss. Labb. Τ ξέα, *cadus, urna, aqualis, nasiterna, creterra, sitella.* Leg. *cratera.*

aquam petas. [y] Plaut. Bacch. -- *Effer nasiternam cum aqua foras.*

ANTISTARE dicimus præcellere. Crispinus Heraclea: *Divinis virtutibus* [z] *antistans Alcides.*

STEGA est navis proscenium, sive tabulatum, super quod nautæ ambulant. [a] Plautus Chrysalo: -- *Forte, ut assedi in stega.*

LEMBUS, genus [b] navicellæ velocissimæ, [c] quod & dromonis nomine appellamus. [d] Virgilius Georgic. *Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum Remigiis subigit.*

[e] RAMENTUM dici voluere, quasi projectitium quoddam purgamentum. Quintus Fabius Lucullus Epico carmine: *Vilissimum ramentum, proluviosa pestis.*

DIOBOLARES dicuntur vilissimæ meretrices, quæ [f] se parvo stipendio prostrant. [g] Pammachius: -- *Diobolare prostibulum, quam ego actutum ut Dircen partitam red-*

y *Plautus Bacch.*] Leid. cod. *Et Plautus in Vaccide ait.* Hoc est *Bacchide*, ut B. M. & L. habent.

z *Antistans*] Vett. edd. & Godofr. *antistas.* Placidus in Glossis: *Antistant, meliores sunt.* Catull. carm. 9. *Antistans mihi millibus trecentis.*

a *Plautus Chrysalo*] Leid. cod. *Sicut Plautus ait in Chrysalo. Forte ego ut in Istega conse.* Quod videtur fuisse *consedi* vel *consederam*, ut est in Vett. edd. Sed ea verba Chrysali servi sunt in Bacchidibus. Ut sæpe alias, ita & hoc memoriola vacillavit Fulgentii.

b *Navicellæ*] *Naviculæ* Vett. edd. & God. Sed alterum adstruunt cum MS. tum quod supra in ORIA dixit. Nonius: *Lembus navicula brevis piscatoria.* Ejusdem generis est *lenunculus*, de quo idem: *Lenunculus navigium piscatorium.* Restituenda eadem vox Valerio Maximo Lib. 1. cap. 5. ext. 1. ubi dicuntur Samii Prienensibus auxilium implorantibus pro classe & exercitu misisse *cymbulam*, ut quidem Pigius, quique eum secuti sunt, ediderunt; verum ut antiquæ edd. & pleraque habent MSS. *Sibyllam*, vel *Sibyllam lenunculam*, quemadmodum aliquando ad me perscripsit Doctiss. Perizonius. Quod si ita est, ut esse nullus dubito, procul dubio scripserat Valerius, *Sibyllam in lenunculo.* Sibylla exercitui, lenunculus classi opponitur.

c *Quod & dromonis* &c.] Leid. cod. *Quos dromones dicimus.* Vett. edd. *Quas dromedas dicimus. Dromadas* esset scribendum. Sed *quos dromones* rectum videtur. Δρόμων proprie est parvus cancer, instar sagittæ per aquarum dorsum decurrens, unde & nomen adeptus est.

d *Virgil. Georg.*] A correctoribus ista sunt. Cod. Leid. & Vett. edd. *Sicut Vergilius ait.*

e *Ramentum*] Leid. cod. cum Vett. edd. *Ramenta dici voluere.* Et mox, *in Epico carmine ait.*

f *Se parvo stipendio prostrant*] Leid. cod. cum Vett. edd. *Sub parvo stipendio prostant.* Sed *se prostrant* habere veteres libros suos ait Mercerus. *Prosternunt* debuisset scribere auctor. Justin. Lib. XII. 7. *Propter prostratam pudicitiam.* Sueton. Jul. 2. *Non sine rumore prostratæ regi pudicitiæ.*

g *Pammachius*] Leid. cod. *Sicut Pammatius ait.* Vett. edd. *Sicut Paminatus ait.*

reddam. Pacuvius: *Non ego ita fui, ut nunc sunt meretrices* [h] *diobolæ, quæ suam nummi causſa parvi pendunt gratiam.*

VERVINA, jaculi genus longum, quod aliquanti [i] verutum nominant. [k] Gavius Baſſus in Satyris: *Vervina confodiende, non te nauci facio.* Nauci enim pro nihilo posuerunt. [l] Plautus Bacchid. *Si tibi machæra est, & nobis vervina est domi, qua quidem te faciam, si me irritaveris, Confossiorem soricina nænia.*

DIVIDIAS dixerunt triſtitiam. Propertius: [m] *Dividias mentis conficit omnis amor.*

JUSTITIUM dicitur luctus publicus: Unde Fronto oratione pro Nucerinis ait: *Denique justitium plebi indicitur.*

[n] CHORAGIUM, virginale funus vocatur. [o] Apul. Metamorph. *Choragio itaque perfecto, omnis domuitionem parant.*

DE-

h *Diobolæ*] Ita & Godofred. Sed Vett. edd. *diobolares.* Putes ſcripſiſſe *diobolariæ.* Vide infr. in *Myropolæ.*

i *Verutum*] Feſtus: *Veruta pila dicuntur, quod velut verua habent præfixa.* Gloſſ. Labb. *Vervina, ἀκόντιον.* Virgil. II. Georg. vers. 168. *Volſcoſque verutos* h. e. verutis pugnantes, ut interpretatur Philargyrius.

k *Gavius Baſſus*] Leid. cod. *Gavius Vaſſus.* Gell. Lib. III. cap. 9. *Gabius Baſſus.* Malè *Galbius* Vett. edd. Mox lege cum Leid. cod. *quaſi pro nihilo.*

l *Plautus Bacchid.*] Leid. cod. *Nam & Plautus in Vaccide ſic ait: Si macera eſt fori, at mihi Vervina eſt domi, quâ te ego & illos Conficiamus ſoricinâ nenia.* Pro *conficiamus* ſcribe *conficiam*, ut in MS. ſuo invenit Barthius, vel *conficiam mox*; deinde *foris* pro *fori.* Etſi ita, ut Mercerus edidit, apud Plautum habetur, non ideo tamen ſic ſcripſit Fulgentius.

m *Dividias mentis*] Hic verſus in Propertianis hodie non comparet: unde non omnia ejus poëtæ opera exſtare ſuſpicabatur Scaliger. Sed alii Petronio eum tribuunt; etiam ipſe poſtea Scaliger. Gloſſ. Vett. *Dividia, diſcordia, bellona.*

n *Choragium*] Turnebus Adverſ. Lib. XXVI. 10. & Schottus Nod. Cicer. Lib. IV. cap. 10. *coragium* ſcripſiſſe Fulgentium ſuſpicantur, & ἀπὸ κόρης & ἄγω derivaſſe. Quod non admodum diſplicet. Et ſane ad eundem modum ſcripta ſunt in Mythol. & Virgil. Contin. *Caron, Corineus, Terpſicore, Corda*, & alia, nec non *Creſtus* pro *Chreſtus* in hoc libello. Immo *coragium* diſertim hoc repræſentant membranæ Leidenſes. Verum dum intentius cogito, videtur inde Fulgentio mihi explicatio ſua orta, quod in deſcriptione apparatus funeris illius imaginarii voce iſtâ utatur Apulejus. Sic *Marillis* exponitur *Roma* in Gloſſis Papiæ, quia Vett. Grammatici Eclog. I. Maronis monuerunt per Amaryllida Romam deſignari. *Orcinus* dicitur *morte manumiſſus* in Gloſſ. Iſidori; nempe quod ſervi, qui à moriente domino manumiſſi eſſent, dicti olim fuerint *orcini liberti.* Gloſſ. Nom. Ὀρκῖνοι, ἀπελεύθεροι τεθνεῶτος; ὃς λέγεται χαρτιακὸς ἀπελεύθερος.

o *Apulejus Metam.*] Leid. cod. cum Vett. edd. *Sicut Apulejus in Metamorphoſeon ait.* Quæ ſine dubio genuina eſt lectio. Vide quæ notavi ſupr. in Voc. SEMONES.

DESIDUO, pro [p] diuturno. [q] Varro Corollario: *Dividiæ mihi fuerunt tam desiduo afuisse.*

FLOCCI, quasi nihili. Plautus: —*Flocci pendo, quid rerum geras.*

JENTACULUM dicitur gustatio. Callimachus [r] intesia: *Jentaculum* [s] *proferre Jovi.*

[t] EDULIUM, ab edendo dicitur prægustativa comestio. Apulejus Asino aureo: [u] *Edulibus opipare excepta. Opipare, id est lucide, & deliciose.*

[x] TUCETA dicuntur escæ regiæ. Callimorphus Pisæis: —*Ambrosio redolent tuceta sapore.*

FERCULUM, [y] missus carnium. Petronius Arbiter: *Postquam ferculum allatum est.*

[z] MYROPOLÆ sunt qui unguenta vendunt, ut sunt pigmentarii: Unde Nævius Diobolaria: *Myropola affatim mihi unguentum largitus est, quo me venustarem.* Affatim dicitur abundanter: venustare vero, exhilarare.

CELOCEM dicunt genus navicellæ modicissimum, [a] quod lembum dicimus. Apulejus libro de Republ. *Qui celocem regere nequit, onerariam petit.*

COELIBATUM dici voluerunt virginitatis abstinentiam:

p *Diuturno*] *Diuturnè* Leid. cod. Perperam *diurnè* Vett. edd.

q *Varro Corollario*] Leid. cod. *Unde Varro in Corallariâ ait.* Vett. edd. *Corvelaria.* Barth. MS. *Corvallaria.* Videtur rectum esse *Corollaria*; quo nomine fabulam etiam Nævius scripsit, non uno loco Sosipatro laudatam. Sed apud Diomed. Lib. 1. p. 68. ed. Sot. legitur, *Nævius in Corollario.* At *Corollaria* rectius Putschius dedit.

r *Intesia*] Leid. cod. *in Zesu ait.* Vett. edd. *in Cæciâ.* Forte scripsit barbarè *in ætiâ* pro *in ætiis.* Godofr. in Ἀίτιοις: quod puto corrupisse librarios ex Ἀ'ίτιοις.

s *Proferre*] Ita & Vett. edd. Leid. cod. *perferri.* Godofr. *proferto.*

t *Edulium*] Leid. cod. *Edulium dicitur ab edendo dictum, id est quasi prægustativa comestio.*

u *Edulibus*] *Eduliis* Vett. edd. & Godofr. Quæ sequuntur, *opiparè, id est* &c. non agnoscit Leid. cod. Et omnino *lucidè* imperitè pro *splendidè* dixit. Schol. Horat. ad Lib. III. od. 9. *Persarum autem reges deliciose vivebant & splendidè.*

x *Tuceta*] *Tucceta* Leid. cod. Quam scripturam commendat Plotii cognomentum Tucca. Vide Schol. Pers. ad Sat. II. vers. 42. & Casaub. in eundem poëtam Comment. p. 207. Gloss. Labb. *Tucca*, πλάκουντα ζωμοῦ. *Tucceta*, σωμὸς πυχῆς. Emend. ζωμός.

y *Missus carnium*] Leid. cod. *Dicitur missum carnium.*

z *Myropolæ sunt*] Leid. cod. *dicuntur.* De Pigmentariis vide quæ congessimus ad Myth. Lib. III. cap. 8.

a *Quod lembum*] Ita & Delrius in notis ad Claudianum scribi jusserat. Verum Vett. edd. habent, *quod blannam.* Leid. cod. *quam bamplum.* Quæ lectio omnino probanda, si verum est, quod Barthius ait Adversar. Lib. XIII. cap.

tiam: unde Felix Capella libro de nuptiis Mercurii & Philologiæ. [b] *Placuit Minervæ pellere cœlibatum.*

EXERCITUS [c] pro contemto. Plautus Milite Glorioso: [d] *Itaque nos, nostramque familiam habes exercitam.* Et ubi supra ait; [e] *Plus videas sabiis, denique omnes nictant eum.* Nictare enim dicimus [f] cinnum facere. Valgia vero sunt labellorum obtortiones [g] in subatione peractæ. Sic Petronius Arbiter: [h] *Obtorto valgiter labello.*

SUMMATES dicuntur viri potentes: SIMPOLONES dicuntur convivæ; nam & amicus sponsi, qui cum eo per convivia ambulat, [i] simpulator dicitur. [k] Sutrius in Comœdia Piscatoria: *Summates viri simpolones facti sunt ganei.* Est autem ganeum taberna.

PRÆ-

cap. 11. in vitis patrum eam vocem inveniri. Cl. Blancardus ad Arrian. pag. 56. ita profert hunc locum Fulgent. *Celocium genus naviculæ modicissimæ, quod lembum dicimus.* Verum ego nec in Vett. edd. nec in MS. Leid. ita locum hunc conceptum inveni. Confer Voss. Etym. in CELOX.

b *Placuit Minervæ*] Immo Mercurio placuit. Capella Lib. 1. *Rationabili igitur proposito constituit pellere cœlibatum.*

c *Pro contempto*] Leid. cod. *dicitur contemtus.* Atque ita etiam Vett. edd.

d *Itaque nos* &c.] Leid. cod. cum Barth. MS. *Itane nos.* Fallitur Fulgentius. *Exercitus* non *contemtus*, sed *vexatus* est Plauto. Corrigit Barth. Advers. Lib. XIII. cap. 11. *Contentus. Hoc est*, inquit, *continenter fatigatus.* Sed ipsum adi.

e *Plus videas sabiis* &c.] Leid. cod. *Plus videas valgis, quam sabiis. Denique omnes nictant eum.* Barth. ex suo MS. *Plus videas valgis quam labiis.* Edd. heic mirificè variant. Oblivioſus Grammaticus respexit locum Milit. Glor. Act. II. sc. 1. vers. 15. *Itaque hic meretrices labiis ductant eum, Majorem partem videas valgis saviis.* Hinc ergo in Gemmâ *valgire* & *valgiare* dicitur idem esse ac labia habere extrorsum prominentia. Adi Voss. in de Vit. Serm. Lib. IV. cap. 29.

f *Cinnum facere*] Barth. Advers. Lib. XXXVII. cap. 1. *Simium facere* emendat, idque idem esse ait, quod illudere. At Lib. XIII. cap. 11. *nictum facere* in Fulgentio rescribendum censuerat.

g *In subatione*] Notum quid *subare* sit, ὀχεύειν nempe & καταβίζειν. Sed Leid. cod. *In supinatione pacti.* Sanè *supinatione* etiam M. & L. habent: nec temerè damnaverim. *Resupinare* certè obscœnum verbum. Juvenal. Sat. III. 112. *Aviam resupinat amici.* Ita legit Vet. Schol. non *aviam.*

h *Obtorto*] *Abrose* Vett. edd.

i *Simpulator*] Gloss. Isid. *Simpulator, amicus sponsi, assiduus cum eo in convivio. Simpulator, convivæ.* Nomen habet a *Simpulum.* Vide Festum, & Scalig. ad eundem. Hottom. de Rit. Nupt. cap. 30. Voss. Etymol. in voce SIMPULUM. Sed Barthius Advers. Lib. XIII. cap. 11. *Symbolator* & *Symbolones* finxit nobis a Symbolis. Scio b. & p. confundi interdum; tanquam βάπτειν qui Græcis est, *pubeda* a Capella & Isidoro in Gloss. dicitur, cum *bupæda* esset dicendum. Festus in BULIMAM. *Hinc est quod grandes pueros bupædas appellant, & mariscam ficum busycon.* Errare tamen heic Barthium disces ex Vossio.

k *Sutrius*] *Succius* Scaligero ad Festum, & Vossio in Etymol. Isidatur: atque ita etiam heic Vett. edd. habent. Sed *Sutrius* disertim exhibet cod. Leid. quem alium à Succio esse rectè censere videtur Rutgers. Var. Lect. Lib. IV. cap. 19. *Sutrium* laudavit quoque Myth. Lib. III. cap. 8. Planciades noster.

PRÆSEGMINA sunt partes corporis incisæ, ut Tages in [l]haruspicina ait: *Præsegminibus amputatis.*

[m]CONGERRONES, qui aliena ad se congregant: unde apud Romanos Gerones [n]Brutiani dicti sunt.

CISTELLA dicitur capsella. Plautus: -- *Cistellam [o]effer cum crepundiis:* id est, cum puerilibus ornamentis.

FABRE perfecte dicitur. Antidamas in Moralibus libris: *Fabre compactum animal hominem quis ferat sic ire pecuatum? & averruncassit igitur tam [p]Aricinas hominum mentes.* Porro averruncare dixit pro eradicare: Aricinas vero testeas, vel argillaceas; & pecuatum, stultum.

[q]ALUCINARI dicitur vana somniare; tractum ab alucitis, quos nos κώνωπας dicimus; sicut Petronius Arbiter; *Nam [r]centum vernalis me alucitæ molestabant.*

[s]CULLEUS dicitur saccus, [t]in quo rei conclusi in mare mittuntur. Plautus Vidularia: -- *Jube hunc insui in culleo, Atque in altum deportari, si vis annonam bonam.*

ELO-

l *Haruspicina*] Leid. cod. cum Vett. edd. *haruspicinis.*

m *Congerrones*] *Congerones* Vett. edd.

n *Brutiani*] Consulendus Scaliger ad Festum voc. BRUTIANI. Gellius Lib. x. cap. 3. & ibi Interpretes. Gloss. Steph. *Brutiani*, οἱ δυσκίνητοι ἀργοὶ καὶ νωθεῖς. In Festo hac voce pro *perseveraverunt* Leid. cod. exhibet *perseverarant.*

o *Effer*] Leid. cod. *mihi effers.*

p *Aricinas*] Ita & Leid. cod. *Eretinas* Vett. edd. Puto *Aretinas* scribendum, quia mox *testeas* interpretatur. Atque ita video etiam Godofredum edidisse. Virgil. Catal. *Aretine calix, manibus decorate paternis, Ante manus medici quam bene sanus eras.* Turneb. Advers. Lib. XXVI. 10. *Eretinæ mentes in Fulgentio sunt testeæ, argillaceæ, saxeæ. Adsert ex antiquo scriptore, Averruncassit diva tam cretinas hominum mentes.* Unde illud *diva* pro *igitur*, quod Mercerus exhibet, hauserit, nescio. Vetustæ editiones neutrum habent.

q *Alucinari*] Videndus de hoc verbo Gellius Lib. XIII. cap. 12. & Vossius in Etymol.

r *Centum vernalis*] An legendum *centumvirales?* Ut intelligat muscas, quibus frequenter infestantur, qui in centumvirali judicio adsunt tempore æstivo. Sambucus legit *centum venales.* Sed *vernales* sic mallem, hoc est, vernæ. Locum hunc in Petronii fragmentis ita adduci video: *Nam comptum vernali allucitæ molestabant.* Barth. Membranæ: *Conceptam me vernali alucita molestabat.* Cod. Leid. *Centum vernali me alucite molestabat.* Verbo *molestare* usus etiam est in Fragm. Trag. *Ergo aut tace, aut meliorem noli molestare.*

s *Culleus*] Leid. cod. *Culleum dicitur saccum.* Et in lemmate, QUID SIT CULLEUM. Lex. Cyrill. Ἄσκος τριπερατος, *culleum.* Etiam Varro R. R. Lib. I. cap. 11. neutro genere utitur.

t *In quo rei concluſi*] Non omnes profecto, sed parricidii rei. Unde *culleus par-*

ELOGIUM est hereditas in malo. [u] Cornelius Tacitus lib. facetiarum: *Cæsi itaque morum elogio in filiis derelicto.*

LIXA, mercenarius. Lucanus: *Stat, dum [x] lixa juvat.*

SUDUM dicitur serenum. Tiberianus: *Aureos subducit ignes sudus ora Lucifer.*

[y] LUTEUM dicitur splendidum. [z] Pacuvius Thyeste: *Non illic luteis aurora bigis.*

ABSTEMIUS, [a] observans. Rabirius in Satyra: *Abstemium merulenta fugit Methenia nomen.*

VADATUS, obstrictus, vel sub fidejussione ambulans; sicut Fenestella ait: *Apud quem vadatus amicitiæ nodulo tenebatur.*

MANUBIÆ sunt ornamenta regum. Petronius Arbiter: *Tot regum manubiæ pœnes fugitivum repertæ.*

AUMARIUM dicitur locus secretus publicus, sicut in theatris, aut circo. Petronius Arbiter: *In [b] aumatium memetipsum conjeci.*

DE-

parricidii dictus. Interpres supposititii illius Abdiæ Lib. III. *In culleum parricidii jussit recludi.*

u *Cornelius Tacitus*] Barth. Adversar. Lib. XIII. cap. II. ex Tacito facit nobis *Catium*. Vide ipsum.

x *Lixa juvat*] Leid. cod. *vivat*. Unde *bibat* faciendum, ut Vett. edd. repræsentant. Atque ita habetur apud Lucan. Lib. IX. vers. 593.

y *Luteum*] Rectius explicaret *croceum*. Nonius: *Luteus color propriè est croceus*. Virg. Æn. VII. *Aurora in roseis fulgebat lutea bigis*. Schol. Horat. ad Epod. 10. LUTEUS. *Croceus: sic dicimus auroram luteam*. Gloss. Cyrill. κροκοειδὴς, *lutea*. Palladius Catal. Pith. Lib. IV. *Lutea fulgebat roseis aurora capillis*. Isidor. Orig. Lib. XIX. cap. 28. *Luteus color rubicundus, quod est croceus. Nam crocus lutei coloris est, ut: Croceo mutataque vellera luto*. Corrige: *Jam croceo mutabit vellera luto*. Locus est Virgil. Ecl. IV. vers. 44. Quia lutea aurora est crocea, hinc Asmenus: *Aurora æquatum croceo velamine fulgens Liquerat, & bijugis vella rubebat equis.*

z *Pacuvius Thyeste*] Cod. Leid. *Unde & Pacuvius in Tragediâ Thyestis ait*. Nec aliter, puto, scripserat Planciades.

a *Observans*] Isidorus in Glossis MSS. laudante Savarone ad Lib. VI. epist. 12. Sidon. *Abstinet, observat. Abstemius, sobrius.*

b *Aumatium*] Ita cum Mercero habet etiam Leid. cod. Sed Vett. edd. *aumarium*. Atque ita legit etiam Vulcanius ad Philoxenum, corruptamque eam vocem autumat ex *armarium*. Grammaticus nescio quis Barthio laudatus Adversar. Col. 1693. *Armarium locus, ubi quarumque artium instrumenta ponuntur. Armentarium, ubi tantum tela armorum*. Scribe, *armamentarium*, ita enim ὁπλοθήκη Latinis appellatur. Laurenbergius in suo Antiquario *aumarium* dicit esse *latrinam publicam*. Mirum ni hoc inde suspicatus est, quod *locus secretus* dicatur à Fulgentio, Gloss. Labb. Ἄβαξ, *abacas*

DELENIFICUS, blandiloquus. Lucillius Comicus in Immolaria: *Nescio quorsum mihi eveniant tua verba, tam delenifica.*

FINIS.

cus, armarium. Turneb. Adverſ. Lib. XXVI. cap. 10. *Suſpicor*, inquit, *automatium ſcribendum, ut locus ſignificetur theatri vel circi, ubi erant machinæ, quæ automata à Græcis vocantur, quæ ſponte moveri videntur, & miraculo ſunt.* Non perſuadet. Hieronymus epiſt. ad Paulin. *Cur dicitur Paulus vas electionis? Nempe quia legis & ſcripturarum ſanctarum erat armarium.* Scrinium intelligi vult. Σκεῦος ἐκλογῆς dicitur Paulus; ſed ea verba cur *vas electionis* potius, quam *electum inſtrumentum*, vertant, videre nunquam potui.

c *Lucilius Comicus* &c.] Leid. cod. *Unde & Lucretius Comicus in nnwela-*

ria ait. Ita & Vett. edd. Sed Lucretius transformandus in Lucilium videtur, cum *Lucilii comœdia* etiam ab Horatii Scholiaſte laudetur. Contrarium vitium oblatum eſſe Arnobio Lib. v. perſuaſit mihi nuper vir egregiè doctus: nam ubi nunc legatur *vim vomuiſſe Lucili*, ibi *vim vomuiſſe Lucreti* eſſe reſcribendum. Barth. Adverſ. Lib. XXXVII. cap. 1. *Licinius* heic emendat, verum nec MSS. nec Vett. edd. adſentientibus; quanquam non diſplicet, ſi probari non poteſt à celebri illo Auruncæ alumno alium fuiſſe Lucilium, qui comœdias ſcripſitaverit. Confer, quæ ad Lucilium pag. 99. commentatus eſt Franciſcus Douza.

FA-

LACTANTII PLACIDI

ARGUMENTA METAMORPHOSEON OVIDII.

Lucianus:

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακελδόν ἐστι νέημα·
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Ampliſſimis & Emendatiſſimis Viris,

CORNELIO 's GRAVESANDE,

Reip. Delphicæ Senatori, ac Judici incorruptiſſimo;

HENRICO d'AQUET,

Ejuſdem Reip. Senatori, nuperrimeque item judiciario honore inſigni;

Medicis multo uſu expertiſſimis,

THOMAS MUNCKERUS

S. P. D.

QVod religioſè, ſi unquam mecum in gratiam Salus rediiſſet, voveram tunc vobis, cum ſupremum denuntiare mihi diem omnia viderentur, id ſolutum cum fide nunc eo, uti fideliter & vos, Viri Ampliſſimi, id temporis mihi ſuccurriſtis, ne cui aut vanus forte, aut parum beneficii memor, videri poſſim. Joco quod non inficeto τριῶπος eſſe medicus, hoc eſt, triplex habere os vulgo fertur; boni genii, ubi primum ad ægrum accedat; hominis, ubi pharmacorum ope tantum non ex Orci eum faucibus eripuerit, at planè κακὸς δαίμων, ubi σῶρα ſint perſolvenda: eo perquam graphicè mores exprimuntur infimæ plebis, cujus cum malignitate nihil mihi eſſe commune volo, nec natus ita, nec eductus vel inſtitutus. Honorandum eſſe medicum propter neceſſitatem vixdum infantiæ me limina egreſſum Siracides docuerat, vir ſapientiæ haud vulgaris: at ego non propter neceſſitatem tantum eum, ſed vel in primis eo nomine, quod ſcientia ejus prorſus admirabilis ſit, ſuſpiciendum exiſtimo. Fatuatur, fateor, egregiè, multaſque ac magnas nugas blatit Petronianus Trimalchio; attamen non nihil vidit baro ille, cum ſecundum literarum diſciplinam diffi-

cil-

cillimum esse artificium medici ac nummularii censeret: & nummularii quidem, quod per argentum is æs videat; medici autem, quod adeo accuratè intestina nostra noverit, ut tantum non ab aciâ & acu, quid intra præcordia habeamus homunciones, exponere nobis sciat. Et quam, oro, putemus ob caussam deorum adscriptum ordinibus olim à paganis vetustissimum illum medicinæ auctorem Æsculapium, nisi quod præclare admodum de genere humano artem eam mereri, & inesse illi divinitatis nonnihil existimarent? Antiquitus certè salutaris ista professio sapientiæ habita pars fuit, ita ut & morborum curatio & rerum naturæ contemplatio eosdem numeret auctores; his scilicet maximè, ut apud Celsum est, huic studentibus, qui corporum suorum vires assiduo mentis intentu multaque lucubratione maximè attriverant. Sed laudes medicinæ scribere non propositum heic mihi est: eo tantum hæc dico, ut, cum ab humanioribus hisce & antiquitatis studiis non valdè esse alienam artem vestram appareat, tanto majore cum veniâ quicquid hoc lucubrationis, qualecunque est, inscripsisse vobis videri queam. Vos pro cæterâ facilitate vestrâ æqui id rogo bonique faciatis, quod sanè, si pretium ejus æstimare instituatis, levidense omnino, sin autem devotum vobis animum offerentis, auro contra non carum ducatis. Legisse aliquando memini, dum venerandam antiquitatem ruspor, moris fuisse olim apud Græcos, ut gallum gallinaceum, ubi qui ægri ad sanitatem perducti essent, sacrificarent Æsculapio suo: at ego, qui grato me animo à quoquam superari dolenter fero, nullum quidem vobis meis Æsculapiis pullum cortis avium, sed quod ex memet ipso natum est, ingenioli videlicet mei qualemcunque oblatum eo fœtum. Vivitur ingenio, *ait ille,* cætera mortis erunt. *At mortem non effugient, quæ à me scribuntur: non effugient fortasse; ego tamen his ita nomen vestrum præscripsi, ut si æterna futura essent. Hoc vobis si persuaseritis, non poterit non id, quod re vera per se perquam exiguum est, maximum videri. Valete multum, ut cum alii multi, tum & ego valeam. Scripsi Delphis Batav. a. d.* III. *Cal. Novembres A. C.* CIↃ IↃC LXXX.

L A-

LACTANTII PLACIDI
NARRATIONES FABULARUM,

Quæ in

P. Ovidii Naſonis Libris xv. Metamorphoſeôn occurrunt.

Fabulæ Lib. I.

I. Chaos in ſpecies.
II. Terra in varias perſonas.
III. Mundus in ſæcula quatuor, aureum, argenteum, æreum, & ferreum.
IV. Item annus in tempora quatuor.
V. Gigantum ſanguis in homines.
VI. Lycaon Pelaſgi filius in lupum.
VII. A Deucalione jactati lapides in viros, & à Pyrrha in mulieres.
VIII. Python Serpens in figuras. *
IX. Daphne Penei filia in laurum.
X. Io Inachi filia in vaccam.
XI. Mercurius in paſtorem.
XII. Syringa Nympha in fiſtulam.
XIII. Argus Areſtoris filius in pavonem.
XIV. Io ſupradicta in Iſidem.

* *Ita cum MS. & Veneta in capitum lemmatis. Sed perperam utique. Non enim Python à Naſone, ſed terræ narratur verſa in varias animalium figuras, in quibus & Python erat.*

Fab. I.

Chaos, ut Heſiodus [a] indicat volumine, quod deorum originem continet, fuit initio quædam rerum confuſio, quæ

Ad Lib. I. Fab. I.

a *Indicat volumine*] *In volumine* edd. omnes. Sed antiquus ille codex à Nob. Heinſio cum editis collatus non heic tantum, ſed & crebro admodum aliis in locis præpoſitionem iſtam omittit. Cæterum in eodem codice annexa huic narrationi iſta viſebantur: *Ex terra cum omnia generata ſint, variarumque re-*

quæ postea in suas species distributa est, ita ut levissima corporum, æther igneus, & hunc infra aer frigidus, cæteraque sidera sublimem partem peterent universa; per quæ solis splendor ac Lunæ vagaretur; gravissima autem, humus, liquorque, in ima parte subsiderent.

Fab. II.

Separata erat terra [a] à cæteris elementis, sed homo nondum natus, ipsius terræ futurus ultor ac dominus. Itaque Prometheus Iapeti filius terram imbre mollivit, & ex hac hominem ad Dei similitudinem ac imaginem finxit, cui facies non prona, [b] ut cætera animalia, esset in terram, sed cœlum spectaret erecta.

Fab. III.

Ex quo Chaos injecta luce discussum est, & discretis ele-

rerum mater reperiatur, tum humanum genus, quod cuncta vinceret, Prometheus Iapeti filius, ut idem Hesiodus ostendit, ex humo finxit, cui Minerva spiritum infudit. Secula etiam dicata Varronis auctoritate vertuntur: quoniam aureum in deterius argenteum, & post in aneum, ac postea, quod Orpheium antedictis est, in ferreum cessit. Sed illa glossatoris alicujus proculdubio sunt, non Lactantii. Certè in Veneta separata à reliquis visuntur. Non tam stultus est hic scriptor, ut videri possit bis idem narrasse. Quæ ista lacinia continet, invenies in sequentibus multo politius relata.

Ad FAB. II.

a *A cæteris*] MS. *à cunctis*. Verum alterum est in omnibus editis.

b *Ut cætera animalia*] Ita & MS. & Veneta. Rænerius & Micyllus, *ut cæterorum animalium*. Giselinus, *ut cæteris animalibus*. Frustra, opinor. Non enim facies tantum cæterorum animalium, sed & ipsa prona dicuntur. Notum est illud Sallust. Catil. cap. 1. *Ne vitam silentio transeant, veluti pecora, quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit,* Lactant. Libr. de Opific. Dei cap. 8. *Ut quia nulla his immortalitatis exspectatio est, toto corpore in humum projecta, ventri pabuloque servirent.* Schol. Horat. in Lib. 1. Epist. 4. PORCUM. *In ventrem pronum, corpori inservientem.* Anthropomorphitæ sunt pagani. Diis suis, ut hominibus, rationem & figuram corporis erectam tribuunt. Lactant. modo laudatus de Vero Cultu Lib. VI. cap. 2. *Diis suis non cœlestem sensum, sed humanum potius attribuunt: ideoque illis necessaria & grata esse credunt, quæ nobis &c.* Artemidorus de Somniis Lib. II. cap. 48. Φαίνονται δὲ οἱ θεοὶ τὸ ἀνθρώπων εἶδος τε καὶ μορφὴν, ἐπειδὴ νενομίκασιν αὐτοῖς τὰ εἴδη ἡμῶν ὑπάρχειν. Rectè Junilius Episc. Afric. Comment. in Genes. pag. 32. Ed. Bas. *Non ergo secundum corpus, sed secundum intellectum mentis, ad imaginem Dei creatus est homo: quanquam & in ipso corpore quandam proprietatem habeat, quæ hoc indicet, quod erecta statura factus est: ut hoc ipso admoneretur, non esse sibi terrena sectanda, velut pecora, quorum voluptas omnis ex terrâ est: unde in alvum cuncta prona atque prostrata sunt.*

Ad

elementis, [a] faciem hanc tam claram mundus accepit; deinceps, quasi in ætates quasdam, in sæcula quatuor distributus est, hoc est, aureum, argenteum, æreum, & ferreum. quibus pro qualitate sui adscripta sunt nomina. Nam aureum sæculum dictum est, quod Saturno regnante omnium rerum erat plena tranquillitas: non furor sæviebat armorum, non avaritia fluctibus commiserat vitam, & cessantibus rastris, inarata gravidas fruges terra præbebat. Otiosa erat ac secura vita mortalibus; ac sine vicissitudine temporum continuâ veris gratiâ fruebantur. Deinde secundum sæculum in argenteum ab aureo colore migravit. Tunc primum & æstus ardentior cœli, & graviora frigora incubuere mortalibus. tunc meditata domorum tutiora secreta. Antea enim aut in antris habitabant, aut incolebant [b] frutecta sylvarum. Semina etiam tum primum sulcis cœpere committere: cum jam terra solita hominibus negaret alimenta. Tertium sæculum successit æreum, [c] argento jam durius. Cœpere homines inverecundius vivere. Nam cupiditate habendi avaritia cum perfidia exorta est. Inde mare pervium factum, dum divitiæ requiruntur. Terra quoque cunctis antea communis, limitibus, terminisque discreta est: & [d] in venis ejus non solum frumenta quæsita sunt, sed metalla inventa crepuerunt. Quartum sæculum [e] ferreum à rigore duratum est: quod in tantam rabiem furoris erupit, ut omnia [f] scelera cupiditatis excelleret. Nam ab odiosa vita, & insanientis avaritiæ grassationibus ad parricidia usque perventum est.

Fab. IV.

Ad FAB. III.

a *Faciem hanc tam claram*] Tò *hanc* ignorat MS.

b *Frutecta sylvarum*] Ita & MS. & Veneta. Perperam *tecta* Giselinus. Perperam etiam *fruteta* Micyllus & Rænerius. Vide, si tanti est, quæ notavimus ad illa Fulgentii Prolog. Lib. 1. *Quicquid per virecta Tempe* &c.

c *Argento jam durius*] Sic cum MS. Veneta & Micylliana. Sed Rænerius & Giselinus, *argenteo* &c.

d *In venis ejus*] *In venis quidem* MS.

e *Ferreum à rigore*] Sic cum Venet. & Micyll. disertim MS. Giselinus dedit, *ferri nimio rigore*. Rænerius, *ferreum à rigore dictum est*.

f *Scelera cupiditatis excelleret*] Hæc est MS. lectio, quam adstruit Veneta. Giselinus, *excederet*. Ræner. *exerceret*. Micyllus, *scelere cupiditatis excelleret*.

Ad

Fab. IV.

Cum, Saturno aurei sæculi rectore cœli arce dejecto, teneret Jupiter mundum, [a] sic ipse mundus quatuor ac diversa tempora coarctavit, ut ver, quod fuerat ante unum semper [b] ad serenam tranquillitatem continuum, [c] in partem anni quartam & angustissimum coierit tempus: ut huic succederet ardor æstatis, & tertio sequeretur autumni infida temperies, & post hæc totus annus rigidâ hieme clauderetur: quæ quatuor tempora veris exordio qualitatem imitarentur & ordinem sæculorum.

Fab. V.

[a] Gigantas nomine immensæ molis, & similes matri filios parens Terra progenuit: quorum magnitudini par exarsit audacia. Nam exstructis in excelsum aggerem montibus sacrilegas manus injecere cœlestibus. Sed fulminum igne dejecti, impium genus [b] pœnæ suæ cruore generarunt: nam sanguis eorum permistus terræ, homines procreavit haud longe ab origine discrepantes.

Fab. VI.

De Gigantum sanguine nati quam sacrilegâ mente versati sint, Lycaonis testatur exemplum: qui tyrannus Ar-

Ad FAB. IV.

a *Sic ipse mundus quatuor* &c.] Ita & cum MS. Veneta. Editi reliqui variant. Rænerius dedit, *Sic eum in quatuor* &c. Giselin. *Sicut ipse Saturnus; mundum in quatuor* &c. Videtur scribendum, *Sic ipse mundum in* &c.

b *Ad serenam tranquillitatem continuum*] Ita quoque cum MS. exhibent Veneta & Ræneriana. Nec differt Giselin. nisi quod *continuam* præfert. At Micyllus, *& serenâ tranquillitate continuum.*

c *In partem anni quartam ac angustissimum coierit tempus*] Ita cum MS. etiam Venet. Ræn. & Micyll. nisi quod pro *coierit* repræsentant *coegerit*. Giselinus dedit, *in parte anni quartâ angustissimum cogeret tempus.*

Ad FAB. V.

a *Gigantas nomine immensæ molis, & similes* &c.] Hæc est lectio MS. & Venetæ, pro quâ Gisel. & Ræner. *Gigantes immensæ molis homines, & similes* &c. Micyllus, *Gigantes immensæ molis, & similes* &c.

b *Pœnæ suæ cruore*] Ita & cum MS. Veneta ac Micylliana. Giselin. *Pœnâ sua & cruore.* Ræner. omissis temerè duobus vocabulis, *impium genus suo cruore* &c.

Ad

Arcadiæ, cum advenas & hospites trucidaret, etiam Jovem [a] in se accendit iratum. Nam Jupiter humani sceleris impatiens, in deos querimonia delata, simulata hominis specie, ad Lycaonis regiam venit: cui Lycaon tanquam mortali præparans mortem, prius humana membra devoranda velut hospitali humanitate apposuit: quæ postquam Jupiter sensit, non eum penitus interemit, ne supplicii amitteret sensum; sed in lupi sævi eum formam convertit; qui & mores [b] in rabie, & nomen Lycaonis in appellatione servaret. Non contentus fuit Jupiter cæteros homines unius Lycaonis terrere supplicio, nisi in genus omne sæviret. Inde denique tantam jussit aquarum copiam redundare, ut opertis diluvio montibus cuncti homines interirent.

Fab. VII.

Jupiter propter audaciam Lycaonis cæterorumque mortalium, qui sceleribus suis etiam deorum potentiam tentabant, [a] orbem terrarum profusis imbribus inundavit. Et cum duo pietate cæteros mortales antecessissent, Deucalion Promethei filius, ac Pyrrha, eadem soror atque conjux; [b] & Parnasso monte proluviem imbrium effugissent; sorte moniti Themidis, eo tempore quæ [c] antistes terræ fuisse traditur, à deis per preces generandæ prolis ve-

Ad FAB. VI.

a *In se accendit iratum*] *In se accepit* Rænerius.

b *In rabie*] Sic Giselinus quoque & Micyllus cum MS. Sed Rænerius *in rabiem*, & mox *in appellationem*.

Ad FAB. VII.

a *Orbem terrarum*] Ita Giselinus & Micyllus ediderunt. Sed Veneta & MS. unâ voculâ auctius, *itaque orbem terrarum*. Quod non ausim damnare, cum frequenter ita πλεοναστικῶς particulam istam *itaque* repræsentet idem ille codex; tanquam infr. fab. 10. *Jupiter verò, ne, si negasset, proderet puellam, itaque tribuit confestim.* Confer Lib. II. fab. 7. Lib. IV. fab. 4. & 19. VI. 7. VIII. 4. XIV. 11. Non dissimiliter Hyginus Myth. cap. 43. *Theseus in insula Dia tempestate retentus, cogitans, si Ariadnen in patriam portasset, sibi opprobrium futurum, itaque in insulâ Diâ dormientem reliquit.* Rænerius pro lubitu totum principium hujus fabulæ refinxit.

b *Et Parnasso monte*] Ræner. *Et è Parnasso*. Gisel. *& in Parnasso*. Micyll. *eque Parnasso*. Frustra omnes. Amat noster præpositionis istius ellipsin.

c *Antistes terræ*] Ita habent editi omnes; quanquam Giselinus notat τῆς terræ abesse à codicibus nonnullis. Infr. Lib. IV. fab. 17. *antistes Deorum* dicitur. Forte *antistes oracli* scripserat auctor.

veniam acceperunt: ita ut lapides post tergum jacerent, ex quibus homines nascebantur: & à Deucalione missi in viros vertebantur; à Pyrrha autem, in fœminas.

Fab. VIII.

Post cataclysmum factum edidit terra Pythonem serpentem [a] speciem ignotam mortalibus. Hunc Apollo sagittis interemit. & ne ejus aboleret nomen, instituit ludos, [b] & certamina quædam in his ludis ostendit. Unde etiam Apollo Pythius est appellatus, ludique Pythii.

Fab. IX.

Daphne Penei fluminis filia, cum omnium virginum, quæ in Thessaliâ essent, speciosissima haberetur, adeo quidem, ut deos pulchritudine sua caperet; [a] Apollo cum eam conspexisset, formâ ejus expalluit. Quam cum neque pollicitis, neque precibus adire potuisset, [b] vim ut adferret instituit. [c] Et illa cursu conspectum ejus effugere cupiens, patrem invocavit, ut virginitati suæ, [d] quam sibi

ctor. Nam primo Terra, deinde Themis, tertio Python, quarto Phœbus oraculum tenuit. Vide quæ diximus ad Hyg. Myth. cap. 140.

Ad FAB. VIII.

a *Speciem ignotam*] *Specie ignota* in margine Rænerius. Atque ita edidit Micyllus.

b *Et certamina quædam in his ludis ostendit*] Rænerius, audaci mehercules exemplo, præter τὸ *certamina*, verba ista omnia omisit. At Giselinus, *& certamina quædam in his ostendit.* Venet. & Micyll. *Ludos & certamina: quæ jam in his ludis ostendit.* Etiam MS. cod. pro alterâ lectione, *quæ jam* &c. Cæterum caussam aliam, cur Pythius Apollo dictus sit, legas apud Aristoph. Schol. in Plutum pag. 6. ed. Cald. Δαιμονίως δὲ ἅπτο κακόμορφον Πύθωνα, ἀφ' ἧ ἡ Πυθία προφητεύεται. ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων Πύθιος ὀνομάζεται, διὰ τὸ πῖς πυνθανομένοις χρησμὸς διδόναι, &c. Sed veram Etymol. discres ex Heinsii Aristarch. Sacr. p. 18.

Ad FAB. IX.

a *Apollo cum eam*] Ita edd. omnes. Sed MSS. 2. *Apollo enim cum illam.* Forte, *Apollo etiam cum.* &c.

b *Vim ut afferret*] Sic legitur in MSS. 2. Vindicavimus eandem locutionem huic scriptori etiam Lib. II. 8. IX. 10. X. 3. Hygin. Astron. II. 20. *Vim sibi pene allatam.* Cap. 18. *Eum vim sibi afferre voluisse.* Nepos Dion. cap. 10. *Dioni vim allatam.*

c *Et illa*] *At illa* Micyll. Quod præfero.

d *Quam sibi permiserat*] Sic rectè cum MS. Venet. & Micylliana. Perperam *promiserat* Rænerius & Giselinus. *Permittere* est concedere, committere &c. Horat. Lib. IV. od. 4. *Cui rex Deorum regnum in aves vagas Permisit.* Et Lib. I. Sat. 3. *Si tibi regnum Permittant homines.* Terent. A. Act. I. sc. 5.

Ba-

sibi permiserat, ferret auxilium: [e] cujus ille auditis precibus, filiam deorum auxilio, ut vim effugeret, in laurum convertit.

Fab. X. & XIII.

Io Inachi amnis filia, cum æquales suas specie præcederet, ab Jove adamata est, qui ammotis precibus, desiderium explevit: & ne puella [a] Junonis iram incideret, à compressore in vaccam est transfigurata, cujus fallaciam Juno cum intellexisset, [b] petit eam à Jove velut munus sibi dari, [c] quia speciosior erat cæteris armentis, quæ [d] in Peloponneso essent. Jupiter vero, ne, si negasset, proderet puellam, tribuit confestim. Juno autem, ne amplius ejus pellex cum Jove concumberet, Argum Arestoris filium centum oculos habentem ei præposuit. quem Mercurius pa-

Bona nostra hæc tibi permitto, & tuæ mando fidei. Justin. Lib. 11. cap. 7. *Administratio reipublicæ annuis magistratibus permissa.* Nepos Hamilcar. cap. 1. *Eam rem arbitrio permiserunt Hamilcaris.* Sallust. Jug. cap. 103. *Belli componendi licentiam ipsis permittit.* Senec. de Provid. cap. 6. *Permisi vobis, metuenda contemnere, cupienda fastidire.*

e *Cujus ille auditis precibus, filiam* &c.] Ita locum hunc constituit Giselinus. Veneta & Micylliana habent, *Quam ille, auditis precibus filiæ, deorum ut vim effugeret, in laurum convertit.* Atque ita quoque Rænerius, nisi quod *ob filiæ* omittit. Quam vocem agnoscit tamen MS. liber, qui cæteroqui cum Giselino facit. Infr. Lib. vi. fab. 4. *Auditis itaque precibus ejus, Jupiter agricolas in speciem ranarum transformavit.* Lib. xii. fab. 6. *At ille auditis precibus ejus* &c.

Ad FAB. X. & XIII.

a *Junonis iram incideret*] Ita cum Giselino & Veneta. & MS. Rænerius & Micyllus, *in Junonis iram* &c. Existimo nihil opus & illâ præpositione. Chrysol. Serm. LVIII. *Ne incurrant de tali præsumptione sententiam.* P. Syrus: *Heu quam pœnitenda incurrant homines vivendo diu!* Victor in de Persec. Vand. Lib. III. *Quisquis enim aliquid pravitatis invenerit, sibi imputat quod incurrit.* Sallust. Jug. cap. 101. *Redeuns ab latere Mauros incurrit.* Vet. Interpr. Job. cap. v. 14. *Per diem incurrent tenebras.* Interp. Abdiæ Babylon. Lib. 1. *Cæcitatem continuo malè sanæ mentis incurrit.* Familiaris præ cæteris Tacito illa constructio; qua usum deprehendo etiam Ambros. de Tob. cap. 2. *Cadenti de passerum nido albugine cæcitatem incidit.* Noster infr. fab. 1. Lib. XIV. *Amorem incidit.* Ubi plura annotamus.

b *Petit eam à Jove velut munus sibi dari*] Sic Rænerius & Giselinus ediderunt. Veneta, *Petit eam à Jove velut munus sibi daret vaccam.* MS. *Petit eam à Jove velut munus sibi daret, vaccæ quia* &c. Putes scripsisse, *Petit ea à Jove, velut munus sibi daret vaccam, quia* &c. Atque ita planè Micyllus, nisi quod auctius unâ voculâ, *ut velut munus* &c.

c *Quia speciosior erat*] MS. & Veneta, *quia speciosissima erat cæteris armentis.* Excidit forte particula *in* vel *præ*.

d *In Peloponneso*] MS. *In Peloponsi regno.* Lege, *Peloponnensi regno.* Infr. Lib. IV. fab. 13. *Per Tænarum promontorium Peloponnesi.*

patris jussu interemit; & à casu ejus Argiphontes est cognominatus. Juno Argum, [e] quem ob custodiam ille occiderat, in volucrem pavonem transformavit, & receptum in suam tutelam pennis insignibus, quibus amissa lumina indicaret, ornavit.

Fab. XI.

Jupiter mittit Mercurium in habitu pastoris ad Argum supradictum interficiendum.

Fab. XII.

[a] Syringa Nympharum Naiadum, quæ [b] circa Nonacrinum montem Arcadiæ vagabantur, speciosissima proditur fuisse. quam cum Pan Mercurii filius adamasset, [c] & eam persequens ad amnem [d] Ladonem Arcadiæ compulisset, ne vi castitatem deponere cogeretur, sororum auxilio [e] in arundines conversa est. ex quibus fistula composita est, quæ nomine ejus apud Græcos Syringa nuncu-

e *Quem ob custodiam ille occiderat*] Hæc lectio est Venet. Ræner. & Micyll. quam & MS. adstruit, nisi quod τὸ *ille* omittit. Giselinus dedit, *Quia ob custodiam ejus occiderat.*

Ad FAB. XII.

a *Syringa*] Ita non dubitavi referibere ex MS. quanquam *Syrinx* repræsentant edd. omnes. Rationem ultra non quæret, si quis legerit, quæ ad Hyginum & Fulgentium non uno loco à nobis annotata sunt. Confer etiam, quæ infra ad Lib. II. 7. IV. 18. VI. 1. dicentur. Servius ad Ecl. II. 31. *Ergo Pan, secundum fabulas, amasse Syringam nympham dicitur.*

b *Circa Nonacrinum montem Arcadiæ*] MS. *Circa Nonacrum.* Unde putes faciendum *Nonacrim.* Sed infra invenies rursus Lib. II. fab. 5. *Circa Nonacrinum montem.* Lib. IV. II. *Circa montem Nonacrinum moratus. Vertex Nonacrinus* est Hygino Myth. cap. 177. Ita *jugum Malcum* αἰτὶ τοῦ *jugum Maleæ* apud Flor. Lib. II. cap. 9. *Vertex Cyllenæus* apud Ovid. Lib. XI. Met. vers. 304. *Peliacus vertex* apud Catull. Carm. LXV. vers. 1.

c *Et eam persequens* &c.] Sic edidit Giselinus. MS. *persequeretur.* Venet. & Ræner. hoc amplius, *& eam persequeretur, cum ad amnem* &c. Lege, *& eam persequens, cum ad* &c. Repetitum est otiosè illud *cum*, ut Lib. II. fab. 4. *Cum Liguriam incoleret, & in ripâ Eridani amnis, quem quidam Padum vocant, cum vidisset.* Confer ejusdem libri fab. 5. & Lib. XI. fab. 1. Reperire est illius locutionis exempla complura apud Hyginum: tanquam Mythol. cap. 28. *Hi cum Dianam comprimere voluissent, quæ cum non posset viribus eorum resistere* &c. Vide quæ ad eum locum annoto.

d *Ladonem*] *Ladona* Veneta & Ræneriana. *Ladonam* MS. Quod vereor ne frustra spreverint scioli.

e *In arundines conversa est; ex quibus* &c.] Venet. & Ræner. *In arundinem conversa est, ex quâ* &c. Sanè *arundinem* exhibet etiam MS.

Ad

cupatur: cujus cantu Argus in somnos compulsus est, quo facilius eum Mercurius interficere posset.

Fab. XIV.

Io supradicta cum furiis exagitata orbem terrarum percucurrisset, novissimè in Ægyptum delata, ac placata Junone à Jove, [a] in pristinam figuram reversa, Isidis Deæ nomen accepit, [b] Linigeraque est appellata.

Fabulæ Lib. II.

I. Phaethon Solis & Clymenæ filius fulmine ictus.
II. Sorores Phaethontis in arbores populos.
III. Lacrymæ earum in electrum.
IV. Cycnus Sthenelei filius in avem sui nominis.
V. Callisto Lycaonis filia in ursam.
VI. Eadem cum filio Arcade in sidera.
VII. Corvus candidus in nigrum.
VIII. Coronis in cornicem.
IX. Nyctimene in noctuam.
X. Ocyroe in equam.
XI. Battus in saxum.
XII. Aglaurus in lapidem.
XIII. Jupiter in taurum.

Fab. I.

Clymene Oceani & [a] Tethyos filia, cum Phaethontem

cx

Ad FAB. XIV.

a *In pristinam figuram reversa, Isidis*] Ita ediderunt Micyll. & Rænerius. Giselinus, *regressa, Isidis* &c. Veneta, *reversa est*. MS. *regressa est, Isidis* &c. Videtur reponendum, *reversa est, & Isidis* &c. nisi tamen *regredi* pro *reverti* usurpavit, ut interpres supposititii Abdiæ Lib. I. *Qui à Simone regressus est*. Lib. III. *Execrantes adolescentem, domum regressi sunt*. Et Auctor vitæ Apollinaris: *Post multum tempus regressus ab Æmilia*. Justin. Lib. I. cap. 6. *Assumtoque comite, Persepolim regreditur*. Sex. Rufus Breviar. cap. 19. *Regressus in Syriam obiit*.

b *Linigeraque est appellata*] Ita reposui ex MS. Perperam Venet. & Ræner. *Vigilansque est appellata*. Perperam etiam *Niligenaque* vel *Linigeraque dea est appellata* Giselinus, aliique.

Ad LIB. II. FAB. I.

a *Tethyos*] Rectè ita edd. omnes. MS. tamen *Thetidis*. Forsan Lactantii ipsius heic aliqua culpa. Thetin enim

ex Sole conceptum genuisset, & in adultam perduxisset ætatem, monuit ut patrem cognosceret. Qui infeliciter progressus ad orientem Solem pervenit, agnitusque est ab eo per connubii indicia: accensusque agitandi currus amore, quem quatuor equi, Pyrois, Eous, Æthon, ac Phlegon per orbem assueverant trahere, [b] diu expetitum currum accepit; & [c] à præministris Horis junctum conscendit. Monitis itaque instructus patris, cum per iter ignotum equis obniti nequisset, equi ignoto agitatore conterriti mundi pronam partem petierunt. Quamobrem cum cuncta mortalium ardore subito [d] profiagrantium incenderentur, [e] à Joveque opem implorantes peterent, ne orbis terrarum conflagraret; Phaethon fulmine ictus est, & è curru præcipitatus: atque ita liberati equi vinculis, agnito itinere, ad suam stationem reversi sunt.

Fab. II. & III.

Sorores Phaethontis Phaethusa, Lampetie, Phœbe, casum fratris dum deflent, deorum misericordia in [a] arbores populos mutatæ sunt. Lacrymæ earum, ut Hesiodus & Euripides indicant, in electrum [b] sunt conversæ.

Fab. IV.

interdum cum Tethye confundi ab inferioris ævi scriptoribus alibi observavimus.

b *Diu expetitum currum*] Hæc lectio est MS. quam & Micyllus repræsentavit. Renærius, *currum diu petitum*. Sanè τὸ *currus* habet etiam Veneta. Frustra ergo Giselinus, *diu expetitam veniam*.

c *A præministris*] Sic & Veneta cum Giselino. Infr. Lib. IX. fab. 5. *Galanthis præministra conspexit eam*. Servius ad Æn. XI. 543. *Camillos & Camillas appellabant Flaminicarum & Flaminum præministros*.

d *Proflagrantium*] Ita & MS. cum Ræn. & Gis. Sed Micyll. & Venet. *proflagrantia*.

e *A Joveque*] Haud vulgariter dictum, pro *& a Jove*. Sic hac ipsâ fabulâ *in terramque*, & Lib. XII. fab. 2. *in sinesque* exhibet Rænerii editio. Sed istorum neutrum in MS. invenit illustr. Heinsius. Naso ipse XI. Met. 227. *In suaque Æaciden succedere vota nepotem Jussit*. Nepos Datam. cap. 7. *Setsonat maximus natu filius desciit, atque regem transiit*. Et in Hamile. cap. 4. *Mare transiit, in Hispaniamque venit*. Hygin. Astron. IV. cap. 3. *In eoque Aries ut affixus videatur*.

Ad FAB. II. & III.

a *Arbores populos*] *Arbores populeas* Venet. Micyll. & Ræner. Sed alterum rectum puto. Vibius Sequester: *Eridanus Galliæ Cisalpinæ, qui & Padus, ubi Heliades mutantur in populos arbores*. Adde quæ notavi ad Hygin. Mythol. cap. 149.

b *Sunt conversæ*] Addit Veneta, *ac fluisse dicunt*. Rænerius, *quod ex illis arboribus, in quas mutatæ feruntur, fluere dicitur*. Sed ista sapiunt ejus interpolationem. Micyllus, *ac fluisse dicuntur*.

Fab. IV.

Cycnus [a] Sthenelei filius, materno genere Phaethonti proximus, cum Liguriam incoleret, & in ripâ Eridani amnis, quem quidam Padum vocant, [b] cum vidiſſet corpus Phaethontis à ſororibus ejus ablui, pari calamitate eſt concuſſus. Plus enim juſto deflendo propinqui interitum, deorum voluntate in volucrem cycnum abiit, qui perosus cœleſtem ignem, paludes ac flumina, quibus inſeneſceret, eſt ſecutus. [c] Phanocles in Cupidinibus auctor.

Fab. V. & VI.

Jupiter cum reliquias torrentis ignis perſequeretur, ut laborantibus opem ferret mortalibus, [a] cum circa Nonacrinum montem Arcadiæ, in quo genitus exiſtimatur, vagaretur, in Calliſtus Lycaonis filiæ incidit amorem: cui cum preces de explemento deſiderii ſui admoviſſet, fruſtrataſque voces ſuas intellexiſſet, aſtu eam ſubiit. [b] In Dianæ namque ſexum [c] ſe rejecit, ac fatigatæ ornatus pharetra ſagittiſque, velut Diana, occurrit; ac veſte pariter poſita, Jovem virgo experta eſt. [d] Neque ideo immerenti delictum remiſſum eſt. Nam confeſtim pellicatu ejus accen-

tur. MS. *ac fluxiſſe dicunt.* Sed verba iſta collocat poſt τὰ *mutatæ ſunt.* Et rectè quidem. Nam quæ ſequuntur, *Lacrymæ earum* &c. novum faciunt argumentum. Lego ergo, *mutatæ ſuccina flevisſe dicuntur. Lacrymæ earum* &c. Quibus verbis novum, ut dicebam modo, inchoatur argumentum, quod in MS. collocatum erat ante verſum illum poëtæ, *Indè fluunt lacrymæ* &c. Emendationem meam adſtruunt non parum illa Servii ad Ecl. VI. 62. *Sorores Phaëthontis ſuccina flevisſe dicuntur.* Adde not. ad Fulg. Lib. I. cap. 15.

Ad FAB. IV.

a *Sthenelei*] Veneta, Micyll. & Ræner. *Stheneli.* Quod idem eſt. Vide ſummi viri I. F. Gronovii Obſervat. Lib. IV. cap. 15.

b *Cum vidiſſet*] Non rectè τὸ *cum* expulerunt Micyllus & Giſelinus. Vide, quæ dixi ad Lib. I. fab. 12.

c *Phanocles in Cupidinibus*] Phanocles ἐν Ἔρωσι laudatur etiam à Clemente in Protreptico.

Ad FAB. V. & VI.

a *Cum circa Nonacrinum* &c.] Scripſerat, puto, *& cum circa* &c.

b *In Dianæ namque ſexum*] *Speciem* Valteriani codices, ut notat Giſelinus. Quod aptius videtur, & magis convenit cum verbis Naſonis: *Protinus induitur faciem vultumque Dianæ.* Infr. de Minervâ Lib. VI. fab. I. *Reverſa in ſpeciem ſuam* &c.

c *Se rejecit*] Ita cum MS. etiam Veneta & Ræneriana. Sed Giſelinus & Micyllus, *trajecit.*

d *Neque ideo*] Ita edd. omnes. MS. tamen, *neque adeo.* Sed alterum re-

censa, ne amplius pulcritudine conjugem caperet, in ursam eam transfiguravit. Quæ à Jove cum Arcade filio, quem erat enixa, inter sidera collocatur. A Græcis autem Helice, à nostris septentrio nuncupatur; & à Tethy & Oceano ob Junonis iram inter cætera sidera [e] liquore non tingitur, ut auctor Hesiodus indicat. [f] Hinc illud: Sed lucet in astris Callisto, renovatque suos sine fluctibus ignes. Ipse autem Arcas in cœlum translatus, Arctophylax dicitur.

Fab. VII.

Corvus volucris initio naturæ candidis pennis plumatus fuit. Sed quia [a] Coronida [b] Coronei filiam indicaverat Apollini in adulterio morari, [c] illa propter acerbissimum indicium flagrantis dei sagittis confixa, niger ex candido factus est. Ex hac & Apolline nascitur Asclepius; quem pater [d] excisum utero matris, cum ea rogo esset imposita, abstulit. Is ad Chironem à patre in Pelium perlatus montem est, ut ab eo incrementum, simulque scientiam acciperet medendi.

Fab. VIII.

Coronis Coronei filia refert corvo, ne indicium Apol-

ctum putem. Phædrus Lib. 11. cap. 9. *Frondem bubulcus adfert, nec idco videt.*

e *Liquore non tingitur*] *Æquore* emendaverat in MS. manus secunda.

f *Hinc illud*] Ita Gisel. cum Rænerio. Sed MS. & Veneta, *vel alii.* Micyllus neutrum habet. Et forsan lacinia glossatoris est.

Ad FAB. VII.

a *Coronida*] *Coronidam* Veneta. Nec spreverim. Vide supr. Lib. 1. fab 12. Etiam infr. fab. 1. Lib. VI. *Asopida, Deida*, aliaque id genus, nominandi casu dicta invenies.

b *Coronei filiam*] Falsum hoc. Coronis illa, quæ ab Apolline adamata est, non Coronei, sed Phlegyæ erat filia, ut præter alios referunt etiam Hyginus Myth. cap. 202. & Antoninus Liberalis cap. 20. Coroneo nata fuit altera illa, *quæ in cornicem cessit.*

c *Illa propter* &c.] Hæc lectio est à Gisel.: quam sanam esse præstare non ausim. MS. & Veneta, *Itaque propter acerbissimum indicium flagrantis Dei sagittis confixa est. Ergo ille niger ex candido factus.* Quo prope accedit Micylliana, *Illaque propter acerbissimum indicium flagrantis Dei sagittis confixa fuit, ex eo ille niger ex candido factus.* Sensum ista sane commodum, nec orationem hiulcam efficiunt. Sed *vò itaque* non vulgariter heic denuo positum cur mutare non sustineam, disces ex illis, quæ dixi ad Lib. 1. fab. 7. Rænerius intolerabili audacia omnem hanc fabulam ita interpolavit, ut non Lactantii, sed ipsius videatur.

d *Excisum utero*] Sic Gisel. Sed editiones reliquæ cum MS. *excisо utero*

Ad

pollini faceret. [a] Cum enim Minerva Erichthonium Vulcani filium, qui de complexu sui in terram ceciderat, sustulisset, & comitibus suis Pandroso, & Hersæ, Aglauroque, Cecropis filiabus cistula inclusum custodiendum tradidisset, monuissetque, [b] ne quis omnino id conspiceret; Coronis supradicta, nobilissima virginum, [c] custodiens laxatam cistulam & inspectam, cum draconem reperissent, divulgavit; quamobrem dea eam à se alienavit. Quæ cum solitudine in littore oblectaretur, Neptunus [d] procul conspecta, venere ejus incaluit. cui cum [e] vim afferret, ab eadem dea propter virginitatem tenaciter custoditam in avem cornicem conversa est; [f] ita ut templo deæ submoveretur.

Fab. IX.

Nyctimene Nyctei filia, virgo Lesbia, nimia libidine effrenata, in patris cubile se implicuit, ideoque adversantibus deis ob admissum, cessit in noctuam. quod scelus ipsa nocturno tempore occultat, & in luce visa, ab omnibus volucribus petitur [a] obnoxia.

Fab. X.

Ad FAB. VIII.

a *Cum enim*] Ita Giselinus & Micyllus. Veneta autem & MS. *Cum igitur.* Rænerius, *cum, inquit, Minerva* &c. Pessimè, & contra orationis nexum, nisi quis cum ipso non Lactantium, sed Coronida hæc inducat narrantem.

b *Ne quis omnino id conspiceret*] Ita cum MS. Veneta & Rænerianâ. Sed Gisel. *omnino id ne inspicerent.* Micyll. *Ne quis omnino id, quod intus esset, inspiceret.*

c *Custodiens laxatam* &c.] Ita Giselinus dedit. Micyllus, *cum à custodibus laxatam cistulam, & inspectum ibi draconem reperisset.* Veneta & MS. *Custodibus laxatam cistulam & inspectam, cum draconem reperisset.* Unicâ literâ mutatâ sensum inde exsculpes commodissimum, *custodibus laxatam cistulam, & inspectum cum draconem reperisset, divulgavit.*

d *Procul conspecta, venere ejus incaluit*] Ita & Veneta cum Giselino. Debebat scripsisse, *ejus procul conspectâ venere* &c. Vel, ut Micyllus edidit, *procul eâ conspectâ, venere ejus* &c.

e *Vim afferret*] *Inferret* Giselinus. Nulla causa erat, cum alterum illud & MS. & reliquæ omnes editiones agnoscant. Vide supr. Lib. 1. fab. 9.

f *Ita ut templo Deæ submoveretur*] Sic habuit MS. Veneta *admoveretur.* Perperam. Rectius *amoveretur* Micyllus. Rænerius & Giselinus verba ista omiserunt.

Ad FAB. IX.

a *Obnoxia*] Micyllus, *ut noxia.* Sed cum Giselino alterum Veneta & Rænerianâ tuentur. Sallust. Cat. cap. 20. *His obnoxii, quibus, si respublica valeret, formidini essemus.* Festus: *Obnoxius pœnæ obligatus ob delictum.* Sed ut sæpe alias, ita & hic injuriæ expositum significat. Flor. IV. 4. *Obnoxium & opportunum injuriæ juvenem.* Confer quæ de hac voce scripsit Gellius Lib. VII. 17.

Fab. X.

Ocyroe Chironis & [a] Chariclus filia, contemptis patris artibus, vesania futura præcinuit: infanti Æsclepio prædixit, quod medicina mortuos ad superos [b] reducturus esset, [c] quodque esset ab avo fulminis ictum experturus. Patrem quoque Chirona [d] serpentibus cruciandum, cupidumque mortis ex deo in mortalium numerum venturum. Quæ cum esset elocuta, [e] in equæ cessit figuram, ne adversantibus fatis plura ederet, quam prædicta Apollinis sinerent.

Fab. XI.

Apollo Jovis & Latonæ filius cum pecus Admeti Pheretis filii pasceret, fistulæ cantu solitudinem protegens, boves ejus in agros Pyliæ regionis progressæ sunt: quas Mercurius avertit, & in sylva occuluit. Quod cum Battus Nelei filius equas pascens vidisset, Mercurius vero ut indicium premeret, ex armentis formosissimam vaccam ei concessit. At ille discedenti affirmavit lapidem proximum quem vidisset, celerius, quam se, quicquam indicaturum. Deus vero ut mortalis fidem experiretur, paulo post mutata figura ad eundem reversus est, simulavitque se amissas boves quærere, & [a] præmium promisit, si de-

Ad FAB. X.

a *Chariclus*] Ita repositi pro *Charillæ*, quod Veneta, Rœneriana, & MS. exhibebant. *Carisiæ* Giselini mirificissimum est. Propius accedit *Charicles* Micylli. Pariter peccatum apud Isidor. Orig. Lib. IX. cap. 2. *Ab Arcade Jovis & Calysiæ filio dicti*, pro *Callisto*. Plura hoc genus invenies in notis ad Hyg. Mythol. cap. 224.

b *Reducturus*] Hoc à Giselino est. MS. & edd. reliquæ, *educturus*.

c *Quodque esset ab avo* &c.] Hæc Giselini & Rœnerii est lectio. MS. & Veneta, *educturus esset, ab avo fulminis illum experturum*. Scripserim, ut Micyllus edidit, *& ab avo fulminis illum experturus*.

d *Serpentibus cruciandum*] *Sagittis* Veneta, Micyll. & Rœner. Sed perperam. Vaticinantis est vera obscuris involvere. Serpentibus tortus fuit Chiron, quia Hydræ Lernææ sanguine tinctæ erant sagittæ, quarum una pedem ejus vulneravit.

e *In equæ*] *Equi* MS. Hygin. Astron. II. 18. *Nonnulli eam vatem dixerunt esse: sed quod deorum consilia hominibus sit enunciare solita, in equam esse conversam.*

Ad FAB. XI.

a *Præmium promisit*] Dedisse ait Antoninus Liberalis cap. 23. μισθὸν χλαῦναν, quam paullo post χλαμύδα appellat. Sed χλαῦναν pro eo substituit

Vir

demonstrasset. At ille, cum sub quo monte pascerentur ostendisset, Mercurius perfidia ejus offensus, in lapidem eum mutavit; qui ab eventu index circa [b] Pylum vocatur.

Fab. XII.

Athenis virgines per solemne sacrificium canistris Minervæ ferunt [a] pigmenta: inter quas à Mercurio eminens specie conspecta est Herse Cecropis filia. Itaque aggressus est sororem ejus Aglauron, precatusque, ut se Herſæ sorori suæ jungeret. At illa cum pro ministerio aurum eum poposcisset, Minerva graviter offensa est avaritia ejus, [b] ob quam cistulam etiam traditam sororibus ejus custodiendam adversus suum prædictum aperuisset: Invidiæ novissi-

Vir Clarissimus. At qui propius accedebat χλανίδα, quod ego volui. Nunc valde dubito, an quicquam sit mutandum. Χλαίνας enim χλαμύδας interpretatur Hom. Schol. ad Odyss. ξ. 513. cui accedit Apollonianus, χλαμύδα appellans id indumentum ad Lib. 1. vers. 763. quod ad vers. 721. dixerat χλανίδα. Nec refragatur Hesychius: Χχᾶνα, inquit, χλαμὺς, ἢ ἱμάτιον χειμερινὸν &c. Χλαμὺς, χλαῖνα. Ita enim rectè emendant docti homines. Restituenda eadem vox in fragmento pereleganti Hipponactis apud Tzetzen in Lycophronem: Ἐμοὶ γὰ, inquit, ὤπεχωλαίναν δασπῖαν ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγος, ὑπ' ἀσπέρχοι τὶς πίδας δασπίησιν ἔκρυψας, ὡς μέμυκε χαμᾶλκα ζίγνη). Multipliciter corruptum hoc λειψανον. Corrige, & distingue, ut Iambos esse Scazontes appareat: Ἐμοὶ γὰ ὤπεχωλαίναν δασπῖαν ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγος. Οὗ γ' ἀσπέρχοισι τὰς πίδας δασπίησιν Ἔκρυψας, ὡς μέμυκε χαμᾶλκα ζίγνη). Cæterum in hac Batti fabula apud Antoninum dicitur Mercurius egisse furtivum armentum διὰ τῆς Πελαζγῶν, ἐπὶ δι' Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος, ἐπὶ διὰ Λακεδαίμονος, ἐπὶ Βοιωτίας, ἐπὶ Μεγαρίδος. Vertit Xylander: *Per Pelasgos, Achaiam, Phthiotidem* &c. Quærit heic vir doctissimus, quem sensum conficere illa possint, καὶ δι' Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος. *An Achaia fuerit urbs vel locus Phthiotidis? Malle se conjunctionem ἐπὶ inserere*, ut sit ἐπὶ δι' Ἀχαΐας, ἐπὶ τῆς Φθιώτιδος. At locus non emendatione indiget, sed explanatione. Ut duplices fuere Achæi, Phthiotici & Peloponnenses, ita duplex etiam Achaia, Phthiotidis alia, alia Peloponnesi. Achæos fuisse in Thessalia, cujus Phthiotis pars, operosè ostendit Salmas. in de linguâ Hellenisticâ pag. 288. & seqq. Achaia Phthiotidis est illa, de quâ Apollon. Scholiastes ad Argon. Lib. 1. vers. 178. Ἀχαὶς ὄ μυσὸς τῆ Θεσσαλίας, ἥτις ἦ Πελλήνη.

b *Pylum*] Sic reposui, cum *Pylum* in MS. Venetâ, & Micyllianâ invenirem. Perperam etiam *Pylion* Giselinus. Terminatione Latina usus est, ut fab. 7. Lib. 1. ubi *Pelium montem* habes, qui Πήλιον Græcis est. Hesych. Πήλιον ὄρος, ἐν Θεσσαλίᾳ ἐπὶ Πήλιον. Distinguo & rescribo: Πήλιον, ὄρος ἐν Θεσσαλίᾳ ἐπὶ πόλις. Vide Stephanum.

Ad FAB. XII.

a *Pigmenta*] Vide quæ de hac voce congessi ad Fulgent. Lib. III. cap. 8.

b *Ob quam cistulam etiam* &c.] Sic cum Giselino & Veneta. Nec variat MS. Micyllus tamen, *& quod cistula* &c. Rænerius heic solitâ suâ usus audaciâ est.

vissimè imperavit [c] eam sororis Herses exacerbare fortunio: diuque excruciatam saxo mutavit.

Fab. XIII.

Cum Mercurius jussu patris in Phœnicen transgressus esset, ut armenta illius regionis ad littus compelleret, Jupiter in taurum conversus, cum se juvencis Agenoris regis immiscuisset, & in amorem sui spatiantes in arenâ virgines consistere coegisset, paulatim [a] singulas alludens, novissimè Europam Agenoris filiam, cujus amore compulsus averterat figuram, insidentem suo tergo per mare in insulam Cretam detulit, ibique concubitu ejus fruitus est.

Fabulæ Lib. III.

I. Dentes draconis in homines.
II. Actæon in cervum.
III. Juno in anum.
IV. Teresias in fœminam.
V. Echo *in liquorem.* *
VI. Narcissus in florem sui nominis.
VII. Liber pater Semelæ & Jovis filius in Acœtem.
VIII. Idem Liber pater in puerum.
IX. Tyrrheni nautæ *in naves* & Delphines. **
X. Pentheus Echionis filius dilaceratur.

* In vocem *Veneta. Fort.* in lapidem. *Pro lectione Ed. Ven. stat ipsum Echus vocabulum. Auson. epigr.* XI. Auribus in vestris habito penetrabilis Echo. Et si vis similem pingere, pinge sonum. *Lege*, At si *ex Aldina anni* 1517.

** In naves. *Ita cum MS. & Veneta. Sed legendum*, in aves. *Vide annotata à nobis ad fabulam istam.*

Fab. I.

c *Eam sororis Herses* &c.] Hæc Gifelini est lectio. Micyllus dedit, *& eam sororis Herse successibus exacerbavit.* Venet. *& eam sorori Herse exacerbavit.* MS. *eam sorori Herse exacerbavit.* Putes scripsisse, *imperavit, eam sorori Herse exacerbaret.* Sulpicius Severus Hist. Sacr. Lib. 1. *Imperavit uxorem quæreret.* Lactantius ipse infra Lib. VII, fab. 4. *Impulit eas parentem interficerent.* Verum sententia flagitat, *Imperavit eam sororis Herse successibus exacerbaret.*

Ad FAB. XIII.

a *Singulas alludens*] Ita cum MS. Veneta quoque & Micylliana. Gifelinus prætulit *singulis.* Rænerius *ad singulas.* Sed *alludere aliquem* cum sermonis

Fab. I.

Agenor, rapta Europa, fratres ejus ad requirendam sororem dimisit, ita ut, nisi eam reperissent, ad se ne reverterentur, [a] imperaret. Cilix diversas petit terras, [b] novissimeque constituit Ciliciam; nec minus Phœnix à suo nomine Phœnicen. Cadmus vero, [c] desperata spe visendi parentis, Apollinis [d] oraculum ingreditur, sciscitans, in quibus partibus orbis consisteret. Accepta itaque sorte, ut vaccam à grege secretam, quæ lunæ signum in latere haberet, ageret; & ubi fessa procubuisset, ibi statueret urbem; parens præcepto, in eam terrâm devenit, quæ posteâ à bove Bœotia est dicta. Hic cum ad fontem Martis socios aquatum misisset, [e] atque ille illuc venisset, ut vidit à dracone socios consumptos, serpentem interfecit,

nis castitas non respuat, causa non erat, cur vetus lectio sperneretur. Fulgent. Myth. Lib. II. cap. 13. *Poëtæ alluserunt argutiam.* Regitur accusativus vi præpositionis, quæ est in verbo, ut fab. 1. Lib. XIV. *Amorem incidit* pro *in amorem.* Tralatè Seneca Oedipode: *Per te pater Neptune, qui fluctu brevi Utrinque nostro geminum alludis solo.* Huic simile esse volunt illud Minucii in Octavio: *Cum in ipso æquoris limine plantas tingueremus, quod vicissim nunc adpulsum nostris pedibus adluderet fluctus, nunc relabens ac vestigia retrahens in sese resorbet.* Proba lectio ajunt interpretes, Wouwerius, Elmenhorstius, Heraldus. At à fluctu æquor non alluditur, sed alliditur pedibus nostris. Omnino reponendum ex MS. *allideret* vel ex Vett. edd. *illideret.*

Ad Lib. III. Fab. I.

a *Imperaret*] Ita Gisel. Sed Veneta, Rœneriana, & MS. *imperat.* Quod si cui magis arriserit, necesse est ut pro *ita ut* in præcedentibus scribat, *ac ut.* Micyllus verbum illud omisit.

b *Novissimeque constituit Ciliciam*] Tò *que* à Venet. Rœn. Micyll. & MS. abest. Cæterum *constituere Phœnicen & Ciliciam* dixit, ut *condere Phœnicen, condere Achaiam* Hieronymus in Chronico Eusebiano; *condere Gades* Paterculus Lib. 1. Vide Salmas. ad Tertull. Pall. p. 170. Ad eundem modum *ædificare solitudines* dixit Vetus Interpres Job. cap. III. vers. 14. Immo & κτίζειν usurpant Græci. Lycophr. pag. 186. ed. Steph. Κτίσῃ ἢ χώρην ἐν ποτε Βοιωτῶν. Quod tamen Tzetzæ placere non potuit. Κτίσῃ ἦ, inquit, εἰς τὸν χώραν. οὐ γὰρ ἡ χώρα κτίζεται, ἀλλ' ἡ πόλις. Sed ego pluris facio unum Lycophronem, quam trecentos Tzetzas. Josephi Antiq. Jud. Lib. 1. cap. 7. Ἔκτισε δὲ Φάτης τὴν Λιβύην. Eustath. in Dionys. p. 109. Οὗ δὲ Εὐρεπίδης κτίσμα ἱστορεῖ Ἀσκληπιοῦ χθονός. Hinc κτίσεις dicta scripta illa, in quibus de originibus & primis civitatum conditoribus agebatur. Vide Mauss. ad Plutarch. de Fluminibus pag. 249.

c *Desperatâ spe*] Hygin. Astron. II. 4. *Desperatâ spe, solitudine ac pauperie oppressa* &c. Contra apud Plaut. Merc. III. 4. 13. *Spem speratam cum obtulisti hanc mihi.*

d *Oraculum*] H. e. templum. Hyg. II. Astron. 23. *Jovis Dodonæi oraculum* Vide ibi annotata à nobis.

e *Atque ille illuc venisset*] Sic edidit Gisel. Veneta, *Et cum etiam ipse illuc visisset.* Micyll. *& postea ettam ipse illuc venisset.* Rœner. *Cum ipse quoque*

cit, denteſque ejus, Minervæ monitu, humo ſparſit. Ex quibus armatorum multitudo progignitur, quæ inter ſe domeſtico bello confligit: ita ut ex eâ quinque relinquerentur, qui Minervæ voluntate creandi populi, qui Thebis conſiderent, [f] principes eſſent; quorum nomina hæc produntur fuiſſe, Echion, [g] Udæus, Chthonius, Pelorus, Hyperenor. Hi Cadmo ſocii condendæ urbis additi ſunt.

Fab. II.

Diana cum in valle Gargaphiæ æſtivo tempore, [a] fatigata ex aſſidua venatione, ſe ad fontem perlueret, Actæon Ariſtæi & Autonoes filius eundem locum petens ad refrigerandum ſe & canes, quos exercuerat, [b] cervos perſequens, in conſpectum Deæ incidit. [c] qui ne eloqui poſſet,

que illuc iviſſet. MS. *& ille ibi iviſſet.* Quam lectionem videntur mutaſſe, qui nimium tribuunt regulis grammaticorum. Infr. Lib. XIV. fab. 5. *Ac noviſſime Ulyſſes remedio Mercurii ibi venit.* Auctor vitæ Apollinaris: *Ibi currebant ad eum omnes Chriſtiani.* Gaius Digeſt. Lib. I. Tit. II. *Cum ibi venerimus.* Cyprian. de Revel. capit. Joannis Baptiſt. *Pergens illico, ubi juſſus fuerat.* Gregor. Dialog. Lib. I. *Ubi vis ire?* Vulcatius Avid. Caſſ. cap. 9. *Liberam evagandi, ubi vellent, poteſtatem dedit.* Haimo Homil. pag. 37. *Cum ibi Jacob veniſſet.* Victor Epiſcop. Lib. II. de Perſec. Vand. *Si animali ſedere non poteſt, jungantur boves indomiti, qui cum colligatis funibus trahendo perducant ubi ego præcepi.* Pro *animali* legere poſſis *animal.* Vide annot. ad Hyg. Mythol. cap. 61. Sed alterum bene habet, Naſo Met. Lib. XI. 237. *Frenato delphine ſedens.* Haimo Hiſtor. Eccleſ. cap. 20. *Aſino ſedens ad tribunal ducitur.*

f *Principes eſſent*] Ita Giſelinus & Veneta. Etiam Ræn. & Micyllus, niſi quod pro *conſiderent* exhibent *conſideret.* MS. *principeſque eſſent*; quaſi τὸ *populi* nominativus eſſet pluralis. Sed rectius dicas genitivum eſſe ſingularem, tametſi *conſiderent* ſequitur. Nota eſt ſyneſis. Vetus interpres Siracidæ cap. II. 19. *Omnis populus properaverunt.* Luc. cap. XXIII. vers. 1. *Et ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.* Marc. IX. 15. *Populus ſtupefactus eſt, & expaverunt.* Pſalm. LXXXV. vers. 13. *Synagoga potentium quæſierunt animam meam.*

g *Udæus*] Ita rectè Rænerius. Perperam *Udeus* Micylliana. Perperam etiam *Idæus* Giſelinus & Veneta; in quâ, ut & in MS. malè pro *Chthonius* legitur *Chromius.* Vide notas ad Hyg. Mythol. cap. 178.

Ad FAB. II.

a *Fatigata ex aſſiduâ venatione*] Uſitatius abeſſet illud *ex.* Paſſim πὸ ἐναγωνίου Florus Lib. I. 9. *Ex ſummo ſtudio animus eſt.* Sed non carere veterum exemplo eam phraſin diſces ex Animadv. Herald. in Lib. I. Arnob. Conſer quæ infra annoto ad illa fab. 6. *Ex aſſiduâ venatione fatigatus.*

b *Cervos perſequens*] *Feras* Veneta, Micyll. & Ræneriana. Atque ita quoque Hyginus Myth. cap. 181. quem velim conferas. Commendat *ferae* etiam Naſo ipſe: *Lina madent, comites, ſtrumque cruore ferarum* &c.

c *Qui ne eloqui poſſet*] Pro *qui* mallet *quod* Giſelinus. Veneta legit & diſtinguit,

set, habitus ejus in cervum conversus est, ita ut pro [d] fera à suis canibus laceratus sit.

Fab. III.

Juno suspectam Semelen Cadmi & [a] Harmoniæ filiam cum haberet, quod cum Jove concubuisset, in anum conversa, ut se fallacia sine invidia cujusquam ulciscere-tur, ad eam venit, persuadetque ei, ne alio Jovem apparatu recipiat ad cubile, [b] quam quo solitus sit apparere Junoni; quo ut illius auctoritas gravis, proinde ipsius concubitus insignis esset. Quod cum impetrasset à cupiente, deus instructus tonitribus ac fulminibus, domum Semeles ingressus est: tecta ejus deceptæ optatis flammis adurit, Liberumque conceptum utero gravidæ incendio eripit, ac [c] femore insuit suo. Postea completis mensibus, Nymphis, quæ Nysam montem Indiæ [d] perfrequentarent, clam tradidit nutriendum.

Fab. IV.

Jupiter cum Junone [a] jocosius, omissis omnibus jurgiis, referens in conjunctione majorem capere fœminas, quam viros, voluptatem, Tiresiam judicem adeundum censuit, qui utramque naturam maris ac fœminæ fuerat expertus. Nam quodam tempore cum serpentes concubitu

guit. *Qui ne eloqui posset habitus ejus, in cervum ab eâ conversus est.* Micyll. *Qui ne eam rem eloqui posset, habitus ejus in cervum ab eâ conversus est.* Sed ista sapiunt manum interpolatricem. Ræner. *Qui ne eloqui posset, in cervum conversus est.* Quo prope accedit Hyginus: *Qui ne loqui posset, in cervam conversus est.* Fort. *Quæ ne eloqui* &c.

d *Pro ferâ*] *Pro cervo* Hyginus.

Ad FAB. III.

a *Harmoniæ*] Ita rescripsi, cum *Armoniæ* haberet MS. Vide Hyg. Mythol. cap. 5. Perperam *Hermionæ* vel *Hermiones* editi.

b *Quam quo solitus sit*] Tà *quo* abest à Venetâ, Micyll. & MS.

c *Femore insuit suo*] Ita & Veneta ac Micyll. Rænerius *femori*. Naso ipse: *Insuitur femori, maternaque tempora complet.* Fulgent. Myth. 11. 15. *In femore suo insuit.* Vide ibi notas nostras.

d *Perfrequentarent*] Ita cum MS. etiam Veneta ac Micylliana. *Frequentabant* Rænerius, *perfrequentabant* Gi-selinus. Ita *permittere* pro *mittere* Se-nec. de Constant. cap. 3. *Eo loco ponere, quo nulla permitteret injuria.* Ad quem locum videndus Lipsius.

Ad FAB. IV.

a *Jocosius*] *Jocando* Micyllus.

b *Ver-*

bitu hærentes baculo percussisset, in mulierem [b] versus fuerat, ac rursus [c] proximo vere eadem usus ratione [d] ac tactu, in virum cesserat. Qui cum Jovis sententiam tutatus esset, damnata Juno lusum in iracundiam vertit, ac Tiresiam luminibus orbavit. Pro qua injuria, quod majus esset, Jupiter futurorum ei scientiam tribuit.

Fab. V.

Liriope Nympha ex amne Cephiso procreavit Narcissum, cui Tiresias Eueri filius omnia prospera [a] responso pollicitus est, si pulcritudinis suæ nullam habuisset notitiam. Hunc igitur Echo cum diligeret, neque ullam viam potiendi inveniret, curâ & sollicitudine juvenis, quem extremis vocibus persequebatur fugientem, extabuit, ejusque reliquiæ corporis in lapidem conversæ sunt: quod ei incidit Junonis irâ, quia garrulitate suâ eam sæpe esset morata, ne Jupiter in montibus persequens Nymphas manifesto deprehendi posset. Fertur Echo filia Junonis ob deformitatem montibus recondita, ne quid ejus præter vocem inspici posset; quæ tamen post obitum auditur.

Fab. VI.

Narcissum autem supradictum ob nimiam crudelitatem, quam in Echo [a] exhibuerat, Nemesis ultrix fastidientium in

b *Versus*] *Cum versus* MS. Lege, *conversus*.

c *Proximo vere*] Ita cum MS. Veneta quoque ac Micylliana. Sed Giselinus *post septem annos*. Quod convenit cum narratione poetæ.

d *Ac tactu*] *Attactu* Valteriani codices, ut notat Giselinus.

Ad FAB. V.

a *Responso pollicitus est*] Ita cum MS. Venet. Micyll. & Ræner. Malè *tò responso* omiserat Giselinus. Infr. vi. 3. *Manto Tiresiæ filia responso monuisset Thebanos*. Naso ipse in hac fabulâ: *Irreprehensa dabat populo responsa petenti. Respondere, responsum* propria in hac re vocabula sunt. Lactant. de Opif. Dei cap. 18. *Responsa vatum nostrorum ex parte somniis constiterunt*. Justin. Lib. I. cap. 4. *Hoc responso exterritus*. Et cap. 5. *In memoriam somnii responsique revocatur*. Schol. Horat. III. od. 19. *Oraculo responsum fuit*. Nepos Pausan. cap. 5. *Inde posterius dei Delphici responso erutus*. Victor Illustr. cap. 22. *Romani ob pestilentiam responso monente, ad Æsculapium Epidauro arcessendum* &c.

Ad FAB. VI.

a *Exhibuerat*] *Exercuerat* in margine

in amorem sui impulit, ut [b] non minore flamma, atque illa, urereturr. Qui cum [c] ex assidua venatione fatigatus [d] secundum fontem in opaco procubuisset, & hauriens aquam imaginem sui conspexisset, & diutius ibi remoraretur, novissimè extabuit, ita ut vitâ privaretur. Ex cujus reliquiis flos exstitit, quem Naiades Nymphæ, flentes casum fratris Narcissi, nomine ejus adnotarunt.

Fab. VII.

Pentheus Echionis & Agaves filius in contemptum trahens [a] prædicata Tiresiæ auguris, ut in adventu Liberi Thebani hederâ redimiti procederent, ac sacra susciperent, [b] prohibet suos parere monitis; quod negaret ex Semele deum proditum. Confestim itaque famulis imperat, ut in conspectum suum Liberum vinctum attraherent. At ille ut vesanientem eluderet, versus in Acœten, ducitur vinctus, & custodiâ clauditur.

Fab. VIII. IX. X.

Acœtes supradictus Liberi comes, cujus sub imagine deus

Gisel. Nihil muto. Infr. Lib. IV. fab. 5. *Admissi misericordiam exhibens. Exhibere* est ostendere & præstare. Tertull. de Patient. cap. 1. *Uti pudor non exhibendi, quod aliis suggestum imus, exhibendi fiat magisterium.* Senec. de Provid. cap. 3. *Magnus es vir: sed unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendæ virtutis?* Plin. Lib. v. epist. 19. *Cui tanto major humanitas exhibenda est.* Sed Interpres Abdiæ Babyl. Lib. 11. *Qui nos susceptos triduo benignè exhibuit*, pro *tractavit.*

b *Non minore flamma, atque illa, urereturr*] Gisel. ista lectio debetur. MS. cum Venet. Rœn. & Micyll. *Non minore flamma ille exureretur.*

c *Ex assiduâ venatione fatigatus*] Sic & MS. & editi, quos quidem viderim, omnes, non hic tantum, sed & supr. fab. 2. *Fatigata ex assiduâ venatione.* Et lib. IV. fab. 18. *Fatigato ex assiduo cursu.* Quamobrem miror, quem codicem consuluerit Cl. Scheffer. cum in Dissertatione de stylo & ævo Hygini inde adduceret, *in assiduo venationis labore defatigata.* quanquam non ignoro potuisse ita scribere non vitiose Lactantium. Petronius: *Donec in cursu fatigatus, & sudore jam madens, accedo aniculam* &c. Adde quæ Scioppius congessit Veris. Lib. 1. cap. 4. Sed in Petronii illo loco rectius putem legi *& cursu fatigatus*, ex Fragm. Tragur.

d *Secundum fontem*] Vibius Sequester cap. de Fontibus: *Lycope, ubi Narcissus se conspexit. Liriope* corrigit Simlerus.

Ad FAB. VII.

a *Prædicata Tiresiæ*] Venet. Micyll. & Rœner. *Prædicta Tiresiæ auguris, cum in* &c.

b *Prohibet suos*] Auctius cum MS. Veneta & Micyll. *Prohibet suos Pentheus* &c.

deus latuerat, eludens Penthea, indicat regi, quia ita exigeret, nomen genusque artis suæ; & quanta vis apparuerit in Libero, quo tempore petens Naxum in Tyrrhenos [a] inciderat. Ab his enim propter eximiam pulchritudinem captus pro præda [b] impositus navigio. qui ut vidit in aliam se duci regionem, armamenta navis in feras ac serpentes convertit. Quo prodigio exterriti Tyrrheni in pelagus se præcipitavere, ac in delphinos [c] & aves se mutavere. Post hæc iterum custodia clauditur: quæ cum [d] sponte dei patuisset, ac vincla manibus defluxissent, in montem Cithæronа digreditur, ibique Agaven matrem ejus alienatam furore, adjuvantibus sororibus Ino & Autonoe, impellit, ut sacra proterentem sua interimat manu.

Fabulæ Lib. IV.

I. Dercetis Nini regis filia in piscem.
II. Semiramis Dercetis filia in columbam.
III. Nais in piscem.
IV. Pyrami & Thisbes cruor in arborem morum.
V. Leucothoe in virgam thuream.
VI. Clytie Nympha conjux in herbam heliotropium.
VII. *Da-*

Ad FAB. VIII. IX. X.

a *Inciderat*] Ita cum Giselino etiam Micyllus. Sed MS. & Veneta, *incideret*.

b *Impositus navigio. qui ut* &c.] Hæc est lectio MS. Veneta & Ræneriana: *Impositus navigio est. qui ut* &c. Micyll. *Impositusque navigio, ut vidit* &c. Quod præ cæteris arridet.

c *Et aves*] Quis veterum, præter hunc scriptorem, hoc dixit? Nemo, opinor. Mirum ni huic commento ansam præbuere illa Nasonis verba: *In spatium resilire manus breve vidit; & illas Jam non esse manus; jam pinnas posse vocari.* Immemor pinnas etiam esse piscibus, alas esse istic pinnas putavit. Gloss. Cyrill. Πτερὸν, *pinna, pinna, ala.* Philox. *Pinna,* πίτυξ, πτερόν. *Pinnæ, ἱπτάλξεις, πτερά.* Sanè *pinna* semper non *penna* est apud Donatum. Vide Serv. ad Æn. XII. 898. Gloss. Isid. *Pindæ pinnæ dictæ sunt à pendendo: sed usus obtinuit, ut pinnæ dicantur.* Nugæ grammaticorum, ut & ista, quæ leguntur in fragmento veteri, quod Barthius publicavit Adversar. Lib. XXXVII. 3. *Pinæ murorum, pinnæ avium.* Immo *pinnæ* sunt πτερύγια Græcorum, quæ tam muris, quam avibus etiam in ipsorum linguâ tribuuntur. Plin. Lib. X. cap. 61. *Volucrum animal parit vespertilio tantum, cui & membranaceæ pinnæ sunt.*

d *Sponte dei*] Ita cum MS. Veneta & Micyll. Al. *deo.* Lucan. IX. 574. *Nil facimus non sponte dei.* Hoc est, voluntate. Sex. Rufus. Brev. cap. 20. *Sponte propriâ deductit exercitibus.*

Ad

VII. *Daphnis Idæi filius* in saxum. *
VIII. Scython ex viro in fœminam.
IX. Ex imbribus procreati Celmus & Adamas.
X. Crocus & Milax famuli in florem.
XI. Salmacis & Hermaphroditus in unum corpus.
XII. Minyeides Thebanæ in vespertiliones.
XIII. Ino & Melicertes dii maris, Leucothea ac Palæmon.
XIV. Spuma maris in Venerem.
XV. Sidoniæ comites Inus in saxa & aves.
XVI. Cadmus & Harmonia in dracones.
XVII. Guttæ Meduſæ in serpentes.
XVIII. Atlas Iapeti filius in montem sui nominis.
XIX. Virgæ subjectæ Gorgonis capiti in curalium.
XX. Meduſæ crines in serpentes.

* Daphnis Idæi filius. *Immo Mercurii erat filius. Vide Serv. ad Ecl. V. 20. Philargyrius amatum dicit à Nymphâ* Lyca. *Scribo*, Sicula. *Nam Diodorus Lib. V. Daphnin facit Siculum. Confer Theocrit. Eid. 1. vers. 66. & ibi Scholia. Nec non Parthen. Eroric. cap. 29.*

Fab. I. II. III.

Thebis cum Tiresias Eueri filius diem festum sacrorum Liberi [a] edixisset, Alcithoe [b] Minei filia ejusdem civitatis in eodem permansit judicio, quo Pentheus, cum sororibus: quæ [c] lanæ potius operandæ studio, quam sacro-

Ad LIB. IV. FAB. I. II. III.

a *Edixisset*] Ita cum MS. etiam Veneta. *Edidisset* Ræn. & Micyllus. Sed perperam, quanquam explicare nititur Barthius Adversar. Lib. XXIII. cap. 11.

b *Minei filia*] MS. *Minalæ*. Veneta *Minæ*. Unde *Minyæ* procul dubio faciendum. Vide Heins. ad Ovid. Metam. p. 77. Est hæc fabula apud Antoninum quoque cap. 20. & Ælian. ποικ. ἱστορ. Lib. III. pag. 42. ubi miror acutissimum Fabrum non vidisse perperam legi, ὅπηνικα ἐξ ἀρχῆς ἦξαν Μινυάδαι. Scribendum enim μαινάδαι h. e. *Bacchæ*.

c *Lanæ operandæ*] Ita *operari linum* dixit Vet. Interpr. Esai. cap. XIX. vers. 9. *operari terram* Genes. cap. III. 23. & IV. 12. Siracid. cap. XX. 28. Usitatius est *lanam facere*. In tumulo antiquo Catal. Pith. Lib. III. *Domum servavit, lanam fecit. dixi, abei.* Et Naso VI. Met. vers. 30. *Tibi fama petatur Inter mortales faciendæ maxima lanæ.* Cæterum ut *operari terram* Latini, ita γῆν ἐργάζεσθαι οἱ ὁ apud Moſen. Schol. Hesiod. p. 309. ed. Heins. Macar. Homil. 28. & Anton. Liberal. cap. 15. Nec dissimiliter ἐργάζεσθαι θάλασσαν Artemidor. Lib. II. 42. Sed an etiam Δάμητρα ἐργάζεσθαι Græci dixere? Hoc mihi negatum affirmare non dubitat

crorum, adesse volunt. Itaque rogata, ut inter opus lanificii referret fabulas, quibus oblectarent assuetum laborem, dubitat an [d] de Babylonia Derceti dicat, quæ in piscem conversa sit; an de ejus filia, quæ cessit in columbam; an de Naide Nympha, quæ similiter cessit in piscem: an etiam de eâ arbore, cujus poma albi coloris in sanguineum cesserunt: de qua, quoniam trita non erat, his incipit.

Fab. IV.

Pyramus & Thisbe urbis Babyloniæ, quam Semiramis regina muro cinxerat, & ætate & formâ pares, cum in propinquo habitarent, rimâ parietis & colloquii & amoris initia [a] inter se pignerati sunt. Constituerunt itaque [b] ut matutino ad monumentum Nini regis sub arborem morum convenirent ad amorem. Et cum celerius sub lucem Thisbe, nacta occasionem, ad destinatum locum venisset, conspectu leænæ exterrita, abjecto amictu, in sylvam refugit. At fera à recenti præda, cum ad fontem vicinum tumulo sitiens decurreret, relictam vestem cruento ore laceravit. Post cujus discessum Pyramus cum ad eundem locum venisset, & amictum sanguine aspersum invenisset, existimans à ferâ consumptam, ferro se sub arbore interfecit. Deinde Thisbe depositio metu, cum ad eundem fuisset reversa locum, & comperisset se causam mortis adolescentis extitisse, [c] ne diutius dolori su-

Vir Cl. ad Antoninum. Sed attende quomodo hoc probet. Strabo, inquit, Lib. VII. in Excerptis, ὅτι τὸ παλαιὸν αἱ μάνδρες ἐπυκλοῦντο. Egregia, si diis placet, consequentia.

d *De Babyloniâ Derceti*] Τὸ *Derceti* addidi ex Micyllianâ, quanquam à MS. ut & Venetâ ignoratur. Sed tam stultus scriptor hic non erat, ut Babyloniam χώραν esse nomen fœminæ putaret.

Ad FAB. IV.

a *Inter se pignerati sunt*] Sic & Veneta cum MS. Micyll. *pignerati, pacti sunt.* Sed posterius à glossâ est. Rænerius, ut solet, sua pro Lactantianis obtrudit lectori, cum scribit, *fundamenta jecerunt.* Naso VIII. Met. *Quod das mihi pigneror omen.* Vide ibi Heinsium.

b *Ut matutino*] *A matutino* MS. & Veneta. *Matutino tempore* Micyll. Quod glossam resipit. Sane *matutino* pro *mane* inter adverbia numeratur à Diomede Lib. I. ut *quotidiano, hesterno, sempiterno* Lib. II. Legas & *à mane* apud eundem, ut ὀπὸ ὄρθρου apud Græcos.

c *Ne diutius*] *Itaque ne diutius* MS. Vide Lib. I. fab. 7.

d *Fe-*

ſupereſſet, eodem ferro ſe trajecit: quorum cruore morus arbor, quæ [d] fœdiſſima ſpectaculi fuerat inſpectrix, poma quæ gerebat alba [e] in conſcium vertit colorem.

Fab. V.

Sol prælatam Leucothoen ex Eurynome & Orchamo [a] Achæmeniæ principe, origine Beli genitam, [b] Clymenæ ac Rhodo, Circes matri & Clytiæ, quarum pulchritudine [c] ante ſollicitum animum egerat, dilexit. Et cupiens, ut in antedictis, [d] cupiditatem ſedare, in ſpeciem matris puellæ Eurynomes converſus, virginem deceptam dolo vitiavit. Cujus adulterio Clytie incenſa, qua nondum ſatiatus erat Sol, parenti puellæ indicavit. Quam ille [e] cum terræ defodiſſet, vitiator admiſſi miſericordiam exhibens, diducto ſolo, cui ſubjecta fuerat, pro ea virgam tinctam nectare, quæ gratiſſima diis hominibuſque eſſet, extulit: quæ thurea appellatur. Hoc Heſiodus indicat.

Fab. VI.

Clytie Nympha ſupradicta, ob injuriam ab amatore deſerta, ita tenuata viſceribus eſt, ut in herbam converteretur, quæ primum conſervans amorem dei, heliotropium diceretur, curſumque ſervaret ejuſdem dei.

Fab. VII.

d *Fœdiſſima ſpectaculi*] Ita MS. Sed legendum utique *fœdiſſimi*.

e *In conſcium vertit colorem*] Sic cum MS. & Veneta. Ræn. *in ſanguineum* &c. Micyll. *in conſcium ſanguineum* &c. Sed poſterius procul dubio gloſſatoris eſt. Exiſtimo ſcripſiſſe Lactantium, *in puniceum vertit colorem*. Naſo vers. 127. in hac fabula: *Puniceo tingit pendentia mora cruore*. Vide ibi Nob. Heinſii notas. Supr. fab. 3. *in ſanguineum ceſſerunt* repoſui, pro *in ſanguinem*.

Ad FAB. V.

a *Achæmeniæ principe*] MS. *Achæmenido*. Unde levi mutatione fieri poſſet *Achæmenida*, vel *Achæmenide*, ut Veneta exhibet. Sed præferam vulgatum.

b *Clymenæ ac Rhodo*] Ita non dubitavi reſcribere, cum *Archodo* exhiberet MS. Certè rectius eſt, quam *Arcadi*, quod Rænerius; vel *Archadi*, quod Veneta repræſentat. Micyllus dedit, *Clymenæ Rhodoque, item Circes matri ac Clytiæ*.

c *Ante ſollicitum animum*] Sic cum MS. Veneta quoque & Micylliana. Non potuit hoc concoquere Rænerius. Itaque reſinxit, *ejus ſollicitus antea animus fuerat*. At homini pudenti ſuffeciſſet. Tò *egerat* mutare in *geſſerat*.

d *Cupiditatem ſedare*] H. e. amorem. Infr. lib. v. fab. 4. *Ne cupiditatem ejus experirentur*.

e *Cum terræ defodiſſet*] Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 15. Ruffin. Præfat. ad Chromat. *Protulit panes Apoſtolica reconditos pera*.

Fab. VII. VIII. IX. X. XI.

Postquam Leuconoe narrare desiit, poscitur Alcithoe; quæ narrationem incipiens, [a] ait se non dicturam de Daphnide Idæo pastore, qui, quod fidem conjugii non præstiterit, in saxum abiit. Nec de Scythone, qui ex viro in fœminam cesserat. Neque etiam casus relaturam [b] Celmi aut Adamantis, Curetumque, qui ex imbribus sint procreati; [c] vel aut de Croco aut [d] Milace, qui in florem versi sunt. [e] Refert quoque Salmacidem Cariæ fontem, cujus liquore contacti in mollitiem versi defigurentur, Mercurius cum ex Venere, qui duplici figura Hermaphroditus vocatur, genuisset, eumque Naiades Nymphæ in Idâ monte educavissent, relictis sedibus, in Cariam venit. Hic conspicato fonte [f] opacissimi soli ac perlucentis aquæ, cursum continuit. Quo diutius eo loco morante, [g] Salmacis Naiadum dum flores legit, [h] conspicatis vestigiis, diligere eum cœpit. Qui paullatim [i] circa montem No-

Ad FAB. VII. VIII. &c.

a *Ait se non dicturam*] Quæ ante hæc verba habentur, cum à MS. abessent, ex Micyllianâ addidi. Sed pro *Leucothoe* scribendum *Leuconoe*. Vide Heins. ad vers. 168. *Leucippen* appellat Ant. Liberalis cap. 10.

b *Celmi*] Sic & Venet. & Micyll. cum MS. Ergo rectus ei casus *Celmus* fuit. Vide quæ dicta sunt nobis ad Hyg. Mythol. cap. 139.

c *Vel aut de Croco*] Ita rescripsi ex Venet. cum *sed aut de* &c. præferret MS.

d *Milace*] Sic in duobus codicibus antiquis, Florentino nempe & Neapolitano, invenit Nob. Heins. Sanè μίλαξ pro σμίλαξ usitatum etiam Græcis. Anton. Liber. cap. 10. Ἐνέμοντο κισσὸν ἓ μίλακα. Ad eundem planè modum μίλον vocat arborem tibiam Theophrastus, quæ σμίλος est Nicandro. Et μαρίς dicitur Athenæo piscis ille marinus, qui aliis σμαρίς vocatur, præmisso Σ, quomodo dicitur μικρὸς & σμικρὸς, μαράσσω & σμαράσσω, μάραγδος & σμάραγδος.

e *Refert quoque*] Hæc est lectio MS. & Venetæ. Sed pro *quoque* putes scribendum *denique*. Micyllus dedit, *sed de Salmacide Cariæ fonte velle referre* &c.

f *Opacissimi soli*] Sic cum MS. & Veneta. Micyll. *solis*.

g *Salmacis Naiadum*] Ita cum MS. etiam Venet. & Micyll. Sic infr. Lib. XIV. fab. 16. *Pomona Hamadryadum*. Græcismus est elegans, de quo diximus nonnihil ad Hyg. Myth. cap. 255. Non ceperunt elegantiam locutionis, qui supplerunt, *Salmacis una Naiadum*. Horat. Lib. III. od. 3. *Fies nobilium tu quoque fontium*. Intellige *unus*. Ælian. Var. Hist. Lib. VI. 7. Οἰκίσαι ἕνα τῶν ἀπὸ εἰλαῶν. Aristoph. Plut. Act. II. sc. 3. vers. 11. Εἷς γὰρ ἦν φίλων. sc. εἷς.

h *Conspicatis vestigiis diligere eum cœpit*] Ita Gisel. Sed à MS. Græn. & Venet. abest τὸ *eum*. Micyllus edidit, *conspectum illico diligere cœpit*. Barth. Adversar. Lib. XXII. cap. 11. emendat, *conspicata in vestigiis*, hoc est, inquit, illo ipso momento. Non accedo.

i *Circa montem Nonacrinum moratus*] Hoc verò falsum est. Micyll. *Qui cir-*

Nonacrinum moratus, dum blanditiâ liquoris precibusque tenetur Nymphæ, in fonte se mersit, ac confestim [k] complexu Naiadis inhæsit; nec ante ab ea dimissus est, quam à diis impetrasset, in unam ut [l] cederet speciem. [m] Data itaque venia, Hermaphroditus postquam se animadvertit nec virum nec fœminam factum, à parentibus impetravit, ne infamis solus esset, ut, quicunque ejus fontis aqua contactus esset, perinde, [n] ut ipse, molleſceret.

Fab. XII.

[a] Minyeides Thebanæ sorores fuisse produntur, quarum solertissimæ Alcithoe & Leuconoe, [b] quod Liberi sacra in contemptum devocaverint, Minervæ lanificio addictæ, ex improviso die numinis vocibus tibiarum & tympanorum sono exterritæ sunt, quæ tamen in conspectu non viderent. Et ut animadvertere telas instrumentaque sua [c] in hederam ac vites repente mutata, [d] & locum assuetum feris completum, noctemque offusam timentibus, in volucres conversæ sunt, [e] quæ vespertiliones vocantur.

Fab. XIII.

ca fontem paululum moratus. Ἐπὶ, *circa fontem cum Caricum &c.*

k *Complexu Naiadis inhæsit*] Sic quidem cum Rænerio etiam Veneta. Præfero tamen Micyllianum, *complexibus Nais inhæsit.*

l *Cederet*] *Cederent* Micyll. Quod magis arridet.

m *Data itaque venia*] Cum impetrasset, quod petierat. Nepos Themist. cap. 10. *Cupiensque talem virum sibi conciliari, veniam dedit.* Pausan. cap. ult. *Si hanc veniam sibi dedisset.* Eumen. cap. 6. *Quam veniam si sibi daret.* Plaut. Rud. II. 2. *Veniam jam dare gestio.* Hyg. Myth. cap. 45. *Pandioni veniam dedit.* Ad quem locum plura invenies huc pertinentia, in quibus venia χάρις est, non συγγνώμη. Adde, quæ Pricæus scripsit ad Apul. Apolog. p. 212.

n *Ut ipse molleſceret*] Vibius Sequester: *Salmacis Cariæ, ex quo qui bibit molleſcit, idem & obscœnus fit.*

Ad FAB. XII.

a *Minyeides*] Ita scribendum esse pridem docuit Nob. Heinsius. Venet. *Minides.* MS. *Minitides.* Micyll. & Ræn. *Mineides.* Perperam omnes. *Minyadas* appellant Anton. Liberal. cap. 10. & Ælian. Var. Histor. Lib. III. cap. 42.

b *Quod Liberi sacra*] Ita reposui ex Venet. & Micyll. cum propius accedat ad lectionem MS. *quæ*, quam *quoniam*, quod Gifelinus dedit.

c *In hederam ac vites repente mutata*] Anton. Liberalis: Καὶ ἐν τῷ κεκρύφθαι ἱερὸν κισσὸν αὐτῷ ἐφ' ὑψηλοῦ. Quo de loco consulendus Maussacus in Harpocrat. p. 288. Is enim primus, quomodo explicandus esset, ostendit.

d *Et locum assuetum feris repletum*] Barth. Adv. Lib. XXIII. cap. 11. *locum assuetum netui feris* &c. Ipsum adi, si tanti putes.

e *Quæ vespertiliones vocantur*] Antoninus: Αἴσιον μὲν ἡ μὲν ἐχθίστη νυ-

Fab. XIII.

Juno graviter ferens, quod Ino Liberi altrix, ſororibus punitis, cum duobus maneret liberis in vitâ contemptrix numinis ſui, per Tænarum [a] promontorium Peloponnenſe inferorum ſequens iter, ad Erinnyas ultrices impiorum deſcendit, petiitque ab eis, ut Athamanta cum conjuge Ino, adverſarios numinis ſui, ulciſcerentur. Quarum una imperio parens deæ, relicta regia Ditis, ad ſuperos [b] egreſſa eſt. Ut Athamantis regiam contigit, in ſinum ejus ac conjugis angues & virus, quibus ſenſus eorum alienarentur, injecit. Quam ob inſaniam ille Learchum filium in venatione pro fera interfecit. Ino autem Melicerten ex ſcopulo ſecum in profundum præcipitavit. Qui Veneris precibus [c] pro nepote habitis, à Neptuno pelagi rectore in deorum ceſſere numerum, ita ut Melicertes [d] Palæmon, ipſa Ino Leucothee, inter marinos Deos nuncupentur.

Fab. XIV.

[a] Refert quoque Venerem petiiſſe à Neptuno de Ino & Melicerte, ut in numerum deorum referat. Significat enim Venus ſe in undis eſſe creatam, quo facilius moveret Neptunum.

Fab. XV.

κλεῖς, ἡ ὃ γλαῦξ, ἡ ὃ βύζα. Ignotum poſtremum mihi vocabulum, ut & βύσσα cap. 15. Βύας inde faciendum eſſe, quod Vir Cl. vult, non dixerim, cum vox βύας αἰσθητικῶ γλώσσ ſit. At fœminæ apud illum ſcriptorem mutantur in aves, quarum vocabula itidem ſint fœminini generis.

Ad FAB. XIII.

a *Promontorium Peloponnenſe*] Sic reſcripſi, quod MS. haberet *Pelopenenſe*. Vide & quæ ſupr. ad Lib. 1. fab. 10. annotata ſunt.

b *Egreſſa eſt. Ut* &c.] Sic quidem cum Rænerio etiam Veneta. Sed concinnius Micylliana, *egreſſa, ut* &c.

c *Pro nepote*] Ita cum MS. omnes, quos quidem viderim, editi ante Rænerium. Malim tamen *pro nepotibus*. Ait enim Venus, *Sed tu miſerere meorum* &c.

d *Palæmon*] Qui & *Portunus* vel *Portumnus* Latinis. Ædes ejus eſt apud Victorem in regione XI. *Matutæ*, quo modo Latinis *Leucothee* dicitur, in VIII. Sed vide, quæ de his numinibus dicta ſunt ad Hyg. Mythol. cap. 2.

Ad FAB. XIV.

a *Refert*] Ita & MS. & Veneta. Micyll. *refert tum*. Rænerius non tam omiſit hoc argumentum, quam præcedenti inſeruit. Ita enim ille: *Qui Veneris precibus, ſignificantis ſe in undis eſſe creatam, quo facilius moveret Neptunum pelagi rectorem, in deorum maris ceſſe-*

re

Fab. XV.

Comites Inus, quod desiderio reginæ affectæ casum ejus mœrentes defleverant, ob eandem iram Junonis cum præcipitare se destinassent, ne pari honore à Neptuno excipi possent, in saxa & aves effecit ut transfigurarentur.

Fab. XVI.

Cadmus Agenoris filius, postquam inspector fuerat suarum calamitatum [a] in exitu neptium, perosus Thebarum sedes, cum [b] Harmonia Martis & Veneris filia, conjuge suâ, [c] in Illyricos profugit. Ibi petita venia à deis, in speciem draconis convertitur, qui initio causa malorum suorum fuisset. [d] Vota ejus expleta sunt: in dracones versi sunt.

Fab. XVII.

Perseus Jovis & Danaes filius, missus à Polydecte ad Medusæ caput perferendum, quæ aspectu suo [a] obvios in silicem convertere solebat, Minervâ adjutrice, [b] evicit propositum laborem. Intercepto Phorcydum [c] Græarum lumine, quæ invicem custodias Gorgonum agebant, [d] aspectum caput Medusæ retulit. E sanguine autem, qui Per-

re &c. Verum hoc non est emendare Lactantium, sed interpolare.

Ad FAB. XVI.

a *In exitu neptium*] Ita cum MS. Veneta quoque & Micyll. Fort. *nepotum*; quanquam historia postulat, *filiarum ac nepotum*.

b *Harmonia*] Ita reposui ex Venet. & Micyllianâ cum heic, tum in lemmatis fabularum. Perperam *Armione* MS. & *Hermione* Rænerius. Vide Hyg. Mythol. cap. 5.

c *In Illyricos*] Ita habuit MS. cum Veneta. Sed rectius Micyllus *Illyrios*. Vide Steph. in Ἰλλυρία.

d *Vota ejus expleta* &c.] Aut inducenda hæc, aut resingenda præcedentia: *Ibi petitâ veniâ à deis, ut in draconis speciem converteretur* &c. *vota ejus expleta sunt, & in dracones versi*. Vidit & Rænerius δὲς τὸ ὠλὸ dici; quocirca nec heic dubitavit illâ solitâ sibi grassari licentiâ. Mihi satis fuit repræsentare lectionem MS. quam exhibent Veneta quoque & Micylliana.

Ad FAB. XVII.

a *Obvios*] Ita reposui ex Micyll. Infr. fab. 20. *Deformitate obvios in fugam verteret*. Perperam MS. & Venet. *oculos*.

b *Evicit propositum laborem*] Pro *vicit*. Horat. II. od. 15. *Platanusque cœlebs evincet ulmos*. Non dissimiliter *victor propositi* dicitur eidem Lib. 1. epist. 13. qui compos voti factus est.

c *Græarum*] Nec MS. nec Venet. vel Micyll. illam vocem agnoscunt. Verum interim Græas fuisse illas Phorcydas. Hesiodum vide Θεογ. vers. 270.

d *Aspectum caput*] Sic MS. habuit,

Perseo per Africam iter faciente stillaverat, genus est serpentum procreatum. [c] Utero autem Medusæ hujus equus Pegasus cum pennis exiit.

Fab. XVIII.

Atlas Iapeti & [a] Pleionæ filius à Themide, quæ initio antistes deorum erat, responsum accepit, ne quem hospitio ex progenie Jovis reciperet, si vellet hortum, [b] quo poma aurea erant, custoditum habere. Quam ob causam cum Perseo fatigato ex assiduo cursu requiescendi hospitium negavisset, eumque viribus propelleret, ille elatum caput [c] Gorgonæ ei objecit. Quo viso, in montem pari nomine est versus: cui ultimis Africæ locis mundus injectus est.

Fab. XIX.

Perseus per Æthiopiam iter faciens, postquam [a] Andromedam propter superbiam matris, quæ se [b] Nympharum pulchritudini prætulerat, saxo alligatam, ac marinæ

ut & Veneta. Rænerius. *abscissum.* Micyll. *abscetum.* Sed perperam, ut opinor.

c *Utero*] Hæc est lectio MS. & Venetæ. Micyllus *ab utero.* Sed Nonn. Dionys. Lib. xxxi. pag. 515. Γ'πατείλιο ἐλόχθυσι γονὴ διϊυμπέκτου ἀυχλύ. Quæ adstruunt conjecturam Barthii *trunco.* Alii aliter de illo equo fabulantur. Vide Fest. in HIPPIUS. Hygin. Myth. cap. 151. Apollodorus Lib. II. Ἀποθνήσκοντι δὲ τῆ κεφαλῆς, ἐκ τῆ Γοργόνος ἐξέθορε Πήγασος πῶνός ἵππος, ὃς χρυσάορα ὁ Γηρυόνου πατὴς. Τάτκς δὲ ἐχρήσατο ἐπ Ποσειδῶνος. Quod si menses ei exacti fuere, cum capite truncaretur, forte ergo ex utero tunc exilierunt.

Ad FAB. XVIII.

a *Pleionæ*] Ita habebat MS. Veneta & Micyll. *Pleiones.* Quod idem est. Sed hoc legere alibi cum non meminisset Rænerius, pro eo substituit, *Clymenes, aut, ut quidam volunt, Asiæ Nymphæ filius.*

b *Quo poma aurea erant*] Micyllus & Rænerius, *in quo* &c. Sed MS. & Veneta præpositionem ignorant cum heic, tum & infr. *cui ultimis* &c. Amare istam ellipsin Lactantium hunc diximus ad Lib. I. fab. I.

c *Gorgonæ*] Edd. *Gorgonis.* Sed alterum non dubitavi reponere, cum MS. exhiberet *Gorgone.* E ponere pro Æ solenne erratum est librariorum. Gloss. Labb. *Voce, βῶκας, ἰχθύες.* Scripserim *vocæ. Box* piscis is dicitur à Plinio Lib. xxxii. cap. 11. Sed veterem codicem habere *Boca* notavit Dalechamp. Ergo *Vocæ* scriptum pro *Bocæ.* Festus Pauli. *Bocas genus piscis, à boando, id est, vocem emittendo appellatur.* Mallem, *Boca.* Aliud est φώκη, ζῶον θαλάσσιον, *pecus Protei*, ut venustè dicitur Horatio Lib. I. od. 2.

Ad FAB. XIX.

a *Andromedam*] *Andromedan* MS. cum heic, tum & fab. I. Lib. V.

b *Nympharum*] Sic & Venet. & Micyll.

næ belluæ objectam vidit, captus ſpecie ejus exarſit. Pactuſque à Cepheo & Caſſiopia parentibus virginis, ut ſibi matrimonio eam cederent, ſi belluam interemiſſet, c voti compos factus eſt. Interfecto igitur monſtro, cupiens requieſcere, ne caput Gorgonis læderet, virgulas lectas in littore ſubjecit. d Et hæ ſubter induruerunt, ita ut adeptis radicibus, ſanguinei coloris in mari ut arbuſculæ naſcerentur, quæ nomen haberent curalium.

Fab. XX.

Meduſa [a] Gorgo cum propter pulchritudinem à pluribus peteretur, [b] conjugium Neptuni effugere non potuit. Quæ quod in templo Minervæ cum eo concubuit, propter religionem loci, quam obtriverat, crines ejus in ſerpentes ab eadem dea ſunt mutati, ut quæ petita initio à plurimis procis eſſet, objecta deformitate obvios in fugam verteret. Quos ſerpentes in ægide portat Pallas, ut hoſtes terreat.

Fabulæ Lib. V.

I. Phineus & ſocii ejus in ſaxum.
II. Prœtus in lapidem.
III. Polydectes in lapidem.
IV. Muſæ in aves.
V. Pierides in picas.
VI. Cyane in fontem.

VII. Stel-

cyll. Addit Ræn. *Nercidum* Hyg. Aſtron. II. 10. *Ut gloriata ſit ſe formâ Nercidas præſtare.*

c *Voti compos*] Hæc à Rænerio eſt lectio. Micyll. & Venet. *Votique compos.* MS. *voti itaque.* Vide quæ dicta ſunt ad fab. 7. Lib. I.

d *Et hæ ſubter induruerunt*] Sic rectè Micyllus. Perperam MS. & Venet. *& hæ ſuperinduruerunt.* Mallem præterea, *at hæ* &c.

Ad FAB. XX.

a *Gorgo*] Ita MS. & Venet. non *Gorgon.* Et rectè quidem. Tam enim Γοργὼ Græcis, quam Γοργὼν dicitur.

b *Conjugium Neptuni*] H. e. concubitum. Vide quæ annotavi ad Hyg. cap. 14. ubi & *connubium* eodem ſenſu uſurpari obſervavi. *Concubium* vocat Juvenal. Schol. ad Sat. III. vers. 17. Et Ennius apud Nonium cap. IV. *Quæ tibi in concubio verecundè & modicè morem gerit. Conjunctionem* Schol. Horat. ad Lib. I. od. 23. Tempeſtiva virgo.] *jam matura & viripotens conjunctionique apta.* Fulg. Lib. III. cap. 6. *Et ei velut in conjunctione miſcetur.*

Ad

VII. Stelles puer in lacertam.
VIII. Aſcalaphus in bubonem.
IX. Sirenes in aves ex parte.
X. Arethuſa in fontem.
XI. Lynceus rex in lyncem.

Fab. I.

Andromedam Cephei & Caſſiopes filiam, in Æthiopia propoſitam belluæ marinæ, Perſeus Jovis & Danaes filius Meduſæ Gorgonis caput ferens, paciſcitur conjugem, ſi eam periculo liberaſſet. Cauſa autem proſtituendæ exſtiterat ob Nereidum iram, quarum pulchritudini mater ſe prætulerat. Perfecto igitur à Perſeo pollicito, cum fides à Cepheo promiſſa eſſet præſtita, & nuptiarum conjugalium epulis regalibus principes intereſſent, [a] Phineus frater, cui Andromeda ante deſponſata fuerat, contumeliam ſibi exiſtimans graviſſimam [b] injunctam, quod advenæ conſanguineus poſtpoſitus eſſet, veſcentium animos pugna confudit. Et cum res miſerabilis [c] dimicantium ageretur in regia, ac multi ex utraque parte armis, quæ caſus obtuliſſet, cecidiſſent, noviſſimè Perſeus, adverſariorum multitudinem [d] pertimens, imperavit ut è conſpectu ſui diſcederent, caputque Gorgonis extulit: quo viſo, Phineus cum auxiliantibus diriguit in ſaxum. Nomina autem eorum ſunt Rhœtus, Atys, Lycabas, Phorbas, Amphimedon, [e] Erithus, Polydæmon, Abaris, Lycetus, Elyces, Phlegyas, Clytus, Idas, Clyme-

Ad Lib. V. Fab. I.

a *Phineus frater*] Sic MS. Addunt Micyll. & Venet. *Cephei*. Stultè & contra hiſtoriam Rænerius, *Andromedæ frater*. Cephei frater fuit, quem *Agenorem* vocat Hyg. Myth. cap. 64. Sed vide quæ ibi annotavi.

b *Injunctam*] Hæc eſt MS. lectio, quam & Veneta, & Micylliana repræſentant. Non placuit iſta Rænerio; nec ſanè mihi placet. Tu vide, lector, utrum *ſieri*, quod pro eo ſubſtituit Rænerius, an *inuſtam*, quod mihi venit in mentem, tibi magis placeat.

c *Dimicantium*] *Vi dimicantium* legit Barth. Adverſ. Lib. x. cap. 8.

d *Pertimens*] Hoc dedit Micyllus. *Pretimens* MS. & Venet. *Timens* Rænerius.

e *Erithus*] Sic rectè Micyllus. Stultè *Actorides*, *Eritus* Rænerius, quaſi diverſorum eſſent vocabula. Atqui Erithum vocat Actoriden poëta à patre Actore. Vide vers. 79.

Ad

menus, Protenor, Hypseus, Lyncides, Emathion, Chromis, Broteas, Ammon, Ampycus, Iapetides, Pettalus, Lycormas, Pelates, Corythus, Abas, Menaleus, Dorylas, Halcyoneus, Clytius, Clanis, Celadon, Astreus, Æthion, Thoactes, Agyrtes, Molpeus, Ethemon. In lapides autem versi sunt Thescelus, Ampyx, Nileus, Eryx, & Astyages. Aconteus autem Persei miles, dum per imprudentiam dimicans prospicit Gorgonis speciem, proinde in lapidem cessit. Novissimè Phineus cum ducentis aliis sociis diriguit in saxum.

Fab. II.

[a] Perseus Atlantis pronepos, votorum compos, cum conjuge Andromeda Argos patriam suam adiit, Prœtumque, pulso Acrisio fratre, ipsius Persei avo, regnantem, ostenso Medusæ capite, in lapidem vertit, avoque licet immerito (ipsum cum Danae matre arcæ impositum in mare projecerat) regnum restituit.

Fab. III.

Polydectes rex insulæ Seriphi, ad quam Perseus cum Danae matre inclusus arca pervenerat, cupiens ablegare [a] arbitrum, ut matre illius liberè potiretur, ad Gorgonis Medusæ resecandum caput eum misit; quod ille, Minerva volente, ad Polydecten pertulit, [b] inficiantique laboloc-

Ad FAB. II.

a *Perseus* &c.] Hoc argumentum nec MS. nec Veneta vel Micylliana agnoscunt. Nec miror. Est enim ad verbum descriptum ex Regianis commentariis, & pro Lactantiano à Rænerio nobis obtrusum. Sed illud miror à nemine animadversum id hactenus. Barthii vero etiam misereri subit, ut qui verba Regii, tanquam si indubitatè Lactantiana essent, ex Hygino illustrare instituat Adversar. Lib. x. cap. v.

Ad FAB. III.

a *Arbitrum*] Non vidit elegantiam locutionis Rænerius, cum pro arbitro nobis *Perseum* iret suppositum. Arbiter est testis & inspector. Horat. Epod. 5. *O rebus meis Non infideles arbitræ.* Schol. *Testes, conscia, aut præsentes, ut Sallust. arbitris procul amotis.* Locus Sallust. habetur Cat. cap. 20. Vulgatior significatio est, quâ arbiter ponitur pro judice. Unde *arbitrium* pro judicio & sententiâ. Sext. Rufus Breviar. cap. 13. *Lyciam supremi regis Apionis arbitrio sumus assequuti.* Lego, *supremo*, Testamentum intelligit, quod supremum arbitrium.

b *Inficiantique* &c.] Revocavi & hic genuinam lectionem ex MS. & Venetâ, rejectis commentis Rænerii.

Ad

borem operis ostendit: ac prius ille eo diriguit, quam se ulciscereturr.

Fab. IV.

Musæ cum Parnassum montem petissent adversis tempestatibus, invitatæ à Pyreneo, qui Daulida Phocidis urbem incolebat, tecta subierunt: qui pulchritudine captus virginum, cum regiam claudi imperasset ad vim inferendam, ne cupiditatem ejus experirentur, in volucres conversæ sunt: [a] quas ille dum per ardua montium persequitur, prolapsus altitudine scopulorum præcipitatus est, ita ut toto corpore elideretur, vitamque finiret.

Fab. V.

Pieri, qui Macedoniam possedit, & Euippes novem filiæ insolentius dum gloriantur, Musas in certamina provocarunt cantusque: quarum una carmen exorsa est, quod gigantes adversus deos contenderint. Ex quibus Typhœus terrigena deformitate terruisset deos compulsos in Ægyptum: ubi Jupiter ob metum in arietem versus est, Apollo in corvum, [a] Liber in caprum, Diana in felem, Juno in vaccam, Venus in piscem. Invicem autem Musæ, cum Cereris laudem cecinissent, & qualiter Typhœus Ætnæ

Ad FAB. IV.

a *Quas ille dum* &c.] Hæc est lectio MS. quam & Veneta & Micyllus adstruunt, ne quid te moveat audacia Rænerii.

Ad FAB. V.

a *In caprum*] Sic Venet. [& MS. non *capram*, ut dederat Rænerius. Antoninus Liberalis in hac fabula cap. 28. Τράγῳ δ' εἰκάζουσι Διόνυσον: pro quo Ovidius v. Met. vers. 329. *Proles Semeleia capro.* Certè τράγος Græcorum à Latinis *caper* modo, modo *hircus* vertitur. Notum est fœtorem alarum τράγον dici à Græcis. At illum ut *hircum* Horat. epod. 12. aliique appellant, ita *caprum* Catull. carm. 70. & Ovid. III. Art. immo *capram* etiam Horat. Lib. 1. epist. 5. vers. 29. *Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ.* Τράγος erat, qui vitem rodendo putationem hominibus monstravit, ac *hircus* dicitur à Martial. Lib. III. 24. & ab Hygin. Astron. II. 4. Verum Mythol. cap. 274. *Caper*, ut & apud Ovid. Lib. XV. Metam. fab. 2. Lactant. ad v. Theb. Stat. vers. 159. Certè caper est hircus Virgil. Eclog. VII. cum virum cum gregis facit, & Ovidio, cum ait X. Metam. 327. *Quasque creavit init pecudes caper.* Hæc expendant, qui causam nullam vident, cur τράγον transtulerit *caprum* Xylander. apud Antoninum: certè hinc discent non solum ἔριφον dici caprum. Quid autem propriè ἔριφος sit, expressit his verbis in libro de cibor. Facult. pag. 17. Simeon

Se-

Unable to display this page

[b] ad colluendum jejunium porrigeret. Quæ cum [c] polentatam ei potionem dedisset, & illa [d] avidius biberet, puer quidam ejusdem casæ Stelles eam procacius est prosequutus, prædicans aviditatem ejus in bibendo: cujus dea audaciâ pueri offensa, in malis partem potionis in eum effudit, fecitque ut in stellionem converteretur, qui potionem sparsam polentâ tergo ostenderet.

Fab. VIII.

Cum Arethusa Nympha Siciliæ fontis, qui humo pressus ab Elide fluit, indicavisset Cereri à Dite raptam Proserpinam, & illa ab Jove impetrasset, si fratris nuptiis contenta non esset, eâ lege ab inferis [a] reduceret eam, si nihil ibi gustasset. Quam ob causam cum judicium fieret, [b] Ascalaphus Orphnes & Acherontis filius [c] ad indicium primus descendit, docuitque eam mali punici granum gustasse:

Fast. vers. 537. *Baubo* est Clementi Parænes. pag. 13.

b *Ad colluendum jejunium*] Ita & Veneta cum MS. Forte, *ad solvendum jejunium*. Ovid. v. Met. vers. 534. *Quoniam jejunia virgo Solverat*. Rœnerius dedit nobis *ad os colluendum*. Hoc habet ex Regianis commentariis. Invenitur & infr. Lib. XIII. fab. 9. *Jejunium pollnit*. Sed etiam ibi *solvit* rescripserim.

c *Polentatam potionem*] Cyceona. Arnob. Lib. v. *Perducit totum cyceonis lata liquorem*. Ἀλφίτων κυκεῶνα appellat Euripidis Scholiastes ad Orest. pag. 209. ed. Steph. ut & Nicandri ad Alexipharm. p. 73. ed. Soter. Hom. Interpres ad Iliad. A. 623. Εἴτι ὃ δίψος ἴαμῳ ὁ κυκεών, ἐκ διαφόρων εἰδῶν συγκείμενον. Eadem verba legas apud Etymol. magni auctorem in κυκεών. Adde Hesych. in κυκεών.

d *Avidius biberet*] Nam ἐξίπτασθαι δίψος τὸ πολὺν ἀθρεῖν, ut est apud Antonimum. Quod esset *totum Cyceonis liquorem*. Mallem tamen ἀθρόως, hoc est, ἀ διυμῶσι εἰς μικρὰ τὰ ἐμπώματα, ut ait Theocriti Scholiastes ad Eid. Z. vers. 69. Schol. Homer. ad Iliad. X. vers. 29. Οἱ ὃ ἀθρόως ἰμφυσῶσι &c. Sed ἀθρεῖν adverbialiter accipi potest. Gregor. Nazianz. ΣΙΧ. Χόλον πεφυσῆθε, ὃ μ' ἐκλέψει ἀθρήσας. Sed in excerpt. Vet. cod. quæ penes me sunt, ἀθρήσαι. Est autem ἀθρήσας πεῖν, idem quod ἀμυχὶ πεῖν. Vide Fabrum ad Anacreontem p. 154. Etymol. magni auctorem in ΑΜΤΣΤΙ. Ἀμυχί, ἀπνευστί πιεῖν. οἱ δὲ ἀθρήσας.

Ad FAB. VIII.

a *Reduceret eam*] MS. cum Venetâ & Micyll. *Duceret eam, si nihil gustasset*.

b *Ascalaphus Orphnes & Acherontis* &c.] Ita reposui ex conjecturâ Nob. Heinsii, quam margini ille libri sui illeverat. Habent alioqui MS. Venet. & Micyll. *Ascalaphus hospes Acherontis* &c. Sed τὸ *hospes* cum vitiosum esse facile vidisset Rœnerius, satis putavit, si deleto eo scriberet, *Ascalaphus Acherontis filius*. Sed conjecturam illustris viri cum Naso firmat vers. 539. tum & Apollodorus Lib. 1. pag. 13. aliique.

c *Ad indicium*] Sic rectè MS. Perperam *judicium* edd.

d *Abo-*

stasse: quamobrem in avem bubonem [d] abominandi ominis conversus est. Jupiter autem ex æquo fratri Cererique tribuit, ut partem anni Proserpina apud virum, partem apud matrem ageret.

Fab. IX.

Sirenes Acheloi & Melpomenes Musæ filiæ, cum Proserpinam raptam requirerent, neque eam ullo modo possent invenire, à diis novissimè [a] impetraverunt, ut versæ in volucres non tantum in terrâ, sed etiam in mari requisitam consequi possent. Novissimè devenerunt [b] ad petram Martis, quæ imminebat proxima pelago. Harum ita fuit fatum, quamdiu earum vox audita non esset mortalibus, manerent incolumes. Forte Ulysses monitu Circes [c] obturatis auribus prætervectus est. tum se præcipitaverunt.

Fab. X.

Jupiter ut Cererem placaret, ita divisit annum, ut Proserpina partim ad virum, partim ad matrem moraretur. Ergo Ceres ab Arethusa exigit, ut sibi originem suam exponat. Arethusa Achaidum Nympharum formosissima cum ab Alpheo amne [a] diligeretur, cupieretque persequentis impetum effugere, invocavit Dianam, cujus comes & studii æmula fuerat, laboranti ut ferret auxilium.

[b] Obje-

d *Abominandi ominis*] Vide Isidor. Lib. XII. cap. 7. Serv. ad Æn. IV. 462. Senec. Hercul. Fur. vers. 687. Ovid. Lib. V. Met. vers. 550. Plin. Lib. X. cap. 12. *Bubo funebris & maximè abominatus, publicis præcipuè auspiciis, deserta incolit, nec tantum desolata, sed dira etiam & inaccessa, noctis monstrum, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu.*

Ad FAB. IX.

a *Impetraverunt*] Veneta *impetravissent*. Sed ita scribendum esset cum Micyll. *& à diis novissimè impetravissent* &c.

b *Ad petram Martis*] Sic MS. non *maris*, ut editi hactenus. Barth. Adversar. Lib. X. cap. 8. emendatum it, *novissimè Siculi devenerunt ad petram maris*. Adi ipsum.

c *Obturatis auribus*] Ita & Hyg. Myth. cap. 125. & 141. Sed nec MS. nec editi ante Rænerium verba ista agnoscunt.

Ad FAB. X.

a *Diligeretur*] *Persequeretur* Micyll. & Veneta. Sed alterum est in MS. Rænerii nulla hoc ratio habenda, ut qui ex ingenio suo longè aliam huic fabulæ faciem dederit.

[b] Objecta itaque ea nube, ne [c] in cupientis conspectum posset venire, tellure rupta, [d] in insulam Ætnæ misit per obscurum iter, & [e] in fontem cognominis sui Ortygium versam ad superos evocavit. [f] cujus liquori Alpheus amnis infunditur.

Fab. XI.

Triptolemus à Cerere fruges dividendas accepit per terras, currumque draconibus junctum cum feciſſet, noviſſimè delatus eſt in Scythiam, & à Lynco rege exceptus hoſpitio. Cui cum expoſuiſſet qualiter à deâ eſſet honoratus, invidia honoris [a] inſtinctus, dormientem ut interficeret aggreſſus eſt. Dea nuncii ſui memor, ut, quem divini honoris dignum habuerat, conſervaret, antequam occideretur, hoſpitem [b] in lyncem feram convertit.

Fabulæ Lib. VI.

I. Minerva in anum.
II. Arachne in araneam.
III. Niobe in lapidem.
IV. Agreſtes Lyciæ in ranas.
V. Marſyas in flumen.
VI. Pelopis humerus in eburneum.
VII. Procne & Philomela in aves.
VIII. Tereus in volucrem epopem.
IX. Zetes & Calais ex parte in aves.

Fab. I.

b *Objecta itaque ea nube*] Veneta, *objectaque ea numini*. Micyll. *objectaque ea nube*. MS. *objecta itaque ea numini*.

c *In conſpectum*] Ita & Micyllus. Sed Venet. & MS. *in conſpectu*. Id quod facile auctoritate meliorum tueri ſe poteſt. Phædrus Lib. v. cap. 2. *Quidnam cinædus ille in conſpectu meo Audet venire?* Ad quem locum Rittershuſium vide & alios.

d *In inſulam Ætnæ miſit*] Ita MS. Veneta, *in inſulam Ætnam admiſit*. Sed Micyllus, *in inſulam Ortygiam*. Scripſerim, *in inſulam Ortygiæ*. Naſo: *Advehor Ortygiam: quæ me cognomine divæ Grata meæ ſuperas eduxit prima ſub auras.*

e *In fontem cognominis ſui Ortygium*] Sic MS. & Veneta. Sed perperam proculdubio. Lege cum Micyll. *in fontem cognominem ſibi Arethuſam.*

f *Cujus liquori Alpheus* &c.] Marcellinus Lib. XV. *Alpheus oriens in Arcadiâ, cupidine fontis Arethuſæ captus, ſcindens Ionium mare, ut fabulæ ferunt, aduſque amatæ confinia progreditur.*

Ad FAB. XI.

a *Inſtinctus*] *Inſtinctus ille* Micyllus, haud paullo concinnius.

b *In lyncem feram*] Θὼς Græcis ea fera eſt. Schol. Hom. ad Iliad. N. 103.

Fab. I.

Arachne Lydia, Idmonis filia, cujus mater genita Hypæpis ſtudio lanificii famam quæſierat, cum materna induſtria cunctas præceſſiſſet in opere faciendo, [a] feſtis diebus inſolentius gloriabunda, quam mortalem decuit, [b] elocuta eſt. Nam Minervam, à qua docta fuerat, in certamen provocavit. Quæ in anum verſa, in hoc ad eam venerat, ut ejus audaciæ impetum [c] odio futurum compeſceret. Quam cum [d] in certaminis propoſito vidiſſet permanentem, reverſa in ſuam ſpeciem, opere propoſito, in certamen deſcendit; & ſingula, quæ ſequuntur, inſeruerunt telæ: prior Minerva, dehinc Arachne.

Quæ in Minervæ telâ picta.

Minerva incipit. Itaque telæ ſuæ intexuit [e] contentionem Athenarum inter ſe Neptunumque habitam; qui lacu ſalſo in arce edito ſuam poſſeſſionem vindicabat: ipſâ oliva arbore à ſe inventa. Item Rhodopen Threiciam & Æmum, qui pari inſania [f] amore conjugii Jovis ac Junonis abuſi erant nominibus, in montes transfiguratos. [g] Item Pygantem caſu ab Junone in gruem verſam. Item Antigo-

ὁ δὲ ζῶον ἄλλαιμον ἢ βλάβερον. ἄλλοι δὲ παραπλήσιον τῇ ὕαινῃ.

Ad Lib. VI. Fab. I.

a *Feſtis diebus*] Sic & Veneta & MS. Perperam Micyll. *iſtis diebus*. Rænerius utramque vocem omiſit.

b *Elocuta eſt*] Horat. Lib. III. od. 3. *Gratum elocuta conſiliantibus Junone divis*. Minucius Felix Octavio: *Non eloquimur magna, ſed vivimus*. Ad eundem modum *edicere* pro *dicere* frequenter uſurparunt deterioris ætatis ſcriptores. Vide annotata à nobis ad iſta Fulgentii, *unde idolum tractum ſit, edicamus:* quibus addas licet & illa. Epiſcop. Galat. Epiſtol. ad Leonem: *Epiſcopi, qui ſuâ dignitate depoſiti videbantur, ſic edocuerunt*. Junilius in Præfat. ad Primaſ. *Quantum noſtra puſillanimitas ediſcere potuit*. Sex. Rufus Præfat. *Res geſtas ſignabo, non eloquar*. Schol. Horat. Lib. III. od. 19. *Quod Romanis Græcas hiſtorias, nec ad propoſitum pertinentes, potius eloquantur* &c.

c *Odio futurum*] Hæc eſt lectio Micyllianæ editionis. Venet. & MS. *otio futurum*. Legerim, *exitio futurum*. Rænerius duas iſtas voces omittit. Sed omittere ille frequenter ſolet, vel pro lubitu refingere, quicquid non capit, vel ad ſtomachum ejus non facit.

d *In certaminis propoſito*] Veneta & Micylliana, *in certamine*, inductâ voce poſteriori. MS. *in certamine propoſitum*.

e *Contentionem Athenarum*] Micyllus, *contentionem de urbe Athenarum*.

f *Amore conjugii*] *Et amore* Veneta & Rænerius. Sed nec Veneta, nec MSS. 2. copulam iſtam agnoſcunt.

g *Item Pygantem caſu* &c.] Sic MSS. 2. Veneta: *Pygantes caſu ab Junone in gruem verſa eſt*. Micyll. *Pygmæa quoque*

gonen Laomedontis filiam, [h] quæ cum Jove coisset, [i] ob admissum Juno eam transfiguravit in ciconiam. Item Cinyræ regis Assyriorum præterea filias ob insolentiam ab eadem dea in graduum templi sui lapidem mutatas; per quæ exempla [k] frangi posset de Minervæ numine; [l] finemque operis sui explicuit. Is modus est, & facit arbore finem sua.

Quæ in Arachnes telâ picta.

Arachne autem, ut videretur per opera respondisse [m] contentioni, telæ suæ intexuit Jovem in taurum versum ob Europæ amorem. Eundem fecit in aquilam conversum, ut comprimeret Asterien. Eundem in olorem, ut Ledam Thestii filiam comprimeret. Eundem in Satyrum, ut [n] Nycteida Nyctei filiam comprimeret. Eundem in Amphitryo-

easum addit, quæ ab Junone in gruem versa est. Rænerius cum MSS. facit, nisi quod τὸ *casu* omittit. Scilicet minus id ei quadrare heic esse visum. Forte *part casu* scripserat auctor. Etiam pro *Pygantem* rescripserim *Pygmæam* vel *Pygmæam matrem*. Certè non *Pygæ* Pygmæa illa mater, sed *Oenoë* fuit dicta, auctore Anton. Liberal. cap. 16. vel *Geranæ*, ut vult Ælianus in de Animal. Lib. xv. cap. 29. Legas eandem fabulam apud Athenæum Lib. ix. cap. 11.

h *Quæ cum Jove coisset* &c.] Hæc lectio est è codice Florentino, sed διαλλαβὸν facit orationem, nisi scribas, *quæ quum cum Jove*. Neapolitanus codex habuit, *quia cum* &c. Forte, *quam quia cum Jove* &c. Sed τὸ *cum* proximè sequens induxerim cum Micyllo.

i *Ob admissum*] Latinissimè dictum est. Sext. Rufus Brev. cap. 19. *Ad satisfactionem tam audacis admissi*. Ovid. 11. μεταμορφώσεως vers. 381. *Conjugis admissum violataque jura mariti*. Heroid. Epist. xi. 381. *Admissi memores sed tamen esse mei*. Et vers. 110. *Ah miser admisso plectitur ille meo*. Epist. xvi. 45. *Matris in admisso falsâ sub imagine lusæ*. Metam. xi. vers. 380. *Sed memor admissi Nereida colligit orbam* &c. Rescript. Diocles. in Collat. Leg. Mos. *Quod ex admissi discrimine sustinet*. Rescript. Divi Pii. *Sciet me admissum severius exsecuturum*. Paullus Recept. Sent. Lib. i. Tit. 5. *Pro qualitate admissi plectuntur*. Rænerio tamen probare se ista Latinitas non potuit, qui inde fecit *admissum scelus*. Oblitus ergo erat etiam Lib. viii. fab. 6. legi, *Ob admissum præcipitavit in pelagus*. Et Lib. xi. fab. 9. *Ne ultra persequeretur admissum*. Intelligi *crimen* debet, quod addit Ovid. Am. ii. 7. *Me non admissi criminis esse reum*. Vel *facinus*. Salvian. de Provid. Lib. i. *Post facinus admissum Dei sermone conventus*.

k *Frangi posset de Minervæ numine*] Ita & Veneta ac Rænerius. Nec aliter MSS. 2. Micyllus dedit, *frangi posset, deque Minervæ numine certior fieri*. Quæ sapiunt interpolationem.

l *Finemque operis sui* &c.] Hæc est lectio MSS. 2. & Venetæ. nec placet tamen admodum. Concinnius Micylliana, *finemque operi suo arborem suam olivam imposuit*. Forte scripserat, *finemque operis sui explicuit arbore suâ*. Reliqua certè à glossatore aliquo videntur addita esse ex illo Nasoniano versu: *Is modus est: operisque suâ facit arbore finem*.

m *Contentioni*] Ita reposui ex Micylliana. MS. & Veneta præferunt *contentionem*. Rænerius pro istâ voce dedit nobis *sequentia*.

n *Nycteida Nyctei filiam*] Ita quidem cum MS. etiam Veneta & Micylliana. Sed

tryona, ut Alcmenam Electryonis filiam comprimeret. Eundem in aurum, ut Danaen Acrisii filiam comprimeret: in ignem, ut Asopidam. Duo sensus isti [o] in uno versu continentur. Eundem in pastorem, ut Mnemosynen comprimeret: in serpentem, ut Deoidam. Et hi duo sensus in unum versum veniunt. Neptuni etiam cupiditatem [p] inserit, ita ut doceret eum in juvencum esse mutatum, ut Æoli filiam stupraret: in amnem Enipeum, ut [q] Æoli uxorem; in arietem, ut Bisaltidam comprimeret. Hi tres sensus in tribus versibus aliter cadere non possunt. Eundem in equum, ut Cererem; [r] in volucrem, ut Gorgonam Medusam, ex qua equus Pegasus [s] proditur fuisse; in Delphinum, ut Melantho. Hi sensus continentur in tribus versibus. Apollinis præterea [t] in eadem contentione amoris furta [u] intexuit, indicans eum in accipitrem, interdum in leonem fuisse conversum; alias in pastorem, ut Issen Macarei filiam comprimeret. Liberum patrem quoque in uvam versum, ut Erigonen comprimeret. Saturnum præterea in equum versum, ut Philyram Oceani filiam, ex quâ Chironem Centaurum dicitur procreasse.

Fab. II.

Postquam Arachne, ordinata tela, contumeliosè à dea

Sed perperam. Antiope fuit dicta Nyctei filia: quam *Nycteida* appellat Naso, ut ab Antiope Asopi filia distinguat. Vide notas nostras ad Hyg. Mythol. cap. 7. Propert. Lib. 1. Eleg. IV. *Tu licet Antiopæ formam Nycteidos* &c.

o *In uno versu continentur*] *In unum versum* MS. & Veneta. Verum quæ de sensibus inculcantur identidem, qui quot versibus contineantur, ea existimo omnia à glossatore aliquo orta. Certè in Micyllianâ non comparent. Confer quæ dicemus ad fab. 26. Lib. VII.

p *Inserit*] Ita Veneta & Micylliana. MS. *inserit*.

q *Æoli uxorem*] Ita Micyllus. Sed MS. & Venet. *Æoliam*. Rænerius, *Iphimediam, ex quâ nati Aloidæ*. Non amo tam liberales correctores. Sufficisset *Iphimediam*. Vide Hygin. Myth. cap. 28.

r *In volucrem*] *In equum volucrem* Rænerius. Perperam. Vid. Heins. notas ad Metam. Ovid. pag. 132. Addo ejus observatis Tzetzæ locum in Lycophr. p. 30. ubi inter alias causas, cur Erinnys dicatur Ceres, hanc affert, ὅτι Ἐ-ρεννύι ὁμοιωθεῖσα μίχυται Ποσειδῶνι, ἐξ ἧς γεννᾷ τὸ Ἀρειονα ἵππον.

s *Proditur fuisse*] *Proditur natus* Rænerius. Sed alterum cum MS. Venet. ac Micyll. adstruunt.

t *In eadem contentione*] Etiam heic cum MS. faciunt Veneta & Micylliana. Sed Rænerius, *in eadem tela*.

u *Intexuit*] *Intexuit reddita* codex Neapolitanus & Veneta. Etiam mox cum Venetâ *indicat* pro *indicans* cod. Florentinus.

Unable to display this page

existerent. Confestim itaque Apollo & Diana, tecti nubibus, ut præceperat genitrix, Thebas venerunt, ac Niobes filios, cum in campo equis exercerentur, sagittis necaverunt. Quorum nomina hæc sunt, [f] Ismenus, Sipylus, Phædimus, Tantalus, [g] Alphenor, Damasichton, Ilioneus. Pater Amphion post necem filiorum ferro se interfecit. Nec minor violentia desiit esse Niobes: quod Diana indignè tulit. Nam virgines pari calamitate affecit. Vita novissimè Niobe flens [h] decessit, turbineque ventorum in patriam Sipylum delata est, cessitque in silicem voluntate Apollinis & Dianæ.

Fab. IV.

Latona Coei filia, cum Junonis ira ob adulterium ex Jove conceptos Apollinem & Dianam parere non posset, & nulla eam errantem regio reciperet, novissimè venit [a] in Lyciam, & cum ex ardore æstus ac longitudine viæ sitim sedare vellet, ab iis, qui ulvam & juncum secundum lacum legerent, prohibita est propius accedere. Quamobrem ira incensa, digrediens petiit à deis, ut nunquam accolæ [b] stagno carerent. Auditis itaque precibus ejus, Ju-

f *Ismenus*] *Ismenos* MSS. 2. & mox *Tantalos* alter.

g *Alphenor*] *Archenor* Flor. codex. & Veneta. Vide annotata à nobis ad Hygin. Myth. cap. XI.

h *Decessit*] *Diriguit* MS. cum Venetâ ac Micyllianâ. Sed quid τῷ *vita*, quod post *affecit* exhibet cum MS. Venet. tum faciendum? Omittit illud Micyllus. Forte, *Victa novissimè Niobe flens diriguit.*

Ad FAB. IV.

a *In Lyciam venit*] Antoninus Liberalis, qui paullo aliter hanc fabulam narrat cap. 35. Λητὼ ἐπεὶ ἔτικεν Ἀπόλλωνα & Ἄρτεμιν ἐν Ἀστερίᾳ τῇ νήσῳ, ἀφίκετο εἰς Λυκίαν &c. Lyciam tum appellatam vult eam regionem à lupis, qui deæ se viæ duces præbuissent. Λύκοι γ', inquit, συναυλόμενοι & οἰναῖοι ἐφηγήσαντο τὴν ὁδόν. Iterum monendum mihi τὸ σαίνειν latius patere, quam quidam rentur. Leonibus etiam illud tribuit Tzetzes ad Lycophr. pag. 131. ed. Steph. Εἶδον ἔξωθεν τὴν αὐλὴν τῆς κίρκης λύκους & λέοντας ἡμέρους, σαίνοντας αὐτὴν τὴν ὁδοῖς. Hieronymus in vitâ Paulli Eremitæ: *Et illi* (leones) *directo cursu ad cadaver beati senis subsiterunt, adulantibusque caudis circa ejus pedes accubuere.* Nimirum σαίνειν proprie est cauda adulari: quæcunque ergo animalia facere hoc consuevere, σαίνειν dicuntur. Apollon. I. Argon. vers. 1144. Θῆρες δ' εἰλυόσῃς ἀπ' ξυλόχοιο λιπόντες, Οὐρῇσιν σαίνοντες ἐπήλυθον. Cæterum quod Lyciam Τερμιλίδα dictam ibidem affirmat Liberalis, id contactum vitio est. Legendum omnino Τρεμιλίδα. Incolas Τρεμιλεῖς & Τρεμίλας appellatos dicit Stephanus. Perperam ergo Τερμιλαὶ vocatos ait Eustathius ad Dionys. pag. 113. ed. Steph. Corrige ex Stephano.

b *Stagno carerent*] Vide Barth. Adv. Lib. X. cap. 8.

Jupiter agricolas in ſpeciem ranarum transformavit.

Fab. V.

Satyrus nomine Marſyas, dum cum Apolline tibiis contendit (quas Minerva inveniſſe proditur) [a] pro audacia, quod deo cedendum non putaret, ſuſpenſus [b] ac cute nudatus eſt. Quem Nymphæ ac Satyri, cæterique ruris incolæ fletu proſecuti ſunt, quod ejus cantu carituri eſſent, ita ut ex lacrymis eorum flumen increverit, quod ejus nomine [c] in Phrygia Marſyas à [d] prioribus noſtris nuncupari videtur.

Fab. VI.

Tantalus epulis Jovis cum intereſſet, & cum vellet experiri an futura proſpiceret, invitato ad epulas, Pelopem [a] nothum ex filiis interemit, viſceraque ejus reliquis dapibus immiſcuit. Quo pro merito punito, miſericordia deorum, qui convivii participes fuerant, partes viſcerum Pelopis compoſuerunt, & humerus, qui defuerat, [b] de ebore effectus eſt.

Fab. VII.

Ad FAB. V.

a *Pro audaciâ*] Sic MS. Editi, quos videre mihi contigit, *per audaciam*. Sed *pro audacia* idem eſt, quod *propter audaciam*. Epiphanius Hiſtor. Tripart. Lib. IX. pag. 522. ed. Rhen. *Alios, qui pro pane veniebant, alios, qui illuc pro libidinis turpitudine venichant.* Scholiaſt. Horat. ad Lib. IV. od. 12. *Pro ſtupro ſororis ad vindictam.* Vet. Interpr. 1. Reg. cap. XV. 23. *Pro eo ergo, quod abjeciſti ſermonem domini* &c. Eccleſ. XII. 14. *Pro omni errato adducet Deus in judicium.* Licinius Ruffinus Collat. Leg. Tit. VI. *Pro ignorantiâ juris videntur admiſſa.* Salvian. de Provid. Lib. I. *Nec pro præſentibus ſupplicamus.* Sex. Rufus Brev. cap. 4. *In Africam pro defenſione Siculorum Romana transmiſſa* &c. Cap. 24. *Pro quâ admiratione Perſæ ſuperiores eſſe Romanos confeſſi ſunt.* Immo nec claſſici ſcriptores loqui ita dubitarunt. Conſule illos, qui Particulis linguæ Latinæ ſcripſerunt.

b *Ac cute nudatus eſt*] MS. Venet. ac Micyll. *A cute nudatus eſt tergere*] Lege, *à Scythe*, vel, *ac à Scythe nudatus eſt tergore.* Vide quæ annotata ſunt nobis ad Hyg. Myth. cap. 165.

c *In Phrygia Marſyas*] Vibius Sequeſter: *Marſias Phrygiæ urbis Celene.* Leg. *Celænarum*, & conſer quæ ſcripſi ad Hyg. Myth. cap. 165.

d *Prioribus noſtris*] H. e. majoribus. Conſule Barth. Adverſ. Lib. X. cap. 8.

Ad FAB. VI.

a *Nothum*] Ita reſcripſi ex Venetâ & Micyllianâ, cum *natum* præferret MS. Conſule Hyg. Mythol. cap. 83. & quæ ibi annotamus. Rænerius flagitioſe hæc pervertit.

b *De ebore effectus eſt*] *Suffectus eſt* Barth. Adverſ. Lib. X. cap. 8.

Ad

Fab. VII.

Tereus Martis filius, cùm auxilia multis regibus ferret, Pandioni quoque Athenis regnanti, cum à proximis civitatibus oppugnaretur, non defuit. Quamobrem filiam ſuam Procnen illi [a] in matrimonium dedit. Quæ deportata in mariti regnum, cum ex intercapedine ſororem Philomelam deſideraret, petiit à Tereo, ut proficiſceretur Athenas, ſororem ſibi ad ſolenne ſacrificium ut adduceret. Qui ut Athenas pervenit, ſoceri uſus hoſpitio in Philomelæ incidit amorem. quam ſecum digreſſus mandato conjugis duxit in Thraciam, [b] & ſtabulis clauſit, ut ſine cujuſquam ſuſpicione ad eam ſæpius commearet. Ac ne eloqui commiſſa poſſet, [c] linguam truncavit, & conjugi ementitus eſt: dixit enim ſororem ejus interiiſſe. At Philomela ea, quæ lingua prodere non poterat, [d] veſti intexuit notis literarum, quam uni dedit perferendam ſorori. Qua inſpecta illa, cum conjugis libidinem, caſumque germanæ comperiſſet, [e] conſtituit ſacra celebrare Libero patri, & more bacchantis ad ſtabula venit, ſororemque raptam in regiam duxit. Filium Ityn interemit, ac dapibus immiſcuit. Quibus expletus Tereus, filium cum deſideraret Ityn, caput noviſſime in ejus ſinum abjecerunt Itys, dicentes, Intus habes, quem deſideras. Tereus cum intellexiſſet ſcelus ſcelere ultum eſſe, conjugem & ſororem conjugis dum perſequitur, deorum volun-

Ad FAB. VII.

a *In matrimonium dedit*] *In matrimonio* cod. Neap. ut & mox *regno*, pro *regnum*.

b *Et ſtabulis clauſit*] Ita MS. cum Venetâ. Micyllus una voce auctius, *& corruptam ſtabulis clauſit*. Rænerius multo liberalius, ut ſolet, *ſtabulis autem ſuis violatam clauſit*.

c *Linguam truncavit*] Ita cum MS. Veneta quoque ac Micyll. Rænerius, *Linguam, ne commiſſa eloqui poſſet, ei truncavit*. Si quid mutandum ſit, legerim, *linguâ eam truncavit*.

d *Veſti intexuit*] *Veſte* MS. ut & fab. 10. Lib. v. *Cujus liquore Alpheus amnis infunditur*. E & I perquam facile inter ſe à librariis permutantur. Factum id etiam Catull. carm. 30. *Ut iſta veſtra diſſututa mentula Ducenties comiſſit aut trecenties?* Lege *comeſſet* h. e. comederet. Ita flagitant cum antiquitus editi, tum & ratio ipſa Latinitatis. Neque enim *comiſſare*, ſed *comedere* trecenties rectè dixeris. Martial. Lib. v. 70. *O quanta eſt gula centies comeſſe!*

e *Conſtituit ſacra celebrare*] MS. *Conſtituit itaque ſacra* &c. Vide ſupr. ad Lib. 1. fab. 7.

luntate versi sunt in aves; Procne in hirundinem, Philomela in luscinium, Tereus in epopem, Itys in Phasianum. Pandion dolore natarum [f] tactus, [g] caruit vita, regnumque ejus filius Erechtheus possedit.

Fab. VIII.

Aquilo cum Orithyiam Erechthei filiam diligeret, neque ullis precibus à parentibus puellæ impetrare potuisset, ut se in affinitatem reciperent, viribus usus suis, Athenas advenit, & puellam raptam in Thraciam pertulit, ibique gravidam fecit: ex qua geminos Zeten & Calain procreavit: quorum humeris alæ volucrum increverunt, per quas parentis imaginem referrent.

Fa-

f *Tactus*] Sic habuit codex Flor. Sed Rœn. *actus*. Micyll. *fractus*. id quod magis arridet. Cæterum fabulam hanc aliter narrant Anton. Liberal. cap. xi. Hom. Schol. ad Odyss. T. 518. & Eustath. p. 710. ed. Bas. Pandarei filiam faciunt Aëdona. Erat autem is Pandareus Meropis filius, Μελίσσ τὸ γέν, ut ad vers. 66. Od. Y. notat interpres. In Antonino corrupta hactenus partim, partim malè intellecta illa: Καὶ Πολυτέχνῳ μὲν ὀλίγον ἐπὶ χρόνον ἁρμάτιον ἐποίησεν, Ἀηδόνι δὲ ἴσον ἐξυφάνας, & συλλαβοῦσα εἰς ἄλλας, ὅπως ἂν τάχιον αἰνοδῇ τὸ ἔργον, τέτῳ πτερά παῖνα παρὰ τὴν ἐπίκλησιν. Διέφρον ἁρμάτιον *sellam curulem* transtulerunt interpretes. Perperam omnino. Διέφρος ἁρμάτιος est idem, qui δίφρος absolutè dicitur sæpenumero. Is autem simpliciter pro curru sive ἅρμα ponitur interdum, interdum ἅρματι opponitur, denotatque *bigam*, ut ita loquar cum Statio. Doceo ex Scholiaste Aristophanis ad Nub. Act. 1. sc. 1. pag. 123. Ξυναιρεῖ δὲ τὸ μὴ πλῆρες ἅρμα, ἀλλ' ἐκ δυοῖν ἵππων συνεστὸς, ὃ νῦν δίφρον καλοῦμεν. Schol. Pind. Hippoth. Nem. Η' δὲ, inquit, γυμνικὸς & ἅρμα. ἔχει δίφρον, ἁδὲ κέλης. Hinc ergo, ut diversa, ἕτερον δίφρον & ἅρματα πεπταλίτα memorantur à Pindaro Pyth. od. 2. Charisius apud Schott. Observ. Lib. 1. cap. 14. *Biga*, δίφρος. Hæc addenda erant illis, quæ pridem ad illum locum observavi. Deinde pro ὅπως legendum esse ὅτῳ cum τὸ τέτῳ, quod sequitur, evincit, tum sententia ipsa postulat: pacti sunt, ut ei, qui prius suum opus absolvisset, alter famulam daret. Sed istam conjecturam ut probabiliorem redderem, τὸ ἂν sustuli. Falsum hoc. Nec in mentem fuit, nec verbum eâ de re feci. Et cur tollerem, cum planè venustè heic ponatur? Schol. Hom. ad Iliad. B. 106. Η ὑξάλος ποτε, ὅ, τι ἂν κέλλιστον ἐν τοῖς τυμπάνοις αὐτῶ γένηται. Ὅτῳ pro ὅτῳ dixit Antoninus. Basil. Seleuc. pag. 10. ed. Dausq. Οὐκ εἶχεν, ὅτῳ τῶν διφρευτῶν ἀνέβη. Plato Phædon. cap. 5. Πᾶς ὅτῳ ἀξίως τέτε τὸ πρᾶγμα μέτεσι. Aristophan. Plut. Act. 11. sc. 1. vers. 8. Ὅτε χάριν pro ἕνεκα. Sic εἴτῳ pro εἵνεκα habes cap. 21. Καὶ εἴτῳ ξένων ἐντύχοιεν. Ita enim scribendum esse monui antehac. Quod cum vidisset vir doctus: *Quis adeo*, inquit, *imperitus, qui nesciat articulos præpositivos pro interrogativis & infinitis sumi?* Quærere ergo de illo libet, cur ipse tam peritus correctum iverit εἰ τῷ ξένῳ. Glossæ Maximi in Dionysium Areopagitam, εἴτῳ, εἵνεκα. Maximus Tyrius Dissert. 1. pag. 2. ed. Heins. Καὶ εἴτῳ ἐκεῖθεν τὸ φῶς ἁμαυρῶν δοκεῖ.

g *Caruit vita*] H. e. mortuus est. In tumulo apud Pithœum Catal. Lib. III. *Dulcem nam carui lucem, cum amisi te*

ego

Fabulæ Lib. VII.

I. Dentes draconis in homines.
II. Æson ex sene in juvenem.
III. Liberi nutrices in juventam.
IV. Aries in speciem agni.
V. Cerambus in avem.
VI. Draco in saxum.
VII. Juvencus in cervi figuram.
VIII. Corythus in speciem monumenti.
IX. Mæra in canis figuram.
X. Coæ matronæ in boves.
XI. Telchines in scopulos.
XII. Alcidamantis filia in columbam.
XIII. Cycnus in olorem.
XIV. Hyrie in stagnum.
XV. Combe in avem.
XVI. Calaureæ rex cum conjuge in volucres.
XVII. Menephron in feram.
XVIII. Cephisi nepos in phocam.
XIX. Eumeli filia in volucrem.
XX. Ephyre in serpentem.
XXI. Phineus & Periphas in aves.
XXII. Polypemonis neptis in volucrem.
XXIII. Spuma Cerberi in venenum.
XXIV. Sciron in petram.
XXV. Arne in avem monedulam.
XXVI. Formicæ in homines.
XXVII. Cephalus ab aurora immutatur.
XXVIII. Canis & vulpes in saxum.
XXIX. Procris pro fera occisa.

Fab. I.

Iason Æsonis filius, missus à Pelia Neptuni filio cum proceribus Grajorum Colchos ad pellem auream apportan-

ego conjux. In alio apud Gruterum pag. 770. *Quæ fuerat felix sor, si non pie-* | *na doloris: Quæ filios duos carnit &c.*

Ad

tandam, adjutricibus Junone ac Minerva, ut Æetæ Solis filii contigit regiam, [a] pulchritudine suâ perculit Medeam adversus parentem, ut sibi potius, quam patri consuleret. Ergo obligatum Iasonem coegit, ut fidem præstaret conjugii erga se. Nam tauros spirantes ignem, & draconem custodientem templum, & tergus auratum, venenis atque carminibus coegit parere Iasoni; ut proscisso solo dentes obsereret serpentis, ex quibus seges armatorum procresceret. Inter quos, ut ei præceptum erat à Medea, jactato silice, coegit eos inter se dimicare. Qui mutuo bello conciderunt. His gestis, Iason cum Medea [b] Iolcon abiit.

Fab. II.

Iason postquam Medeam abductam à parentibus in Græciam duxit, & promisso sibi conjugio copulavit; multis rebus expertus ingenium ejus, petiit ut parentem suum Æsonem [a] senectute elisum in adolescentiam [b] reduceret. At illa nondum amore deposito, quem ex ejus juventute ceperat, nihil denegando ei, ahenum constituit, herbarumque genera, quarum scientiam habebat, variis regio-

Ad Lib. VII. Fab. I.

a *Pulcritudine sua perculit Medeam*] Eâ de re fabula est non protrita apud Tzetzen in Lycophron. p. 59. Ταυτὴν ἔνιοι τὴν ἴυγγα φασὶ τὴν Ἀφροδίτην Ἰάσονι δόσαι ἐδίδαξε ταῦτα, ὅπως Μήδειαν θέλξῃ, λέγουσι δὲ ὅτι αὕτη ἡ ἴυγξ γυνὴ ἦν θεσσαλὴ, θυγάτηρ Πιτθέως, ἣ Ἥχης ἦν καὶ Παιὼς, φασμακεύσασα τὸν Δία εἰς τὸ Ἴδης πόθον, ὑφ' Ἥρας ἀπορραθὲν. Dixerat in præcedentibus, Ἴυγξ δὲ κυρίως ὄρνεον ἐστὶν ἀεὶ σεῖον τὴν οὐρὰν, ἀγωγὸν ἐρώτων. Ἀγωγὸν ἐρώτων esse constanter tradunt veteres omnes. Sed qui eam avem movere semper caudam ajunt, contradicunt Aristoteli, Plinio, & Scholiastæ Pindari, ut ostendi ad Antoninum Liberalem. Retro tantum cervicem torquet, reliquo corpore quiescente: unde & *torticollo* ab Italis vulgo appellari ait Victorius Var. Lect. Lib. XXIV. cap. 3. Ab eadem persuasione ortum, quod Chil. XI. 380. scribit Tzetzes: Ἴυγξ ἡ ὄρνις, ἡ κιγκλὶς, ἡ σείουσα τὴν οὐρὰν, Ἥιπερ καὶ σεισπύγιον καλοῦσιν φερσύωπες. Scrib. σεισοπύγιον & κιγκλὶς pro κιγκλὶς. Verum avis ista, quam innuit, ab aliis κίγκλος, κιγκλὸς, vel κίγκαλος vocatur, non κιγκλὶς, quod longè aliud est. Falsum tamen & hoc, κίγκλον esse σεισοπυγίδα.

b *Iolcon abiit*] Perperam MS. cum Venetâ & Micyll. *Corinthum abiit*. Ait enim Naso: *Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus*. Non ignoro tamen quomodo & alterum possit defendi. Consule Micylli commentarium in hanc fabulam.

Ad FAB. II.

a *Senectute elisum*] H. e. confectum, fractum. Tertull. ad Scap. cap. 4. *Si autem contenditis ad elidendos nos, jam ergo innocentiam expugnatis.*

b *Reduceret*] *Perduceret* MS. Micyll. & Ve-

gionibus quæsita, incoquens, postquam animadvertit stipitem, quo versabat herbas, in arborem oleam [c] oneratam baccis esse conversum, quæ despumata aheno in terram deciderant, in herbam lætissimam esse conversa, [d] maturatum tempus existimans, Æsonem interemptum madentibus herbis immiscuit: & ut promiserat conjugi, ex senectute in pristinum vigorem videtur perduxisse.

Fab. III.

Liber pater ut animadvertit Æsonem senectutem remediis Medeæ expulisse, petit [a] ut proinde suis nutricibus ferret auxilium, easque in adolescentiæ vigorem reduceret. Cujus auctoritate illa compulsa, eisdem, remediis, quibus Æsonem, [b] in primitias reduxit, Liberoque æternum beneficium dedit.

Fab. IV.

Peliades Peliæ filiæ, [a] herbis impulsæ, postquam viderunt arietem gravatum ætate in agni speciem transfiguratum, ambitiosius à Medeâ petere cœperunt, ut Peliæ paren-

& Veneta, quemadmodum in fine, *perduxisse videtur*. Fab. tamen III. habet, *Easque in adolescentiæ vigorem reduceret*.

c *Oneratam baccis*] Ita malo cum Venet. & Micyll. quam *ornatam*, quod Rœnerius dedit.

d *Maturatum tempus*] Sic & Veneta cum MS. Sed Mic. & Veneta *maturum*. Forte, *maturum jam* &c.

Ad FAB. III.

a *Ut proinde suis* &c.] Hæc lectio est MS. & Venetæ. Non placuit tamen Rœnerio, ut qui pro eâ rescripserit, *ut suis quoque*. Offendit, puto, eum τὸ *proinde*, quod idem heic est, quod *perinde*, quomodo Micyll. habet. Frustra. Sallust. Jug. cap. 4. *Proinde quasi prætura & consulatus, atque alia omnia hujusce modi per se ipsa clara & magnifica sint*. Columell. Lib. II. cap. 5. *Nunc autem proinde ac si temperatæ regioni præcepta dabimus*. Adde quæ Stewechius habet in de Partic. Ling. Lat. Lib. I. p. 255. Cæterum deceptum heic esse Lactantium depravatâ Lectione Ovidiani loci, *capit hoc à Colchide munus*, luculenter demonstrat Heinsius p. 171. Not. in Met. Ovid.

b *In primitias*] H. e. in principium juventutis. Gloss. Philox. *Primitium*, τὸ πρῶτον. Contra *initia* pro *primitiis* poni interdum deprehendi. Vetus Interp. I. Reg. cap. XV. 13. *Et Saul offerebat holocaustum Domino de initiis prædarum*. Οἱ ὁ. Τὰ πρῶτα τῆς σκύλου &c.

Ad FAB. IV.

a *Herbis impulsæ*] Sic MS. & Veneta quoque cum Micyllo. Vitii nonnihil hæc contraxisse videtur & Rœnerius vidisse, cum omiserit. Sic enim solet, cum vel non intelligit aliquid, vel quomodo emendandum sit, non videt. Existimo scripsisse auctorem, *verbis*, vel *his rebus impulsæ*.

b *Im-*

renti earum restitueret, quam temporis processione amisisset, juventutem, cupiens inimicum Iasonis data occasione punire, [b] impulit eas parentem interficerent, & laceratum in ahenum fervens dimitterent. Quod ut factum est, currum draconibus junctum conscendit, & per aera elata, [c] conspectum inimicorum profugit.

Fab. V. VI. VII. VIII, & IX.

Medeam fugientem docet Othryn montem Thessaliæ petiisse, in quem diluvio Deucalionis [a] Cerambus Nympharum auxilio pennis delatus sit, & in montem Parnassum, qui est altissimus. Hinc Pitanen Æoliæ urbem relinquentem, vidisse draconem in saxum esse transfiguratum. Deinde Idæum nemus adisse, [b] in quo Liber pater juvencum transfiguratum in cervi figuram subtraxit. Nec

b *Impulit eas parentem interficerent*] Ita MS. Sed Veneta & Micyll. unâ voculâ auctius, *impulit eas ut parentem* &c. Vide supr. ad Lib. II. fab. 12.

c *Conspectum inimicorum profugit*] Sic Lib. IX. fab. 9. *Patriam profugit*. Lib. VIII. 3. *Minoem profugere vellet*. Et, *profugerent regis imperium*. Conser quæ annotavi ad Hyg. Myth. cap. 277.

Ad FAB. V. VI. &c.

a *Cerambus*] Existimo hunc esse Cerambum illum, de quo Anton. Liberal. cap. 22. Nam conjecturæ ejus, qui *Terambum* transformat in *Cerambum*, favere mirificè hunc Ovidii locum alias dixi. Ἐγχάλη inquit Antoninus ὑλοφάγῳ κεράμβυκι. φαίνεται δὲ ὄντι τῶν ξύλων, καὶ ἔστιν ἀγκύλῳ ἐν τοῖς ὀδοῦσιν, καὶ συνεχῶς τὰ γνάθια κινεῖ &c. Quæ verba ita verterim: *Facilis est cerambyx, quod est insectum frondivorum, conspicitur que in arboribus, curvis dentibus, maxillas semper movens* &c. Ξύλα sunt arbores. Οἱ ὁ Genes. cap. III. Οὔπω καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν &c. Psalm. I. vers. 3. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. Eccles. cap. II. vers. 5. Ἐφύτευσα ἐμαυτῇ ξύλον παντὸς καρποῦ. Et sic sæpe alibi illi interpretes. Etiam Græcorum more Ambrosius Hexaëm. Lib. I. cap. 4. *Ligna fructifera* appellat arbores fructum edentes. *Lignum pomiferum* est apud Vet. Interpr. Genes. cap. I. vers. 11. Ubi Junilius Episcop. Afric. *Patet ex his verbis Dei, quia verno tempore mundi perfectius est ornatus. In hoc enim solent herbæ virentes apparere in terrâ, & ligna pomis onustari.* Τὰ λιροξύλα verto *frondivorum*, ut apud Diodorum Sicul. Lib. III, pag. 159. Οἱ δὲ ὑλοφάγοι μὲν τῶν ξύλων ἐσθίουσι, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὀλίγους ἐξιόντας, διὰ τὸ δύσοπτα εἶναι, καὶ τοὺς ἀπαλοὺς τῶν ἀκροδρύων ἀποσφίγγουσι. Pro κινεῖν legendum κινεῖ. Sed hoc jam antehac monui, ut & γνάθια ibi esse γνάθους: adeo ut frustra apud Apollod. pag. 19. Καθεμιᾷ βαθεῖαι κόμαι ἐκ κεφαλῆς ἐς γνάθους, pro γενείων referebat Clariss. Tanaq. Faber. Hesiod. Asp. vers. 167. Μυκάβιτον δὲ γνάθοις, *denigrataque illis erant maxillæ*. Diaconus: Τὰ δὲ γνάθια τῆς δρυκόλαπτος, ἤγουν ὁ ἀπὸ τοῦ στόματος καὶ τῶν σιαγόνων τῶν μύλας ἔχων.

b *In quo Liber pater juvencum*] Ita reposui ex Venetâ, quâ cum & MS. facit, nisi quod perperam *Liberi patris* exhibet. Rœnerium hæc ex Regianis Commentariis interpolasse deprehendet, si quis conferre voluerit.

Ad

Nec minus, qua Corythi pater parvo conditus est sepulchro: & qua Mæra in canis figuram est conversa.

Fab. X. XI. & XII.

Ab his regionibus digressam Eurypyli urbem contigisse, in qua Coæ matronæ [a] in cornutas boves transfiguratæ sunt [b] propter effectum, quod Veneri formam suam anteposuerunt. Dehinc [c] Telchinas Ialysios transgressam, quos Jupiter propter odium conjugis suæ Junonis subjecit mari. quorum regione relicta, ad Cæam urbem perveniisse: in qua Alcidamantem scribit ex filia vidisse columbam procreatam esse.

Fab. XIII. & XIV.

Post hæc lacum Hyries & Cycni Tempe: in quibus locis cum Phyllius quidam gravi amore pueri teneretur, & imperio ejus volucres indomitas, ac leonem manum pati coegisset, taurumque vicisset, neque ideo labor [a] ejus potiendi merces extitisset, indignatus, cum se ex præcipiti loco odio laboris jaceret, in volucrem olorem conversus est. Hyrie autem mater ejus flendo assidue casum filii sui in stagnum deorum misericordiâ delicuit, quod sui nominis esset.

Fab. XV.

Ad FAB. X. XI. &c.

a *In cornutas boves*] Ita & Veneta & Micyll. MS. non agnoscit τὸ *boves*. Nec sanè boum distertim meminit poeta. Rursus dicendum etiam huic fabulæ assutas esse lacinias ex Regianis à Rænerio: immo talia, quæ pugnent planè cum Lactantianis. Illustrare tamen ista instituit Barthius Adversar. Lib. VIII. cap. 17. ut si à Lactantio essent profecta.

b *Propter effectum*] Sic & MS. cum Venet. Micyllus, *propter affectum*. Forte, *propterea id factum*.

c *Telchinas*] Qui fascinatores insignes erant. Unde Basilius in Exercit. Grammat. Τελχὶν, ὁ βάσκανος. Et Hesych. Τελχῖνες, βάσκανοι, γόητες, φθονεροὶ, ἢ παρὰ τὴν τῆξιν, ἢ παρὰ τὸ θέλγειν.

Ad FAB. XIII. &c.

a *Ejus potiendi merces extitisset*] Justin. Lib. I. cap. 7. *Brevi post tempore cædes Candauli nuptiarum pretium fuit.* Ita omnino legendum cum summo viro I. Fred. Gronovio. Non merebatur elegans ista loquendi ratio, ut à Rænerio obliteraretur. Fabulam hanc luculenter narrat Anton. Liberal. cap. 12.

Ad

Fab. XV. XVI. XVII. XVIII. & XIX.

Ab his locis digreſſam Pleurona perveniſſe, in quâ urbe Combe, cum [a] Phaſnei filii occiderentur, deorum miſericordiâ effectum eſt, ut in avem transformaretur. [b] Ab his Calauream Latoniam, ubi regem cum conjuge in volucrem verſum. Deinde Cyllenen adiiſſe, ubi [c] Menephron, ne cum matre concumberet, à Jove in feræ ſpeciem transfiguratus eſt. Poſt eorum caſum profectam vidiſſe Cephiſum nepotis ſui exitium deflentem, qui ab Apolline in phocam transfiguratus fuerat. Item domum [d] Eumeli adiſſe, lugentis filiam in volucrem ceſſiſſe.

Fab. XX. XXI. & XXII.

[a] Aliquando etiam Ephyren contigiſſe verſam pennis viperinis, in quâ urbe primum ex fungis edita exiſtimantur

Ad FAB. XV. &c.

a *Cum Phaſnei filii occiderentur*] Sic Veneta & Micylliana. MS. *faſnei*. Corruptè omnino. Sed cum fabula iſta mihi alibi lecta non ſit, quid exſculpi inde debeat non video. Niſi cui placeat, *in quâ urbe Combe Ophias, cum à filiis occideretur* &c. Rænerius ex Regianis commentariis, *Ne à filiis (centum enim peperiſſe fertur) occideretur*. Heſych. Κόμβη, κεφάτων μήτηρ. Vide ibi Palmerium.

b *Ab his Calauream Latoniam* &c.] Hæc deſumſi ex Micylli editione. Veneta, *Ab his Galauream Lathoum regem cum conjuge in volucrem*. Nihilo meſius MS. *Ab his Calauream Letoi regem cum conjuge in volucres*. Rænerius, quemadmodum ſolet, ad Regianos commentarios etiam heic confugit.

c *Menephron*] Vide Hyg. Mythol. cap. 253. Non valde diſſimilem huic fabulam habes apud Anton. Liberal. cap. 5. ubi *Neophron* vocatur, cujus ſceleſtis artibus accidit, ut Ægypius cum matre concumberet.

d *Eumeli*] Admeti regis filii. Apud Antoninum Liberal. cap. 15. Eumelus eſt Meropis filius, cujus duæ filiæ Byſſa & Meropis, & filius Agron, in aves transformantur. Habitabat autem Eumelus ille κῶν τὴν Μεροπίδα νῆσον, ut ait Antoninus. Verum id non probatur τῷ δείνα, qui emendatum it, τὴν Μεροπίδων νῆσον. Fruſtra, ut oſtendi in notis meis ad eundem ſcriptorem; quibus addas licet illud Callimach. Hymn. in Delum vers. 160. Ὠγυγίλω ἐλ' ὕπειλα κόων Μεροπίδα νῆσον Ἴκελο. Schol. Homer. ad Iliad. ξ. vers. 255. Καλαυρθεὶς τε εἰς κῶν τὴν Μεροπίδα, ἐκωλύθη ὑπὸ Ἑλλήνων τῶν νήσων. Euſtath. in Homer. Iliad. pag. 73. ed. Baſ. Εὑρηνται δὲ ἐν ὁ κῶος, τινὲς μὲν οἱ τῶς τῶν νήσων ὄντες, μέροπες ἰδίως καλούμενοι, ἀνόμασε ἐθνικὸν, ἐκ τῆς νήσου αὐτῶν κῶς Μεροπὶς. Apud anonymum modo laudatum invenio etiam ad Iliad. A. vers. 590. Περσίχε τῆ κῷ τῆ Μεροπίδος. Poſſet ergo refingi, κῶν τὴν Μεροπίδος νῆσον. Sed non placet.

Ad FAB. XX. &c.

a *Aliquando etiam Ephyren contigiſſe verſam* &c.] Ita cum MS. habuit, tum & Veneta habet. Adſtruit præterea etiam lemma ipſum *Ephyre in ſerpentem* eam lectionem. Inſulſiſſima tamen eſt, & arguit ſupinitatem inſignem auctoris:

tur corpora. Ibi cum parente Creusam consumptam venenis, nec minus natos ab ipsâ interemtos, Iasone relicto. Inspectis itaque casibus miserorum, venisse etiam Athenas, ubi Phineum & [b]Peripham in aves conversos. Item neptem Polypemonis volucrum explesse numerum.

Fab. XXIII.

ris: immo apertè ostendit non intellexisse eum versum illum Nasonis, *Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis Contigit.* Geminum huic prorsus & germanum, quod Lib. III. fab. 10. narrat, ex Tyrrhenis nonnullos in aves esse mutatos, quod Naso dicat, *In spatium resilire manus breve vidit, & illas Jam non esse manus; jam pinnas posse vocari.*

b *Peripham*] *Periphantem* fuisset scribendum. Fabulam hanc, id quod interpretes fugit, narrat Antoninus Liberalis cap. 6. Ζεὺς δὲ ἐλθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τ Περίφαντ@, ἐ καταλαβὼν ὁμιλοῦντα τῇ γυναικὶ, πίσσῃ ἀμφοτέρους τ χεῖρα, ἐποίησεν ὄρνιθα αἰετόν. Τὴν δὲ γυναῖκα αὐτῦ ἀνθεῖσαν ἐ αὐτὴν ὄρνιθα ποιῆσαι συμίνομεν τ Περίφαντ, ἐποίησε φήνην. hoc est, *ossifragam*; quam & *barbatam* dictam Plinius refert Lib. x. cap. 3. *Ossifragus* est Isidoro Lib. XII. 7. Orig. Inter accipitres numerat Ælian. Animal. Hist. Lib. XII. cap. 4. Aristoteles ἀφὶ Θωμασ. Ἀκκημ. p. 97. ed. Sylb. Ἐκ τῦ ζδύγας δὲ τ κίστην διάτεσιν τ ἀγρίων (ἐναγρίων Gesn.) ἀλιαίετ@ γίνεται παραλλάξ, ἅς αἱ σύζυγα ἔχυσι, ἐκ δὲ τ̃ ἀλιαίετον φήνη γίνε) &c. Φῆνις dicitur à Dioscoride Lib. II. cap. 58. Φῆνις τὸ ὄρνεον, inquit, ὃ Ῥωμαῖοι χαλκῆσιν ἐπιφορίοις. Sed hanc non meam esse, sed Boscharti observationem ait Vir Clarissimus, siquidem in suo Hierozoico ex Dioscoride hunc locum adducit alicubi Boschartus. Fateor bilem movere mihi tam jejunam malignitatem. Nemo, opinor, ferat me ita scribentem: *Φῆνιν* esse Romanorum ossifragam docet ex Dioscoride in Lexico suo Crispinus; ergo non Boscharti hæc, sed Crispini observatio est, & hic ab illo compilatus. Quasi vero τ ἀδυνάτων ἦν esset, ut duo idem legerint. Atqui ille tam rigidus aliorum censor ipse duorum locorum emendationes in annotationibus prioribus ad Anton. cap. XXXI. sibi confidenter vindicat, quas in secundis curis, nescio quâ motus caussâ, simpliciter vero auctori, hoc est, Cluverio acceptas refert. Aut fateatur heic necesse est, idem sibi, quod Cluverio, venisse in mentem, aut eas à se Cluverio sublectas. In Antonini loco modo adducto suspectum mihi esse scripseram nuper τὸ οἰκία, & rectius videri οἰκεῖα, quo utitur eodem sensu idem scriptor cap. 5. 10. 12. & 30. Sed omnia illa loca corrupta esse affirmare non dubitat Vir Cl. & in illis οἰκία rescribendum: non pati enim naturam vocis & genium linguæ Græcæ, ut οἰκεῖα dicamus ædes nostras. At quid linguæ Græcæ genius patiatur, non aliunde nobis, quam ex veterum monumentis discendum, in quibus si οἰκεῖα sæpiculè pro domo & sede domesticâ poni invenerimus, nemo genio id linguæ illius repugnare dixerit. Præter Theophrast. cujus est illud in de Caus. Plant. Lib. IV. cap. 15. ὅταν σῖτ@ εἰς τὰ οἰκεῖα πθῇ, addo nunc ita loqui etiam Parthenium Erot. cap. 27. Καὶ ἰφιασπιδίλω ἑαυτὸν ὕσεσιν ἐκ τ̃ οἰκείων ἐλάσας, *edibus expulisse.* Ælian. Var. Hist. Lib. III. cap. 17. Ἀγαγεῖν τὸν ὀπίσω εἰς τὰ οἰκεῖα, *domum reducere.* Lucian. in Asino: Περὶ τ ἑσπέρας ἤλθομεν εἰς τὰ οἰκεῖα, *domum venimus.* Tzetz. in Lycophron. p. 150. ed. Bas. Ἀπαντ@ τ Λοκρῶ [φασὶ τὰς Γυρίας πέτρας ναυαγήσαντ@, οἱ Λοκροὶ μόλις σωθέντες ἦλθον εἰς τὰ οἰκεῖα, *domum venerunt.* Adhæc quemadmodum apud Latinos *domus* pro patriâ; ita & apud Græcos τὰ οἰκεῖα ponuntur interdum. Parthenius Erot. cap. 4. Πόλεμον ἐπάξεται τοῖς οἰκείοις, *bellum patriæ inferet.* Et quid mirum οἰκεῖα pro domo accipi, cum συγγένυμον ejus ἴδια eo sensu accipi nonnunquam deprehendatur? I. Eidr. cap. VI. vers. 32. Λαβόντες ζύλον ἐκ τ̃ ἰδίων αὐτῦ, *ut sumatur lignum de domo*

Fab. XXIII.

Ab his noviſſimè excipitur ab Ægeo, [a] nec minus jungit fœdus. Inter hæc Theſeus Ægei filius, errore & laboribus plenus, excipitur à patre; cui protinus Medea parat venenum, quod aconiton appellatur. Hercules enim cum ad inferos deſcendiſſet, miſſus ab Euryſtheo, ut canem tricipitem ad ſuperos perduceret, poſtquam eum in regionem Ponticam perduxit, territum animadvertit ex novitate aeris vomitum profudiſſe. Notato itaque loco, ſpumam ejus in venenum eſſe converſam [b] repertum eſt: quod Græci aconiton nominant, [c] quia naſcitur in cautibus.

Fab. XXIV.

Poſt hæc referunt feſtos dies agentes laudes Theſei, quemadmodum taurum Marathonium interemiſſet; ut etiam

mo ejus. Sanè in Eſdr. Canon. cap. VI. vers. 11. pro ἐκ τῶ ἰδίων habetur ἐκ τῆ οἰκίας. Vulgata tranſtulit, *ut ſumatur lignum de ſuis propriis.* Nimirum *ſua* vel *propria* vocant etiam Latini ſedes ſuas domeſticas. Amm. Marcell. Lib. XVI. p. 136. ed. Boxh. *Raptâ ſarcinarum & jumentorum cum calonibus parte maximâ, redit ad ſua.* Lib. XVII. p. 158. *Ut ponte compacto transgreſſus in ſuis requireret barbaros, cum nullum reliquiſſet in noſtris.* Et pag. 163. *Repedavit ad ſua.* Interpres Abdiæ Babyl. Lib. III. p. 20. *Abiit unuſquiſque ad propria.* Pag. 34. *Cum revertiſſem ad propria.* Euagrius in vitâ Antonii, *Abibat ad ſua.* Petron. Fragm. Trag. p. 50. ed. Blav. *Oſculatique menſam, rogamus nocturnas, ut ſuis ſe teneant, dum redimus à cœnâ.* h. e. ἐν τοῖς οἰκείοις. Etiam Plin. Lib. I. epiſt. 4. *Si quando in noſtra diverteris.* Οἰκία non eſſe uſitatum πιζοχρόοις, vel inde liquet, quod tanquam rarum quid in Arriano id annotet Euſtathius. At frequenter apud Herodotum occurrit. Non nego; ſed inde fieri id ajo, quod ſcriptor ille Ionicus ſit. Nam Ionum eſt ex maſculinis vel fœmininis facere neutra. Colligo ex Schol. Apollon. ad Lib. III. vers. 137. & Schol. Homer. ad Iliad. E. vers. 722. Illius verba ſunt: Κύκλα λέγει τὰς βόμβυκας, κυκλώματα. Ἰωνικῶς δὲ τὰ κύκλα αἴτι τὰς κύκλους, ὡς λύχνα ἢ δίφρα. Confer Etymol. magni auctorem p. 585. Ed. Sylburg.

Ad FAB. XXIII.

a *Nec minus* &c.] Ita & Veneta & Micylliana. Rænerii nulla heic habenda ratio, cum nova ille cudat, non vetera revocet. MS. *nec mora jungit fœdus.*

b *Repertum eſt*] Veneta non agnoſcit iſta verba. Agnoſcit tamen Micyllus.

c *Quia naſcitur in cautibus*] *Cotibus.* Micyll. MS. *Quia à caute nomen accepit.* Naſo: *Quæ quia naſcuntur durâ vivacia caute, Agreſtes aconita vocant.* Nimirum ἀκόνη cautes ſive cotes Græcis ſunt. Scholiaſtes Nicandri in Alexipharmacis: Γενέσθαι γὰρ τὸ κάρδαμον ἐξ ἅδου αἰσυχθέντα, μὴ δυνάμει ὑποπεσόντα τῆς ἀυγῆς τῆ ἡλίε, ἢ ἐμέσαι, ἢ ἐν τῆ ἐμέτῳ ταύτῃ γενέσθαι τῶν βοτάνων. ἀχρώστοι δὲ ἔοικεν. Ἄχερον δὲ ποταμὸς ἐν Ἠπείρῳ τῆ ποντικῆ, ἔνθα τὸ ἅδε κύνα ὁ Ἡρακλῆς ἐξήγαγε. ἢ ὁ λόφος ἀκόνης λέγεται.

Ad

tiam Procruſten, [a] Cercioniſque necem peregerit, [b] qui trabes opponebat hoſtibus, ita ut victi exanimarentur ab eis: Scironem quoque Neptuni, ſolitum iter facientibus tendere inſidias: qui poſtquam à Theſeo eſt interfectus, [c] ejus oſſa fluctibus agitata ſcopulis inhæſerunt: unde Scironides petræ ſunt appellatæ ab ejus nomine.

Fab. XXV.

Arne cum [a] inſulam Sithona, in quâ genita eſſet, hoſti Athenas oppugnanti, capta pulchritudine auri, vendidiſſet, ne pro meritis ſupplicia penderet, in volucrem monedulam eſt transfigurata, quæ adhuc amore ſplendoris ejus tenetur.

Fab. XXVI.

Æacus Jovis & Æginæ filius cum [a] Aſopidem inſulam conjugis nomine incoleret, & gravi peſtilentiâ Junonis irâ populum amiſiſſet, precibus & miſericordiâ à Jove impetravit, ut, vaſtatâ inſulâ, quot formicæ in eâ apparuiſſent, tot verſæ in hominum facies deſideratam multitudinem explerent. Neque immerito, [b] ſiquidem ex hujuſmodi animalibus creverant, Myrmidones ſunt appellati. Formicæ enim Græcè myrmices appellantur. Porro autem ſenſus hos Cephalo ſciſcitanti [c] narrat Æacus.

Fab. XXVII.

Ad FAB. XXIV.

a *Cercionis necem peregerit*] Τὸ *peregerit* non habet Veneta. At habet Micylliana. Sed τὸ *procruſten* tum mutare malim in *procruſtæ*.

b *Qui trabes opponebat hoſtibus*] Atqui hoc non Cercioni, ſed Sinidi tribuitur cum ab aliis, tum à Naſone ipſo. Confer Hyg. Myth. cap. 38.

c *Ejus oſſa*] Ita Micyllus. Veneta, *ejus fluctibus agitatum ſcopulis inhæſit*. Videtur voluiſſe *corpus fluctibus* &c.

Ad FAB. XXV.

a *Inſulam Sithona*] Ita Rænerius edidit. Micyll. *Sithon*. Venet. *Scython*. Legendum eſſe *Siphnon* vult Nob. Heinſius. Vide quæ dixi in Præfatione ad Lectorem.

Ad FAB. XXVI.

a *Aſopidem inſulam conjugis nomine*] Falſum hoc, tametſi & MS. & antiquitus excuſi omnes ita præferant. Vidit & Rænerius hoc. Itaque ſubſtituit: *Oenopiam, quam poſtea de matris nomine Æginam appellavit*. Illa Ægina erat *Aſopis*, hoc eſt, Aſopi filia. Hinc Æacus vers. 616. Lib. VII. Met. *Jupiter, dixi, ſi te non falſa loquuntur Iſſe ſub amplexus Aſopidos Æginæ*.

b *Siquidem ex* &c.] Ita & Veneta cum Micyll. Sed MS. *qui ex* &c. Quod præfero.

c *Narrat Æacus*] Sic Rænerius. Sed

Fab. XXVII.

[a] Cephalus de donis refert invicem Æaco de Procride conjuge, & cur, aut unde telum gereret. Cum in monte Hymetto Atticæ regionis venaretur, ab Aurorâ ob ſpeciem raptus eſt: quem ut comperit Procridis prioris conjugis amore implicatum à ſe velle diverti, fecit ut mutata ſpecie remiſſus Cephalus Athenas contenderet, & eam pollicitis muneribuſque tentaret, an pudicitiam puram poſſet ſervare. Pluribus itaque rebus ad uſum fœminarum comparatis, quibus capi poſſet, fallacia mentem elicuit. Quod ut illa comperit, à marito ſe eſſe deceptam, pudore exterrita, ut conſpectum ejus evitare poſſet, altis ſe recondidit ſaltibus. [b] *Cephalus autem amoris impatientiâ, cum ejus abſentiam ferre non poſſet, precibus impetravit, ut ad ſe rediret: reverſaque canem ei dedit velociſſimum, & jaculum inevitabile, quod nunquam fruſtra jaceretur.*

Fab. XXVIII.

[a] *Thebani, Naiadibus, Nymphiſque futura prædicentibus, Themidis deæ obſcura dantis reſponſa templum everterunt. Indignata dea feram immiſit, quæ pecora & agreſtes vexabat. Ad quam opprimendam cum reliqua Græciæ juventute convenit Cephalus cum jaculo & Lælape cane à Procride accepto. Qui cum miſſus vulpem perſequeretur, eſſet-*

Venet. Mic. & MS. *edocet Æacus.* Quod ſolœcam reddit orationem. Notat Barthius Adverſ. Lib. VIII. 17. *Senſus* eſſe hiſtorias & narrationes. Mihi hæc poſtrema periodus de gloſſâ ſuſpecta eſt. Confer quæ dixi ad Fab. 1. Lib. VI.

Ad FAB. XXVII.

a *Cephalus de donis*] Hæc eſt lectio MS. ut & Venetæ ac Micyllianæ. Sed eam cum non intelligeret Rænerius, ſatius duxit ita reſcribere: *Cephalus refert invicem Æaco de donis à Procride conjuge acceptis.* Lege tu, *Cephalus Deionis.* Scil. filius. Eſt elegans hellenismus, quem per imperitiam auctori huic ereptam aliquoties reſtituere neceſſe habuimus. Vide quæ annotavi ad fab. 3. Lib. VI.

b *Cephalus autem*] Hæc de ſuo addidit Rænerius. Certè nec in MS. nec in antiquitus excuſis comparent.

Ad FAB. XXVIII.

a *Thebani Naiadibus*] Nec hoc argumentum in MS. vel Vett. Edd. invenitur. Immo καὶ πόθεν à Rænerio deſcriptum eſt è Regianis commentariis.

Ad

esſetque Cephalus telum conjecturus, utrumque aſpexit in ſaxum commutatum.

Fab. XXIX.

[a]Hic cum aſſiduè Dianæ ſtudio feras perſequeretur, & ambigua vox [b]refrigerantis Cephali ad eam eſſet perlata, qui ex nimio æſtu auram ſæpius invocaret, non immemor priſtini amoris, dum virgultis ſe recondit, ut ſpecularetur, an eſſet aliqua aura nomine, cujus ille cupiditate impulſus à ſe alienaretur, Cephalus procul ſpeculatus vehementius moveri virgulta, dum latere feram exiſtimat eo loco reconditam, jaculo emiſſo, conjugem imprudens interfecit. [c]Fertur autem id telum cum cane ab eadem conjuge Procride Cephalo tributum, cujus vim ob iram Auroræ, ſimiliter ut feræ ab eo percuſſæ, maximo cum luctu viri experta eſt.

Fabu-

Ad FAB. XXIX.

a *Hic cum aſſiduè*] Ita MSS. & Vett. Edd. quæ hoc argumentum annectunt fab. xxvi.

b *Refrigerantis Cephali*] Γ'σης, *refrigerari cupientis Cephali.*

c *Fertur autem id telum cum cane* &c.] Sic malui cum Micyll. quam *& telum* cum Venetâ. Cæterum telum illud ut & canem lælapem acceperat à Minoe Procris, quod ſanaſſet eum morbo laborantem ſanequam monſtroſo. Nam, ut cap. 41. narrat Antoninus Liberalis, ὁ Μίνως ὄφεις ϛ σκορπίους ϛ σκολοπένδρας ἔρισεν, ϛ ἀπέθησεν αὐ γωναῖκας, ὅσας ἐμίγνυτο. Sic rectè eum locum ordinabat Salmaſius. Sed τὸ ἔρισεν cum non valde placere mihi, quod nimis Ionicum videretur, nuper ſcripſiſſem, regeſſit Vir Cl. neminem debere offendi eâ voce, cum ipſe complura Ioniſmi veſtigia in hoc deprehenderit ſcriptore. In hunc ei cenſum venit cap. 32. Πολυδώρης pro Πολυδώρας. Sed quis dixit ei Πολυδώρη eſſe Ionicum? Ioniſſat ergo etiam Apollodorus Lib. III. cap. 12. Καὶ γίνεται θυγάτηρ αὐτῷ Πολυδώρη. Ego Atticum potius dixerim. Etym. magni auctor Col. 32. ed. Sylburg. Αἴθρα τὸ χοϊνὸν. καὶ Ἀττικὸν, αἴθρη. Remanſerint iſta & id genus alia ex Ioniſmo in Atticâ linguâ. Una enim Attica olim & Ionica dialectus, ut inter alios notavit & Euſtathius ad Dionyſ. p. 109. ed. Steph. Pro ἔφασαν, quod etiam cap. 32. legitur, & Doricum facit Vir Cl. omnino legendum ἔφασκον. Parthen. Erot. cap. 4. Ἡ δὲ σωτείρα μὴν ἔφασκεν εἰς τὸ παρὸν. Ælian. Multifar. Hiſtor. Lib. VI. cap. 4. Οὐ δὲ ἔφασκεν ἄξειν. Laertius in Ariſtotel. pag. 311. ed. Caſaub. Τὰς Ἀθήνας ἔφασκεν δίρκαίας πυρὸς ϛ νόμου. Schol. Hom. in Odyſſ. M. vers. 70. Ὁ δὲ ἔφασκεν χρῆναι αὐτόν. Adde his, quæ adduxi ad Anton. pag. 256. Tamen δοκιμάζει interdum Antoninus. Quomodo hoc probas, vir doctiſſime? quia ἔφασαν dicit. Nempe hanc ab ἔφασκα vis eſſe tertiam perſonam pluralem. Ergo ego, quem tum contemptim prætextatorum magiſtrum appellas, conjugare te magnum doctorem docebo? S. Ἔφαλον, ἔφης, ἔφη. D. Ἔφαμεν, ἐφάτην. P. Ἔφασθον, ἔφατε, ἔφασαν. Sed in Ioniſmo Liberali aſſerendo felicius rem geris. Cap. 39. γηύεον legitur pro γηυῶν. Falſum hoc. Γενέων ſcribere voluiſti. Habetur enim ibi, γενέων ἐκ ὀπηδεῶν, *parentibus obſcuris natum.* Jam declinare neſcis,

scis, ut qui ignores, quod vel prætextati mei norunt, tertiam contractorum in genitivo plurali non pati contractionem. At cap. 41. γενίας pro γενῶς. Falsum; nec vola, nec vestigium comparet. Κυρέν, quod Ionice pro κορέν esse dictum vis, utique ibi reperitur, ἐξαλλάξασα τὴν ἐσθῆτα, & τὴν κυρὰν τ' κεφαλῆς εἰς αἴδρα. *Mutato habitu, & tonso capillo, ut vir videretur.* Sed κυρὰν qui Ionicum vult esse, pro κορὰν, ille profecto cor non habet, & explodi æquè dignus, ac ille, quem Var. Lect. Lib. XII. cap. 17. exagitat Muretus, quod Aristophanis istum versiculum, Παίζωτα τίλλῃ κυρίων ὑπ' ἀλίναις, verterit *Barbam velle à puerorum ulnis.* Restant ex Ionismo tuo cap. 17. πᾶς κῆρ@. & cap. 32. Τιτῆνας. Quod ad posterius attinet, quin pro eo Τιτᾶνας sit reponendum nemo ambiget. Dein κόρ@ pro κῆρ@ flagitare ipsum Liberalem sibi restitui ostendi in notis ad eum scriptorem p. 146. Ab Ionicâ & Doricâ dialecto venis tandem ad Æolicam, & eam etiam vindicas Antonino, quia dixit cap. 41. εἰχε ἐθελήσειν &c. Ergo censendum Æolicè quoque loqui Platonem, Lucianum, Ælianum, Parthenium, aliosque complures, apud quos passim reperire est optativi aoristos primos istâ formâ. Audi non me, sed Etymol. magni auctorem: Τίσειας, ἀόριστ@ πρῶτ@, δωρικὸν Αἰολικὸν τρίτα προσώπα τῦ πληθυντικῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸ τύψαιμι τύψεια λέγουσι. Τὸ δεύτερον, τύψειας. Τὸ τρίτον, τύψειε. Καὶ τῦ μὲν πρώτου χρῶνται οἱ Αἰολεῖς. πῖς δ' λοιποῖς προσώποις ἡ κοινὴ συνήθεια ἐ διάλεκτ@. Ejusdem farinæ est, quod ad cap. 1. notas Æoles dicere θῆρες, pro φῆρες, cum contrarium verum esse liqueat ex Eustath. ad Hom. Iliad. p. 76. & Odyss. 627. ed. Bas. Quod si ego tantum flagitiorum in meis Antoninianis animadversionibus admisissem, nemo, opinor, ferre te potuisset, ut qui quacunque occasione, & sæpenumero injustissimâ de causa adeo insolenter mihi insultes, ut si præ te non infimi subsellii magistellus, sed omnino puer essem. Certè in omnibus ostendis, quam vehementer tibi placeas tuâ Græci sermonis notitiâ, immemor prorsus ὀλίγον esse τ' ἀφελεστάτ' ἐγκεφάλ. Ignosce vera dicenti, Vir Clarissime. Solitum non literas tantum, sed & mores docere pueros. Esse adhuc, quæ discas, cum hæc ostendunt, quæ propemodum omnia in unâ pagellâ peccasti, tum & complura alia, quæ vel alibi jam dicta sunt, vel porro, ubi occasio se obtulerit, dicentur. Unum heic aut alterum adhuc subjungam. Legitur cap. 4. Ἠπειρῶτας ὑπ' αὐτῦ κρατηθῆναι, ὅτι τὰς Γηνούης βῦς συνελθόντες ἀπεκτέσαν. Pro συνελθόντες in priori editione restitui jubebas συνέλθον τὸ ἀπεκτέσαν. Id quod ridiculum est, & dignissimum, quod exagitaretur. Sed id alienissimum à moribus meis est, nec unquam à me factum. Dissimulato errore illo tuo puerili, dixi legendum videri, συνῶλθον τ' ἀπεκτέσαν. Οἱ ὁ. Zachar. cap. VII. vers. 11. Καὶ τὰ ὦτα ἐβάρυναν τ' μὴ εἰσακούειν. Jobi cap. 1. vers. 16. & aliquot seqq. Σαβεὶς ἐγὼ μόν@ ἦλθον τ' ἀπαγγείλαισοι. Subauditur ἕνεκα, quod addit Palæphatus in Præfat. Τῦ θαυμάζειν ἕνεκα τὰς ἀληθείας. Quod etsi tu vidisses, mutato tantum τῦ συνέλθον in συνῶλθον, legi nihilominus voluisti, συνῶλθον τὸ ἀπεκτέσαν. Sed quæso te, quis Græcorum ad eum modum loqueretur? συνέβαινεν ὁ λαὸς τὸ ἀκοῦσαι. Scuticam, mehercules, meretur, ut & illud, quod eod. cap. in ista oratione (ἔλεγεν) αὐτὸς ἐν τῇ πόλει παῦσαι πλειστάκις ἐμεύλιον πόλεμον, pro αὐτὸς affirmas sensum flagitare αὐτόν. Vin' tertium proferam? Immo flagitat id festivitas ejus. Cum legisses cap. 13. Ἢ τὸ σῶμα καθαιρῆσθαι τὸ τ' ἀδελφῦ. Quasi καθαίρω *purgo* & καθαιρῶ *depono* idem essent, annotandum duxisti ad ista verba, *Solebant veteres defunctorum cadavera lavare & à sordibus purgare.* Annotasses potius καθαιρεῖσθαι propriè dici de illis, qui suspensi sunt. Josuæ cap. X. vers. 27. Καθεῖλον αὐτὰς ἀπὸ τ' ξύλων. Et cap. VIII. 29. Καθείλοσαν τὸ σῶμα αὐτῦ ἀπὸ τῦ ξύλου. Luc. cap. XXII. 53. Καθελὼν αὐτὸ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι. Actor. cap. XIII. 29. Καθελόντες ἀπὸ ξύλου. Ubique verbo Latino *depono* Gr. καθαιρῶ expressit Vetus Interpres. Ut & Abdiæ Babylon. metaphrastes Lib. 1. *Propriis manibus de cruce deposuit.* Sed tædet istis quisquiliis diutius immorari. Unum hoc addam tantum, locum priorem ex cap. 4. re accuratius pensitata, non tam emenda-

tio-

Fabulæ Lib. VIII.

I. Scylla Niſi filia in avem cirin, & Niſus pater ejus in avem haliætum.
II. Ariadne in coronam.
III. Perdix in avem ſui nominis.
IV. Meleagrides in aves.
V. Nymphæ Naiades in inſulas.
VI. Perimele in inſulam.
VII. Jupiter & Mercurius in hominum ſpecies.
VIII. Caſa Baucidis & Philemonis in templum.
IX. Baucis & Philemon in arborum ſpecies.
X. Proteus in varias figuras.
XI. Meſtra in varias ſpecies.

Fab. I.

Minos Jovis & Europæ filius, cum propter filium Androgeum interemptum ab Athenienſibus pœnas repeteret, [a] Megara, in qua urbe regnabat Minos, [b] continuo cum Athenienſibus acceſſit. Quâ expugnatâ, animo conceperat, occiſis hoſtium præſidiis, [c] victoriam faciliter conſecuturum. Inter quæ Scylla Niſi filia murum [d] aſcen-

tionem, quam explicationem flagitare mihi viſum. Dicere enim poſſumus σωιελθόντες poſitum eſſe pro συνελθόντες ἦσαν, vel συνῆλθον. Vide Tzetz. ad Heſiod. pag. 20. ed. Heinſ. & Schol. Hom. ad Iliad. Θ. vers. 307. quorum hic Æolicum, ille Atticum id ſchema facit. Sic οἱ ὁ. Neem. cap. VI. vers. 2. Καὶ αὐτοὶ λογιζόμενοι ποιῆσαι μοι πονηρίαν. hoc eſt λογιζόμενοι ἦσαν. Eſdr. cap. IX. vers. 4. Κἀγὼ καθήμενος ἠρημάζων ἕως τῆς θυσίας τῆς ἑσπερινῆς. h. e. καθήμενος lib. I. Petr. cap. 3. vers. 1. Ὁμοίως αἱ γυναῖκες ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν. hoc eſt, ὑποτασσόμεναι ἔστωσαν. Poſſis etiam dicere ὅτι ἀφελέσθαι dictum eſſe pro ὅτι ἀφείλοντο, quemadmodum ὅτι ἀλῶναι αὐτὸν, *eum ipſe erraret*, in Pericle dixit Plutarchus. Quod Atticum eſſe dixi ſupra τὸ Πολυδεύκης, in eo me confirmant etiam iſta verba Schol. Ariſtoph. in Plut. Act. III. ſc. 2. Ἀθάρας, μόνη ἡ σκιλλαῖος. Ἀπικοὶ ὃ διὰ τοῦ η ἀθήρης, Ἀττικῶς ἀθήρας. ἡ δὲ κοινὴ διαλεκτὸς διὰ τοῦ α. ἀθάρας.

Ad Lib. VIII. Fab. I.

a *Megara*] Ita MS. & Veneta. Sed Mic. & Ræn. *Megaram*. Et ſanè ita declinavit etiam Livius hoc vocabulum Lib. XXXI. cap. 22. & 25. ubi tamen *Megara* reponendum cenſet ſummus vir I. Fred. Gronovius. Vide ejus notas.

b *Continuo cum Athenienſibus*] Venet. & cod. Neap. *continua*. Micyll. *continuè*. Sed *continuo* benè habet: verum pro *Athenienſibus* hiſtoria poſcit *Cretenſibus*.

c *Victoriam faciliter conſecuturum*] Ita MS. Sed edd. τὸ *faciliter* ignorant, vel *ſe*, pro eo exhibent, ut forſan ſcripſerit auctor, *facile ſe conſecuturum*; niſi mavis, *faciliter conſecuturam*.

[d] ascendit [e] delectandi gratia, propter lapidem vocalem, [f] qui Apollinis citharæ positus sonitum adjecerat. Ut animadvertit Minoem urbi assidentem cultu regali, belliciſque rebus interesse, pulchritudine ejus exarsit. Et cum potiendi nullam viam inveniret, ut victorem hostem faceret glorioſiorem, crinem purpureum patri dormienti abscidit, quo fata patriæ continebantur. Quem cum, reseratis portis accepto hoste, ad Minoem pertuliſſet, ille impium facinus aversatus, noviſſimè eam navigio recipere noluit. Patre jam [g] in avem piscatoriam transfigurato, quam Græci haliæeton dicunt, ac persequente filiam, illa quoque in volucrem cirin transfigurata est.

Fab. II.

Minos victor, cum stipendium Athenienſibus impoſuiſſet, & nobilium liberi [a] quotannis ad labyrinthum à Dædalo factum mitterentur, qui Minotauro objicerentur, quem Pasiphae Solis filia, Minois uxor, ejuſdem Dædali fabri ope juncta tauro, enixa fuerat; tertio ſtipendio Theseus Ægei & Æthræ filius, in insulam Cretam devectus, Ariadnæ Minois & Pasiphaes filiæ, quæ pulchritudine ejus exarserat, amore periculum capitis effugit. Digrediens itaque Athenas cum virgine abducta, ut Diam insulam contigit, [b] Liberum patrem habuit in malis: desertam enim à The-

d *Ascendit*] *Ascendens* Micylliana.

e *Delectandi gratia*] Παιγνιῶς accipe. Justin. Lib. XVII. *Athenas quoque erudiendi gratiâ missus, quanto doctior majoribus, tanto & gratior populo fuit.* Nepos Attic. cap. 9. *Hostis Antonius judicatus Italiâ cesserat, spes restituendi nulla erat.* Inſr. Lib. XII. fab. 1. *Inter sacrificandum obductis nubibus, à Diana rapta est.*

f *Qui Apollinis*] Lege, *cui*. Interpres Abdiæ Babyl. Lib. 1. *Qui cum promisissem, exegit à me sacramentum perseverantiæ.* Etiam istic *cui* reponendum. Sed vide tamen, quæ annotavi ad Hyg. Mythol. cap. 220.

g *In avem piscatoriam*] Ita reposui ex MS. Aquilam *piscarien* appellat Serv. ad Eclog. VI. Fort. *piscatoriam*, ut heic. Sed & hæc & plura huc facientia dicta jam à nobis sunt ad Hygini Mythol. cap. 198. ubi hanc fabulam habes.

Ad FAB. II.

a *Quotannis*] Ita quidem & Hyginus Myth. cap. 41. & alii nonnulli voluere. At Naso vers. 171. VII. Met. nono quoque anno solutum vult id tributum ab Athenienſibus. Quam sententiam & Plutarchus amplectitur in Theseo, & à plurimis veterum asseri ait.

b *Liberum patrem* &c.] Sic quidem & MS. cum Venetâ. Plenius Micylliana: *Ut Diam insulam contigit, eam de-*

à Theſeo ſibi copulavit deus. Utque ſui in eam amoris memoria exiſteret, coronam nomine ejus in cœlum transtulit.

Fab. III.

Dædalus Eupalami filius ſupradictus, cum propter commiſſa Minoem, à quo clauſus tenebatur, profugere vellet, pennas ſibi & filio Icaro aptavit, quibus, ut volucres, profugerent regis imperium. Quorum Icarus, quia præceptis parentis obtemperare nequiverat, in inſulam maris decidit, quæ ab ejus nomine [a] Icaria dicta eſt. Dædalus autem in Siciliam ad Cocalum regem, ſepulto filio, profugit. Cujus caſum [b] Perdix Calai filius Athenienſis pro gaudio tulit. Nam cum is à matre propter cognationem fratri datus eſſet in diſciplinam, quia primus ſerræ inventor fuerat, ob invidiam ingenii à Dædalo præcipitatus eſt. Cui in malis Minerva decidenti opem tulit. Ante enim, quam terram contingeret, ab eâ in volucrem eſt verſus, quæ à nomine ejus perdix vocatur.

Fab. IV.

Oeneus Parthaonis filius quia in ſacrificio cogendorum fructuum conſulto prætererat Dianam, [a] aper ab eâ miſſus eſt, qui Calydoniæ agros vaſtaret. Perſeverante Oeneo in deſpectu deæ, Meleager juſſu parentis convocatis prin-

ſeruit. Quæ poſt multas lacrymas Liberum patrem habuit in malis adjutorem.

Ad FAB. III.

a *Icaria dicta eſt*] *Icaros* & aliis. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 40.

b *Perdix Calai filius*] Ita & MS. & Veneta. *Cali* Micyllus. Rectius omnino. Sed diſcedit heic ab aliis Lactantius, qui puerum, non patrem, appellatum volunt *Talum* vel *Calum*. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 39.

Ad FAB. IV.

a *Aper ab eâ miſſus eſt*] *Itaque aper* &c. MS. Vide not. ad fab. 7. Lib. 1. & de apro illo Anton. Liberal. cap. 1. Ubi inter alia, Ἄρτεμις δέ, inquit, ἐπεὶ τὸν ἱερὸν αὐτῆς ἔκτεινεν, ἐπὶ μεγάλον ἐχολώθη. *Sacrum aprum* appellat. Nam *famulus & vindex* erat Dianæ, ut Naſo in hac fabula canit, & Stat. 11. Theb. vers. 469. Famuli deorum ſacri ſunt. Hinc ergo dentes ejus & tergus in templo Apollinis dedicata à Tegeatis. Vide Lucian. in Dialog. adverſus Indoctum. Sed in apro omnia vaſtante quæ ſanctitas ſit quærit Vir Cl. Reſpondeat aper ille, quem Teuthras interfecit; θήμωρ θεὸς ſe eſſe dicit apud Plutarchum in libello de Fluviis. Cur ſacer fuit ſerpens ille, qui in Theſſalia non morſu tantum, ſed tactu omnia leto dabat? Ariſtotelis verba de

principibus Græciæ,[b] aprum venari ingressus est. Cum quibus [c] Atalante Schoenei filia ex Arcadiâ digressa, quæ prima aprum vulneravit. Cujus virtutem & speciem miratus Meleager, interempto apro, exuvias ei concessit, quas Plexippus, Toxeus, Agenor, Thestii filii, virgini ereptas cum interitu rependerunt. At Althæa mater Meleagri, ut fratrum cædem accepit, stipitem fatalem conditum à Parcis, in quo vita Meleagri continebatur, flamma perussit. Quo consumpto, Meleager extinctus est: cujus interitu sorores, inter fletum conversæ in volucres, è fratris nomine [d] Meleagrides cognominantur.

Fab. V.

Theseus, apro Calydonio interfecto, cum se reciperet Athenas, & torrentibus aquis impediretur ab Acheloo amne, qui imbribus intumuerat, invitatus est ut suis tectis succederet, dum fluminis unda subsideret. Cujus ille hospitio cum resedisset, inter epulationem procul insulas visas ab hospite accepit Nymphas fuisse [a] Naiades: quæ cum deis sacra redderent, [b] ille ab his præteritus esset, motus offensâ, in insulas Echinadas eas convertit.

Fab. VI.

Perimele Hippodamantis filia cum ab Acheloo amne per vim esset [a] compressa, pater eam [b] ob admissum præcipi-

eo sunt in libro de Mirab. Auscult. p. 119. Ed. Sylb. Ἐν Σικελίᾳ φασὶ τὸν ἱερὸν καλούμενον ὄρνιν ἁρπάσαντα ἀποπλανεῖν, ἀλλὰ μὴν καὶ δάκνειν, ἀλλὰ καὶ ἀναιρεῖν. Ex rapto vivit accipiter, at *sacer ales* nihilominus à Virgilio dicitur Lib. XI. vers. 721.

b *Aprum venari ingressus est*] Ita & Veneta. *Aggressus* Micyllus. Sed *ingredi* pro *aggredi* etiam alibi usurpavit hic scriptor. Contra *aggrediriam* pro *ingredi* inveni apud Just. Lib. v. cap. 10. & Arnob. p. 197. ed. Leid.

c *Atalante Schoenei filia*] Sic reposui ex MS. & edd. vetustis. Quod etsi pugnat cum Nasonis verbis, suos tamen habet auctores. Vide quæ noto ad Hyg. Myth. cap. 173. Canem fuisse Atalantæ huic *Auram*, quam aper iste Calydonius dilaceraverit, narrat Pollux Lib. v. cap. 5.

d *Meleagrides*] Plin. Lib. x. cap. 26. Antonin. Liberal. cap. 2. Ælian. Anim. Lib. IV. cap. 42.

Ad FAB. V.

a *Naiades*] MS. *Naides*. Quod præferam. *Naias* poeticum est. Probus in Catholicis: *Virgilius poëtice Naias Naiadis posuit, Ægle Naiadum pulcherrima.*

b *Ille ab his præteritus esset*] Ita MS.

Ad FAB. VI.

a *Compressa*] Ita reposui ex. MS. Editi perperam *oppressa*.

b *Ob admissum*] Latinissima locutio, quam

Unable to display this page

modo in juvenem, modo in leonem, interdum in aprum, alias in anguem, & cætera animalia, converti, quibus insidias posset eludere.

Fab. XI.

[a]Mestra Erisichthonis filia, Autolyci uxor, cum parentem animadvertisset, quod in Thessalia lucum Cereris devastasset, [b] gravissimam expertum famis pœnam, omnibus rebus ab eo consumptis, novissimè se quoque pro ancilla vendidisset, à Neptuno, qui ejus virginitatem ademerat, petiit ut eis ferret opem. At ille, memor ejus concubitus, cum speciosissima domino tradita esset, ut effugeret ejus servitutem, in piscatorem eam [c] processioris ætatis convertit. Quo eventu in reliquas quoque figuras solita est mutari, ut pretio sui parentem pœnas pendentem alere posset. Cujus exitus fuit talis, [d] ut varios in fame cibos novissimè visceribus suis epulari cogeretur.

Fabulæ Lib. IX.

I. Achelous in varias figuras.
II. Nessi cruor in venenum.
III. Lichas in scopulum.
IV. Hercules in deum.
V. Galanthis in mustelam.
VI. Dryo-

Ad FAB. XI.

a *Mestra*] Ita malui, quam *Mestre*, quod Veneta & MS. præferebant. Μέστρα enim appellat Tzetzes in Lycophronem, & Palæphatus cap. 24. in codicibus nonnullis MSS. *Hypermestram* Anton. Liberalis cap. 17. qui & patrem ejus Æthonem facit.

b *Gravissimam expertum famis pœnam*] Ita MS. Sed Veneta, *gravissimam experiri fame pœnam.*

c *Processioris ætatis*] Hanc lectionem cum MS. & Veneta repræsentat. Sed mallem *provectioris*, vel *progressioris*. Vulg. Interpr. Josuæ cap. XXII. vers. 2. *Ego senui, & progressioris ætatis sum.* Etiam Græcis πρόσω ὁ γεγώς. Τὸ δ' ἐν τῇ Φορβαντείᾳ τῇ ἄλλων τοῖς χρόνοις, ut est apud Basilium in de Exercitatione Grammat. Lucas cap. 11. vers. 36. Αὐτὴ φορβαντεῖα ἐκ ἡμέρας πολλῆς

d *Ut varios in fame cibos* &c.] Hanc cum MS. & Venet. lectionem exhibet, sed corruptam procul dubio. Vidit id quoque Rænerius: verum quomodo emendanda esset cum non item videret, istam ex Regianis commentariis assuit huic argumento clausulam: *Sed cum sæpius pretio empteres* &c. Adi ipsum, & Regium ad illa Nasonis, *Erisichthonemnata*. Cæterum *epulari* cum ablativo construit etiam Firmicus in de F. P. G. p. 13. ed. Leid. *Quis divisit? quis membris ejus epulatus est?*

Ad

VI. Dryope in arborem loton.
VII. Iolaus in adolescentem.
VIII. Callirhoes filii in juvenes.
IX. Byblidis lacrymæ in fontem.
X. Iphis ex virgine in puerum.

Fab. I.

Deianira Oenei filia, Ætolarum virgo speciosissima, cum à multis peteretur, pater constituit ei conjugio daturum, qui luctandi causâ veniret, [a] vinceretque. Manentibus itaque è numero petentum duobus, Acheloo flumine & Hercule, quia reliqui ob metum cesserant, in certamen processum est. Cum ergo Achelous naturalibus modis Herculem eluderet, modo in liquorem, modo in speciem draconis, novissimè in tauri figuram conversus, astitit. Quem Hercules ut amplexus est reluctantem; alterum cornu, quod implicuerat brachiis, [b] rapuit extortum. Quo dolore ille ac deformitate adversarii viribus cessit. At Nymphæ Naiades, fluminis filiæ, effecerunt ut id, quod ereptum capiti erat, omnibus copiis autumnalibus [c] replerent, ut apud posteros maximum haberet fructum, & mirationem. Itaque [d] Cornucopia effectum est ut diceretur omnibus temporibus.

Fab. II.

Post hæc victor Hercules cum Deianiram Nesso Centauro commisisset, ut eam Euenum amnem, qui initio Lycormas erat nominatus, transveheret; & ille specie captus puellæ, flexibus errans quæreret locum comprimendi;

Ad LIB. IX. FAB. I.

a *Vinceretque*] A Rænerio hæ duæ voces sunt. Certè nec à MS. nec à Vett. Edd. agnoscuntur.

b *Rapuit extortum*] Malim, *rupit extortum*.

c *Replerent, ut*] Pro his duabus vocibus mallem unam istam *repletum*.

d *Cornucopia*] Ita & Veneta cum MS. Micyll. *Cornucopiæ*. Gloss. Steph. *Cornucupia*, κέρας Ἀμαλθίας. Lege, *Cornucopia*, κέρας Ἀμαλθείας. Volui etiam antehac *Cornucopiæ*. Sed alterum defendit non hic tantum scriptor, sed & Ammianus Lib. XXII. p. 396. ed. Boxh. *Velut mundanam cornucopiam fortuna gestans propitia, cuncta glorioſa deferebat & prospera.*

Ad

di, illâ fidem mariti implorante, [a] sagittis eum confixit. Qui cum expiraret, vestem Deianiræ cruentavit; indicavitque remedium fore erga conjugem deserti amoris. qui tamen cruor in veneni cessit partem.

Fab. III.

Eodem tempore Hercules cum [a] in insulam Thessaliæ regnum Euryti trajecisset, & Iolen filiam ejus dilectam traheret in patriam, prior conjux Deianira, ut audit, animum viri esse à se mutatum, tunicam sacrificaturo Jovi Lichæ famulo dedit ei perferendam; quâ ille honoratus vota religionemque piaret. Eam indutus Hercules, cum ad aram accessisset, prosecans exta; flamma vestis incaluit, & Lernæo veneno contacta hæsit viscеribus. In maximo itaque cruciatu cum à corpore ejus avelli nequiret; Lichan acerbissimi muneris reum, projectum à se, Euboico mari mersit: quem innoxium culpæ Tethys vertit in scopulum conchis muricibusque vestitum.

Fab. IV.

Hercules in Oeta Thessaliæ monte, præstructo rogo, ac sagittis traditis Philoctetæ Pæantis filio, qui ejus pyram struxerat, flammis exustus est: ita ut [a] immortalium deorum jus à Jove in cœlo reciperet, & aliquando placatâ Ju-

Ad FAB. II.

a *Sagittis eum*] MS. *tum sagittis*. Venet. *cum sagittis*. Scribe, *cum sagittis*.

Ad FAB. III.

a *In insulam Thessaliæ regnum* &c.] Ita MS. Venet. *Cum in insulam Eubœam Thessaliæ regnum* &c. Micyll. *Cum in insulam Eubœam per Oechaliæ regnum* &c. Nulla ex illis sana lectio est. Oechalia non insula fuit, sed urbs in insulâ Eubœa. Vide Servium ad Æn. VIII. 291. Steph. in Οἰχαλία. Forte scripserat, *Cum in insula Eubœa Oechaliam regnum Euryti* &c. *Oechalia Eubœæ* eleganter per Hellenismum dicitur scriptori huic non insolitum, ut ostendi ad fab. 3. Lib. VI. Talia sunt *Damascus Syriæ* apud Curt. Lib. III. cap. 8. *Ecbatana Mediæ* apud eundem Lib. X. cap. 4. *Ægypti Alexandria* apud Victor. Cæsar. cap. 39. *Gergovia Arvernorum* apud Flor. Lib. III. cap. 10. Σαμάρεια τῆς Σιδῶνος apud Luc. Euang. cap. IV. vers. 26.

Ad FAB. IV.

a *Immortalium deorum jus*] Sic edidit Rænerius. Sed MS. cum Venet. & Micyll. *immortale jus*. Forte, *immortalitatis jus*.

Ad

Junone, filiæ ejusdem nomine Hebæ jungeretur. Deianira autem, re audita, ipsa se interfecit.

Fab. V.

Alcmene cum ex Jove conceptum Herculem propter Junonem parere non posset, implorata ab eâ partubus præsidens Lucina, quam quidam [a] Ilithyiam interpretantur, ad fores reginæ venit. Et cum in terrâ residens nexis manibus partum retardaret, Galanthis [b] præministra conspexit eam, suspicataque est eo gestu impedimento esse dominæ suæ, quo minus pareret, & providentia dolum ridens, ementita est Alcmenam partu solutam. At illa imprudens resolutis manibus, Alcmenam cruciatu liberavit. Cujus astutiam gravissima pœna est prosecuta: namque eam in mustelæ figuram convertit, ita ut ore, quo mentita est, pareret.

Fab. VI. & VII.

Dryope Euryti filia, soror Ioles, Andræmonis conjux, quam antea dilexerat Apollo, cum ad lacum sacratum Nymphis dona ferens venisset, & ex arbore loto ramum decerpsisset, quo parvum filium nomine [a] Amphison, quem secum tulerat, oblectaret, in quam Lotos fugiens Priapum, erat transfigurata; quia sacræ arboris extiterat violatrix, trunco ejus hæsit infixa. Inter quæ dum casum sororis Iole refert Alcmenæ, Iolaus [b] Herculis & He-

Ad FAB. V.

a *Ilithyiam interpretantur*] *Elithyiam* MS. Horat. Carm. Sæc. *Lenis Ilithyia.* Schol. *Diana à nobis quidem Lucina Dea, à Græcis autem Ilithyia dicitur: sic & Homerus eam nominavit, quia parientibus favere putabatur.* Anton. Liberal. in hac fabulâ cap. 29. Μοῖραι δὲ Εἰλείθυια πρὸς χάριν τῆς Ἥρας κατῆγον ἐν ᾗ ἐδίσι τῶν Ἀλκμήνης.

b *Præministra*] Ancilla. Restituimus idem vocabulum huic scriptori Lib. 11. cap. 1. ubi vide quæ annotavimus, si tanti putes.

Ad FAB. VI. & VII.

a *Amphison*] Repone *Amphissen* ex Anton. Liberal. cap. 32. Monuit id jam pridem Nob. Heinsius. Aliter fabulam narrat Tzetz. ad Lycophron. pag. 83. ed. Steph.

b *Herculis & Hebes filius*] Sic cum Venet. & Micyll. etiam MS. Falsum tamen Jolaum fuisse Herculis filium. Ἀδελφιδοῦς Herculis fuit, fratris nempe ejus Iphicli filius. Vide Palæphatum, Solinum, alios.

Ad

Hebes filius in antiquam pueritiam transfusus videtur. Sic enim Junonis filia roganti conjugi promiserat.

Fab. VIII.

Callirhoe Acheloi amnis filia Alcmæonis, qui materno sanguine aspersus in Acarnaniam se contulerat, ut expiaretur, conjugium iniit. [a] Ex duabus Alcmæon filios edidit: qui cum per fallaciam [b] à Phegeo, cujus ante filiam habuerat, esset occisus; [c] petit Callirhoe à Jove liberis suis, ut ultores patris essent, annos adjiceret. Ergo ut id consequi possent, dei voluntate ex pueritiâ in adolescentes factum est ut cederent.

Fab. IX.

[a] Miletus ex insula Cretâ in Asiam profectus, ibi urbem sui nominis constituit. Huic ex Mæandri filia Byblis & Caunus nati sunt. Byblis cum fratrem corporali amore potius, quam pio patrioque more diligeret, nec [b] vesaniam cupiditatis compesceret, atque per literas detestandum amorem indicavisset, furiali vesaniâ ipse instinctus, patriam profugit. Quem illa dum vestigiis persequitur, multas permensa gentes, novissimè in Cariam venit, ibique assiduo mœrore, & fletu fatigata cum concidisset, Nym-

Ad FAB. VIII.

a *Ex duabus Alcmæon filios*] Hæc lectio est à Rænerio. MS. & Venet. non agnoscunt τὸ *Alcmæon*. Nec Micyll. quæ præfert, *ex eoque duos filios edidit*. Id quod satis commodè dictum est.

b *A Phegeo*] A filiis Phegei Temeno & Axione, quorum sororem Alphesibœam repudiarat, occisum narrat Pausanias in Arcadicis. Aliter hæc ab Apollodoro referuntur Lib. III. Confer Hygin. Myth. cap. 245. & Passerat. ad illa Propert. Lib. I. el. 15. *Alphesibœa suos ulta est proconjuge fratres*. Errat tamen vir doctissimus, cum ab Hygino scribi annotat Alcmæonem à genero Phegeo esse interfectum.

c *Petit Callirhoe*] Posterior vox nec in Venet. nec in MS. comparet. Micyll. dedit, *petit illa* &c.

Ad FAB. IX.

a *Miletus*] Apollinis ex Acacallide filius. Vide Anton. Liberal. cap. 30. & quos Meursius laudat Cretæ cap. VIII. *Ariam* matrem ejus vocat Etymol. auctor in Μίλητος. Μίλητος, inquit, πόλις. οὗτον ἐκ Μιλήτου, ὃν τὴ Μιλήτῳ μῖ Ἀπόλλων ἐκ Ἀρείας. Aut hoc falsum, aut errat Schol. Theocriti in Eidyll. VII. vers. 115. Μιλήτῳ γάρ φασι ἐκ Ἀρείας ἐγγυᾶσθαι παῖδας Δαύνον (leg. Καῦνον) ἐκ βυβλίδος &c. Confer Parthen. Eroticôn cap. XI.

b *Vesaniam cupiditatis*] MS. *Vesania cupiditatem*.

c *In*

Nympharum Lelegeidum misericordiâ expirantis lacrymæ [c] in fontem conversæ sunt, qui dominæ nomine est insignis.

Fab. X.

Phæstos est oppidum in insula Cretâ. Hic Ligdus generosæ stirpis, ac præstantis fidei, cum petiisset à Telethusa conjuge, ut, si puellam pareret, necaret; si puerum autem, sobolem patriæ servaret; & uterque pro casu futuro lacrymas dedissent, mater nequiens [a] afferre manus filiæ, Isidem in malis habuit auxilio: cujus pollicitis illa infantem pro puero, decepto patre filii opinione, nutrivit. Namque cum ætas matura nuptiis increvisset, nihil suspicans pater, obstrictus fide conjugis, Ianthen ex Theleste genitam despondit. Qui inter se cum gravi amore premerentur, maximè Iphis (hoc enim pater nomine avi eum vocari voluerat) [b] trepidante ergo matre, ne Iphis [c] puella cum infamiâ reperiretur, eadem dea fuit auxilio. Nam ut totis nuptiis jugari possent, Iphin in puerum transfiguravit.

Fabu-

c *In fontem conversa sunt, qui domine nomine est insignis*] Byblis nempe dictus fons ille, & à multis veterum laudatus. Sed urbis Byblidos in Cariâ qui mentionem faciat, non facile invenias præter unum Antoninum Liberalem, qui id facere videtur cap. 30. Καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ Καῦνος ⁊ Βύβλις, ἀφ' ὧν πόλεις εἰσὶν ἐπὶ νυῦ ἐν Καρίᾳ, Καῦνος ⁊ Βύβλις. Vertit Xylander: *Natique ei sunt gemini liberi, Caunus & Byblis, unde etiamnum sunt Caunus & Byblis Cariæ urbes.* Verum hoc si voluisset Liberalis, ita potius scripsisset, ἀφ' ὧν πόλεις εἰσὶν ἐπὶ νυῦ ἐν Καρίᾳ &c. Crede mihi male transposita esse verba Antonini. Ordinem illis suum restitues, si ita scripseris: Καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ, Καῦνος, ἀφ' ὧν πόλεις εἰσὶν ἐπὶ νυῦ ἐν Καρίᾳ, ⁊ Βύβλις. Sic nullam tibi amplius molestiam exhibebit urbs Biblis, quæ nulla est. Byblos notissima & antiquissima Phœniciæ urbs. Stephanus: Βύβλος πόλις φοινίκης ἀρχαιοτάτη πασῶν, κεῖται λίμνῃ, ἀπὸ Βύβλητος τῆς Μιλήτου θυγατρός. Nota Byblen dici, quæ Byblis est aliis. Etymol. auctor. Βύβλος πόλις φοινίκων ἀρχαιοτάτη &c. Ἡσίοδος. Βύβλοιτ' ἀγχίαλον ⁊ Σιδῶν' αἰθιμόεσσαν. Atqui ille versus 912. est in Dionysio, nisi quod ibi exhibetur Σιδόνα, quomodo & pag. 21. in commentario suo adducit Eustathius. Puto ergo pro Ἡσίοδος in Etymol. reponendum esse Διονύσιος.

Ad FAB. X.

a *Afferre manus*] Ita MS. Edd. *inferre*. Petron. *Attulissem mihi damnatæ manus.* Nepos Timol. cap. 1. *Ipse non modo manus non attulit, sed ne aspicere quidem fraternum sanguinem voluit.* Etiam *afferre vim* pro *inferre* restituimus huic scriptori Lib. 1. 9. & 11. 8.

b *Trepidante ergo* &c.] Sic reposui ex MS. Edd. exhibent, *& trepidante etiam matre.*

c *Puella cum infamia*] Hæc à Rænerio sunt. Venet. & Micyll. *Ne Iphis diu adversus virum cum infamia reperiretur.* Et sic etiam MS. nisi quod *dum* pro *diu* præfert.

Fabulæ Lib. X.

I. Anonymus quidam, item Olenus & Lethæa, in lapides.
II. Attis in pinum.
III. Cypariſſus in cupreſſum.
IV. Jupiter in aquilam.
V. Hyacinthus in florem.
VI. Cypri incolæ in boves.
VII. Propœtides in lapides.
VIII. Pygmalionis ſtatua eburnea in virginem.
IX. Myrrha in arborem ſui nominis.
X. Ex connubio Myrrhæ & Cynaræ inceſto Adonis.
XI. Hippomenes & Atalanta in leones.
XII. Adonis cruor in florem purpureum.
XIII. Menthe Nympha in herbam mentham.

Fab. I.

Orpheus, Eurydice interempta, ad inferos deſcendit, & à Dite impetravit, ut eam reduceret ad ſuperos, lege propoſitâ, ſi ſequentem non reſpexiſſet. quod ille præſtare non potuit. Revocatâ ergo ad inferos, [a] Orpheus ut lucem contigit, ſic dementiâ ſtupuiſſe dicitur, ut qui canem Cerberum videns præ timore in ſaxum verſus eſt. Item ut Olenus & Lethæa, qui in Ida monte in lapidem transfigurati ſunt. Poſtea dolore & fletu finito, ne rurſus conjugale deſiderium experiretur, puerilem venerem inſtituit.

Fab. II.

Ad cantus Orphei deſiderantis conſuetudinem conjugis, cum plurima animalia capta vocis dulcedine conveniſſent, & in his etiam arbores elicitæ: inter eas ſtupens can-

Ad Lib. X. Fab. I.

[a] *Orpheus ut lucem &c.*] MS. *Orphea* & mox, *ſtupuiſſe dicunt.* Nec mirum ſi ſtupuit ille, qui videbat Cerberum. Φοβερὸς enim fuit. Plutarch. in libello de Fluv. p. 53. Ed. Mauſſac. Κέρβερος, ὃν ἔνιοι καλοῦσι φοβερὸν, ὑλάκτην.

Ad

cantibus fuit pinus Cybeles, montis, qui in Phrygia est, in quam Attis matris deûm antistes [a] mutatus est.

Fab. III.

[a] Cyparissus Amyclei filius ex insula Cea. Hunc Apollo dilexit, & propter cervum patientem manus, quem per imprudentiam sagitta transfixum interemerat, manus suas afferentem sibi periculo eripuit; & protinus in [b] arborem sui nominis vertit.

Fab. IV.

Ganymedes Trois filius [a] primâ formâ, cum cæteris Ilienſibus Phrygiæ præferretur, & assiduis venationibus interesset, ne infamiam virentis ætatis subiret, Jupiter versus in aquilam ex Idâ monte eum rapuit in cœlum, ministrumque fecit.

Fab. V.

[a] Hyacinthus Amyclæ, dilectus ab Apolline, cum per jocum in certamen disci venisset, altius jactum pondus non prius [b] despicere potuit, quam capiti sensit injectum.

Ad FAB. II.

a *Mutatus est*] Addunt Venet. & Micyll. *Alii ferunt fuisse eum filium. alii pastorem.* Aliam longè de pinu historiam narrat Constantin. Geopon. Lib. XI. cap. II.

Ad FAB. III.

a *Cyparissus Amyclei filius*] Vitiosum hoc putem. Telephi filium facit Servius ad Æn. III. 680. Etiam de cupresso quæ narrat Constant. Geopon. Lib. XI. cap. 5. multo remotiora sunt.

b *Arborem sui nominis*] Frequens ea phrasis Lactantio, quâ & Servius usus ad Æn. III. 694. *In fontem sui nominis versa.* Habet tamen MS. cum Venet. & Micylliana, *genitivi nominis.* Naso alicubi: *Genitrixque nomina Cetis.*

Ad FAB. IV.

a *Primâ formâ*] H. e. principe pulcritudine, ut rectè Barthius. Sed quod ex Euripide laudat, πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος, & πρῶτον εἶδος interpretatur *palmarem speciem*; in eo memoria illi imposuit. Stobæus in Sermone de Pulcritudine, Athenæus Deipnos. Lib. XIII. ut & Porphyrius, versiculum illum Euripidis ita proferunt: Πρῶτον μὲν, εἶδος ἄξιος τυραννίδος, hoc est, *Primo quidem, specie dignus est imperio.*

Ad FAB. V.

a *Hyacinthus Amyclæ*] Ita ex MS. reposui pro *Amyclides*, quod editi repræsentant. Est Græcismus elegans, quem & superius non uno loco huic scriptori restitui. Vide not. ad fab. 3. Lib. VI.

b *Despicere potuit*] Malim, *dispicere.*

Unable to display this page

lium genuit, qui in insulâ Cypro oppidum sui nominis constituit.

Fab. IX.

Myrrha Cinyræ & Cenchreidis filia, iracundiâ Veneris, [a] quod sibi mater ejus præferretur, patrem impio amore dilexit: nec viam potiendi inveniens, cogitur suspendium experiri. Cujus nutrix intra cubile gementis excepit vocem; & signis cognitis nefariæ mortis, dum diligentius scrutatur, causam poscit. [b] Consolata ergo puellam, ei pollicetur, se effecturam, ut parenti sine ullâ infamiâ jungatur. [c] Cujus illa orationem in promissum tempus differt. At anus die solenni Cereris, quo mater ejus operata à viro secubabat, alumnam noctu deducit ad Cinyram, prædicans formâ ejus impulsam sibi [d] se credidisse: qui [e] datâ cupiditate lumen inferri jussit, ut speciem ejus notam haberet. Cognitusque filiæ pater stuprator, coactus est pudore ferro stricto eam insequi. Quæ duplici metu territa in sylvam profugit: ibique misericordiâ ejusdem deæ in arborem, quæ ejus nomen indicaret, mutata est.

Fab. X.

sibi vult Schol. Pind. ad Pyth. od. 11? Οὗτος ἡ (Κινύρας) ὢν Ἀπόλλωνος υἱὸς ἐκ Πάφου. Καὶ εἶτε ἡ Εὐρυμέδοντος, ἐκ Πάφιας γόμενος. Aut fœmina fuit Paphus, aut scribendum, ἢ Πάφου.

Ad FAB. IX.

a *Quod sibi mater* &c.] Ita Rænerius. MS. *το sibi* non habet. Venet. & Micyll. *Quod mater ejus præferretur deæ.*

b *Consolata ergo puellam*] Hæc à Rænerio lectio est. Venet. Micyll. & MS. *Consulta ergo puella.* Forte, *consolata puella.* Notum est præterita participia deponentium sæpissimè passivè sumi. Ne dicam jam etiam *consolo* dixisse veteres. Unde Vetus Interpr. Matth. cap. 11. *Rachel plorans filios suos noluit consolari.* Leo Papa Libr. de Consl. Virt. & Vit. cap. xx. ex Matth. cap. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*

c *Cujus illa orationem*] Ita cum MS. etiam Venet. & Micyll. Puto tamen scribendum, *cujus illa orationem.*

d *Se credidisse*] *Se concredidisse* MS.

e *Datâ cupiditate*] Notat Barthius *dare cupiditatem* esse huic scriptori sæpe, & phrasin eam esse percussam non triviali monetâ. Immo, me judice, nec Latinâ. Scripserim *sedata cupiditate.* Supr. Lib. IV. cap. 5. *Cupiens, ut in antedictis, cupiditatem sedare.* Festus Avienus Descript. Orbis Terr. *Myrrha furor quondam Memyreus.* Rescribe *Cinyreius.* Ad eundem modum *Heros Cinyreius*, & *Juvenis Cinyreius* dicitur Adonis à Nasone Lib. X. Met. vers 712. & 730. Auson. Epitaph. Her. 33. *Verum aut Persephonæ Cinyreius ibit Adonis* &c.

Fab. X.

Ex Myrrhæ & Cinyræ incesto concubitu ob iram Veneris conceptus est infans. [a] Versâ enim Myrrhâ [b] in arborem sui nominis nascitur, quem Adonem cognominant: quem Venus non minus dilexit, quam puella patrem Cinyram dilexerat, beneficio Cupidinis.

Fab. XI.

Atalante Schoenei filia, cum de conjugio sciscitata esset, & monita, ut nulli jungeretur, quia omnium virgi-

Ad FAB. X.

a *Versa enim Myrrha*] Ita vult sanè Naso. Aliter Anton. Liberal. cap. 34. Περιστυχόντες ἐξαπίνης τὸ πυρός. Καὶ τὸ βρέφος μὴ ἐξέβαλεν ἐκ τῆς γαστρός. Quæ verba ita verterim, *subito lumine illato, agnita est, & partum alvo ejecit.* Festus: *Exteraneus quoque dicitur, qui ante tempus natus, vel potius ejectus est. Dictus autem exteraneus, quod cum mater exterrita alvo ejecit.* Idem in *Egeria. Egeriæ Nymphæ sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere.* MS. Leid. *alvo.* Lege, *conceptum alvo*, nisi *conceptam alvum* vocavit, quæ concepit, ut *ova concepta*, quæ pullum conceperunt, sive in pullum coierunt, apud Petronium; quemadmodum contra *abortivum ovum* dixit Martialis Lib. VI. 93. quod gallinæ suppositum non concepit. Certè activè τὸ *concepta* accipit Scaliger in illis apud Virgil. in Culice: *Femineum concepta decus.* Cæterum ut ἐκβάλλειν apud Antoninum, & in Scholiis Callim. in Hymn. Dian. vers. 232. ita & ἀποβάλλειν de partu dicitur apud Schol. Homer. ad Iliad. T. 109. Ἐκβάλλειν *ejicere* Latinorum est, ut *abjicere* ἀποβάλλειν, Valer. Max. Lib. IV. cap. 6. ex. 4. *Partu, quem utero conceptum habebat, ejicere coacta est.* Scheckius Præmess. cap. 4. *abigere* legit, quod in MS. invenerit *abjicere.* Sed *abjicere* idem esse quod *abigere* interdum dixerim. Marcell. Lib. XVI. p. 131. ed. Boxh. *Ut quoticscunque concepisset, immaturum abjiceret partum.* At tu *abigeret* reponendum ibi forte censebis. Scio usitatius esse. Servius ad Georg. III. 139. *Tunc enim diligentius tractandæ sunt, ne abigant.* Verum *abjicere* pro *abigere* invenias apud Marcellin. etiam Lib. XV. p. 86. *Hunc per subscriptionem abjicere sede episcopali.* Et apud Hyginum Myth. cap. 120. *Abjectis ministeriis, ipsa cæpit* &c. Etiam *projicere* de pariente dixit Lib. III. Interpres Abdiæ Babyl. *Crede nunc Jesum Christum filium Dei, & projice puerperium: Veruntamen mortuus* (leg. mortuum) *egredietur, quod indignè concepisti. Hæc ut mulier credidit, mox egredientibus cunctis de cubiculo, projecit partum mortuum* &c. Nota & *puerperium* dici *fœtum*, ut in Ver. epigram. Catal. Pith. Lib. II. *Cauta quidem genitrix, noceant ne vulnera nato, Confirmat Stygio fonte puerperium.* Laertius in Aristippo p. 155. ed. Steph. Ἡ δὲ τὴν Ἀθηνᾶν πόλις ἡ δεινὰ μέν φέρειν, ὅμως ἡ Σεμέλη τὸν Διόνυσον, ἐξέβαλε Interpr. *Non secus ac Semele Dionysium, expulit.* Rectius foret, *ejecit.* Dein malè *Dionysium* vocat Bacchum pro *Dionyso:* in quo errore & Fulgentius deprehenditur Lib. II. Myth. cap. 15. Ubi videndæ annotationes nostræ.

b *In arborem sui nominis*] Tzetzes in Lycophronem: Ὅθεν εἰς δένδρον αὐτὴν μεθέλκυσον, τὸ δὲ αὐτὴς λεγόμενον μύρραν, ἤτοι σμύρναν Ἀττικιστί. Ita legendus ille locus, quem malè cum interpolat, tum describit homo meus.

Ad

ginum perniciſſima erat, petentibus procis legem propoſuit, ejus conjugem futuram, qui ſe curſu pedum anteceſſiſſet, victo autem necem ſtatuit. Quam cum Hippomenes Megarei filius ex progenie Neptuni intenſo amore diligeret, nec [a] morem certaminis expaveſceret, Venerem in malis habuit auxilio. Nam [b] ex Amaſeno agro, qui eſt in inſulâ Cypro, ei tria mala aurea donavit, ut in curſu projiceret virgini: futurum enim ut cupiditate ejus [c] tardaretur impetus, ea dum peteret. Cujus monitis Hippomenes conſecutus victoriam, poſtea ingratus adverſus deam cognitus eſt. Itaque impulſu ejuſdem deæ, matris deûm lucum dum transgrediuntur, quem Echion terræ filius ſacraverat, non tenuerunt cupiditatem, quin adverſus religionem in ſacrato concubuere ſolo. Quam ob cauſſam à deâ in leones ſunt converſi: unde [d] deûm matri ex illo leones ſunt ſubjecti.

Fab. XII.

Adonis ſupradictus, monitus à Venere quam vim feræ haberent, [a] non obtemperavit. Igitur is in venatione ab apro interimitur: cujus cruor ejuſdem deæ numine in florem purpurei coloris converſus eſt.

Fab. XIII.

[a] Minthe Nympha in herbam mutata mentham, odio Pro-

Ad FAB. XI.

a *Morem certaminis*] H. e. conditionem. Terentianus: *Mos certaminis & modus.* Barthius.

b *Ex Amaſeno agro*] Scribe, *Tamaſeo* cum Heinſ. ad Metam. Ovid. p. 278.

c *Tardaretur impetus, ea dum*] MS. & Vett. edd. *Ut cupiditate ejus tardaretur, dum peteret.* Scribendum eſſet, *cupiditate eorum.* Catal. Pith. Lib. IV. *Hæc poterant celeres pretio tardare puellas.* Sed alteram lectionem adſtruit Hygin. Myth. cap. 185. *Puellæ impetum alligavit.*

d *Deum matri*] MS. *Deæ matri.* Forte, *Idææ matri.* Vid. not. ad Myth. Hyg. cap. 291. & idem tibi, quod mihi, videbitur.

Ad FAB. XII.

a *Non obtemperavit*] MS. & Venet. non agnoſcunt verba illa. Immo nec Micyllus, cujus editio exhibet, *Quam vim feræ haberent, igitur is (dum negligit hæc) ab* &c. Sed verba incluſa parentheſi procul dubio ab emendatore aliquo ſunt.

Ad FAB. XIII.

a *Minthe Nympha*] Cocyti filia. Plinius Lib. XIX. cap. 8. *Menthæ nomen ſua-*

Proserpinæ Cereris filiæ, quod cum patre conjuge suo concubuisset.

Fabulæ Lib. XI.

I. Serpens in lapidem.
II. Thraciæ mulieres in arbores.
III. Contacta à Midâ & arena Pactoli in aurum.
IV. Midæ aures in asini aures.
V. Cannæ vocales.
VI. Neptunus & Apollo in homines.
VII. Thetis Nympha in varias formas.
VIII. Dædalion in volucrem.
IX. Lupus in saxum.
X. Ceyx & Alcyone in aves sui nominis.
XI. Æsacus in volucrem mergum.

Fab. I.

Orpheus, [a] Oeagri fluminis & Calliopes Musæ filius, cum habuisset conjugem nomine Eurydicen, & eam amisisset, & cum sine eâ ab inferis rediisset, lege accepta à Plutone, ne talem dolorem [b] in alterâ experiretur, [c] puerilem amorem primus instituit. Quam ob caussam Thressæ mulieres [d] instinctæ, in abditis locis solitudinem agentem, propter desiderium conjugis, interfecerunt; [e] separatumque caput ejus à reliquo corpore cum lyrâ in amnem

vitas odoris apud Græcos mutavit, cum alioqui Mintha vocaretur, unde nostri nomen declaraverunt. Lege, *declinaverunt*, ut habent edd. Vett. Nam à μίνθη vel μίνθα Græcorum declinatum Latinum *mentha*. Dicitur & μίνθος. Schol. Aristoph. ad Act. II. sc. 1. Μίνθον οἱ μὲν τὸ ἡδύοσμον, οἱ δὲ πλοὶ ἴυγγα &c. Confer Strabon. Lib. VIII.

Ad Lib. XI. Fab. I.

a *Oeagri fluminis*] Rex Thraciæ fuit. Vide Philargyr. ad Virg. Georg. IV. 523.

b *In alterâ*] *In aliâ* MS.

c *Puerilem amorem*] Vide Hyg. Astron. Lib. II. cap. 7. Sed Conon: Ὅτι ὁ μελεδίσιον ἀνθρώπους τῆς ὀργίων, τὰ μὲν καθ' ἄλλους φορήσεις. In sacris sanè Bacchicis dilaceratus & raptus est, ut inter alios etiam Lactantius Firm. Lib. I. cap. 22. nobis narrat. Accedit huc, quod sacrorum initia docuisse Græcos Orpheus referatur. Tatianus Assyrius Orat. contra Græc. Πείσιον μὲν γὰρ ἀσκεῖν ἐξ ἄδου Ὀρφέα ὑμᾶς ἐδίδαξεν, ὃ δὲ αὖτις καὶ μυεῖσθαι.

d *Instinctæ*] H. e. furore percitæ. *Instinctus* est afflatus.

e *Separatumque ejus caput*] Servium vide ad laudatum modo Maronis locum. Conon. Narrat. 41. & Hygin. Astron. II. 7. Plutarch. libr. de Fluv. in Hebro longè aliter hæc narrat.

f *Vul-*

mnem Hebrum præcipitaverunt: per quem in mare delatum, & hinc in insulam Lesbum, cum hic hæsisset in littore, serpensque morsu sanguinem lamberet, priusquam [f] vultus ejus appeteret, ab Apolline Jovis & Latonæ filio duratus in lapidem est.

Fab. II.

[a] Thraciæ matronæ, quæ cædi interfuerant Orphei, à Libero ulciscente æmulum scientiæ suæ, [b] in arbores varias abierunt.

Fab. III.

Liber Thracia digressus cum Tmolum [a] montem Lydiæ comitatus Bacchis peteret, Silenus ei aufugit: quem Phryges captum ad Midam regem adduxerunt. Agnitus ab eo, exceptus est, & Libero advenienti redditus. [b] Quod ob beneficium [c] optandi deus veniam ei dedit; si quid vellet, à se peteret. [d] Ille ut quæque contigisset, aurum fierent: quod ei inutile fuit. Cui deus petenti ut restitueretur sibi fecit. Jussit enim ad flumen Pactolum per-

[f] *Vultus*] Ita MS. non *vultum*, ut edd. Emendatio, inquies, unius literæ. Ita est, sed ideo non contemnenda. Litera una omissa corrupit etiam versum Aristoph. Plut. act. 1. sc. 1. vers. 11. Ἀγροῖς ἂν ἐ μάντις, ὡς φασι σοφοί. Leg. φασιν. Notum est, addi interdum etiam sequente consonâ. Aristoph. ipse act. 11. sc. 5. Παρὰ τῆς Ἐκάτης ἔξεστιν ταῦτα πυθέσθαι.

Ad FAB. II.

a *Thraciæ matronæ*] *Cæ* MS. & Venet.

b *In arbores varias*] *In varias species* MS. cum edd. Vett. Hyg. Myth. cap. 138. *Ut se in aliam speciem commutaret.*

Ad FAB. III.

a *Montem Lydiæ*] Ita reposui ex MS. pro *Ciliciæ*, quod perperam edd. repræsentant. Vibius sequester: *Tmolus Lydiæ, vino insignis.* Idem cap. de Flum. *Hermus Lydiæ.* Leg. *Lydiæ.*

b *Quod ob beneficium*] MS. cum Vett. edd. *Et ob beneficium.* Forte, *id ob* &c.

c *Optandi deus veniam illi dedit*] Potestatem vel χάριν. Prudentius Hymn. ad Cereum: *Fit ligni venia mihi velut Atticum.* Infr. Lib. XIV. fab. 4. *Optandi veniam tribuit.* Hyginus in hac Fabula Mythol. cap. 191. *Deoptandi dedit potestatem.* Sallust. Jug. cap. 79. *Optionem Carthaginensium fecerunt.* Victor Illustr. cap. 2. *Et T. Tatius optionem minueris dedit.*

d *Ille ut quæque* &c.] Sic & Veneta cum MS. Micyllus dedit, *Ille ut quæque contigisset aurum fierent, petiit.* Forte, *Ille petiit, quæcunque contigisset, aurum fierent.* Non ignoro tamen *quæque* posse accipi pro *quæcunque.* Auson. Ludo: *Pareto legi, quisque legem sanxerit.*

perveniret, ibique [e]se lavaret, & sic rediret in pristinum statum: unde aqua aurei coloris [f]esse cœpit.

Fab. IV.

Pan cum Tmolum montem Lydiæ frequentans fistulâ se oblectaret, elatus gloriâ agrestium Nympharum, Apollinem in certamen devocavit. Judice ergo Tmolo, cujus mons erat, cum victoria Apollini esset adjudicata, Midæ regi [a]supradicto adsidenti soli displicuit. Quam ob caussam Apollo ob eandem stultitiam, quam & supra gesserat in Liberi patris voluntate, [b]iratus, aures ejus asininæ ut essent [c]sempiterno effecit, cujus judicium [d]nulli rei facerent. Qui tamen fertur Midas esse matris magnæ filius. Sic enim cum Hesiodo consentit Ovidius.

Fab. V.

[a]Refert quoque deformitatem illius: quam cum veste celaret, ut famulus vidit, neque eloqui posset, [b]quod ejusdem dei mentem in aures haberet. [c]Qui rursus obru-

ta

e *Se lavaret*] Hæc lectio est à Rænerio. Venet. & Micyll. cum MS. *se supponeret*. Sed depravatum istud indubiè. Sensus flagitat, *ejusque fonti se supponeret*, vel simile quid. Ita enim est apud Nasonem: *Spumigeroque tumm fonti, qua plurimus exit, Subde caput.*

f *Esse cœpit*] *Esset* MS. cum Venet. Forte, *exstitit.*

Ad FAB. IV.

a *Supradicto*] Cujus supra mentio facta. Lactant. Firm. Institt. Lib. VI. cap. 5. *In tertio supradicti operis libro ostendit.* Salvian. de Provid. Lib. 1. *Errorem supradictorum statim in ipso opere punivit.* Euagrius in vitâ Antonii: *Cum in unâ memoriâ supradictus frater eum clausisset*, Anton. August. Iriner. *Provinciæ suprascriptæ stadia D.* Divisim Plin. Histor. Natur. Lib. VII. cap. 25. *Præter supra dicta.*

b *Iratus*] *Deus iratus* MS. & Veneta.

c *Sempiterno*] Solinus cap. 48. *Tenaeibus foliis sempiterno umbrantur.* Petron. Fragm. Trag. *Sempiterno nominabitur.* Cato apud Charis. Lib. II. *Ego mihi monumenta sempiterno posui, quæ cepi.*

d *Nulli rei facerent*] Hæc est lectio Venet. ac Micyll. quibus & MS. consentit, nisi quod *faceret* præfert. Rænerius, ut solet, etiam heic sua scripsit.

Ad FAB. V.

a *Refert quoque* &c.] Repræsentavi hoc argumentum, ut in MS. invenit Nob. Heinsius, una cum nævis suis. Rænerius maluit novum cudere.

b *Quod ejusdem dei*] Ita cum Veneta etiam Micylliana. MS. liber pro *dei* exhibet *di*, superpositâ virgulâ, ut non *dei*, sed *domini* scripsisse videatur Lactantius.

c *Qui rursus*] *Cui rursus* Micyll. Latet aliquid, quod dies aliquando deteget.

Ad

ta arena arundines enatæ, agitatæque vento deformitatem Midæ indicarent.

Fab. VI.

[a] Inter Sigeum Rhoeteumque promontoria, quo loco ara Jovis Panomphæi Phrygibus est consecrata, Laomedon Capys filius cum Ilium poneret, Apollo ac Neptunus in homines versi, operas suas [b] æstimati ad exstruendum murum addixerunt. Quibus perfectis, pactum aurum Laomedon negavit; ita tamen ut Neptunus perfidiâ regis offensus in agros ejus mare mitteret, omnesque fructus obrueret. Supra quam pœnam coegit eum Hesionen filiam marinæ prostituere belluæ. Quâ liberatâ ab Hercule, rursus in fraude cognitus: equos enim, quos ob salutem virginis pactus erat, ei abnegavit: ideoque ille expugnato Ilio, Hesionen abreptam Telamoni, qui socius militiæ fuerat, copulavit.

Fab. VII.

[a] Proteus cum Thetidi prædixisset, si vellet jugalis fieri, quod filium parente suo fortiorem procrearet, Jupiter incensus pulchritudine est Nymphæ. Qui id sibi ne accideret, concubitum ejus refugit, & in successorem conjugii Peleum nepotem dedit: quem illa refugiens, modo in volucrem, modo in arborem, interdum

Ad FAB. VI.

a *Inter Sigeum Rhœteumque*] Serv. ad Æn. II. 312. *Duo sunt Troja promontoria, Rhœteum & Sigeum: quod dictum est propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hospitio Laomedontis simulavit abscessum, & inde contra Trojam per silentium venit, quod est σιγῇ.* Inter quatuor Idæ promontoria numerat Nicandri Scholiastes pag. 67. Ed. Soter. Κοινῇ, inquit, ἔχουσι ἐξοχὴν τῆς Ἴδης τέσσαρες, Φαλάκρα, Ἀκτὴν, Τάργαρον, Σίγειον. Tria tantum facit Scholiast. Hom. ad Iliad. Θ. vers. 48. Τρία δέ εἰσιν ἀκρωτήρια τῆς Ἴδης, Ἀκτὴν, Τάργαρα, Φαλάκρη. Lucem hæc afferunt verbis Hesychii: Ἀκτὴν, ὄρος σκιερὸν, ἢ ἀκρωτήριον.

b *Æstimati*] Ita & Venet. Sed Micyll. *æstivato*. Latet & heic aliquid. Forte *æstuanti*, quod susceptâ crevisse labore difficili dicat Naso.

Ad FAB. VII.

a *Proteus cum* &c.] Ita & Venet. cum Micyll. Sed MS. principium hoc paullo aliter exhibet. *Proteus cum Thetidi præcepisset, si voluisset jugalis fore, ut filium parente fortiorem procrearet.* Putes scripsisse, *prædixisset, si voluisset jugalis fieri, fore, ut filium parente* &c.

b *Pe-*

dum in tigrim conversa, cum eluderet, [b] Peleus Neptunum oravit, ut opem sibi ferret: qui cum Proteo preces ejus commendaret, ille emergens è mari Peleo mandavit, ut quiescenti Thetidi meridiano calore insidiaretur, eamque vinculis illigatam aggravaret; & quamvis in mille figuras converteretur, ne dimitteret, donec in pristinam rediisset formam. Sicque [c] illa potitus, Achillesque Græcorum fortissimus procreatus est.

Fab. VIII.

Peleus, fratre Phoco interempto, profugus Trachina [a] ad Ceyca Luciferi filium in hospitium venit. Hic accepit Dædalionis filiam Chionen speciosissimam fuisse: hanc à Mercurio per quietem [b] oppressam: item ab Apolline in anum conversa. Horum altero Autolycum furacissimum, qui ex albis nigra, & ex nigris alba faciebat, procreatum: [c] ex Apolline item Philammona studiosissimum citharæ. Hanc etiam gloriantem, quod cum talibus concubuisset deis, Dianæ pulchritudini se prætulisse. Confestim itaque illam, ut debuit, procacem ejus linguam sagittâ incidisse, atque ex eo vulnere confestim in-

b *Peleus Neptunum*] Sic & Venet. cum Micyll. Sed MS. *Peleus adorato Neptuno, ut opem in amorem sibi ferret, Proteo mandavit preces ejus, qui se mari emersérat, ac Peleo mandavit* &c. Quam lectionem minus improbabis, si ante inspexeris, quæ ad Hyg. Myth. cap. 8. annotavi.

c *Illâ potitus* &c.] Tzetzes in Lycophron. p. 37. Καὶ ὁ Εὐριπίδιων ὁ π θυγατρὸς ἢ Θέτις ὑπὸ Πηλέως μιᾶναι ἐκωλύθη ἑαυτὴν, ὡς ὁ Πρωτεὺς, εἰς διαφόρους εἴδεις. Ἐκεῖ ὃ καλέσας αὐτὸν ἐν σπήλαιῳ μορφῇ, ἐ ἐμίγη αὐτῇ, ὅθεν ἐ σπήλαιος χωρεῖον Μαγνησίας Θεσσαλικῆς. Cæterum quæri heic non injuriâ possit, si dea Thetis, cur insidias sibi strui divinare nequiverit. Quid respondere debeas, docebit te Homeri Scholiastes ad Iliad. N. vers. 521. Ἐζήτησαι ὃ, πῶς δεῖ ὢν Ἀμφι ὢν εἰδὴ οὐκ ἔγνω; Ῥητέον ὅτι, ὁ π παρὰ τὰ πεπρωμένα οἱ θεοὶ, σωματικὰς λαμβανόμενοι, ἀνθρωποειδῶς ὁπῶσιν, ἐ ἀθανασίᾳ μόνον διαφέροντες ἀνθρώπων, τοῖς αὐτοῖς ἐπέχοντες πάθεσιν.

Ad FAB. VIII.

a *Ad Ceyca*] Antoninus cap. 38. ad Eurytionem Iri filium perveniisse narrat. Facere cum Antonino Lycophronis Scholiasten quod annotat Vir Cl. frustra quæsivi. Pag. 37. ed. Steph. legas: Ὁ ὃ Πηλεὺς κὶ Φαινεδίων καθαίρεται ὑπ' Εὐρύτου τ Ἀκτορ, ἢ θυγατέρα Ἀντιόπην λαμβάνει. Ridiculum est, quod ex eodem descripsit idem, Pfamathen fuisse μίαν Ἐρεννύων. Legendum enim utique ἐκ Ψαμάθης μιᾶς τ Νηρεΐδων. Locus exstat paginâ modo adductâ. Apollonius Lib. 1. vers. 71. Antonino consentit; ubi consulendus scholiastes, ut & ad vers. 224. Schol. Pind. ad Nem. od. 4.

b *Oppressam*] Lego *compressam*.

c *Ex Apolline item*] Malim, *autem*.

Ad

interemptam. Quâ calamitate Dædalion cum se eodem rogo vellet consumi, neque eum proximi paterentur, ut furiis instinctus montem Parnassum petiisset, & se præcipitasset, antequam radicem montis contingeret, ab Apolline in accipitrem esse conversum.

Fab. IX.

Anetor pastor armentorum, [a] quæ Peleus ad Ceyca perduxerat, indicat à lupo, cui obsisti nequiret, custodes interimi. Qui ut intellexit Nereidis irâ id sibi accidere, quod Phocus eâ ætate Æaco genitus à se interiisset, & id [b] precibus potius, quam ultione, esse sedandum, suppliciter ab eâ petit, ne ultra [c] persequeretur admissum. Quæ aliquando [d] Thetidis sororis mota precibus, ne amplius fera armenta petens sæviret, in saxi eam figuram convertit.

Fab. X.

Ceyx Luciferi filius, prodigiis agitatus, Miletum ad oraculum Apollinis, quoniam Delphos Phorbas cum Phlegyis infestabat, contendit, conjugique Halcyonæ Æoli filiæ tardanti profectionem ob desiderium affirmat, intra alterum mensem se reversurum: quod ut non posset præstare, naufragio vitam amisit. Cujus adventum cum illa desideraret, non respondentem tempori destinato, & in dies gravissimo luctu afficeretur, misericordiâ Junonis, quam [a] assiduis precibus fatigabat, per quietem somnus ad indicium faciendum filium ipsius Morphea imitatorem figurarum mittere jussus, cujus frater à diis

Ad FAB. IX.

a *Quæ Peleus*] Ita rectè Rænerius. Perperam *quem Peleus* Venet. & Micyll. Vide Anton. Liberal. cap. 38.

b *Precibus potius*] *Precibus magis* Micyll. Sed MS. cum Venet. *Id precibus quam ultione.* Nota est ellipsis Græcissans. Homerus: Βέλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἐμεῖο, ἢ ὀλέσθαι. Sed hæc talia cum obvia cuivis sunt, tum congesta à plurimis, etiam à nobis non uno loco ad Fulgentium.

c *Persequeretur admissum*] Ita reposui ex MS. Perperam editi *prosequeretur.* Vide not. ad Mythol. cap. 58.

d *Thetidis*] MS. & Veneta *Thetis.* Quod quomodo defendi possit, discas ex iis, quæ dixi ad Hyg. Myth. cap. 10.

Ad FAB. X.

a *Assiduis precibus*] Ita reposui ex MS. Perperam *suis* vel *ipsius* Edd.

b *Ex-*

diis Icelus, ab hominibus Phobetor appellatur, & alter, qui in varias figuras abire solitus est, Phantasus. Ille igitur Trachinem ad Halcyonen missus est, quæ ex eo conjugem comperit interiisse. [b] Excusso ergo sopore, lumen inferri jussit. Novissimè ad littus decurrit, [c] ubi illum dimiserat. Et ut naufragi examine corpus [d] fluctuare proximo littore perspexit, in figuram volucris Æolis cessit, quæ ab ejus nomine vocatur. In eandem speciem corpus Ceycis est versum. Hæ volucres hyberno tempore per septem dies [e] in mare nidum ponunt, pullosque, qui casus [f] suorum majorum deplorent, in littore exponunt.

Fab. XI.

Æsacus natus Priami, ex [a] Alyxothoe [b] Cebreni amnis filia

b *Excusso ergo sopore*] Leg. *excussa* cum Nob. Heins. Ovid. Fast. *Excutitur somno stultè pia mater.* O locum ℣ a occupavit etiam apud Isidor. Orig. Lib. xx. cap. 16. *Character est ferrum coloratum, quo notæ pecudibus inuruntur.* Leg. *caloratum* h. e. calefactum, ignitum. *Calorare* dictum est ut *vaporare, saporare, soporare* & sexcenta alia. Fulgent. Lib. III. cap. 4. *Calorata juventutis igniculus.*

c *Ubi illum*] *Unde illum* MS.

d *Fluctuare*] *Fluctuari* MS. cum Edd. Vett.

e *In mare*] Ita & Venet. ac Micyll. cum MS. εἰς ἅλα. Catull. carm. 4. *Quum veniret à mare.* Ovid. Ib. *Et summam Libyco de mare carpat aquam.* Horat. Lib. I. epist. 16. vers. 30. *Quum pateris sapiens emendatusque vocari. Respondesne tuo, dic sodes, nomine?* Malè interpretantur versum posteriorem. Sententia est: *Dic sodes, esne revera is, qui diceris? esne par nomini illi, quo pateris te vocari?* Tò *nomine* dandi casu accipiendum. Propert. Lib. I. el. 8. *Nam me non ullæ poterunt corrumpere, de te Quin ego, vita, tuo lumine acerba querar.* Vide ibi Scaligerum. Admonuit me locus Horat. alterius, qui legitur in Collat. Leg. Russin. Tit. II. de Atroci Injuriâ. *Ut necesse habeat aut unam nomine suo rem destinare* &c. Volebat Pithœus, *nomine suo rem designare.* Frustra. Non venit ei in mentem etiam *destinare* eodem significatu interdum usurpari. Curt. Lib. IV. cap. 8. *Quum rex urbis futuræ muros polenta, ut Macedonum mos est, destinasset.* Vide ibi Freinshemium.

f *Suorum majorum*] *Suorum malorum* MS.

Ad FAB. XI.

a *Alyxothoe*] MS. *Alyxiroe.* Unde *Alexirhoë* facit Nob. Heinsius. Adi ejus animadversiones in Ovid. Met. pag. 306. Aliter Apollodorus Lib. III. cap. XI. *Podarces cognomento Priamus regnum tenuit, ac primum conjugem Meropis filiam nomine Arisbam sibi conjunxit, ex quâ Æsacum filium creat: cui Asterope Cebreni filia nupsit, quam cum mortuam nimio luctu defleret, in mergum avem mutatus est.* Corrigendus ergo Servius ad Æn. IX. vers. 262. *Dicta est Arisba à Meropis vel Macarei filia, quam primum Paris in conjugio habuit.* An scribendum *Priamus?* Certè corruptè ad Æn. IV. vers. 254. *Isacus* editum pro *Æsacus.* Verum priorem locum Servii sanum esse discas ex Stephano in Ἄρισβη. Ἔστιν, inquit, ἑτέρα ἐκ Λέσβου ἀπὸ Ἀρίσβης τῆς Μάκαρος θυγατρός. Ἔφορος δὲ Μέροπος αὐτὴν γεγενῆσθαι, καὶ πρώτην Ἀλεξάνδρου τοῦ Πριάμου γαμηθῆναι. Ἡγεῖται δὲ καὶ Γάζων Ἀρίσβην καλεῖ. Vertit interpres, *Herodotus & Iazon Arisben vocat.* Perperam. Γάζων est *Ionicè loquens.*

b *Cebreni amnis*] Ita & Veneta, *Cebre-*

filia sub monte Idâ furtim editus, urbanum apparatum [c]cultumque cum sylvis & labori postposuisset, incidit in conspectum Hesperies Nymphæ: cujus captus pulchritudine, dum fugientem persequitur, caussa interemptus exstitit. Confusa enim timore per ignorantiam serpentem calce pressit, cujus morsu stricta concidit. Ejus desiderio Æsacus, ne diutius dolorem sentiret, è monte in subjectum pelagus se præcipitavit: qui priusquam mergeretur, in avem cessit. [d] *Hæc æquora amat, nomenque mergi tenet, quia amne mergitur illo.*

Fabulæ Lib. XII.

I. Serpens in lapidem.
II. Iphigenia in cervam.
III. Cycnus in avem.
IV. Cænis in virum invulnerabilem.
V. Periclymenus in varias figuras.
VI. Apollo in Alexandrum.

Fab. I. & II.

Agamemnon Atrei & [a]Æropes filius, dux Achivorum, cum in Aulide [b] Jovi sacra ministraret, conspexit draconem in arbore, quæ impendebat aræ, lapsum ad nidum volucris: cujus octo pullis consumptis ab eodem serpente, novissimè etiam circumvolante matre aquilâ, ipse

brenidis Micyll. Scribe, *Cebrenis* ex Apollodoro, in quo Κεβρήνιος. Contrario vitio infectus est Sext. Rufus Brev. cap. 28. *Ut hostis sollicitudinem demeret.* Leg. *hosti.* Etiam Nepos, ut videtur in Hannib. cap. 6. *In propinquis urbis montibus moratus est.* An non *propinquis urbi?* Sed retrahit nos Sallust. Jug. cap. 48. *Præter fluminis propinqua loca.*

c *Cultumque*] Ita rectè MS. cum Micyll. Malè Veneta & Ræner. *consultumque.*

d *Hæc æquora* &c.] Ita cum Ræner. etiam Micyll. ac Veneta. Sed non agnoscit ista MS. Facile alioqui corrigendum quisque videat, *Hæc æquor amat, nomenque mergi tenet, quia mergitur illo.* Versus ultimus hujus libri undecimi Metam. est: *Æquor amat, nomenque manet, quia mergitur illo.* Vel, ut Nob. Heins. editio exhibet, *quia mergitur, illi.*

Ad Lib. XII. Fab. I. II.

a *Æropes*] Ita rectè Micyll. Malè *Europes* Venet. & Ræner. *Æropes* MS. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 86.

b *Jovi sacra*] Jovis MS. Vide not. ad Myth. Hyg. cap. 86. ubi habes, *Sacra dea Veneris per aliquot annos non fecerat.*

c *In*

ipse conversus in saxum est. Quorum prodigio Calchas Thestoris filius respondit, per novem annos [c] in Troadem dimicaturos; decimo autem Ilio potituros. Fertur autem portus Bœotiæ hic esse, ubi mille naves adversis tempestatibus stetissent. Morantibus enim Achivis, respondetur à Calchante, non ante classes posse moveri, quam Iphigeniam pater immolasset. Quæ cum pro re communi ad aram esset applicata, inter sacrificandum obductis nubibus à Dianâ rapta est, & pro eâ supposita cerva.

Fab. III.

Fama cum per orbem Grajorum adventus ad expugnandum Ilium venisset, & in Troade classes apparuissent, primus in congressu bellantium Protesilaus Iphicli filius ab Hectore est interemptus. Dein novissimè Cycnum Neptuni filium, qui nullo telo interimi poterat, Achilles, cum diu in certamine victoriæ contentio esset, & frustra in eum tela eminus jaceret, Menete Lycio prius interempto, stricto ense persequens, præcipitatum supra saxum eliso gutture pressit. Qui priusquam spoliaretur armis ab eo, Neptunus eum parens in volucrem ejusdem nominis contulit, ne nominis aboleretur perpetuitas.

Fab. IV.

Superato Cycno, inter epulas Achilles cæterique Achivûm admirantur corporis duritiam, quod toties hasta à corpore ejus esset repulsa: quæ admiratio à Nestore sene doctissimo speciosiore exemplo infirmatur. Retulit enim suâ ætate Cænim Elati filiam fuisse, quæ propter pulchritudinem à Neptuno compressa sit, datâ veniâ ob injuriam, ut in virum mutata nullo telo interfici posset. [a] Hic

[c] *In Troadem*] Ita rectè cum MS. Venet. & Micyll. Perperam *in Troade* Raterius. Justin. Lib. XLIII. 5. *In Hispaniam tunc temporis bellum gerentem.* Et Lib. III. cap. 1. *Bello in Graciam infeliciter gesto.*

Ad

[a] Hic cum Pirithoi Ixionis filii nuptiis intereſſet, ductâ Hippodamiâ, & Eurytus inter Centauros, vino incitatus, in nuptam novam impetum feciſſet, cæteri proſiluere Lapithæ atque Centauri, nuptias frequentantes; ideoque cum cædes maxima eſſet exorta, plurimique ex utraque parte ob raptum matronarum concidiſſent, eo quod inviolabilis iſte reſtaret, ab univerſis, qui ex cæde reliqui fuerunt, noviſſimè impetu facto, congeſtiſque in eum arborum truncis, ſpiritum reddere [b] coactus eſt. Tamen non immemor Deus Neptunus, à quo ſpecioſum munus acceperat, [c] ſupradictum in volucrem ſui nominis transfiguravit.

Fab. V.

Periclymenus à Neptuno acceptâ poteſtate, ut ſe in varias figuras transverteret, cum adverſus Herculem dimicaſſet, & eum varietate formarum vellet eludere, in aquilam transfiguratus eſt: quam ille advolantem ſibi, & in altitudinem ſe aeris efferentem, noviſſimè ſagittâ trajectam interemit.

Fab. VI.

Neptunus graviter ferens Cycnum filium ſuum ab Achille occidiſſe, & Hectorem defenſorem operum, quæ ipſe poſuiſſet; ab Apolline ſocio laboris petit, quoniam ſibi non daretur, ut cominus cum eo congredi poſſet, ut ultor exiſteret. At ille auditis precibus ejus, [a] immiſtus

Ad FAB. IV.

a *Hic cum Pirithoi Ixionis*] MS. *Huic cum Pirithoum Ixionis filium nuptui* &c.

b *Coactus eſt*] *Coactum* MS.

c *Supradictum*] Forte *Cycnum ſupradictum*. Nam de Cycno, non de Cæneo hæc dicuntur. Perperam ergo in lemmatis fabularum Micyllus, *Cæneus in avem*; vel *Cænis in avem*, ut eſt in Veneta. *Supradictum* ſic ſatis Latine dici, de quo jam facta ſit mentio, oſtendi ad fab. 4. Lib. XI. At non tam bonæ notæ *prædictus*, quo cum barbaris etiam utitur Primaſius in Prolog. Comment. in Apocalyps. *Ejus conſilium ſequens utilitatem mox prædictam invenit*. Quod apud Vellejum cum aliis locis compluribus, tum & Lib. 1. cap. 4. legitur, *ut prædiximus*, id ei obtruſum procul dubio à malâ manu.

Ad FAB. VI.

a *Immiſtus acie*] Pro *aciei ἀποταῦτα*, Salluſt. apud Probum in Catholicis: *Dubitavit acie pars*. Idem Jugurth. cap. 16. *Uti fama, fide, poſtremo eamdem*

ſtus acie, nullique conſpicuus, arcum Alexandri in Achillem convertit, utſagittas in eum dirigere poſſet; talumque ([b]quod fuit in corpore ejus mortale) percuſſit, & interemit.

Fabulæ Lib. XIII.

I. Ajacis cruor in florem purpureum.
II. Hecuba in canem.
III. Memnonis cineres in aves.
IV. Anii filiæ in columbas.
V. Orionis filiæ in coronas.
VI. Ambracius in ſaxum.
VII. Moloſſi filii in aves.
VIII. Acis in flumen.
IX. Glaucus in deum marinum.

Fab. I.

Achille ab Alexandro occiſo, arma cum peterentur ab Ajace, quia frater patruelis eſſet, & Ulyſſe, qui ſe conſilio potiorem ac virtute [a]judicaret: placuit principibus, ut utriuſque geſta erga rempublicam in bello perpenderentur, & digniori propoſitum præmium cum cauſſâ ab univerſo exercitu tribueretur. Cum itaque in conſpectu omnium Ajax virtutes ſuas, quibus Græcos juviſſet, retuliſſet, & Ulyſſes conſilia ſua, quibus [b]communu-

rebus ſuis commodum regis anteferret. Ita legere malim, quam *fama, fide*, vel *famæ, fidei*, ut edd. hactenus prætulerunt. Horat. Lib. 1. Sat. 3. 95. *Proditerit commiſſa fide.* Plaut. Aulul. IV. 6. *Fide conſebam maximam multo fidem eſſe.* Ovid. III. Metam. fab. 5. *Prima fide vociſque ratæ tentamina ſumſit.* Et VI. Faſt. *Utque fide pignus dextras utriuſque poposci.*

b *Quod fuit in corpore ejus mortale*] Ita rectè Venet. & Micyll. Confirmatque eam lectionem MS. Conſer quæ ſcripſi ad Fulg. Mythol. cap. 8. Lib. 11.

Ad LIB. XIII. FAB. I.

a *Judicaret*] *Indicaret* MS. & Veneta.

b *Communem rempublicam*] Inanis tautologia hæc eſt. Libenter deletum vellem *tò publicam.* Supr. Lib. XII. fab. 1. *Quæ cum pro re communi ad aram eſſet applicata. Commune* appellat Horat. Lib. II. od. 15. *Privatus illis cenſus erat brevis, Commune magnum.* Cicero Verr. III. *Commune Miliadum.* Ubi Aſconius, *Mirè, communne, rempublicam.* Etiam Græci τὸ κοινὸν, vocant, vel τὰ κοινὰ. Ariſtoph. Plut. Act. II. ſc. 5. Πλουτήσαντες δοῦ τ' κοινῦ &c.

c *Ad-*

munem rempublicam juviſſet, duces quoque [c] adduxiſſet; noviſſimè ſignum Minervæ fatale, quod ille ſuſtuliſſet, oſtendit. Quo Graji moti, cum ante [d] orationem ejuſdem perculſi ſtuperent, ab Ajace arma abjudicata ſunt & Ulyſſi data. Quâ ille contumeliâ accenſus, incubuit enſi; ex cujus cruore flos purpureus ſimilis hyacinthi natus eſt.

Fab. II.

Ulyſſes poſtquam Philoctetæ ſagittas, ipſo comitante, in caſtra Grajorum pertulit, quibus Ilium captum eſt, præda dives Hecuba Priami conjux Ulyſſi [a] ſorte ceſſit; quæ noviſſimè acerbitatibus interitum Aſtyanactis & Polyxenæ, quæ in buſtis Achillis fuerat interempta, mœrens, [b] claſſe in Thraciam cum eſſet appulſa, ex reliquis liberis, [c] qui reſtabant orbæ, Polydorum, apud Polymeſtora qui quondam fuerat educatus, putabat incolumem manere: quæ dum ſpatiatur in littore, animadvertit eum exanguem è fluctibus [d] in aridam ejectum. Polymeſtor autem

c *Adduxiſſet*] *Adauxiſſet* MS.

d *Orationem ejuſdem*] Edd. *orationc*. Sed alterum non dubitavi reponere ex MS. Virgil. Æn. II. vers. 31. *Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Minervæ.*

Ad FAB. II.

a *Sorte ceſſit*] Ita rectè cum MS. Micylliana. Male *ſorte* Ræn. & Veneta. Virgil. Æn. I. vers. 142. *Non illi imperium pelagi, ſævumque tridentem, Sed mihi ſorte datum.* Vellej. Lib. II. 18. *Sorte obvenit Sullæ Aſia provincia.* Albricus cap. 2. *Cui cœlum & cœli regnum in ſortem ceſſit.* Cedere autem eleganter dicitur quod nobis obtingit. Horat. III. od. 20. *Grande certamen, tibi præda cedat Major, an illi.* Juſtin. XIII. 4. *Summus caſtrorum tribunatus Seleuco Antiochi filio ceſſit.* Lib. XXXVIII. 3. *Homines & quæcunque auferri poſſent, Tigrani cederent.*

b *Claſſe in Thraciam*] *Claſſe Thraciæ* MS. cum Venet. & Micylliana. Et vereor ne ſtruſtra illam lectionem mutaverit. Primaſius in cap. 1. Apocal. Joan. *A Domitiano Cæſare exilio miſſus, & metallo damnatus.* Adde annotata à nobis ad Hygini Mythol. cap. 15. & 108.

c *Qui reſtabant*] *Reſtabant orbæ*. Micyll. & Veneta. Optimè proculdubio.

d *In aridam ejectum*] Ita repoſui ex MS. pro *dejectum*. Ter. Andr. I. 3. *Ibi tum hanc ejectam Chryſidis Patrem recepiſſe orbam* &c. Curt. IX. 10. *Belluarum, quas fluctus ejicit, carne veſcuntur.* Quod autem *arida* pro littore vel terrâ ponitur, id ſapit phraſin ſacræ ſcripturæ. Geneſ. cap. 1. vers. 9. *Congregentur aquæ, quæ ſunt ſub cœlo, in locum unum, & appareat arida.* Et vers. 10. *Et vocavit Deus aridam terram.* Exod. cap. IV. vers. 9. *Sume aquam fluminis, & effunde eam ſuper aridam.* Abſolutè τὸν ξηρὸν vocant etiam οἱ ἑ. Cæterum periodus ſequens in MS. ita concepta erat: *Is autem propter aurum, quod cum infante Polydoro tradidonm fuerat, itaque avaritiâ ductus eum interfecit Polymeſtor.*

tem propter aurum, quod cum infante Polydoro ei traditum fuerat, avaritiâ ductus, eum interfecit. Et ut indicia quoque facinoris celari possent, eum [c] in profundum præcipitavit. Quod cum Hecuba supradicta Cissei filia comperit, per pollicitationem curavit ut perveniret ad Polymestorem, dicens se velle adjicere super quod ante dederat, aurum, quo facilius nati celarentur indicia. Et tyrannus verum esse existimans, petenti secretum colloquium dedit. Hecuba nacta locum, lumina ei abstulit: quam Thraces dum persequuntur saxis, [f] versa est in canis figuram.

Fab. III.

Memnon, Tithoni & Auroræ filius, Priamo ferens auxilium, ab Achille occiditur. Mater ergo precibus pro assiduo officio inducendæ lucis ab Jove impetrat, ut, [a] in cineres ejus adusto rogo, sorores in volucres convertantur, Memnonides nomine. Quæ memores belli, [b] quotannis ad sepulcrum ejus conveniunt, & inter se dimicantes sanguine suo manibus ejus frequentes parentant. Et ipsa mater ejus matutinis temporibus lacrymas desiderio filii sui Memnonis [c] transmutat in rorem: [d] quod

c *In profundum*] *In profundo* MS. Consule not. ad Fulgent. Lib. 1. cap. 2. Hyg. Myth. cap. 92. Astron. II. 40.

f *Versa est in canis figuram*] Vide Hyg. Mythol. cap. 111. & quæ ibi annoto. De Cynosemate porro Polluc. Lib. v. cap. 5. Paullo superius *id tyrannus* aptius fore videtur, quam *& tyrannus*.

Ad FAB. III.

a *In cineres* &c.] Ita MS. Sed falsum hoc. Memnonis socios in has aves versos tradit quidem Q. Smyrnæus Lib. II. Sed qui de sororibus ejus hoc tradat, frustra quæras. Veneta & Micyll. heic exhibent, *ut favillæ ejus adusto rogo pariterque sorores in volucres* &c. Quæ nata sunt ex malè intellectis verbis poëtæ: *Mox vera volucris Insonuit pennis, pariter sonuere sorores.*

b *Quotannis*] Ita & Plinius Lib. x. cap. 26. Ælian. v. 1. Isidorus autem Lib. XII. 7. *quinto quoque anno*. Sed ille confundit historias, & ex Æthiopiâ præterea Ægyptum facit. Vide tu Plinium.

c *Transmutat in rorem*] Servius ad Æn. 1. 493. *Quia Tithonus frater Laomedontis raptus ab Aurora filium suum Memnonem ex ipsâ pregenitum, inlectus dono votis aureæ, Priamo ad Trojæ misit auxilium, qui congressus cum Achille, ab eo est interemptus, cujus mortem mater Aurora hodieque matutino rore flere dicitur.* Pro *votis aureæ* lege *vitis aureæ*. Meminit ejus vitis etiam Scholiastes Juvenalis ad Sat. VI. vers. 652. Hem tibi hominis verba: *Eriphyle uxor Eryphili, filii Telephi: qui Telephus cum venisset ad auxilium Priamo, plagatus est ab Achille, & cum non posset curari sortitus est ab Achille se solo posse curari. Venit supplex: petit se curari, promisso hoc, ut nunquam jam auxilium ferat Trojanis, nec ipse, nec de suis aliquis. Curatus est, recessit. Post mortem*

[d] quod tamen monumentum in Phrygiâ constituit patruus ejus, ut Hesiodus vult.

Fab. IV.

Æneas cum patre Anchise & filio Ascanio profugus, Delphos venit. Hic ab Anio sacerdote Apollinis recipitur hospitio, quibus indicat [a] quinque se filiorum parentem orbum relictum. Andrum enim filium, à quo Andros insula, reliquisse patriam narrat. Huic ut Apollo dederit augurium, sic Liberum dedisse virginibus, ut contacta manibus earum in segetem, vinum, oleumque verterentur. Eas Agamemnon, ut cœlesti munere [b] exercitum aleret, cum vellet abducere, in insulam eandem Andron profugisse. Hinc rursus ne vinculis illigatæ raperentur potentiâ regis Agamemnonis, Liberi numen effecit ob misericordiam & muneris sui causam, ut in columbarum speciem transferrentur.

Fab. V.

tem hujus filium Euryphilum vir fortis fuit. Hunc sæpe ad auxilium petit Priamus, ille negavit, monitus scilicet à patre suo. Ergo cum non posset aliter Priamus cum sollicitare, fecit vitem ex auro, & misit ad uxorem ejus Eriphylen. Hæc accepto munere tanto, marito persuasit. Venit in Trojam auxilium ferens. Hunc occidit Pyrrhus filius Achillis. Eurypylum (ita enim scribendum) Telephi filium fuisse etiam alii tradidere: sed Eriphylen illam, cujus tam frequens apud poetas & mythographos mentio fit, ejus fuisse conjugem, id vero falsum est. *Plagari* ab hoc homine pro *vulnerari* vides usurpari. Mira barbarorum licentia est in verbis istiusmodi fingendis. Ejusdem farinæ est *humanari*, quod apud interpretem Concilii Ephesini inveni nuper & miratus sum. *Et humanatus, inquit, est & passus* &c. Unde *inhumanatio* dicitur ἐνανθρώπησις Episcopis Galatiæ in Epist. ad Leonem Augustum. Non minus audax est *augurare* pro διανοσκοπεῖν. Auctor Vit. Apollin. *Numquid iste est, in quo auguriatis?* Cæterum quod sequitur *sortitus est*, pro *sortem accepit*, suam habet venerem. *Sortem tollere* eo sensu dixit Hyginus Mythol. cap. 88. de eo, qui oraculum consulit, aut sortem petit. Usus eadem phrasi Licinius Ruffin. Collat. Leg. Tit. XV. *Non inveniatur in te, qui lustret filium tuum aut filiam tuam, nec divinitus apud quem sortes tollat.* Vulg. Interp. *qui ariolos scisciteturr* Deut. XVIII.

d *Quod tamen*] Ita quidem edd. omnes. Legendum tamen putem *cui tamen* &c.

Ad FAB. IV.

a *Quinque se filiorum*] Ita rescribere non sum veritus, quanquam *filiarum* habuit MS. ut & Micyll. cum Veneta. Denominatio fit à potiori. Illustravimus abunde eam loquendi rationem ad Hyg. Myth. cap. 159. & Fulg. Lib. 1. cap. 2. Rænerius cum eam non caperet, ridiculè interpolavit. Firmat nostram emendationem Naso ipse vers. 645. *Natorum vidisti quinque parentem.*

b *Exercitum aleret*] *Alerent* MS. Rectè. Vide Nason. vers. 659. in hac fabulâ. Corruptus in eâdem Servius ad Æn. III. vers. 80. *Anius autem rex Deli, Apollinis filius, cum trium filiarum esset parens, ne unius tantum Dei esset totus* * *auxilio filia numini Liberi pa-*

Fab. V.

Discedentes ab Anio Anchises & Æneas, invicem munera dant & accipiunt. In quibus crater fuit Æneæ datus ab [a] Alcone Lydio cœlatus. Anius autem à Therse Bœotio acceperat: in quo [b] sculptæ erant Thebæ & Orionis filiæ, quæ pro populo Thebano passæ erant immolari. [c] Et harum proci cum cineribus adusti essent, duo adolescentes inde increverunt; qui & [d] virginum nomine coronæ sunt nominati.

Fab. VI.

ris devorit, qui parem ei gratiam reddens, efficit, ut quidquid una attigisset verteretur in fruges, altera in vinum, tertia in oleum &c. Tolle asterisscum & rescribe, *esset tutus auxilio, filius numini* &c. Non parum lucis historiæ huic adferunt, quæ Tzetzes scribit ad Lycophron. pag. 96. Ed. Steph. Σταφύλη δὲ ὑὸς Διονύσου θυγάτηρ γίνεται Ῥοιοῦ, ἢ ἐμίγη Ἀπόλλωνι. γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ Σταφύλου, βαλὼν εἰς λάρνακα, σφῆτε τῷ θαλάσσῃ ἀφῆκεν. ἡ δὲ φερομένη ἀφίκετο τῇ Εὐβοίᾳ, ἐξιλθοῦσι τῆς λάρνακος παρέπλευσε κλαυσαμένοις παιδία, ἐπὶ Ἄνιον καλεῖ, διὰ τὸ ἀνιαθῆναι δι' αὐτήν. Τοῦτον Ἀπόλλων ἀνεγκὼν εἰς Δῆλον. ὃς Δωρίπωλιν γήμας, γίνεται τὰς οἰνοτρόπας, Οἰνὼ, Σπερμὼ, Ἐλαΐδα, αἷς ὁ Διόνυσος ἐχαρίσατο ὁπόσα βάλοιντο, οἶνον, σπέρματα, ἔλαιον κομίζειν &c. Οἰνοτρόπαι dicuntur illæ filiæ Hesychio. Meminit & Stephanus earum: Ἄνδρος, inquit, νῆσος μία τῶν κυκλάδων, ἐκλήθη ἀπὸ Ἄνδρα τὸν Εὐρυμάχου, ἢ τὸν Ἄνιος ἀδελφὸν, τὸν πατέρα τῶν Οἰνοτρόπων. Vertit interpres: *Sic vero vocata fuit ab Andro Eurymachi vel Ananti fratre Oenotroporum patre.* Sed Οἰνοτρόπης cum nusquam inveniret, mutat τὸ Οἰνοτρόπων in Οἰνοτρῶν. Perperam omnino. Lego, ἢ τὸν Ἄνιος ἀδελφὸν &c. Verti autem ista ita debent: *Sic vero vocata fuit ab Andro fratre Eurymachi vel Anii, patris Oenotreparum.* Andron fratrem Anii facit, cum ab Ovidio & Servio filius fuisse dicatur: quibuscum & Conon facit Narrat. XLI. Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης Ἄνιος γίνεται, παρὰ τοῦτ' Ἀνδρος, ἐς μίαν οἰνώσας τὸν νῆσον, τὸ ὄνομα λείπει τῇ νήσῳ. Confer Etymol. in Ἄνιος.

Ad FAB. V.

a *Alcone Lydio*] *Lindio* MS.

b *Sculptæ*] *Excultæ* MS. Leg. *exsculptæ.*

c *Et harum proci*] Ita MS. etiam Venet. cum Micyll. nisi quod hæ pro *cineribus* exhibent *muneribus.* Verum hæc nata sunt ex malè intellectis verbis poëtæ: *Tum de virgineâ geminos exire favillâ, Ne genus interiret, juvenes* &c.

d *Virginum nomine Coronæ*] MS. *Coronidæ.* Nisi Naso haberet, *quos fama Coronat Nominat*, probarem protinus, & dicerem Latinâ usum terminatione hunc scriptorem. Antonin. Liberal. cap. 25. Περσεπολίται δ' αὐτὰς ἀγεσιδώρου τῶν Αἰολεῖς Κορωνίδας παθόντας. Atqui in Aoniâ natas virgines illas, & ab Aonibus templo honoratas dixit in præcedentibus. An ergo Αἰολεῖς pro Αἰολεῖς reponendum? Ita Viro Cl. visum, qui nuperrimè in Antoninum notas suas recoxit. Non accedo. Quæ consecratæ primitus fuerint ab Aonibus sive Bœotiis, illas etiamnum ab Æolensibus Coronidas appellari, nihil habet absurdi. Æolensium enim nonnulli sedem ceperunt postmodo in Bœotiâ. Homer. Schol. ad Iliad. II. vers. 233. Ἐπεὶ Παλαιοὶ καλοῦσι τὴν Δωδώνην, ἐκβληθέντες ὑπὸ Βοιωτῶν παρὰ Αἰολέων ἐξ Ἄρνης τῆς Θεσσαλίας. Ne dicam jam plurimos Æolensium fuisse Bœotios. Etymol. in Αἰολεῖς Οἱ ἀπὸ κτήσεως ὀνομάζομενοι

Fab. VI. & VII.

Petentes insulam Cretam, & hinc Italiam supradicti, ut aliquando errorem positis ædibus finire possent, multis regionibus transitis, Ambraciam adeunt, à diis per certamen petitam: in quam [a] Ambracii imaginem in saxum conspiciunt figuratam. Hinc in Chaoniam, in quâ oraculum Jovis, delati aspiciunt Molossi regis filios: qui ne flammâ consumerentur, immortalium numine factum est, ut in avium figuras transmutarentur.

Fab. VIII.

σι πολλὰς τ ἀνομαζομένων Αἰολέων, ὡς φησὶ πὰς, ὅτι πλεῖστοι ὄντες Βοιωτοὶ ἦσαν. ὡς δὲ Μενεκλῆς, διὰ τὸ ἐκ πολλῶν ἐθνῶν συμπεφοιτᾶσθαι. Sanè ex variis gentibus constatos esse Æolenses, & inde nomen sortitos affirmat etiam Tzetzes in Lycophron. pag. 200. Cæterum post τὸ πλεῖστοι interserit Δωριεὶς Sylburgius; quam ejus conjecturam cum alia adstruunt, tum & illud, quod ait Eustath. ad Dionys. p. 109. ed. Steph. Η Δωρὶς ἡ αὐτὴ τῇ Αἰολίδι ἐστί. Ubi autem Doris, & quæ ejus urbes fuerint, inter alios breviter refert Aristoph. Schol. ad Plut. Act. II. sc. 3. Cognationem Æolensium & Bœotiorum hoc quoque vel in primis arguit, quod à Varrone Lib. III. de L. L. *Æoles Bœotii* appellantur, & Strabo Lib. VIII. docet non aliam esse Doricam dialectum quam Æolicam antiquam, & non extra Isthmum solum, sed in Isthmo etiam positas gentes Æolicas fuisse, quemadmodum pridem in de Numm. Præst. pag. 62. observavit illustr. Spanhemius.

Ad FAB. VI. & VII.

[a] *Ambracii*] Addidit Rœperius *judicis*. Judex ille Cragaleus fuit, de quo Anton. Liberal. cap. 4. ubi hanc fabulam habes. Dictam Ambraciam scriptor ille tradit ab Ambracia Melanei filia. Sed Stephanus, Ἀπὸ Ἀμβρακοῦ τ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τ Λυκόορ τος. ἧ ἀπὸ Ἀμβρακίας τ Αἰολίδος θυγατρὸς. Antonini verba sunt: Ἐνίους δὲ πτίδας Εὐρυλοχ καὶ Ἀμβρακίαν, ἀφ ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία κα-

λεῖται: *A quâ urbi Ambraciæ nomen sit factum.* Sed ἀφ' ἧς malle me ibi cum scripsissem nuper, regestum mihi fuit a Viro Cl. qui veteres Græcos evolvere solitus sit, eum non mutaturum illud ἀφ' ἧς in ἀφ' ἑαυτ. Ergo τὸ ἀπὸ pro ὑπὸ positum docere me intendit hisce exemplis. Dionys. Halicarnass. Lib. I. Ἡ πόλις δὲ αὕτη χρόνον ἀνομάσθη ὑπ' αὐθρώπων ἄνωνύμ, ἄνομα Γ'παλίαν. Et versibus paucis interjectis: ὧν δὴ πρῶτον κλεινὴν Γ'παλίαν ἔθτο πᾶ Γ'παλῆ. Sed ego respondere illi possim, ἔθτο in illis locis notare tempus, ut cum apud alios omnes frequenter, tum & Stephanum in Πελοπόννησ. Ἐπὶ μὲν γὰ Ἄπιος τ Φορωνέως ἐκαλεῖτο Ἀπία. Ἐπὶ δὲ τ Πελασγ Πελασγία. Ἐπὶ δὲ Ἄργυ ἐπωνύμως Ἄργ ἐκαλεῖτ. Ἐπὶ δὲ τοῦ Πελοπίδου Πελοπόννησ. Quod ad sententiam attinet, recte interpres nuperus: *Imperante enim Apio Phoronei filio, vocabatur Apia. Sub Pelasgo vero Pelasgia. Sub Argo autem* &c. Sed pro *Apio* scribendum *Apide*. Apollod. Lib. II. cap. 1. Ἄπις δ εἰς τυραννίδα τὴν ἑαυτοῦ μεταστήσας ἐκάλεσεν, ἐ βίαι ἀν τύραννο, ἀνομάσας ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν Πελοπόννησον Ἀπίαν &c. In errorem induxisse virum videtur genitivus Ἄπιος non ita valde usitatus. Eustath. ad Dionys. p. 59. Τὰς δ Ἀραδίας ὁ Διονύσ μὲν Ἀπιώτιδας φησὶν, οἱ δὲ νεώτεροι Ἀπιώνας κ τ γεωγράφων, ἀπὸ τ Ἄπιος, ὃ ἐ γλῶσσα ἐ Ἄπιος, ὡς ὅσοι εἰσὶν, Ἄπιοσι Ἀπίοσιν, Ζυμιλξὶς Ζυμιλξίσιν. Et pag. 124. Οὕτω δὲ ἐ τὸ Ἄπιος τὸ κύριον ἐ τῆς ἀεὶ Ἀργείων λόγοις οἱ μὲν διὰ

Unable to display this page

nominis sui, quod est in Sicilia, versus est; [c] cujus liquori se junxit voluntate.

Fab. IX.

Glaucus Anthedonis filius piscator, cum speciosos pisces cepisset, & eos vellet recentissimos in urbem ferre, in opaco loco proximo mari eos, dum requiesceret, ac retia siccarentur, sub recentissimam herbam exposuit. At illi vigore ejus succoque contacti, recuperato spiritu, quem amiserant, merserunt se in profundum. At Glaucus experrectus, existimans vim quandam divinitatis esse in herbâ, ipse quoque [a] jejunium polluit, alienatusque mente, ex alto se præcipitavit [b] in pelagus, sed inter deos marinos receptus: qui ut Scyllam Cratæidis filiam eodem mari versantem conspexit, pulchritudine ejus accensus est: quam ne alloqui posset, mari recondita est.

Fabulæ Lib. XIV.

I. Scylla in feram.
II. Eadem in saxum.
III. Cercopes in simias.
IV. Sibylla in vocem.
V. Socii Ulyssis in feras.
VI. Iidem in homines.
VII. Picus in avem.
VIII. Socii ejus in feras.
IX. Canens Pici uxor in auras.
X. Dio-

in mare decurrit: ex cujus ripis Polyphemus saxa in Ulissem egisse dicitur. Leg. *jecisse.*

c *Cujus liquori*] Ita Veneta cum MS. nisi quod in hoc, *cujus liquor.* Rænerius hæc omisit, quod, ut suspicor, non videret, quid sibi vellent. Proverbium est apud Apostol. Cent. 11. 25. Ἄλλις πολλμός. Ἐπὶ τῶν ἄγαν ψυχῶν.

Ad FAB. IX.

a *Jejunium polluit*] Supr. Lib. v. fab. 7. *Ad colluendum jejunium.* Sed ibi *solvendum* rescribi debere ostendi. Atque etiam heic *jejunium solvit* reposuerim. Nasonis phrasis est Lib. v. vers. 534. *Quoniam jejunia virgo Solverat.* Hoc est, comederat aliquid. Etiam heic Glaucus mandere cœperat herbas, in quibus pisces illi δόλιχος πόλμοι jacuerant.

b *In pelagus*] *In pelago* MS. Et mox *mari mersus est*, pro *recondita est.* Leg. *mersa est.*

X. Diomedis ſocii in aves.
XI. Appulus paſtor in oleaſtrum.
XII. Naves Æneæ in Nymphas.
XIII. Alcinoi navis in ſaxum.
XIV. Ardea Turni in avem.
XV. Æneas in deum.
XVI. Vertumnus in anum.
XVII. Anaxarete in lapidem.
XVIII. Romulus in Quirinum.
XIX. Herſilia in Horam.

Fab. I.

Glaucus Anthedonius ſupradictus Scyllam circa Siciliam conſpicatus dum adamaſſet, [a] & quia nollet ſequi appetentem, venit ad Circen, obſecrans remedia, ut amanti ſuccurreret: quem illa, ipſius non levi cupiditate capta, nequiens à propoſito retardare, [b] amorem incidit, dicens quæ eſſet, quæ ſibi præferretur. Inſtructa enim Hecates carminibus venit in locum, in quo Scylla ablui conſueverat, veneniſque imbuit, quibus tenus pube canibus eſt efferata, ut amantibus odio ac timori eſſet. Quod ob factum illa poſtea in Ulyſſem amatum ab eâ exercuit ſævitiam. Quod Glaucus factum hoc à Circe dolenter tulit.

Fab. II.

Docet eandem Scyllam transformatam eſſe in ſaxum, ne Æneæ naviganti in Italiam nocere poſſet.

Fab. III.

Ad LIB. XIV. FAB. I.

a *Et quia nollet*] Deleam vel &, tanquam ex ultimâ proximè præcedentis vocis ſyllabâ ortum.

b *Amorem incidit*] Ita MS. Venet. *Amorem indicit*. Micyll. *Amore indicit*. Rectius foret, *amorem indicat*. Sed MS. lectionem damnare non audeo. Supr. Lib. 1. fab. 10. *Ne puella Junonis iram incideret*. Vide ibi notas noſtras. Hyg. Aſtron. II. 16. *Pulchritudine Veneris inductum in amorem incidiſſe*. Cap. 20. *Phryxi Athamantis filii corpore inductam in amorem incidiſſe*. Peccatum idem admiſſum à librariis Collat. Leg. Ruffin. Tit. IV. de Adult. *Si maritus uxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidit, an in legem de Sicariis incidit, quæro*. Leg. *incidit*.

Fab. III.

Cercopes propter fraudem sceluſque, quia boni semper insidiatores fuerunt, perosi ab Jove, ut, qualem animum habuissent, talem & speciem post obitum indicarent, in simias conversi sunt. Itaque Inarimen Prochytenque insulas proximas, quas hi incoluerant, [a] nomine suo Pithecusas vocavit.

Fab. IV.

Apollo Jovis & Latonæ filius Sibyllam Glauci filiam cum diligeret, pro concubitu optandi veniam tribuit. At illa in longum victura tempus, spatians in littore, hausto [a] pugno arenæ, petit tot annorum spatium, quot partes ejus dinumerare posset. Igitur præstatâ fide [b] ad tempus, senectute dilapso corpore, relicta est vox, quæ Sibyllam indicaret. Deus vero voluisset morari eam in eo munere: sed illa neglexit dei voluntatem.

Fab. V.

Ad FAB. III.

a *Nomine suo Pithecusas vocavit*] Vel *suo* pro *eorum* posuit, vel *vocarunt* legendum. Veneta exhibet, *Pithecusa nomine suo Pithecusas vocavit*. Pithecusam eandem esse atque Inarimen, sive Enariam, volunt Servius ad Æn. IX. 715. & Salmas. ad Solin. pag. 97. Diversas faciunt cum heic Ovidius, quem non rectè cepit Lactantius, tum & Mela Lib. II. cap. 7. nec non Plin. Lib. III. cap. 6. Perperam Πιθηκίους νήσους vocat Apostolius Cent. XI. 24. ubi explicat quid sit χερκωπίζειν. Simile adagium, ἀγρὸς κερκώπων, de quo Zenob. Cent. I. 5. & Diog. I. 3.

Ad FAB. IV.

a *Pugno arenæ*] Seneca de Irâ Lib. III. cap. 33. *Quid si ne propter fiscum quidem, sed pugnum æris, aut imputatum à servo denarium* &c. Inde *Pugillus*. Vet. Interpr. Ecclesiast. cap. IV. 6. *Melior est pugillus cum requie, quam plena utraque manus cum labore* &c.

b *Ad tempus*] Forte, *Quod ad tempus*. Hoc est, quod ad tempus attinet. Addidi ex MS. & vett. edd. duas istas voces perperam à Rænerio omissas. De Sibyllâ jucunda sunt quæ narrat Trimalchio in Petron. Fragmento Traguriano: *Sibyllam quidem Cumis ego ipse oculis meis vidi in ampulla pendere: & cum illi pueri dicerent, Sibylla τί θέλεις; Respondebat illa, ἀποθανεῖν θέλω.* Fugit interpretes simile quid de Sibylla narrari ab Ampelio cap. VIII. *Argyro est fanum Veneris super mare: ibi est lucerna super candelabrum posita, lucens ad mare sub divo cælo, quam neque ventus aspergit* (leg. dispergit) *nec pluvia extinguit. Sed & Herculis ædes antiqua; ibi columna pendet cancea ferrea rotunda, in quâ conclusa Sibylla dicitur.* De lucerna illâ in fano Veneris quod ait, ejus & Isidorus meminit Orig. Lib. XVI. cap. 4. *Denique in templo quodam fuisse Veneris fanum dicunt, ibique candelabrum, & in eo lucernam sub divo sic ardentem* &c. Quod *sub divo* dicat, inde suspicor τὸ cælo in Ampelio, ut glossema, esse cancellan-

Fab. V. & VI.

Æneas [a] iter in Italiam tendens ad Læstrigonas venit, ubi Macareus Neritius comes Ulyssis apparuit, [b] congressusque eos est comitatus. Itaque cum exposuisset Achæmenides apud Cyclopem quæ essent passi socii, similiter & ille, quæ à Circe cum comite Eurylocho, qui potione acceptâ in varias figuras commutati sunt; [c] ac novissime Ulysses remedio Mercurii ibi venit, & socios recuperavit. Ex eo Circe junxit se ei in matrimonium; monuitque Æneam, ne littoribus Circes accederet.

Fab. VII.

[a] Picus ex progenie Saturni, rex Tyrrheniæ, quæ postea Italia dicta est, cum in agro Laurenti venaretur, visus à Circe, propter eximiam pulchritudinem est adamatus. Sed cum amore conjugis suæ devinctus appetitum deæ rejiceret, ab eadem ob contemptum in avem picum mutatus est.

Fab. VIII.

Socii quoque Pici, requirentes ducem, ne viribus in noxiam sævirent, contacti venenis, in varias species abiere.

Fab. IX.

landum. Certè Latinitas non patitur, ut *dirum cœlum* dicatur. Pro *ibi columna* reposuerim, *ibi in columna*, nisi quis satius putet confugere ad ellipsin.

Ad FAB. V. & VI.

a *Iter in Italiam tendens*] Virgil. Æn. VI. 240. *Tendere iter pennis.*

b *Congressusque eos est comitatus*] MS. *Congressusque est comitatum.*

c *Ac novissime*] Ita codex MS. Venet. τὸ *ac* non habet. Micyll. *Quodque novissimè* &c. Sed nobis satius visum est repræsentare lectionem scripti libri, in quo & mox *ibi venit* offendi, non *eo venit*, ut Rænerius dedit. Vide not. ad Lib. III. fab. I.

d *Remedio Mercurii*] Illud remedium μῶλυ vocabatur, de quo vide quæ annotavi ad Hyg. Mythol. cap. 125. Homer. Odyss. K. vers. 304. Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἦεν, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος. Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. Schol. Βοτάνης εἶδος παρὰ τὸ μωλύειν, ὅ ἐστιν ἀφανίζειν τὰ φάρμακα. Φασὶ δὲ τὸ ἀλκιμώτερον τῆς ῥίζης τῇ τῶν θεῶν ἐπιφέρειν τῇ ἀνθρώπῳ.

Ad FAB. VII.

a *Picus* &c.] Transcripsi ex Micyllianâ editione. Veneta & MS. non habent hoc argumentum. Quod Rænerius dedit, desumptum est ex Regianis commentariis, immo καὶ πάσα descriptum. Nonius capite de Doctorum Indagine: *Picumnus & avis est Martis dicata, quam picum vel picam vocant, & deus, qui sacris Romanis adhibetur.*

Æmi-

Fab. IX.

Uxor quoque Pici [a] canens ſecundum Tiberim deſiens deſiderio viri amiſſi extabuit; ita tamen, ut locus memoriam nominis poſteris præberet. Canens enim nominatus eſt.

Fab. X.

Nec minus Macareus refert inſolentiam ſociorum erga Venerem, cum Æneas adverſus Rutulos pro Latino dimicantes ab Euandro auxilium petiſſet: & quemadmodum Turnus Venulo legato à Diomede item auxilium poſtulaſſet, qui ſub Dauno Iapygiæ rege domicilium poſuiſſet, negante eo, eo quod pro Æneâ adverſus Venerem ſtetiſſet, vulneratamque à ſe inimicam haberet. Et ut comites ejus contemptu deæ cupientes proficiſci in bellum, in mari [a] volucrum figurâ decepti, ſubſtiterint. Eorum nomina hæc ſunt, [b] Agmon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus; quæ volucres albi coloris ut cycni ſunt.

Fab. XI.

Æmilius Macer in Theogoniæ libro primo: Et nunc agreſtis inter Picumnus habetur. Scribe *Ornithogoniæ*. Diomedes Lib. 1. *Macer Æmilius Ornithogonias ſecundo.* Adde Plinii Elenchon auctorum Lib. x. Non ignoro, ita in Nonio legendum eſſe pridem monuiſſe Godofredum; verum cum emendationis ſuæ nullam ille reddat rationem, mihi, cui eadem in mentem venerat, faciendum id putavi.

Ad FAB. IX.

a *Canens ſecundum* &c.] Ita Rænerius edidit. Sed Veneta, *Canens deſiderio viri ſecundum Tiberim deſiens caſus amiſſi extabuit.* Etiam Micyll. *Caſum amiſſi deſiens* &c.

Ad FAB. X.

a *Volucrum figura decepti*] Malè hæc narrat Lactantius. Hiſtoriam vide apud Plin. Lib. x. 44. Ælian. Lib. 1. cap. 1. Tzetz. in Lycophron. p. 100. Servium ad Æn. XI. vers. 271. Auguſt. C. D. Lib. XVIII. cap. 16. Schol. Hom. ad Iliad. E. 412. Anton. Liberal. cap. 37. Ariſtotel. Admirand. Auſcult. pag. 878. Ed. Caſaub. Iſidor. Orig. XII. 7. Quæ autem aves iſtæ ſint, dubitatur. Ἐγρεδιοὶ Æliano ſunt. Ἐγρεδιοὶ ἢ λάγοι Tzetzæ. Iſidoro formâ fulicæ ſimiles, magnitudine cycnorum. Unde & ὄρνεα ὅμοια κύκνοις appellat Tzetzes p. 101. Ὄρνιθας μεγάλας πολὺ μεγέθει dicit Ariſtoteles, & ῥύγχη ἔχοντας μεγάλα & σκληρά. Videtur ſentire Iſidorus cum Chariſio, cui λάρος eſt *fulica* Lib. 1.

b *Agmon*] *Acmon* & mox *Rhexenor* MS. codex. Quæ, ut magis Græca, probanda omnino exiſtimo; nec dubito, quin ea nomina in Naſone ipſo ita etiam ſcribenda ſint. Notum eſt C & G quam inter ſe & facile & crebro permutentur. Ρ'ηξήνωρ eſt αἰσθητικῶς, παρὰ τὸ ῥήγνυσθαι, ut docet Schol. Homer. ad Iliad. N. vers. 324. Cæterum ut G io-

Fab. XI.

[a] Dauniæ regionis [b] locum arboribus obumbratum [c] Pan Mercurii filius tenuit: quem postea Nymphæ [d] coluerunt. Has pastor Appulus cum procacibus maledictis terruisset, [e] ne amplius linguam in propatulo haberet, numine earum in arborem oleastrum extabuit, [f] cujus fructus suo amarore linguæ pastoris asperitatem refert.

Fab. XII.

Turnus adversus Æneam pro Laviniâ sponsâ dimicans, cum immittere ignem classibus conaretur, mater deûm, quia ex Idâ monte Phrygiæ sacrato essent factæ, [a] impetratis precibus ab Jove, in Nympharum speciem illas convertit, [b] utque dearum marinarum numerum augere possent, effecit.

Fab. XIII.

locum Ψ C, ita B sæpe locum Ψ V, & vicissim, occupavit. Hinc corruptus Asconius in Argumento Proœmii Actionis in Verrem: *Quia pedestre iter ex Sicilia & propter fugitivos, & propter Verris insidias dubitabat.* Lego, *devitabat.* Certè non Ἄγμων, sed Ἄκμων nomen Græcum est. Acmonem patrem Cœli quidam fecere; unde Ἀκμονίδης ὁ οὐρανὸς in Alis Simmiæ. Ubi Scholia videnda.

Ad FAB. XI.

a *Daunie*] Ita non sum veritus rescribere, cum *Dauniæ* exhiberet MS. Perperam *Laviniæ* Edd. quas videre licuit.

b *Locum*] Forte *lucum*. Curt. Lib. IX. 1. *Nemus opacum arboribus.* Et, *sylvæ arboribus umbrosæ.*

c *Pan Mercurii filium*] Ex Penelope puta. Herodotus Euterpe: *Panem vero Penelopes: ex hac enim & Mercurio natus Pan esse dicitur à Græcis.* Quia Mercurii filius Pan, πολυπάιπαν à Theocrito audit in Syringe: sed alii ex Penelope & mnesteribus natum dixere. unde & ἀπάιπαν ἄγαν πολυπάιπαν ibidem vocatur. Pediasimus in illud poëmatium: Παυσάνιαν ἐς τὸ μυχίαιον ὁ Πὰν, ἐξ ἑρίης εἵνεκα σειμικίαν γάμων καὶ μυθώδη τραγέιαν ἀπεῖς. Sed copiosè de genere Panos Natalis Lib. V. cap. 6. ut nihil necesse sit multa à me heic corradi. Corrigam potius Natalem. Ait ille inter alia: *Alii Penelopes & Ulyssis filium putarunt: alii ex Æthere sive Nereide natum inquiunt. Æther* non est Nereis. Scribendum ex *Æthire* vel *Æthrâ*. *Æthra* autem Oceanitidum in numero censetur. Vide quæ annotavi ad Hygin. nostri Astron. Lib. II. cap. 21.

d *Coluerunt*] MS. & Vett. edd. *occuluerunt*. Sed perperam.

e *Ne amplius*] *Itaque ne amplius* MS. & Veneta. Nec putandum aliter scriptum fuisse à Lactantio. Vide quæ dixi ad fab. 7. Lib. I.

f *Cujus fructus* &c.] Pro his MS. & Vett. edd. *Et ita factus est.*

Ad FAB. XII.

a *Impetratis precibus*] Hæc est Lectio MS. & Vett. Edd. nisi quod τὸ *illas* nec MS. nec Venet. agnoscunt. Rænerius dedit, *impetravit precibus ab Jove, ut in Nympharum speciem conversa, dearum marinarum* &c.

b *Utque*] Ita Micyll. Sed Veneta & MS. non habent τὸ *que*.

Fab. XIII.

Naves Æneæ docet, in ſpeciem Nympharum verſas deorum voluntate, [a] ex recordatione ſuorum Neritiam navem vidiſſe lætas pereuntem naufragio. Item Alcinoi navem Pelaſgos portantem ſaxo dureſcere.

Fab. XIV.

Turno ab Æneâ interempto, Ardea urbs regnum Turni incendio in cinerem redacta: ex quo volucris emerſa eſt, quæ patriæ nomine vocaretur à poſteris Ardea.

Fab. XV.

Venus ut animadvertit filium Æneam [a] laboribus exhauſtis ad finem veniſſe ævi, petiit ab Jove patre, ut promiſſis fidem faceret. Cujus ille precibus auditis, efficit ut in agro Laurenti flumine Numicio ablueret mortalitatem, [b] interque indigetes deos referretur: ita ut à poſteris, ſicut cæteris deis, ſacra ei adminiſtrarentur.

Fab. XVI.

Tiberinus Albanorum rex Tuſco amni Albula merſus interiit, ac nomen fluvio reliquit. Item Aventinus, [a] à quo mons, urbis Albæ accepit imperium. [b] Sub hoc Pomona Hamadryadum Nympharum, hortorum cultrix feliciumque arborum, [c] cujus nomen pomaria obtinent. Hanc

Ad FAB. XIII.

a *Ex recordatione ſuorum*] Micyll. *eorum*. Rænerius mirificè hoc argumentum interpolavit. Videtur legendum *laborum ſuorum*. MS. codex certè pro *deorum* in præcedentibus habuit *laborum ſuorum*.

Ad FAB. XV.

a *Laboribus exhauſtis*] Mallem, *exhauſtum*. Virgil. Æn. 1. *Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium egenos.*

b *Interque indigetes deos*] De illis diis vide quæ annotavi ad Fulgent. Lib. III. cap. 5. Virgil. Æn. XII. vers. 794. *Indigetem Æneam ſcis ipſa, & ſcire ſateris Deberi cœlo.* Vide ibi Servium.

Ad FAB. XVI.

a *A quo mons*] Ita cum MS. Veneta. Addunt *dictus* Rænerius & Micyllus.

b *Sub hoc Pomona Hamadryadum* &c.] Intellige *nna*. Græca eſt ſyntaxis, ut ſupr. fab. 11. Lib. IV. *Salmacis Naiadum*. Vide quæ ibi annoto.

c *Cujus nomen* &c.] Sic MS. & Vett. Edd. Rænerius, *unde nomen è pomis obti-*

Hanc cum Vertumnus diligeret, solitus in varias figuras mutari, & eâ refugiente concubitum, sollicitudine assiduâ ureretur, novissimè in anum versus est, eique multa retulit, quibus fœminæ flecti solent, ut sibi jungeretur. Ipsa autem perseverante in proposito, novissimè refert quoque fuisse in Cypro Anaxareten virginem, quæ propter superbiam punita fuisset à Venere. Versusque in suam formam, concubuit cum eâ Vertumnus.

Fab. XVII.

In insulâ Cypro Anaxarete fuit ex progenie Teucri Salaminii, quæ formâ cæteras gentes ejusdem civitatis supergressa est. Sed ut pulchritudo eminens fuit, ita propter aspernationem virorum abominanda omnibus. Quam cum Iphis ejusdem civitatis amore diligeret, neque aditum ad eam haberet, dolens, quod in tam gravem sortem incidisset; ad extremum ne diutius doleret, noctu clam ante fores puellæ [a] suspendio se liberavit. Cui cum funus pro dignitate fortunæ per publicum maximâ frequentiâ duceretur, & illa patientissimè ex superiori parte domus prospiceret, ob nimiam crudelitatem animique duritiam in vestigio sui à Venere saxo durata est, ita ut apud Salaminios species ejus Prospicientis Veneris nomen acceperit. Deinde Vertumnus rediens in suam speciem Pomona potitus est.

Fab. XVIII.

Post Amulii ac Numitoris Albanorum regum interitum Romulus urbis à se conditæ cepit imperium. Qui cum adversus Titum Tatium pro raptu virginum dimicaret, hostis appropinquavit patriæ. Quod ut Venus præsen-

tinet. Id etsi negari non potest, non tamen ideo verum est ita scripsisse Lactantium. Varro L. L. Lib. VI. *Pomona pomorum patrona.*

Ad FAB. XVII.

a *Suspendio se liberavit*] Ita cum MS. vett. edd. Rœnerius, *Suspendio ejus amore se liberavit.* Antoninus cap. 39. inediâ vitam finiisse juvenem narrat. Ἀ῾ρπασθὴν μὲν ἂν καὶ ὑπὸ ἀθυμίας πάσης ἐ ἀπορίας τῆς περὶς ἃ γάμου ἐκεῖ διαθήκης καὶ πηρᾶς ἐνδείας. Pro ἀπορίας lege ὑπερβολῆς. In præcedentibus pro *cæteras gentes*, multo mallem *cæteras virgines.*

Ad

sensit, portis obseratis, una patefacta est, Tarpeiâ Virgine prodente patriam. Venus pro filii incolumitate à Nymphis, [a] quæ proximæ Iano erant, geminum petiit auxilium. Datâ ergo veniâ, secundum portam, quâ Sabini irrupturi erant, recluso fonte, scaturientes aquæ, quæ antèa latuerant, erumpebant: quæ cum frigidæ hostium introitum non prohiberent, ex frigidis in calidas versæ hostem averterunt. Victoriaque potitus Romulus, rebus urbis compositis, jura reddens populo, sicut petierat mater, raptus in cœlum est; ita ut [b] Quirinus novo nomine vocaretur.

Fab. XIX.

Hersilia conjux Romuli, cum fleret amissum conjugem, [a] post datam ei à Junone immortalitatem, Ora Quirini nuncupata est: quorum templa à populo Romano in Colle Quirinali constituta sunt.

Fa-

Ad FAB. XVIII.

a *Quæ proximæ* &c.] Venet. *Quæ proximè Iano* &c. Lege, *Quæ proximæ Iano erant geminum.* Flor. 1. cap. 2. *Ianumque geminum fidem pacis ac belli. Proximè* dativum casum regere non potest. Julius obsequens cap. 119. *Cui proximè Pompeio in castris sedenti accipiter super caput accesserat.* Lege, *proximè Pompeium.* Frustra est Schefferus subaudiri jubens præpositionem à. Verum ut illic aliena ellipsis illa, ita eadem non observata corrupit locum elegantissimum Plinii Histor. Natur. Lib. 11. cap. 7. *Quisquis est deus (si modo est alius) & quacunque in parte, totus est sensus, totus visus* &c. Notat Dalechampius MSS. habere *si mundo est alius aliquis.* Unde ipse conjectat, *si à mundo* &c. At nihil opus erat istâ præpositione. Vera & Latinissima lectio est, *si mundo est alius aliquis* &c. Horat. Lib. 1. epist. 16. *Neve putes alium sapiente bonoque beatum.* Quod si quis statuere velit *proximè* etiam cum dativo rectè jungi, adducere possit illud Veteris Interpr. Concil. Ephesin. pag. 124. ed. Cont. *Proximè nobis participatum est carne & sanguine Deus existens verbum.* Scio satis barbarum esse illum interpretem. At Latinus egregiè Nepos Hannib. cap. 8. *Propius Tiberi, quam Thermopylis.* Verum ibi ex vett. edd. reposuerim *Tiberim* & *Thermopylas.* Præposit. addit Frontin. Strat. Lib. IV. 7. ex. 40. *Cum propè à virgultis sylvaque posita essent.*

b *Quirinus novo nomine vocaretur*] Lactant. Firm. Lib. 1. cap. 21. *Solent enim mortuis consecratis nomina immutari; credo ne quis putet eos homines fuisse. Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est; & Leda Nemesis; & Circe Marita; & Ino, postquam se præcipitavit, Leucothea, materque Matuta, & Melicertes filius ejus Palæmon atque Portumnus.* Signat eandem rem, non eloquitur Florus Lib. 1. cap. 1. *Quirinum in cœlo vocari placitum diis.*

Ad FAB. XIX.

a *Post datam ei* &c.] MS. *Post data ei à Junone immortalitate.* Et mox *Collis Quirini* pro *Quirinali.* Quod non spernendum, cum Naso ipse habeat, *Duce me lucum pete, colle Quirini Qui viret.* Historici tamen malunt *Collem Quirinalem* dicere. Nepos Attic. cap. 13.

Domum habuit in Colle Quirinali. Schol. Horat. in Carm. Sæc. Diis quibus septem colles] *Id est. Roma. Sic Virgil. Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma. Septemque una sibi muro circumdedit arces. Hi autem colles sunt Aventinus, Palatinus, Esquilinus, Capitolinus, Viminalis, Cælius.* Locus Virgilii est Lib. VI. Æn. vers. 781. Sed ibi ita legitur: *En hujus, nate, auspiciis illa inclyta Roma Imperium terris, animos æquabit Olympo, Septemque una sibi muro circumdedit arces.* Ubi Servius: *Benè urbem Romam dicit septem inclusisse montes, & medium tenuit. Nam grandis est inde dubitatio: & alii dicunt brevet septem colliculos à Romulo inclusos, qui tamen aliis nominibus appellabantur. Alii volunt hos ipsos, qui nunc sunt, à Romulo inclusos, id est Palatinum, Quirinalem, Aventinum, Cœlium, Viminalem, Æsquilinum, & Ianicularem.* Collis Quirinalis unde dictus sit his verbis in de L. L. Lib. IV. Varro docet: *Collis Quirinalis*, inquit, *ubi Quirini fanum, est à Curetibus, qui cum Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi castra habuerunt.* De fano Quirini etiam Victor Illustr. cap. 2. *Ædes in Colle Quirinali Romulo constituta.* Urbi additum à Servio Tullio collem istum idem narrat cap. 7.

Fabulæ Lib. XV.

I. Calculi nigri in candidum colorem.
II. Animæ in varias species.
III. Euphorbus in Pythagoram.
IV. Elementa in varias species.
V. Amnis Lycus in regionem mutatus.
VI. Erasinus amnis in regionem similiter aliam.
VII. Caycus fluvius in regionem aliam similiter.
VIII. Amasenus fluvius in terræ speciem.
IX. Anigrus flumen dulce in aquæ amaritudinem.
X. Hypanis amnis in aquæ amaritudinem similiter.
XI. Antissa, Pharos, & Tyros insulæ in scopulos mutatæ.
XII. Leucades insulæ tres in montium species; & Zancle insula in scopulum.
XIII. Helice & Buris oppida in scopulos similiter.
XIV. Area in tumulum mutata.
XV. Fons in Africâ Hammonis in glaciem convertitur.
XVI. Fons Athamanis lignum accendit.
XVII. Flumen Ciconum bibentes in lapidem mutantur.
XVIII. Crathis & Sybaris amnes capillis aureum colorem dant.

XIX. Sal-

XIX. Salmacis fontem qui contingit, in mollitiem vertitur.
XX. Lacum Æthiopiæ qui bibit, in insaniam, aut in soporem vertitur.
XXI. Clitorium fontem qui bibit, odium vini capit.
XXII. Lyncestium amnem qui bibit, in ebrietatem convertitur.
XXIII. Aqua lacus Phenei nocte fit noxia.
XXIV. Symplegades cautes in petras redactæ.
XXV. Ætna mons Siciliæ in ignem.
XXVI. In Pallene urbe Tritoniacæ paludis attactu vertuntur homines in volucres.
XXVII. Scythides fœminæ attactu veneni in aves mutantur.
XXVIII. Ex vitulis apes nascuntur.
XXIX. Ex equo crabrones.
XXX. Ex Cancro Scorpius.
XXXI. Bombyces in papiliones.
XXXII. Ranæ ex limo.
XXXIII. Ursa lambendo fingitur ex frusto carnis.
XXXIV. Apes initio vermes, postea speciem suam accipiunt.
XXXV. Aves ex ovi medio.
XXXVI. Ex medullâ humanâ angues nascuntur.
XXXVII. Phœnix avis ex sanie suâ renascitur.
XXXVIII. Hyæna modo mas, modo fœmina.
XXXIX. Chamæleon in varios colores vertitur.
XL. Lynces Liberi urinam vertunt in lapidem.
XLI. Coralium ex molli durum.
XLII. Gentes variantur in species.
XLIII. Omnia quæ nascuntur, transmutantur in dissimiles species.
XLIV. Egeria in vallem Aricinam se contulit.
XLV. Hippolytus in deum Virbium.
XLVI. Egeria in fontem.
XLVII. Gleba in pueri figuram mutata.

XLVIII. Jaculum Romuli in arborem.
XLIX. Cippus factus cornutus.
L. Æsculapius in draconem.
LI. Julius Cæsar in cometen.

Fab. I.

Mycilus Alemonis filius procreatus Argis, cum quieti se dedisset, Hercules visus est, qui eum moneret, ut patriam relinqueret, & secundum Æsarem amnem consideret. Qui cum facere extimesceret, quia lex vetaret deserere patriam, & in aliam civitatem transire, rursus admonitus est. Metuens itaque, penates suos destituit, ideoque in judicium publicum est devocatus. Et cum omnem populum adversus se haberet, judicaturis calculi albi, ac nigri dati sunt; ut atri damnarent, candidi absolverent. Mycilus itaque pertimescens periculum capitis, Herculem invocavit, ut laboranti sibi, quia ejus jussis obtemperasset, ferret auxilium: cujus preces non incassum abierunt. Nam cum calculi more patriæ in urna effusi deducti essent, omnes apparuerunt in colorem album conversi. Quamobrem ille metu liberatus, per Ionium pelagus navigans, cum in Italiam venisset, & Æsarem amnem attigisset, sicut præceptum erat, urbem constituit, eamque à proximo tumulo, cui Tares Neptuni filius subjectus erat, Tarentum nominavit.

Fab. II.

Pythagoras Samius tyrannidem fugiens, cum patriam reliquisset, in Italiam venit, & quæ didicerat de rerum natura mundique, aperit, ad modumque seculi aurei docet, ad usus quoque necessarios cuncta præbente terra, nefas esse animalibus vesci: quod essent in eis forte consanguineorum animæ mortalium: & quod è corporibus in corpora animæ transfunderentur. Postea docet unde occidendorum animalium usus primum inoleverit. Nam paulatim concessum est, ut maleficæ feræ dolis interceptæ occiderentur; & mansuetarum fœtus sues, quod fru-

fruges ſatas eruerent; item capri, quod vitem maturam præcerpere aſſueviſſent, nec deinde fructus creſceret.

Fab. III.

Pythagoram eundem inducit referentem cuncta rerum temporibus mutari: ſiquidem ipſe annus vertitur in quatuor ſpecies, veris, æſtatis, autumni, & hiemis: & quæ naſcuntur, quoniam in initio prodita teneras imminutaſque ſpecies habeant; deinde creſcendo robuſtæ ætatis, noviſſimè ſeneſcentis fieri. Se quoque memoria tenere bello Trojano Euphorbum Panthoidem fuiſſe: & poſtea quam à Menelao ſit occiſus in bello, animam ejus in ſe eſſe transfuſam; clypeumque ejus, dum in ætates ductus ſit, quo uſus eſſet in bello, in templo Junonis Argivæ cognoviſſe.

Fab. IV.

Ipſa quoque initia quatuor, ex quibus generantur omnia, transfigurari motibus ſuis: reſolutam enim tellurem in aquas abire, attenuatam aquam efficere; & aëra rurſus per eundem ordinem retexi: ſpiſſatum ignem enim in aëra verti, hunc in aquam, hanc in terram abire: cæteraque rerum perinde variari; quæ tempus, aut natura acceptas ab initio facies cogit amittere. eadem fluminibus etiam, fontibus ac terrenis locis accidere.

Fab. V.

Amnem Lyciæ conſumptum oſtendit alias apparuiſſe, alias non.

Fab. VI.

Eraſinus in Arcadia fluere viſus, modo latens, terræ voragine abſumptus, poſtea Argis eſt redditus voluntate Junonis.

Fab. VII.

Caycum flumen Myſiæ aliis nunc ripis, aliis in initio fluxiſſe fertur.

Fab. VIII.

Amaſenum flumen Siciliæ intumeſcere, refluere, interdum ſiccari.

Fab. IX.

Anigrum flumen jucundiſſimam aquam ſitientibus præſtitiſſe: poſteaquam Centauri ab Herculeis ſagittis confecti cruorem in eo abluerint, aſpero advenientes fugaſſe odore.

Fab. X.

Hippanim Scythiæ amnem marini factum liquoris ait, cum fuerit in initio dulciſſimi, ob fontem regionis ejuſdem in eum influentem.

Fab. XI.

Antiſſa & Pharos, item Tyros in Phœnicia, inſulæ fuerunt, nunc vero continenti conjunctæ.

Fab. XII.

Item Leucades inſulæ tres in ſalo ſunt nunc, à fluctibus olim relictæ: item Zancle olim conjuncta Italiæ, nunc freto diſcriminatur; propterea id contigit, quod Latonæ ſedes eſt ibi negata.

Fab. XIII.

Helice, & Bura Achaiæ urbes ponto voratæ ſunt.

Fab. XIV.

Tumulum ſecundum Trœzenam urbem ex area factum ait eruptione ſpiritus, qui terræ increverat.

Fab. XV.

Fons in Africa Hammonis ſolis ortu obituque caleſcit, poſtmodum in glaciem vertitur.

Fab. XVI.

Fab. XVI.

Athamanis Theſſaliæ regionis fonti lignum tenuata luna admotum accenditur.

Fab. XVII.

Flumen quoque apud Ciconas eſt, ex quo qui bibit, in lapidem convertitur.

Fab. XVIII.

Crathis amnis, & ei confinis Sybaris, capillos aurei coloris efficiunt.

Fab. XIX.

Salmacis fons in Caria contactu ſui liquoris cogit in mollitiem corporis obſcœni verti: quod beneficio Mercurii & Veneris dicitur eſſe factum.

Fab. XX.

Lacus eſt in Æthiopia, qui hauſto liquore ad ſitim ſedandam, aut in inſaniam aut in ſoporem vertit.

Fab. XXI.

Clitorius fons in Arcadia vinum in odium adducit, quod Melampus Amithaonis filius Prœtidas cum ab inſania liberaſſet, noviſſimè remedia in eum projeciſſe fertur.

Fab. XXII.

Lynceſtius amnis Thraciæ hanc vim obtinet, poteſtate mutata, ut aquam ejus bibentes ebrii fiant.

Fab. XXIII.

In Arcadia ſecundum Phenon urbem aquæ feruntur, quæ potæ nocte nocent, luce autem innocuæ cognoſcuntur.

Fab. XXIV.

Ortygia insula olim mobilis erat. Symplegades quoque cautes in Ponto concurrentes, flatibus solitæ moveri, nunc fixæ fundamentis tenentur loco.

Fab. XXV.

Ætna mons Siciliæ in ignem verti cœpit, cum initio riguerit.

Fab. XXVI.

In Pallene, quæ sub Aquilone jacet, homines dicuntur in volucres verti, novies cum in Tritoniacam paludem mersi sint.

Fab. XXVII.

Scythides, in Scythia fœminæ, venenis sparsæ, corpora immutant se in aves transfigurantes.

Fab. XXVIII.

Ex vitulis apes nascuntur: quas Aristæus fertur invenisse.

Fab. XXIX.

Ex equo putrefacto crabrones nasci potuisse primum proditur.

Fab. XXX.

Cancrum demptis brachiis si terræ subjicias, scorpius nascitur.

Fab. XXXI.

Bombyces, quæ folia filis intexunt, in papiliones vertuntur.

Fab. XXXII.

Fab. XXXII.

Ranæ naſcuntur ex limo ſine pedibus: mox natando pedes increſcunt.

Fab. XXXIII.

Urſæ carnem pariunt, eamque lambendo in figuram ſui convertunt.

Fab. XXXIV.

Apes initio truncæ, ut vermes, naſcuntur: poſtea corporis partes, ac pennas accipere produntur.

Fab. XXXV.

Pavones, qui in tutela Junonis habentur: item aquilæ Jovis, columbæque Veneris, & cæteræ volucres, ex media parte ovi, qui vitellus vocatur, videntur naſci.

Fab. XXXVI.

Ex medulla humana in ſepulcris angues proſeminantur.

Fab. XXXVII.

Phœnix in Aſſyriæ finibus nido ex odoribus facto, cum eſt ſenectute preſſa, ſupra recumbit, ex cujus ſanie alia renaſcitur: & viribus roborata, nidum in urbem effert Solis: ibique in templo ejus monumentum patris reponit. Fertur enim quinque ætatis ſæcula replere.

Fab. XXXVIII.

Hyæna fera ex fœmina in marem vertitur.

Fab. XXXIX.

Chamæleon ventis & aura nutritus, quodcunque contigerit, coloris ejuſdem efficitur.

Fab. XL.

Lynces, qui sunt in Liberi tutela, urinam vertunt in lapidem.

Fab. XLI.

Coralium lapis sub aqua mollis est, extra durescit.

Fab. XLII.

Significat gentes variari in species deorum voluntate.

Fab. XLIII.

Numa Pompilius propter scientiam rerum à populo Romano in regnum est receptus: cujus præcepta cum ante dictis hæc sunt. Quæcunque nascuntur, hæc crescendo & senescendo transmutari in dissimiles species: & post obitum sic consumi, ut aut in terram abeant, quæ corpora sunt; aut in aëra, quæ spiritu contineri videntur. Porro Helenus Priami filius refert ab Ænea urbis conditæ positionem.

Fab. XLIV.

Egeria post mortem mariti Numæ in vallem Aricinam se contulit lugens.

Fab. XLV.

Hippolytus cum propter novercale odium propulsus esset patria, & Trœzena proficisceretur, ex improviso mari elatus taurus, sicut parens optaverat, gravissimum ei objecit timorem: exasperatis equis tractus interiit. Quem Æsculapius Dianæ voluntate, cujus initio comes fuerat, reduxit ad superos. Hinc ab eadem dea evocatus in nemus Aricinum, mortalitatem exuit. A conversō itaque nomine deus Virbius est appellatus.

Fab. XLVI.

Fab. XLVI.

Egeria Nympha Numæ Pompilii conjux, poſt viri interitum cum ſe in nemus Aricinum contuliſſet, ibi queſtu aſſiduo deflevit caſum viri, fatigans Dianam ejus regionis incolam aſſiduo fletu. Noviſſimè lacrimæ ejus ab eadem dea transmutatæ ſunt in fontem: qui ex ejus nomine nuncupatur Egeria.

Fab. XLVII.

Cum in Tyrrhenia, quæ etiam Thuſcia eſt, quidam arator juſtum opus in dies redderet, preſſo vomere glebam opinione ſua ponderoſiorem excitavit; cujus dum miratione premeretur, animadvertit eam in figuram pueri eſſe transmutatam, qui Etruſcorum lingua Tages poſtea nomine, futurorum ſcientiam invenit.

Fab. XLVIII.

Romulus Martis & Iliæ filius, cum venaretur, ex monte Aventino perſequens aprum fugientem, jaculum jecit; quod cum protinus in colle Palatino hæſerit, loco ejus montis ſcala facta; cujus ima pars adeo depreſſa terræ eſt, ut ſit comprenſa radicibus; effectum eſt noviſſimè, ut in arborem cornum converſum ſit.

Fab. XLIX.

Cippus Genutius ab hoſte victor revertens, priuſquam triumphans portam intraret, animadvertit cornua ſibi temporibus enata. quo prodigio exterritus, haruſpices cum conſuluiſſet; reſponſum eſt, eum, ſi in urbem intraret, regnaturum: quod ille averſatus, patribus convocatis indicavit, ac cum perſtitiſſet nunquam ſe tyrannum futurum, decretum eſt ei univerſorum conſilio tantum agri, quantum uno die aratro poſſet circumdare: portaque, qua intraturus fuiſſet, in ſigni gratiam factum, ut

æneis

æneis cardinibus aptaretur, in qua ad memoriam posterorum cornutum caput ejus exsculperetur.

Fab. L.

Gravis pestilentia Romanis cum incidisset, & maxima trepidatio urbem teneret, per legatos oraculum Apollinis consultum est. ex quo responsum, ut Æsculapium Epidauro accerserent: nobilissimique legati cum simulacrum dei petitum ad Epidaurios ivissent, stupentibus admiratione deus in draconem versus, per medium Epidaurum lapsus, navem legatorum conscendit: cum quibus vectus, Romam ut delatus est, insulam Tiberis ingressus est, ibique se virgultis occuluit, qui locus Draconis vocatur.

Fab. LI.

Ovidius opere peracto, docet se à Chao principium cepisse, & ad Cæsarem deduxisse: quem, gentibus orbis devictis, Venus post suorum insidias in cometen vertit.

FINIS.

ALBRICI PHILOSOPHI
DE DEORUM IMAGINIBUS LIBELLUS.

I. *Saturno.*

SAturnus primus deorum ſupponebatur: & pingebatur, ut [a] homo ſenex, canus, prolixa barba, curvus, triſtis, [b] & pallidus, tecto capite, colore glauco; qui una manu, [c] ſed dextra, falcem tenebat, & in eadem [d] ſerpentis portabat imaginem, qui caudam propriam dentibus commordebat. Altera vero, ſcilicet ſiniſtra, filium parvulum ad os applicabat, & eum devorare videbatur. Qui juxta ſe [e] habebat filios, Jovem ſcilicet, Neptunum, Plutonem, & Junonem. quorum virilia abſciſſa projiciebat, de quibus Venus puella pulcherrima naſcebatur. Juxta autem ipſum Saturnum erat imago Opis uxoris ſuæ, in cujuſdam ſimilitudinem matronæ depicta: quæ aperta manu dextra opem omnibus velle dare prætendebat: panem vero manu ſiniſtra pauperibus porrigebat.

II. *De*

Ad CAP. I.

a *Homo ſenex*] Unde Artemidorus Onirocrit. Lib. II. cap. 49. Μεγάλων σημαινέ τ Ἑρμῆν. νεκίαν & ἢ τ Ἡφαιστίαν αὖθις ἢ τ Διὰ. φροσέρπης ἢ τ Κρόνον.

b *Et pallidus*] Barthius in Commentariis ſuis Statianis *expallidus* emendatum it. Mirabar à primo vocis inſolentiam. Sed comperi poſtea etiam Tertullianum in de Reſurrectione Carnis cap. 57. *expallidum* dicere eum, qui valdè ſit pallidus. *Quod corpus*, inquit, *inlæſum quum interemptum, quum frigidum, quum expallidum, quum edurum, quum cadaver? Vepallidus* dicitur talis Horatio Lib. I. Sat. 2. vers. 129. *Vepallida lecto Deſiliat mulier.* Ubi Schol. *Vepallida, una pars eſt orationis, ſicut veſana, & ſignificat valde pallida, ſicut apud Perſium, Ut ramale vetus vegrandi ſubere coctum.* Sanè *vegrandi* etiam vett. edd. repræſentant: quamobrem abeat licet in malam rem τὸ *prægrandi*, quod pro eo ſuppoſitum ivere nobis ſcioli.

c *Sed dextrâ*] Repone, *Scil. dextrâ.* Cap. 2. *Ex alterâ vero, ſcil. dextrâ* &c. Cap. 19. *Ipſe vero unâ manu tenebat poculum, ſcil. ſiniſtrâ: alterâ vero ſcil. dextrâ* &c.

d *Serpentis portabat imaginem* &c.] Videatur Horus Apollo cap. 2. & Pierii Hieroglyph. Lib. XIV.

e *Habebat filios*] Vide quæ annotavi ad Fulgent. Myth. Lib. II. cap. 1. Lactant. Lib. XIII. fab. 4. Hyg. Myth. cap. 159. Quod virilia abſciſſa illis addit, miror unde hauſerit. Quod ſi abſciſſa illis virilia fuere, unde Neptuno ergo numeroſa illa ſoboles? Cur Proſerpi-

nam

II. *De Jove.*

Jupiter Saturni filius, cui cœlum & cœli regnum in sortem cessit, pingebatur in throno eburneo, in sua majestatis sede sedens: [a] sceptrum regium in manu tenens, scilicet sinistra: ex altera vero, scilicet dextra, fulmina ad inferos mittens, & Gigantes repressos fulmine tenens sub pedibus, & conculcans. Juxta eum vero quædam aquila, quæ volans inter pedes suos quendam pulcherrimum juvenem, scilicet Ganymedem, raptum portabat, habentem in manu craterem, ut Jovi poculum propinaret.

III. *De Marte.*

Mars tertius deorum dictus est: qui & tertius in ordine planetarum, atque stella ejus; taliterque in sua imagine pingebatur. Erat enim ejus figura tanquam [a] unius hominis furibundi, in curru sedens, [b] armatus lorica, & cæ-

nam Pluto rapuit? Jupiter non mulierarius tantum, sed & puerarius fuit? Commentum planè hoc novum, ut & illud Fulgentii Lib. II. cap. 4. ex semine Saturni ortam Venerem.

Ad CAP. II.

a *Sceptrum*] Illud sceptrum è cypariſſo factum fuisse observat Junius Animadv. Lib. I. cap. 2. Notandum heic interdum etiam aliud à fulmine sceptrum Jovi adscribi, cum alias pro sceptro fulmen ei tribuatur, tanquam apud Phædrum Lib. IV. cap. 17. *Consedit genitor tum deorum maximus Quassatque fulmen.* Immo fulmen videtur sceptrum appellari ab Anton. Liberal. cap. 6. Καὶ δίδοι φυλάσσειν τὸ ἱερὸν σκῆπτρον. Sed rectè correctum puto à Xylandro τὸ ἱερὸν σκῆπτον, cum nusquam sceptri custos, sed fulminis, nec sceptrigera, sed armigera introducatur aquila, quemadmodum scripsi antehac in Animadversionibus meis in eum scriptorem. Ad ea cum respondere aliquid deberet Vir Cl. rem vertere in jocum bellissimum maluit, quo humilitati sortis nostræ illuderet: *Per sceptrum*, inquit, *heic non intelligendam esse fernlam ad imperium in pueret pertinentem, sed fulmen, etiam illi norunt, qui nondum are lavantur.* Sed benè habet, quod magnus ille doctor bonâ quadam fortunâ tandem aliquando nactus & ipse est istiusmodi sceptrum, diu profectò illud multumque desideratum. Cæterum ad imaginem Jovis depingendam non parum & illud facit, quod apud Arnobium est Lib. VI. pag. 209. Ed. Leid. *Riciniatus Jupiter atque barbatus, dextra fomitem sustinens perdolatum in fulminis morem.*

Ad CAP. III.

a *Unius hominis*] Ἀνδρὸς τινὸς *cujusdam.* Sic cap. 8. *Pingebatur à poëtis in similitudinem unius dominæ.* Petron. Fragm. Tragur. *Unus servus Agamemnonis interpellavit trepidantes.* Vide ibi Clar. Scheffer. Not. & Sciopp. Animad. II. in Vossium.

b *Armatus loricâ, & cæteris* &c.] Supplet ex MS. Lipsiensi ad Stat. Tom. III. 641. Barth. *Loricâ, igni, facibus, & cæteris* &c.

c *Et*

cæteris armis offensivis [c] & defensivis: qui & galeam habebat in capite, & flagellum in manu portans, accinctusque mucrone. Currus vero ejus [d] ab equis rabidis trahi videbatur. Ante illum vero [e] lupus ovem portans pingebatur, quia illud scilicet animal ab antiquis gentilibus ipsi Marti specialiter consecratum erat. Iste enim Mavors est, [f] id est mares vorans, eo quod bellorum deus à gentibus dictus est: & quia Romani fratres geminos, primos urbis fundatores, scilicet Romulum & Remum, Martis filios esse finxerunt, quorum Romulus Remum interfecit: ideo sub ejus curru idem Romulus depictus est, qui fratrem Remum occidebat.

IV. *De Apolline, sive Sole.*

Apollo quartus deorum est, quia Sol, qui dicitur Apollo, inter planetas quartum orbem tenet in cœlo. Iste pingebatur in specie impuberis juvenis, nunc facie puerili, nunc juvenili, [a] semper imberbis, nunc autem in cana

c *Et defensivis*] Barth. ex eodem libro, *defensivis, hoc est, tam in corpore, quam in manibus. Habebat & galeam in capite, & flagellum in manu, & accinctum mucronem.*

d *Ab equis rabidis*] Quorum nomina Dimus & Phobus. Homer. Iliad. Δ. vers. 440. Δείμός τ' ἠδὲ Φόβος. Schol. Ἄρεος δὲ Ἀφροδίτης παῖδες. Καλὰ δίπνας, οὐχ ὑοὶ, ἀλλ' ἵπποι. Sed Homer. Iliad. N. vers. 299. Τῷ δ' Φόβος φίλος υἱὸς ἅμα πτοίησε καὶ ἀτρόμου Ἔκτορος &c. *Terror & Metus* sunt Apulejo Lib. x. Met. *Prætiaris deæ*, inquit, *comites armigeri Terror & Metus.* Adde quæ notavi ad illa Hygini in Geneal. *Ex Venere & Marte, Harmonia & Formido.*

e *Lupus ovem portans*] Rapax & sævum animal lupus: inde & in Martis tutelâ, & bellatores cum lupis comparantur. Homer. Iliad. Δ. vers. 274. Λύκοι ὣς Ἀλκάλης ἐπόρουσαν. Virgil. Æn. II. 355. *Lupi ceu Raptores atra in nebulâ.* Horat. Lib. II. ep. 2. vers. 28. *Post hoc vehemens lupus, & sibi & hosti Iratus pariter.* Etiam mensis Martius pingebatur pelle cinctus lupinâ. Catal. Pith. Lib. IV. *Cinctum pelle lupæ promptum est cognoscere mensem; Mars olli nomen, Mars dedit exuvias.*

f *Id est mares vorans*] Ergo Βορολοιτὸς Græcorum. Vocem *maris* etiam alii allusere. Isidor. Orig. Lib. VIII. cap. II. *Martem deum belli esse dicunt, & Martem appellatum, quia per viros pugnatur, ut sit Mars quasi mas.* Varro L. L. IV. *Mars ab eo, quod maribus in bello præest: aut quod à Sabineis acceptus, ibi Mamers.* Mallem, *ubi Mamers.* Sed pro eo etiam *Mavers* dixere; unde e in o converso, *Mavors.* At Firmicus in de E. P. R. pag. 22. ed. Leid. *Ex bellorum casibus Mavors nomen accepit, quasi magna vertat.*

Ad CAP. IV.

a *Semper imberbis*] Unde ridiculè Isidorus Lib. VIII. II. *Apollinem dictum puta Phœbum, quasi ephebum, hoc est, adolescentem: inde & Sol puer pingitur, eo quod quotidie oriatur, & novâ luce nascatur.* Horat. IV. od. 6. *Lævis Agyeu.* Schol. *imberbis.* Confer Fulgent. Lib. I. cap. 17. Hieropolitani tamen Apol-

cana diversitate apparentis; licet raro tali facie esset formatus. Iste super caput portabat tripodem aureum. In dextra vero manu habebat sagittas, arcum & pharetram. In sinistra autem citharam tenebat. Sub pedibus ejus depictum erat monstrum terrificum, cujus corpus erat serpentinum, [b] triaque habebat capita, scilicet caninum, lupinum, & leoninum. Quanquam inter se forent diversa, in unum tamen corpus coibant, unam solam caudam serpentinam habentia. [c] Coronam vero capite gestabat Apollo duodecim lapidum preciosorum. Juxta autem illum erat viridis laurus picta, & corvus niger desuper volitans pingebatur, avis scilicet ipsi deo consecrata. Sub lauro vero novem Musæ choream faciunt: & circa Apollinem cantus melodiam promunt. [d] A longe vero Python serpens maximus erat, quem sagitta una Apollinis per medium [e] transigebat; & erat Apollo inter duo juga montis Parnassi sedens, de quo & fons Castalius scaturiebat.

V. *De Venere.*

Venus quintum tenet inter planetas locum: propter quod quinto loco figurabatur. Pingebatur Venus pulcherrima puella, nuda, & [a] in mari natans: & in manu sua

Apollinem barbatum colebant, ut narrat Macrob. Saturn. Lib. 1. cap. 17.

b *Triaque habebat capita* &c.] Quod prudentia non præsentia tantum examinet, verum & lapsa ac futura meditetur, & tanquam è speculâ prospiciet, ut censet Pier. Valer. Hierogl. Lib. XVI. Confer Macrob. Saturn. Lib. 1. cap. 20. & Amplissim. Cuper. Harpocrat. pag. 22. & seqq.

c *Coronam capite gestabat duodecim lapidem* &c.] Nugatur Albricus ex coronâ radiatâ, sive radiis distinctâ, ut loquitur Flor. Lib. IV. cap. 2. faciens duodecim lapides pretiosos. Frequentius serto laureo caput ejus redimiebant. Tibullus de Apolline Lib. III. el. 4. *Hic juvenis castâ redimitus tempora lauro.* Et de eodem Ovid. Lib. XI. Met. vers. 165. *Ille caput flavum lauro Parnassidе vinctus.*

d *A longè vero* &c.] Metaphrastes Abdiæ Babyl. si diis placet, Lib. 1. *Astitit Petrus à longè.* Lib. III. *Occurrit eis multitudo hominum à longè.* Vet. Interpr. 1. Samuel. cap. XXV. vers. 13. *Cum stetisset in vertice montis de longè.* Psalm. XXXVII. 12. *Et qui juxta me erant, steterunt de longè.* Exod. cap. XX. 21. *Stetitque populus de longè.* Hygin. Mythol. cap. 257. *Consequitur carnificem, exclamatque à longè.* Ad quem locum plura hujus locutionis exempla congessimus.

e *Transigebat*] Ἀνὰ μέσον διήρχετο. Hygin. Lib. IV. cap. 17. *Duodecim signa annis totidem transigere existimatur.* Consule ibi not. nostras.

Ad CAP. V.

a *In mari natans*] Nempe quia è mari orta est: unde *marina* dicitur Horatio

sua dextra [b] concham marinam tenens atque gestans; rosisque candidis & rubris sertum gerebat in capite ornatum, & columbis circa se volando, comitabatur. Vulcano deo ignis, [c] rustico turpissimo, in conjugium erat consignata, qui stabat ad ejus dextram. Et coram ipsa tres astabant juvenculæ nudæ, quæ tres Gratiæ dicebantur, ex quibus duarum facies versus nos adversæ erant, [d] tertia vero dorsum in contrarium vertebat. [e] Hinc & Cupido filius suus alatus & cæcus assistebat, qui sagitta & arcu, quos tenebat, [f] Apollinem sagittabat: propter quod

tio Lib. IV. od. II. & III. od. 26. ubi Scholiastes: MARINÆ. *mari ortæ. ut*, Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis, Unde genus ducis. *(Verba Neptuni ad Venerem.) Atque ideo Aphrodite dicta est ἀπὸ τῆ ἀφρῶ, id est, spuma.* Tolle ista, quæ parenthesi inclusi, cum ab antiquis edd. absint. Viderit Cruquius, unde ea irrepserint. Locus, quem addducit commentator, est Virgilii Æn. V. vers. 800. ubi Servius consulendus.

b *Conchan marinam tenens*] Simulacrum Veneris concham portantis ex veteri marmore in de Imaginibus Deorum repræsentat Cartharius. Alii conchâ vectam dicunt, & eâ ad insulam Cyprum appulisse primitus. De illâ Cypriâ Venere Jul. Firmicus in de E. P. R. p. 15. Ed. Leid. *Audio Cinyram Cyprium templum amicæ meretrici donasse, ei erat Venus nomen. Initiasse etiam Cypriæ Veneri plurimos* &c. Pro *ei erat* lege. *cui erat*, vel verba illa, *cui erat Venus nomen*, includenda parenthesi. Præterea τῇ *meretrici* glossam ejus esse suspicor, qui docere nos voluerit amicam denotare meretricem. Paginam certe 35. glossa manifesta insedit, ubi dicitur, *De Ægypto recedentem populum dei plebem ligna virga protexit.* Tolle τὸ *populum*. Plebs populum designat Ecclesiasticis scriptoribus. Firmicus ipse pag. 36. *Liberaturus deus suum ex Ægyptiorum tyrannide plebem suam, arietem nocte jussit occidi* &c. Et pag. 38. *Hieremias etiam cum præcepta deo jubente plebi daret.* Cyprian. Lib. 1. epist. 4. *Audiri in precibus possint, quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate.* Concha autem cur Veneri adscribatur, dictum ad Fulgent. Mythol. Lib. II. cap. 4. Ibidem & de rosis annotata nonnulla, quibus addi hoc potest, quod Multifariæ Historiæ Lib. XII. cap. 1. Ælianus innuit, morem olim fuisse, ut simulacra Veneris sertis roseis coronarentur: Σὺ δὲ, inquit, τὴν τῆ Ἀφροδίτης εἰκόνα τὴν ῥοδίνην, ὅτι καὶ ὥρα ἤδη αὐτοῖς, περιβαλοῦσι θαυμαστὴ τῷ φόμῳ. Virgil. Æn. II. 593. *Roseoque hæc insuper addidit ore.* Ubi Servius: *Roseo, pulchro. Quidam reprehendunt non convenisse in ruinâ & exitio civitatis Venerem roseo ore loqui cum filio, ignorantes hoc epitheton Veneris esse perpetuum.* Vetè ergo Maximinianus de rosis: *Hunc Venus ante alios sibi vindicat ipsa colorem, Delegit & florem Cypris ubique suum.*

c *Rustico turpissimo*] Rustici dicuntur, qui imperiti vivendi, inconditisque & impolitis moribus sunt. Ovid. I. Rem. Amor. vers. 350. *Et poterit dici petulans, quæ rustica non est, Et poterit dici rustica, si qua proba.*

d *Tertia vero* &c.] Illa tertia Thalia erat. Vet. Epigr. Catal. Pith. Lib. IV. *Grata Thalia tamen gemina conversa sorori, Implicat alterne brachia blanda sorori.*

e *Hinc & Cupido*] Corrige; *huic & Cupido* &c.

f *Apollinem sagittabat*] Quinam scriptores verbo *sagittare* usi fuerint, docebunt te Vossius & Borrichius; ille in de Vitt. Serm. Lib. IV. cap. 23. hic in defensione Vossii adversus Sciopp. pag. 283. Addo illorum observatis reperiri id etiam apud Curt. Lib. VII. cap. 5. *Etsi*, inquit, *forsitan sagittandi tam celebri usu minus admirabilis videri hæc*

quod deos [g]contra se turbatos timens, ad Martis gremium fugiebat. cui & illa adulterii crimine familiaris reperta est.

VI. *De Mercurio.*

Mercurius sextus in ordine planetarum, sicut & alias ab antiquis gentilibus sextus deus esse dicebatur, cujus imaginem in hunc modum pingere voluerunt. Erat ipsius signum [a]homo unus, qui in capite & in talis alas habebat: in manu autem sua læva [b]virgam tenebat, quæ virtutem habebat soporiferam, & quæ erat serpentibus circumsepta. Et gladium curvum, [c]quem Harpen homo

ars possit. Et Dict. Cretens. de Bell. Troj. Lib. 1. *Atque ita sagittatis jam prælio hostibus, evadunt.* Quod si *sagittari aliquis* rectè dici potest, non mirum si *sagittare aliquem* non refugit Vetus interpres Bibliorum Psalm. x. vers. 2. *Ut sagittent in obscuro rectos corde.* Ita à *lancea* finxerunt verbum *lanceare* lutei ævi scriptores; unde *lanceatus:* de quo Vossius in de Vitt. Serm. Lib. IV. cap. 12.

g *Contra se turbatos*] Hoc est, concitatos & iratos. Virgil. Æn. VIII. vers. 435. *Ægidaque horrificam, turbata Palladis arma.* Vide ibi Servium, & Turneb. Adverss. Lib. XXVI. 29.

Ad CAP. VI.

a *Homo unus*] *Homo juvenis* correctum erat à Vossio in libro Heinsiano; nec sanè improbabiliter, cum facie semper juvenili pingatur & fingatur Mercurius. Verum alterum asserit illud cap. 3. *Erat enim ejus figura tanquam unius hominis furibundi.* Ubi annotata à nobis consulenda. Catull. c. 22. *Unus caprimulgus aut fossor.* Loquuntur & Græci ita. Οἱ ὁ Genes. cap. XXI. vers. 15. Καὶ ἔῤῥιψε τὸ παιδίον ὑποκάτω μιᾶς ἐλάτης.

b *Virgam tenebat*] Caduceum puta. Sed caduceum à virgâ distinguere videtur Apulejus Metam. Lib. x. *Adest luculentus puer nudus, nisi quod ephebicâ chlamyda sinistrum tegebat humerum: flavis crinibus usquequaque conspicuus: & inter comas ejus aurea pinnula cognatique similis sociata prominebant, quem Caduceum & Virgula Mercurium indicabant.* Heic pausant interpretes, ubi maximè erat exultandum. Virga Mercurii caduceum est aliis, non virga alia à caduceo. Isidor. Orig. Lib. VIII. 11. *Virgam tenet, quâ serpentes dividit, id est venena. Nam bellantes interpretum oratione sedantur: unde & secundum Livium legati pacis caduceatores dicuntur.* Nonius Marcellus cap. XII. *Caduceus, pacis signum Varro pronunciat De vitâ Pop. Rom. libro secundo. Verbenarius ferebat verbenam, id erat Caduceus pacis signum. Nam Mercurii virgam possumus existimare.* Unde virgam illam acceperit narrat Schol. Hom. ad Iliad. O. vers. 256. Ἑρμῆς ὁ Διὸς ἐκ Μαίας τῆ Ἀτλαντίδι ὄῤῥε λύσαν. Καὶ τὰς Ἀπόλλωνος βοῦς κλέψας, διῤῥάθη ὑπὸ τοῦ Διὸς διὰ τὴν μαντικήν. Ἀπειλημμένῳ δὲ τῷ Ἀπόλλωνι, ἔκλεψεν αὐτῷ ἐκ τοῦ ὅπλου τὸ ὦμον τόξα. Μεσιτεύσας δὲ ὁ Ζεὺς ἔδωκεν αὐτῷ τὴν μαντικὴν μισθόν. ἀφ' ἧς ἐκ χρυσόῤῥαπις ὁ Ἑρμῆς προσηγορεύθη.

c *Quem harpen homo vocabat*] Corrigit *Homerus vocabat* Rutgersius Var. Lect. Lib. III. 3. Probo protenus: dein pro *vocabat* reposuerim insuper *vocavit.* B. & V. notum est, quam crebro inter se commutentur. Sed ubi gladius iste incurvus harpe ab Homero dicitur? Ἅρπης semel tantum mentio apud eum fit, Iliad. videlicet T. vers. 350. verum ibi non gladii, sed avis est vocabulum. Schol. Α ΡΙΗ] εἶδος ὀρνέου. Τινὲς ἰκτῖνον κεκλῆσθαι, ἔτεροι δὲ φάλκωνα. δύνασθαι δὲ καὶ τὸ ὄρπημα.

mo vocabat: fistulamque [d] de calamo factam Syringe ad os suum ponebat, dextra sonans. [e] galerum quoque seu umbellam capite portabat. Coram ipso autem erat [f] gallus, sibi peculiariter consecratus. Ab altera vero parte erat Argus, cujus caput & facies plena erat oculis, qui coram eo jacebat decollatus. Iste ergo dictus est deus mercatorum, & deus furtorum: & ideo ab alio ejus latere depicti erant mercatores cum aliquibus mercibus: & latro qui ipsi mercatori [g] peram abscindebat. [h] Eloquentia autem

d *De calamo factam Syringe*] Syrinx arundo fistularia est Gazæ in de Plant. Lib. IV. cap. 12. Sed aliis Syrinx est fistula ipsa. Pollux Lib. IV. cap. 10. Η δὲ ἐκ κάλαμων σύριγξ καλοῖτο ἂν σύριγξ. Videtur scripsisse, *de calamo factam scil. Syringem*, vel *de calame factam Syringe*. *Calamus Syringa* dictum puta, ut *arbor fici*, *flumen Rheni*, & infinita alia id genus. *Syringa* autem rectè dici pro *Syrinx* ostendi cum alibi sæpe, tum & ad Lactant. Argum. Lib. I. fab. 12.

e *Galerum quoque seu umbellam*] *Petasum* nempe, qui latos habebat margines ad umbram faciendam, eoque peregrinantibus in usu erat. Nec alia causa est, cur tribuerint Mercurio deorum nuncio, qui inde *petasatus* dicitur in veteri inscriptione apud Pith. Catalect. Lib. III. *Abite hinc pessimi fures. Quid vestris voltis cum oculis emissitiis? Abite hinc vestro cum Mercurio Petasato caduceatoque. Donum hoc Maximus Olibrius Plutoni sacrum facit.* Arnobius Lib. VI. pag. 197. *Itaque Hammon cum cornibus jam formatur & fingitur arietinis: Saturnus cum obuncâ falce, custos ruris ut aliquis, ramorum luxuriantium tonsor: cum petaso gnatus Maiæ, tanquam viat aggredi præparet, & solem pulvereumque declinet* &c.

f *Gallus*] Cur Mercurio ea avis, cur item Apollini sit dicata, invenies apud Lucian. Tom. II. pag. 264. ed. Bened. Merium Valerian. Hieroglyph. Lib. XXIV. & Cuperi. Harpocrat. pag. 21. Sacratam etiam Cybelæ eandem avem fuisse refert inter alios, & procul dubio ex aliis quoque Isidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11.

g *Peram abscindebat*] Hoc est sacculum, follem. Gloss. Labb. Πήρα, *mantica*, *follis*. Etiam ipse Mercurius cum sacculo pingebatur. Schol. Pers. ad Sat. V. vers. 112. *Mercurialem*] *Ideò dixit, quia ipsum deum lucri dicunt. Unde & cum sacello* (leg. *saccello* vel *sacculo*) *pingitur, & à negotiatoribus plurimum colitur.* Vulg. Interpr. Proverb. cap. VII. vers. 29. *Sacculum pecuniæ secum tulit*, Catull. carm. XIII. *Nam tui Catulli Plenus sacculus est aranearum.* Chrysol. Homil. XXV. *Quam cupit pecuniam perdurare, perpetuare sacculos divitiarum.* Salvianus ad Eccles. Cathol. Lib. I. *Graves metallo aureo saccos.* Horat. Lib. II. Sat. 3. *Mensam poni jubet, atque Effundi saccos nummorum.* Suidas: Σακκίδιον, βαλλάντιον, μαρσίππιον, ἐξ οὗ σακκολόγος. *Crumina* est in Gloss. Labb. Θύλακος, *follis*, *crumina*. Θυλάκιον, *cullicinum*, *follis*, *follex*. *Culliculum* est ἀσκοδερμάτινον à *culleum*, quod neutro genere usurparunt antiqui. Culleum ergo dicit esse θυλάκιον, quia διφθέρου σακκίον est, ut ait Aristophanis Schol. in Plut. Act. III. sc. 2. Plautus Asinar. Act. III. sc. 3. *Quid nunc? quid est? quin tradis huc cruminam pressatum herum?* h. e. ad pressatum, sive ut presset. Pers. Act. II. sc. 5. *Vomica est, pressare parce.* Frustra in priore loco hærent Plautini interpretes, cum ostensum pridem à doctis sit, H facere interdum positionem. Schol. Horat. Lib. I. epist. 4. Crumena] Sacculo numario.

h *Eloquentia in fistula designatur*] Fistulâ puta eâ, quâ ille canens in soporem collocavit Argum. Eloquentiæ nempe habitus deus Mercurius; unde & *facundum* appellitat Horatius Lib. I. od. 10. *Mercuri facunde, nepo-*

tem in fistula designatur, [i]qui de viro in fœminam, & de fœmina in masculum se mutabat, cum volebat: & ideo pingebatur cum utroque sexu. [k]De albis vero nigra, & de nigris alba faciebat, quod ostenditur per ejus pileum semialbum & seminigrum. Aliqui vero eum [l]capite canino pingebant: [m]ideoque & lanceam pro virili, & colum pro muliebri sexu tribuerunt.

VII. *De Diana.*

Diana, [a]quæ & Luna, Proserpina, Hecate nuncupatur, ultima inter planetas est, propter quod ultima ponitur in numero fictorum deorum. Ipsa ergo pingebatur in specie unius dominæ, coma dissoluta, quæ arcum tenebat & sagittam. Cervos quoque cornutos in venatione insequi videbatur, circa quam, sive ad ejus latera, erant chori Dryadum, Hamadryadum, Naiadum, & Ne-

pos Atlantis, Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti catus, & decoræ More palæstræ. Ubi Scholiastes: *Notum est Mercurium haberi inventorem sermonis, palæstræ, lyræ & furtorum.* Eloquentia autem quia linguâ exercetur, hinc & linguas sacrificatas ei olim nos docuit Aristoph. Scholiastes ad Plut. Act. v. sc. 1. Πρὸς δὲ inquit, τὸ λεπτύνων ἔπαιζεν, ἢ γλώττα τοῦ κήρυκα. Ὅτι τὰς γλώττας τῷ Ἑρμῇ ἔθυον ὡς τὸ λέγειν ἐσόμενα.

i *Qui de viro* &c.] Heic est hiatus; vel cancellandum *τὸ qui.*

k *De albis vero nigra* &c.] De Autolyco Mercurii filio Ovid. XI. Met. vers. 314. *Qui facere assuerat, patria non degener artis, Candida de nigris, & de candentibus atra.* Confer Natal. Lib. V. cap. 5.

l *Capite canino*] Constat quidem simulacris Mercurii adjici solitam canis imaginem: sed de capite canino quod ait, id non ita pervulgatum est. Isidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Cur autem cum capite canino fingunt, hæc ratio dicitur, quod inter omnia animalia canis sagacissimum genus & perspicax habeatur.* Tria aliquando ei data capita innuit Lycophron, cum ait pag. 111. ed. Steph. de Mercurio, Νυκτιπόρε τριπρόσωπε Φαιδρὸς Διός. Etymol. Auctor: Τριπρόσωπος ὁ Ἑρμῆς λέγεται, ὅτι ποτὲ διδάσκων τὰς ὁδούς, ἐ ἦλθον ὑποστρέφω, ποῖ ὁδὸν αὖτη φέρει ὁδός, ποῖ δὲ αὖτη. Ὅτως δὲ πρὸς ἑκάτερα ὁδὸν καθίλεω εἶχεν. διὸ δὲ ὁ αἰνιθεὶς τὸ τριπρόσωπον Ἑρμῆν Πατροκλείδης.

m *Ideoque & lanceam* &c.] Hoc membrum videtur collocandum post ista verba, *Et ideo pingebatur cum utroque sexu.*

Ad CAP. VII.

a *Quæ & Luna* &c.] Vide Fulgent. Mythol. Lib. I. cap. 9. & Lib. II. cap. 19. Quia tam multiplex Dianæ numen, hinc τριπρόσωπος Orpheo dicitur, & simulacrum ejus tribus insigne capitibus celebratur, quorum unum equinum, caninum alterum, tertium suis agrestis, vel, ut alii, humanum, sed facie fuerit admodum rusticanâ. Certè Maro inde *Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ* dixit Æn. IV. vers. 511. Ubi Servius: *Nonnulli eandem Lucinam, Dianam, Hecaten appellant, ideo quia uni deæ tres adsignant potestates, nascendi, valendi, moriendi; & quidem nascendi Lucinam deam esse dicunt, valendi Dianam, moriendi*

Hecaten; ob quam triplicem poteſtatem triformem eam triplicemque finxerunt, cujus in triviis templa ideo ſtruxerunt. Idem Grammaticus ad illa Eclog. IV. vers. 10. *Caſta fave Lucina. Modo Lucinam Dianam accipimus. Sic Horatius:* Sive te Lucinam probas vocari, Seu te penitus Junonem. Dele τὸ *Junonem.* Cætera ſic lege: *Sive tu Lucina probas vocari, Seu Genitalis.* Ita enim habetur apud Horatium in Carmine Sæculari. Iſidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Dianam quoque ſororem ejus ſimiliter Lunam & viarum præſidem ajunt. Unde & virginem volunt, quod via nihil pariat: & ideo ambo ſagittas habere fingunter, quod ipſa duo ſidera de cœlo radios uſque ad terras emittunt: Dianam autem vocatam quaſi Duanam, quod Luna die ac nocte appareat. Ipſam & Lucinam aſſeverant, eo quod luceat. Eandem & Triviam, quod tribus fingatur figuris: de quâ Virgilius:* Tria virginis ora Dianæ: *quia eadem Luna, eadem Diana, & eadem Proſerpina vocatur. Sed cum luna fingitur;* Subluſtri ſplendet amictu. Cum ſuccincta jacit calamos, Latonia Virgo eſt: Cum ſubnixa ſedet ſolio, Plutonia conjux. *Latonia autem Diana, eo quod Latonia* (leg. Latonæ) *fuerit filia: Cererem, id eſt terram, à creandis frugibus aſſerunt dictam, appellantes eam nominibus pluribus. Dicunt etiam eam & Opem, quod opere melior fiat terra: Proſerpinam, quod ex eâ proſerpant fruges. Veſtam, quod herbis vel variis veſtita ſit rebus, vel à vi ſuâ ſtando.* Verſus illos, *ſubluſtri ſplendet* &c. ex Prudentii Lib. 1. contra Symmach. eſſe depromptos, oſtendi in diſſertatione de Hygino. Quod ait Cererem à creandis frugibus eſſe dictam, id puto à librariis eſſe inquinatum. Emendo, *à gerendis frugibus.* Julius Firmicus: *Terram ipſam Cererem nominant, nomen hoc à ſerendis frugibus mutuatum.* Correxerat in libro Gœſiano *gerendis* Scriverius: quod rectum videtur, cum *Ceres* dicatur quaſi *Geres*, ut eſt apud Ciceronem. Sed pro *mutuatum* reponendum etiam *mutuatam* puto. Verum hæc dum ſcribo, video ad illa Virgil. 1. Georg. vers. 7. *Liber & alma Ceres* &c. annotatum eſſe à Probo: *Hoc loco vult intelligi Lunam Cererem à creando dictam, quia maturet fruges;* ut forſan ex Iſidoro Firmicus ſit emendandus, & ei reſtituendum, *nomen hoc à creandis frugibus mutuatam.* Videtur ſua partim hauſiſſe Iſidorus ex Scholiaſte Germani, apud quem iſta invenio pag. 186. Edit. Micyll. *Lunam gentiles Dianam, germanam Solis, quem Apollinem nuncupabant, fuiſſe dixerunt, & ſicut à ſole ſpiritum, ita ſe à lunâ corpus accipere arbitrabantur. Dicebant enim* (leg. etiam) *eam viarum præſidem & virginem, eo quod in viâ nihil pariat. Idcirco igitur ambo ſagittas habere dicuntur, quod ipſa duo ſidera de cœlo radios uſque ad terram emittant: ideo faces, quia luna illuminat, ſol & illuminat & exurit. Ideo bigam luna dicitur habere, ſive propter velocitatem, ſive pro eo, quod nocte & die apparcat. Ideo unum equum album & alium nigrum dicitur habere, eo quod hieme & æſtate plus luceat, quam vere & autumno. Diana autem Luna dicta eſt, quaſi Diane* (leg. Duana) *eo quod die ac nocte apparet. Ipſa & Luna eo quod luceat, & Trivia eo quod tribus fungatur figuris* (leg. fingatur figuris) *de quâ Virgilius ait:* Tria Virginis ora Dianæ. *Nam eadem Luna, eadem Diana, eadem Proſerpina vocatur, id eſt, cœleſtis, terreſtris, & infernalis. De qua quidam:* Denique cum luna eſt ſubluſtri ſplendet amictu: Cum ſuccincta jacet calamis &c. Leg. *ſuccincta jacit calamos.* In præcedentibus repone, *quod via nihil parit*, ex Iſidoro, immo Auguſtino C. D. Lib. VII. cap. 16. *Apollinem*, inquit, *quamvis divinatorem & medicum velint, tamen ut in aliquâ parte mundi ſtatuerent, ipſum etiam ſolem eſſe dixerunt: Dianamque germanam ejus ſimiliter lunam & viarum præſidem. Unde virginem volunt, quod via nihil pariat* &c. Schol. Theocrit. ad Eidyll. II. vers. 12. Τὴ Δήμητρι μιχθεὶς ὁ Ζεὺς, τεκνοῖ Ἑκάτην διαφέρουσαν ἰσχύϊ καὶ μεγέθει. ἣν ὑπὸ γῆν πεμφθῆναι ὑπὸ τῶν τοκέων φασὶ Περσεφόνης αἰτησάσης. Καὶ νῦν Ἄρτεμις κληθεῖσα, καὶ φύλαξ, καὶ δαδοῦχος, καὶ φωσφόρος, καὶ χθονία. in triviis cultam eam ait Schol. Ariſtoph. ad Plut. Act. II. ſc. 5. διὰ τὸ τὴν αὐτὴν Σελήνην καὶ Ἄρτεμιδα καὶ Ἑκάτην καλεῖσθαι. Schol. Horat. Lib. III. od. 28. LATONAM. *Dianam: eſt enim triniminis, Luna, Diana, Proſerpina.* Sed falſum Latonam eſſe Dianam.

Nereidum: [b] & chori nympharum, sylvarum, montium, fontium & marium, cum choris & Satyrorum cornutorum, qui dii dicebantur agrorum. Et navicula post cervos cum homine navigante & velificante in mari erat figurata.

VIII. *De*

b *Et chori Nympharum*] Nisi scripsit, *id est chori* &c. Deleri ista debent, ut glossemata, quibus explicare sciolus aliquis voluerit, quæ essent *Dryades*, *Hamadryades* &c. Sed pro *Dryades* reponendum forsan *Oreades*, quia Nympharum montium meminit glossator ille; quæ Oreades sunt: nisi dicendum est ex imperitiâ scriptoris ortum, ut Dryades dicantur Nymphæ montium. Isidorus certè errat, cum scribit Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Nympharum apud Gentiles varia sunt vocabula. Nymphas quippe montium Oreades dicunt: sylvarum, Dryades: fontium, Hamadryades: camporum, Naiades: maris, Nereides.* Rectius Servius ad Eclog. Virg. X. vers. 62. *Jam neque Hamadryades*] *Nymphæ, quæ cum arboribus & nascuntur & pereunt, ἀπὸ τῆ ἅμα ἐ τῆ δρυὸς, qualis fuit illa, quam Erisichthon occidit: qui cum arborem incideret, & vox inde erupit & sanguis, sicut docet Ovidius. Dryades vero sunt, quæ inter arbores habitant. Oreades, quæ in montibus. Sanè ab ovibus Nymphæ Peribelides* (leg. perimelides;) *a fluminibus Naiades; a pratis Limeniades; ab alimoniâ infantium Curotrophæ nominantur.* Cæterum, ut à δρῦς Nymphæ dictæ sunt Dryades & Hamadryades, ita ἀ μηλὲς pomus, *Epimelidas & Hamamelidas* dictas voluere nonnulli. Verum Scholiastes Homeri à μῶλον ovis cum Servio dictas eas censet, cum ait ad Iliad. Υ. vers. 8. Αἱ τὰ ἄλση καλοτιχοῦσαι Νύμφαι ἀλσηΐδες κεκλῆνται. οἱ δὲ ὅτι τῆ δένδρων ἁμαδρυάδες. οἱ δὲ περὶ νάματα τῆ ὑδάτων, ναΐδες ἐ ὑδριάδες. Καὶ τότων αἱ μὲν κρηνίδες. αἱ δὲ ὀπποταμίδες. αἱ δὲ ὅτι τῆ βοσκημάτων, ὀκεανίδες. αἱ δὲ ὅτι τῆ ὀρέων, ὀρεσιάδες, ἐ ὅσαι τοιότατε ὀνομασι. ὁμοίως δὲ ὅτι τῆ ἰλῶν, ἰλιονόμοι. Leg. ἰλιονόμοι. Advertit me, quod fluentorum Nymphas *Hydriades* vocat; atque adeo suspicor in loco Isidori modo laudato pro *fontium*, *Hamadryades*, reponendum esse, *fontium, Hydriades.* Certè aptius, immo verius foret. De Epimelidibus locus est conspectus apud Antonin. Liberal. cap. 31. Ω᾽ κῆροι τὸ νῆκ᾽ ἔχεθε πρὸς Ἐπιμηλίδας Νύμφας, ἀκὴν, ὦ ἄρρητε, νικώμενοι δίσσῆ δίκῃ. Καὶ οἱ παῖδες ἐναπερ ἐζήτησαν παρὰ τὸ ἱερὸν τῆ νυμφῶν, ἐχθρὸν τὸ δένδρον. Καὶ ἔτι νῦν ἀκάστη φανὴ νυκτὸς. ἐκ τ᾽ ὕλης, οἷα θρηνέοντων. ὁ δὲ τόπ᾽ ὀνομάζεται νυμφῶν τῆ παίδων τότ᾽. Defecta esse postrema verba, & excidisse particulam ἀπὸ vel ὅτι censet Vir Cl. legitque, ὀνομάζεται ἀπὸ νυμφῶν τῆ &c. At nihil opus esse istâ præpositione ut scripsi antehac, ita adhuc pertendo. Sensus est, ὁ δὲ τόπ᾽ ὀνομάζεται νυμφῶν τῆ παίδων τότ᾽. planè ut paullo ante, τὸ σύμπαν ἐναθ᾽ ἀνόμασαν Ἑκάτης sc. ἐθι᾽. Geminus in Phænom. pag. 45. Οἱ δὲ ἐν ἄκρα τῆ ἀριστερᾶ χειρὶ τῆ Περσέως κείσθαι ἀστέρες γυμνόν τινα κελεύω. Scil. ἀστέρες. Schol. Theocrit. Eidyll. A. vers. 123. Λυκαίς) ἀπὸ τῆ Δυκαίου φασὶ χωρίου, κρηνώδη κρηνίσης, εἰς ὃ ἐλθόσαν τὴν Λυκαίου θυγατέρα κελλίζω ἄρκτον ἴδσαν, ὑπὸ Ἐρμῆ πραθῆναι &c. Loquuntur ita & Latini interdum. Nepos Agesil. cap. 8. *Cum venisset in portum, qui Menelai vocatur.* Auctor vitæ Apollinaris pag. 134. Ed. Laz. *Ad urbem quæ vocatur Ravennatum.* Curt. Lib. III. 3. *Equus eximiæ magnitudinis, quem Solis appellabant.* Lactant. ad Stat. pag. 121. Ed. Tiliobr. *Fontem efficit, qui Hippocrenes dicitur.* Sed ibi *Hippocrene* reposuerim. Lactant. Argum. Ovid. Met. fab. 50. *Insulam Tiberis ingressus est, ibique se occultavit: qui locus draconis vocatur.* Vet. Interpr. Cant. Salom. *Oculi tui columbarum.* Sc. oculi. Victor. Illustr. cap. 7. *Unde illæ fossæ Quiritium sunt dictæ.*

Ad

VIII. *De Minerva.*

Minerva dea sapientiæ ex cerebro Jovis nata: quæ alio nomine Pallas dicta est. Hæc enim pingebatur à poetis in similitudinem unius dominæ armatæ lorica, & gladio accinctæ; [a] cujus caput viri decinctum circum erat, ipsamque cassis cum crista desuper detegebat. ipsa autem lanceam tenebat in dextra: in sinistra vero [b] scutum crystallinum habebat, quod caput Gorgonis à cervice serpentibus monstrose continebat. Hæc igitur oculos habebat [c] splendidos: triplici colore pallium induebat, distinctum aureo, purpureo & cœlesti. Juxta se habebat olivam viridem pictam: desuper avem, quæ dicitur noctua, volitantem.

IX. *De*

Ad CAP. VIII.

a *Cujus caput vi decinctum erat*] Barthio, postquam varias tentavit emendationes, maximè tandem hæc verisimilis videtur ad Stat. Tom. II. pag. 403. *Cujus caput Gryphis & Sphinge cinctum erat.* Quam firmari conjecturam à Pausaniâ in Atticis censet, cum ait: *In galeæ cono eminet Sphinx; utramque galeæ partem gryphes tenent.* Ego ἐπέχει. Sed *tegebat* omnino legendum pro *detegebat.*

b *Scutum crystallinum*] Atqui ægis erat, hoc est, scutum confectum è pelle capræ Amaltheæ ut est apud Schol. Homer. ad Iliad. O, vers. 318. Id gestatum prius à Jove in bello adversus Titanes; deinde ab eo Minervæ donatum, si fabulis credimus. Verum ægis lorica potius, quam scutum fuit. Servius ad illa Virgil. Æn. VIII. 435. *Ægidaque horrificam*] *Ægis propriè munimentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore numinis fuerit, ægis vocatur: Si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, lorica dicitur.* Isidor. Orig. Lib. VIII. 11. *Eam* (Minervam) *artem & rationem interpretantur, quia sine ratione nihil potest contineri. Quæ ratio quia ex solo animo nascitur, animumque putant esse in capite & cerebro; ideo eam dicunt de capite Jovis esse natam, quia sensus sapientis, qui invenit omnia, in capite est. In cujus pectore ideo caput Gorgonis fingitur, quod illic est omnis prudentia, quæ confundit alios & imperitos ac saxeos comprobat: quod & in antiquis imperatorum statuis cernimus in medio pectore loricæ,* (fort. loricam) *propter insinuandam sapientiam & virtutem.* Crystallinum scutum infra cap. 20. etiam Perseo tribuit: sed id Minerva Perseo commodaverat. Videtur Albricus in Minervæ imagine formandâ secutus Capellam Præfat. Lib. VI. *Hinc nam tergemina rutilant de vertice cristæ, Quod dux sanguineo præsulque coruscat ducillo: Vel tibi quod fulget rapiturque triangulus ignis. Hinc tibi dant clypeum, sapientia quod regat orbem: Vel rationis opem, quod spumea prælia poscant. Hasta etiam vibrans penetrabile monstrat acumen: Lymphaseum magis est, & scutum circulus ambit. Hinc jam vernicomæ frondent tibi munera olivæ: Artes cura vigil per te quod discat olivo. Glaucam dant volucrem, quod lumine concolor igni es. Tuque ignis flos es, cluis & γλαυκῶπις Ἀθήνη. An mage nocturnida tibi traditur alitis usus: Quod vigil insomnes ducat sollertia curas? Pectore saxificam dicunt horrere Medusam, Quod pavidum stupidet sapiens sollertia vulgus.* Vides etiam in hac descriptione scutum ab ægide distingui.

c *Splendidos triplici colore*] Mutanda

IX. *De Pane.*

[a]Pan ab antiquis diebus fuit deus naturæ, & in similitudinem naturæ universalis fuit ab eis taliter figuratus. Pingebatur homo cornutus cum facie rubicunda: in cujus pectore stellarum plurium erat forma. Pellis ejus in parte pingebatur stellata: femora autem habebat [b]denudata cum herbis & arboribus prodeuntibus ex ea: & in ore ejus fistulam septem calamorum tenebat, quam digitis pulsare videbatur. Pedes quoque & crura caprina habebat. Cum Amore vero pingebatur luctam habuisse, qui ab ipso Pane victus erat: ideoque idem Amor juxta eum, quasi ad terram prostratus, jacebat.

X. *De*

est distinctio: *oculos habebat splendidos. Triplici colore* &c. Vidit & Barthius id Comment. in Stat. pag. 654. Tom. II. Cæterum cum quinque apud Veteres celebrentur Minervæ, quænam ex illis bellatrix ista fuerit, non convenit inter eos. Saturno editam fuisse ait Firmicus in de E. P. R. pag. 20. Ed. Leid. At Jovis filiam facit Ampelius cap. 9. ubi non unâ mendâ inquinatus est. *Tertia* (Minerva) inquit, *Jovis filia, quæ secillis rebus se exercuit.* Leg. *bellicis rebus. Quarta, Solis filia, quadrigas junxit.* Repone, *quæ quadrigas. Quinta Pallantis & Titanidos filia.* Firmicus habet: *Quinta Pallante patre & Tritonide matre orta est.* Ita edidit Wouwerius: sed antiquitus cusi *Titanide*; quod haut scio an rectè ille mutaverit. Schol. Stat. p. 22. ed. Tiliobr. *Sic à Titan Titanis dicitur, quemadmodum Phœbus & Phœbe.*

Ad CAP. IX.

a *Pan ab antiquis diebus* &c.] Fort. *Pan ab antiquis gentibus fuit* &c. Sequitur enim *ab eis* &c.

b *Denudata cum herbis* &c.] Emaculari jubet Barthius ad Stat. Tom. I. p. 220. *Denudatâ cute, herbis & arboribus pro eâ enatis. Extra & in ore fistulam septem calamorum* &c. Existimem hæc de Pane ex Servio hausisse Albricum. certe gemina his prorsus sunt, quæ ille scribit in Eclog. II. Virgil. vers. 31. *Pan deus est rusticus, in naturæ similitudinem formatus. Unde & Pan dictus est, id est omne: habet enim cornua in radiorum solis & cornuum Lunæ similitudinem: rubet ejus facies, ad æteris imitationem: in pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem. Pars ejus inferior hispida est propter arbores, virgulta, ferас. Caprinos pedes habet, ut ostendat terræ soliditatem. Fistulam septem calamorum habet, propter harmoniam cœli, in quâ septem soni sunt, ut diximus in Æneide, septem discrimina vocum.* Καλαμίσκην habet, *id est pedum, hoc est baculum recurvum, propter annum, qui in se recurrit, quia hic totius naturæ deus est. Poetis fingitur cum Amore luctatus, & ab eo victus; quia, ut legimus,* Omnia vincit amor. Idem ad Æn. VI. vers. 775. *Castrum Inui, id est Panos, qui illic colitur. Inus* (leg. *Inuus*) *autem Latinè appellatur, Græcè Pan. Item ἐπιάλλης Græcè, Latinè incubo. Idem Faunus, idem Fatuus, Fatuellus. Dicitur Inus ab incundo passim cum omnibus animalibus: unde & incubo dicitur.* Servium exscripsit Isidor. Orig. Lib. VIII. cap. II. *Pan dicunt Græci, Latini Sylvanum, deum rusticorum, quem in naturæ similitudinem formaverunt; unde Pan dictus est, id est omne* &c. quæ apud ipsum videsis. Corruptus est idem Isidorus cum sub finem capitis ejusdem ait: *Pilosi, qui Græcè panitæ, Latinè incubi appellantur, sive inivi ab incun-*

di

X. *De Plutone.*

Pluto Saturni filius, dictus est ab antiquis [a] deus inferorum & regnorum, terrarum, & animarum juste decedentium. Credebant enim antiqui, [b] omnes animas ad inferos descendere, ibique cum Plutone [c] in caligine perpetua remanere. Quapropter ipsi Plutoni, id est, inferno, vel ipsi virtuti divinæ inferna gubernanti talem imaginem depinxerunt, quem & tenebrarum principem esse voluerunt. Erat enim imago ejus homo terribilis in solio sulphureo sedens, [d] sceptrum regni in manu tenens dextra: sinistra animam constringens. cui tricipitem Cerberum sub pedibus collocabant, & juxta se tres Harpyias habebat. De throno autem ejus sulphureo quatuor flumina manabant, quæ scilicet Lethen, Cocytum, Phlegetontem, & Acherontem appellabant, & Stygem paludem juxta flumina assignabant. Juxta Plutonem inferorum regina Proserpina sedebat cum facie fusca & terribili, quæ Plutoni conjugi à sinistris assidebat.

[c] Erant

do passim cum animalibus: unde & incubi appellantur ab incumbendo, hoc est stuprando. Pro *inivi* repone *Inui*, pro *Panitæ* autem *Panisci*. Παν-ισκ-ος diminutivum est à Παν. Gloss. Labb. Παν, ὁ δαίμων, *Incubus, Silvanus, Silbanus.* Παν, θεὸς ὑλαῖος, *Silvanus, Faunus, Incibus.* Leg. *Incubus.*

Ad CAP. X.

a *Deus inferarum & regnorum*] Cur regnorum? an quia superior terræ pars, in quâ regna, subjecta Plutoni? *Sceptrum quoque in manu gestat, quod regna solis competant terris*, ait Fulgent. Myth. Lib. 1. cap. 4. Vide quæ ibi annoto. Verum satius est forsan, ut τε & deleamus.

b *Omnes animas ad inferos descendere*] Hinc ἔρχεσθαι εἰς ἄϊδαο dicuntur. qui moriuntur. Pallad. Anthol. Lib. 11. Sect. XLVII. 30. Γινώσκε δ' ὁπαλὰς ἐρχομένη εἰς ἄϊδαο. Βαστάζεσθαι εἰς ᾅδε δόμους apud Eurip. Alcest. vers. 25. Δυσὶν δόμον ἄϊδος εἴσω apud Homer. Iliad. Γ. vers. 323. Κατέρχεσθαι εἰς ἄδης in Symbolo Apostolico, ut anima Christi delata innuatur in sinum Abrahæ. Nam beatorum alius, alius damnatorum ᾅδης. Tartarus hic, ille Paradisus. Sed hac de re cum alii complures multa, tum inter illos nonnulla etiam dignissima lectu congessit Colomesius κειμηλ. Literar. cap. 28. quæ transscribere nihil attinet.

c *In caligine perpetuâ*] Josephus in libro adversus Græcos: Ὁ ᾅδης τόπος ἐν τῇ κτίσει ἀναπεπταμένος, χωρίον ὑπόγειον, ἐν ᾧ φῶς κόσμου οὐ διαλάμπει.

d *Sceptrum regni*] Sceptrum Erebi Barth. ad Stat. Tom. 1. pag. 309. *Sceptrum trabale* ei tribuit Claudian. R. P. Lib. 11. vers. 172. *Non tulit ille moras, indignatusque trabali Saxa ferit sceptro. Sceptra immania* Lib. 1. vers. 79. *Ipse rudi fultus solio, nigraque verendus Majestate sedet: squalent immania sæclo Sceptra situ.* Vulgatam scripturam defendit quod sequitur cap. 9. *Sceptrum regium tenens in dextrâ ejus.* Cap. 16. *Tridentem pro sceptro regia manu tenens.*

[e] Erant autem Furiæ tres horribiles, venenatis serpentibus crinitæ. quæ homines furere faciebant, quæ Alecto, Tisiphone, & Megæra dicebantur. [f] Parcæ seu fata, sic dictæ [g] per antiphrasin, eo quod nemini parcant, tres erant [h] domicilæ sorores: quarum una tenebat colum, & nebat, altera filum volvebat, tertia illud rumpebat: & istæ, Clotho, Lachesis, & Atropos vocabantur. Harpyiæ vero aves erant rapacissimæ, cum facie virginea: quæ Aello, Ocypete, & Celæno vocabantur.

XI. *De Junone.*

Juno posita est in similitudinem aëris. Antiqui enim ipsam Jovis, id est, ignis uxorem & sororem dixerunt. Iridem & Nymphas eidem attribuerunt. cujus imago taliter pingebatur. Erat enim fœmina in throno sedens, sceptrum regium tenens [a] in dextra ejus, caput nubes tene-

e *Erant autem*] Barth. ad Stat. Tom. III. p. 1302. emendat, *erant ante eum* h. e. serviebant, apparebant illi. Fulgent. Lib. 1. cap. 6. *Plutoni etiam Furias deservire dicunt.* Sed præter hoc firmat & illud conjecturam ejus, quod supr. cap. 5. dixit Albricus: *Et eorum ipsâ astabant juvenculæ nudæ* &c. Isidorus Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Ajunt & tres furias fœminas crinitas serpentibus, propter tres effectus* (leg. affectus) *qui in animis hominum multas perturbationes gignunt, & interdum ita cogunt delinquere, ut nec famæ nec periculi sui respectum habere permittant: Ira, quæ vindictam cupit: cupiditas quæ desiderat opes: libido, quæ appetit voluptates.*

f *Parcæ seu fata*] Easdem esse Parcas & fata ostendimus ad Fulgent. Lib. 1. cap. 7. Locis ibi adductis addi & ille Apulei debet Lib. XI. Metam. *Quin depulsis vitæ procellis salutarem porrigat dextram, quâ Fatorum etiam inextricabiliter retractas licia.*

g *Per antiphrasin*] Ita multi veterum docuere. Isidorus: *Parcas dicunt κατ' ἀντίφρασιν appellatas, quod minimè parcant: quas tres esse voluerunt; unam, quæ vitam hominis ordiatur; alteram, quæ contexat; tertiam, quæ rumpat.*

h *Domicilæ sorores*] *Domnicellæ* emendat alicubi Barthius. Scio à *domna* non malè posse formari *domnicellæ*. Sed heic tamen malim *domicellæ*, de quo Vossius in de Vitt. Serm. Lib. III. cap. 10. quanquam corruptum τὸ *domicella* existimo ex *domnicella*. Nempe à *domna*, *domnula*, & inde *domnicula* ac *domnicella*, sed corruptè *domicella*. Salvian. in Epist. pag. 294. Edit. Pith. *Advolvor vestris, ô parentes carissimi, pedibus ego vestra Palladia, vestra gracula, vestra domnula.* Quinam scriptores voce *domnus*, unde *domna*, usi sint, docebit te Barthius Adversar. Lib. XXIX. cap. 19. Addere nos locis ab eo observatis non pauca alia possemus, si operæ esset pretium. Nunc tantum moneo pro voce illâ *domnus*, quam vett. edd. & excerpta Vet. cod. quæ penes me sunt, agnoscunt, in epistolis Athalarici, quæ apud Cassiodor. Lib. VIII. Var. nona & decima sunt, suppositum perperam *dominus* à Brosseo. Etiam *domnus* dignitatis vocabulum, & *domna* interdum ὄνομα γύναιον; de quibus Spanhem. in de Numm. Præstant. pag. 627.

Ad CAP. XI.

a *In dextra ejus, caput* &c.] Scio

ejus

nebant opertum supra diadema, quod capite gestabat, cui & Iris sociata erat, quæ ipsam per circuitum cingebat: nunciamque Junonis Iridem [b] populi appellabant. Ideo juxta ipsam Iridem ancillam paratam ad obsequium dominæ figurabant. Pavones autem ante pedes ejus [c] lambebant: [d] qui à dextris & à sinistris dominæ stabant, avesque Junonis specialiter vocabantur. Mulier erat filiam pariens, quia ipsa Juno partubus præesse dicebatur. quæ & [e] Mercurium dicitur lactasse.

XII. *De Cybele.*

Cybele mater deorum, fuit dicta terra: quam & deos genuisse dixerunt veteres, & gigantes. cui antiqui philosophi talem imaginem depinxerunt. Erat enim virgo fœmina in curru sedens: lapidibus pretiosis, & metallorum diversorum varietate vestita. [a] Itaque mater deorum extitit, & gigantum. Irata enim Terra contra deos, Titanas dicitur parturisse. [b] Erantque gigantes pedibus ser-

ejus pro *suâ* satis dici Latinè, quanquam Latinitas ab hoc scriptore exigi non debet: puto tamen heic incisum ante τὸ *ejus* collocandum. Etiam in versu illo Horat. Lib. 1. od. 10. *Mercuri facunde, nepos Atlantis*, rectius videtur comma collocari ante τὸ *facunde*, ut ad τὸ *nepos* referatur. Consulat quisque aures suas. Verum infr. quoque cap. XIV. *In manu ejus dextrâ habebat clavem.* pro *in suâ.*

b *Populi appellabant*] Ita rescripsi pro *populis*; nisi tu *populus* mavis. Vetus interpres Siracidæ. cap. LI. vers. 19. *Omnis populus properaverunt.* Luc. cap. XXVIII. vers. 1. *Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.*

c *Lambebant*] Pavones lambere non possunt. Credo scripsisse Albricum *ambulabant.*

d *Qui à dextris*] Ita reposui pro *quia à dextris*; quod turbat sententiam. Perperam literam A geminaverat librarius. Contra apud Justin. Lib. 11. cap. 6. quod A sequeretur, malè eandem literam à fine vocis esse rejectam suspicor: *Frumenti satio apud Eleusin à Triptolemo reperta est.* Puto scriptum fuisse *Eleusina*, Ἐλευσῖνα. Sanè Lib. v. cap. 10. habes, *Emigrare Eleusina.* Et, *Eleusina migrare.*

e *Mercurium dicitur lactasse*] Vide Hygin. Astron. Lib. 11. cap. 43. & quæ ibi annotavi: nec non Ampliss. Cuper. in Harpocrate suo pag. 8.

Ad CAP. XII.

a *Itaque mater deorum*] Ἴσως εαque *mater deorum.* Si mater deorum, cur virgo dicitur? Causam dicat Isidorus: *Eandem Vestam & ignem esse perhibent, quia terram ignem habere non dubium est, ut ex Ætna Vulcanoque (leg. Vesuvioque) datur intelligi. Et ideo virginem putant, quia ignis inviolabile sit elementum, nihilque nasci possit ex eo; quippe qui omnia, quæ arripuerit, absumat. Ovidius in Fastis: Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam; Nataque de flammâ corpora nnda (leg. nulla) vides.*

b *Erantque gigantes*] Non distinguit à Gigantibus Titanas: quod tamen alii faciunt. Servius ad Æn. VI. vers. 580. *Titanas contra Saturnum* (Terra) *genuit; Gigantes postea contra Jovem. Et se-*

ſerpentinis: de quibus fuit unus Titan, qui etiam Sol dicitur. Sed quia iſte contra deos nihil fecit, ſicut alii fratres, ideo aliis detruſis, hic ſolus in ſua deitate permanſit. Currus autem Cybeles [c] à leonibus trahitur, coronamque turritam in capite geſtare dicitur. Pingitur juxta eam in curru [d] Atys puer nudus, quem illa amaſſe dicitur, & [e] nimio zelo caſtraſſe: & ſic illi virilia pingitur amputare.

XIII. *De Æolo.*

Æolus autem in deorum numero computatus, & qui ventorum deus dictus eſt. cujus talis erat imago depicta. Stabat enim in antro, linea veſte indutus & præcin-

ferunt fabulæ Titanes ab irata contra deos Terrâ ad ejus ultionem creatos; unde & Titanes dicti ſunt ἀπὸ τῆς τίσεως, *id eſt, ab ultione. De his autem ſolus Sol abſtinuiſſe narratur ab injuriâ numinum; unde & cœlum meruit.* Adde his, quæ dixi ad Hyg. Mythol. pag. 3.

c *A leonibus trahitur*] In quos Atalanta & Hippomanes transformati dicuntur. Vide Hygin. Myth. cap. 185. Servius ad Æn. III. vers. 113. *Ideo autem mater deûm curru vehi dicitur, quia ipſa eſt terra, quæ pendet in aere. Ideo ſuſtinetur rotis, quia mundus rotatur & volubilis eſt. Ideo ei ſubjugantur leones, ut oſtendatur maternam pietatem totum poſſe ſuperare. Ideo Corybantes ejus miniſtri cum ſtrictis gladiis eſſe finguntur, ut ſignificetur omnes pro terrâ ſuâ debere pugnare. Quod autem turritam geſtat coronam, oſtendit ſuperpoſitas terræ eſſe civitates, quas inſignitas turribus conſtat. Hanc eandem Eram appellari, hoc eſt dominam, tradunt.* Scrib. *Heram.* Catull. carm. 64. *Dea, magna dea, Cybele, Dindymi dea, domina, Procul à meâ tuus ſit furor omnis, hera, domo.* Iſidorus, exſcriptor aliorum perpetuus, etiam hoc Servium compilavit Lib. VIII. Orig. cap. 11. *Eandem Tellurem & magnam matrem fingunt, turritam cum tympano & gallo & ſtrepitu cymbalorum. Matrem vocant, quod plurima pariat; magnam, quod cibum gignat: almam, quia univerſa animalia fructibus ſuis alit. Eſt enim alimentorum nutrix terra. Quod ſimulacrum ejus cum clavi fingitur, quia tellus hieme clauditur, vere aperitur, ut fruges naſcantur. Quod tympanum habet, ſignificari volunt orbem terræ. Quod curru vehitur, dicitur quia ipſa eſt terra, quæ pendet in aere. Quod ſuſtinetur rotis, quia mundus rotatur & volubilis eſt. Quod leones illi ſubjiciunt manſuetos, ut oſtendant nullum genus eſſe terræ tam ferum, quod non ſubigi poſſit aut ſuperari ab eâ. Quod in capite turritam geſtat coronam, oſtendit ſuperpoſitas terræ civitates, quaſi inſignitas turribus conſtare* &c. quæ ibi legere potes. Hauſta iſta fabulæ illius explicatio ex Lucretii Lib. II. quem conferre erit operæ pretium.

d *Atys puer nudus*] Braccatus exhibetur apud Laurentium Pignorium in magnæ matris Initiis, nec non cum pileo Phrygio, ut & in nummo apud Illuſtr. Spanhem. in de Numm. Præſt. pag. 625.

e *Nimio zelo caſtraſſe*] Auguſtin. C. D. Lib. VI. cap. 7. *Atys pulcher adoleſcens ab eâ dilectus & muliebri zelo abſciſſus.* Fulgent. Lib. III. cap. 5. *Tantum enim zeli ſuccenſa anus invidioſa flagravit, quæ nec ſuis utilitatibus furioſa pepercit, ut unde fructum ſperabat libidinis, illud veterana ſuccideret meretrix.* Ad quem locum plura huc pertinentia à me dicta invenies.

Ad

Unable to display this page

quarum una ante se, altera post se respiciebat. Juxta illum quoque erat templum, & in manu ejus dextra [d] habebat clavem, qua templum ipsum aperire se monstrabat. In sinistra vero habebat baculum, quo saxum percutere, & ex illo aquam producere videbatur.

XV. *De Vulcano.*

Vulcanus deus ignium, [a] pingebatur similitudine fabri deformis, & claudi, [b] malleum in manu tenentis, & [c] deorum impulsu de cœlo in terram decidentis. Juxta eum plures dii eum irridentes pinguntur, qui eum de cœlo expellere figurantur. Ipse quoque sic expulsus, fulmina in terris Jovi parare dicebatur, quæ ad cœlum Jovis ipsius aquila deferebat. Ideoque juxta ipsum Vulcanum depicta erat officina, & aquila parata ad fulmina deferenda.

XVI. *De*

bus brevissimis templis: duobus autem propter Ianum bifrontem. Postea autem captis Phalerii, civitate Tusciæ, inventum est simulacrum Iani cum frontibus quatuor: propter quod in foro transitorio constitutum est illis (leg. illi) *sacrarium aliud, quod novimus hodieque quatuor portas habere. Ianum sane apud aliquos quadrifrontem esse non mirum est. Nam alii eum diei dominum volunt, in quo ortus est & occasus. Horatius*, Matutine pater, seu Iane libentius audis. *Alii anni totius, quem in quatuor tempora constat esse divisum.* Idem ad Æn. XII. 198. *Postquam Romulus & Titus Tatius in fœdera convenerunt, Iano simulacrum duplicis frontis effectum est, quasi ad imaginem duorum populorum. Legimus etiam Ianum quadrifrontem fuisse. Unde Martialis ait*, Et linguâ pariter locutus omni. Augustinum exscripsit Isidorus Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Ianum dicunt quasi mundi vel cœli mensium januam: duas Iani facies faciunt propter orientem & occidentem. Cum vero faciunt cum quadrifrontem, & Ianum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc referunt.*

d *Habebat clavem*] Arnob. Lib. VI. pag. 209. Ed. Leid. *Fronte Ianus anciptiti, aut dextrâ illâ, quâ insignitus est, clavis.*

Ad CAP. XV.

a *Pingebatur similitudine*] Mallem, *in similitudine*, vel *in similitudinem*. Cap. 7. *Pingebatur in specie unius deminæ*. Cap. 8. *Pingebatur à poetis in similitudinem unius dominæ armatæ loricâ*, Cap. 17. *Depicta erat ipsa Vesta in formam virginis.*

b *Malleum in manu tenentis*] Arnob. Lib. VI. pag. 197. *Cum Pileo Vulcanus & malleo, manu liber sed dextrâ, & fabrili expeditione succinctus.* Nimirum ut medicina Æsculapio, ita fabrica sua Vulcano divinitatem peperit.

c *Deorum impulsu*] A Jove de cœlo præcipitatus fingitur. Unde ipse apud Homerum Iliad. A. Ἀμφὶ δὲ Ὁλύμπῳ ἀίσκετο. Ἤδη γάρ μι ἐπὶ ἐλπὸ ἀλεξέμεν μεμαῶτα Ῥίψ ποδὸς τῆλε βαλὼν ἀπὸ βηλοῦ ἠμοσσήσω. Ex illo casu claudus evasit. Firmicus: *Ardet apud Oetam Hercules, & Æsculapius alibi fulminatur; Vulcanus à patre præcipitatus pedem frangit.* Isidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Unde etiam Homerus dicit eum præcipitatum de aere in terras, quod omne fulmen de aere cadit. Idcirco autem Vulcanus de semore Junonis fingitur natus, quod fulmina de imo aere nascuntur. Claudum autem dic-*

XVI. *De Neptuno.*

Neptunus deus aquarum, & præcipue maris, depingebatur ad modum cujusdam numinis mare gubernantis. Erat enim ejus imago, homo nudus in mari natans, ab umbilico [a] supra aquas eminens, & [b] tridentem pro sceptro regio manu tenens: quo saxum quoddam percutiens, æquor quoddam acerrimum producebat. De mari vero plurima flumina manare videbantur. Greges item illi Tritonum circa se è mari natantes prodibant, & regem æquoris honorabant. Sunt autem Tritones pisces, qui tubas ore portant, quibus intonare se ostendunt: ideo aliqui gentilium ipsos marina quædam monstra dicebant.

XVII. *De Vesta.*

Vesta [a] dea ignis, scilicet divini, in collegio deorum annumerabatur. Hanc [b] Jovis fuisse nutricem, & eum suo gremio sustentasse, antiqui dicebant: quam etiam taliter figurat pictura. Erat enim templum latum & spatiosum, cum ara in medio. circa quam ex utroque latere erat ignis accensus, qui perpetuo servabatur, quem extingui nullatenus fas erat. Et ideo ad hujuscemodi mysterium erant multæ Vestales virgines deputatæ, quæ & ipsæ ibidem depictæ ab utraque parte ignem fovere videban-

citur Vulcanus, quia per naturam nunquam est vellus ignis, sed quasi clandus ejusmodi speciem motumque habet. Ideo autem in fabrorum fornace eundem Vulcanum audorem dicunt, quod sine igne nullum metalli genus fundi extendique potest.

Ad CAP. XVI.

a *Supra aquas imminens*] Correxi *eminens*, sensu id flagitante.

b *Tridentem*] Priap. carm. XIX. *Fulmina sub Jove sunt: Neptuni fuscina telum: Ense potens Mars est: hasta Minerva tua est.* Cur autem tridens Vulcano tribuatur, dictum ad Fulgent. Lib. 2. cap. 3.

Ad CAP. XVII.

a *Dea ignis, scil. divini*] Servius ad illa Virgil. Æn. II. vers. 295. Vestamque potentem, Æternumque adytis effert penetralibus ignem. *Deam*, inquit, *ignis, quæ, ut supra dictum est, Terra est: quæ in medio mundi librata, nisi astet & ignem intra se habeat. Alii de igne divino hoc volunt dictum* &c. Pro *nisi astet* legerim *firma stet*. Firmicus vero in de E. P. R. pag. 19. *Vesta autem quid sit discite, ne putetis antiquum aliquid, aut cum summo terrore inventum. Ignis est domesticus, qui in focis quotidianis usibus servit.*

b *Jovis fuisse nutricem*] Ennius apud Lactant. Lib. I. cap. 14. *Jovem clam ab Sco-*

bantur. [c] Supra pinnaculum autem templi depicta erat ipsa Vesta, [d] in formam virginis, infantem ipsum Jovem suo sinu fovens.

XVIII. *De Orpheo.*

[a] Orpheus vir fuit magnus ingenio, & eloquio perfulgens, eruditissimus philosophiæ, & artium disciplinæ: qui homines irrationabiliter viventes, ex feris & immanibus fecit mites & mansuetos, & moribus composuit. Unde & bestias quasque, volucres, fluvios, saxa & arbores, citharæ sono dicitur movisse, qui & Eurydicen nympham eodem mulcens sono, in conjugem habuit: quam à serpente percussam & occisam, descendens ad inferos, citharæ sono dulcissimo Plutone placato, dicitur redemisse: ea lege, ne eam aversus respiceret, donec ultimum limen inferni excederet. Quam legem ut præteriit, uxorem retentam amisit. Iste igitur [b] in numerum deorum consecratus, taliter pingebatur. Erat homo [c] habitu philosophico, citharam manu pulsans. Ante eum erant

scendunt, dantque eum Vestæ educandum. Infr. pro *ad hujuscemodi mysterium* leg. *ministerium.*

c *Supra pinnaculum*] Πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ Matth. cap. IV. vers. 5. *Pinnaculum templi* transtulit etiam vetus interpres. Ambros. in Luc. cap. IV. *Supra pinnam templi.*

d *In formam virginis*] Anus formam ei tribuit Artemidorus Lib. II. cap. 49. Παρθένῳ σημαίνει ἐλπίδα, ἢ Ἄρτεμιν, ἢ Ἀθηνᾶν. ἐλπίδα μὲν γελῶσα, Ἄρτεμιν δὲ σεμνοπροσωπήσασα. Ἀθηνᾶν δὲ γοργὸν ἐμβλέπουσα. Γυνὴ δὲ νέα τύχην. πρεσβύτις ἕξιν. Ita Aldus edidit. Sed legendum, γυνὴ δὲ νέα τύχην. πρεσβύτις δὲ &c. Nec dubito quin ita correxerit jam Rigaltius. Sed ejus editionem non possideo. Et rectè vetula fingitur Vesta. Servius ad illa Virgilii Æn. IX. vers. 259. Canæ Vestæ. *Venerabilis, antiquissimæ. Ipsa enim antiquissima dea est, è terra.* Lego, *& terra.* Virgo autem dici potuit, quia ex igne nihil generatur. Augustin. C. D. Lib. IV. cap. 10. *Ideo illi virgines solere servire, quod sicut ex virgine, ita nihil ex igne nascatur.* Lactant. Lib. I. cap. 11. *Idcirco virginem putant Vestam, quia ignis inviolabile sit elementum, nihilque nasci potuit ex eo.* Confer Ovid. Fast. Lib. VI. vers. 293. & quæ supra ex Isidoro ad cap. XII. adduxi.

Ad CAP. XVIII.

a *Orpheus*] Palladius in Allegoriâ Orphei Catal. Pith. Lib. IV. *Scilicet haud potuit, quæ sunt sine permovere sensu: (Finxere docti fabulam poëtæ) Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit, Doctaque vitam voce temperavit. Justitiam docuit, cœtu quoque congregavit uno, Moresque agrestes expolivit Orpheus.*

b *In numerum deorum consecratus*] Augustin. C. D. Lib. XVIII. cap. 14. *Ex quorum numero fuisse perhibentur Orpheus, Musæus, Linus. Verum isti theologi deos coluerunt, non pro diis culti sunt: quanquam Orpheum nescio quomodo infernis sacris vel potius sacrilegiis præficere soleat civitas impiorum.*

c *Habitu philosophico*] Habitum ejus describit Virgil. Æn. VI. Nec non Threi-

cius

erant diversa animalia ferocia, quæ pedes ejus lingebant, scilicet lupi, leones, ursi, serpentes, aves diversæ circa eum volitantes, montes & arbores deflectentes vertices suos: qui & uxorem se sequentem conversus aspicere videbatur, sed eam inferi retinebant.

XIX. *De Baccho.*

Bacchus filius Jovis inter deos connumeratus est, quem vinum, & vini deum esse dixerunt. Attendentesque vini virtutem & proprietatem, illum uti deum in natura coluerunt, & eidem hujusmodi imaginem esse depinxerunt. Erat enim imago sua [a] facie muliebri, [b] pectore nudo, [c] capite cornuto, [d] vitibusque coronato, qui super tigride equitabat. Juxta ipsum autem erant imagines trium animalium, scilicet simiæ, porci, & leonis, quæ pedem unius vitis circumire videbantur. Ob cujus umbram Bacchus equitabat, vitisque racemis erat plena. Ipse vero una manu tenebat poculum, scilicet sinistra: altera ve-

cius longâ cum veste sacerdos. Ubi Servius: *Longam autem vestem aut citharœdi habitum dicit, aut longam barbam. Nam à contrario* (leg. è contr.) *imberbes investes vocamus. Sacerdos autem quia & theologus fuit, & orgia primus instituit. Ipse etiam homines de feris & duris composuit. Unde dicitur arbores & saxa movisse, ut deus.*

Ad CAP. XIX.

a *Facie muliebri*] Priap. carm. XXXVI. *Phœbus comosus: Hercules lacertosus: Trahitque Bacchus virginis tener forma.* Ovid. de Baccho Lib. III. vers. 607. *Virgineâ puerum ducit per littora formâ.*

b *Pectore nudo*] Quia secreta pectoris nudant ebrii. Basilius in Catal. Pithœi Lib. I. *Arcanum demens detegit ebrietas.* Horat. ad Amphoram Lib. III. od. 21. *Arcanum jocoso consilium retegis Lyæo.* Et Lib. I. epist. 5. *Quid non ebrietas designat? operta recludit.* Zenob. Cent. IV. 5. Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Unde Tzetzes non invenuste ad Lycophr. p. 44. Οἴνου αἰθεσίπτους διπλόης. Facit huc vel in primis, quod Fulgentius dicit Lib. II. *Ideo nudus* (Bacchus) *seu quod omnis ebriosus interversando nudus remanet, aut mentis suæ secreta ebriosus nudet.*

c *Capite cornuto*] Horat. Lib. II. od. 19. *Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum.* Vide ibi Torrent. & Spanhem. in de Num. Præst. pag. 357. nec non Pier. Valer. Hieroglyph. Lib. LVI. pag. 410. ed. Bas. Isidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Quod idem Liber muliebri & delicato corpore pingitur: dicunt enim mulieres ei attributas & vinum, propter excitandam libidinem: unde & frons ejus pampino cingitur. Sed ideo coronam viteam & cornu habet, quia cum gratè & moderatè vinum bibitur, lætitiam præstat: cum ultra modum, excitat lites, id est quasi cornua dat.*

d *Vitibus coronato*] Gloss. Labb. *Hæc vitis, κλῆμα ἀμπέλου, κλῆμα.* Item, κλῆμα, *palmes, pampinus, colis.* Alii hederâ eum coronant. Tertull. de Coron. Milit. cap. 7. *Liberum Harpocration industria hederatum argumentatur, quod hederæ natura sit cerebrum ab helluse defensare.*

vero, scilicet dextra, in eo uvæ [c] racemum extricabat.

XX. *De Æsculapio.*

Æsculapius dictus est filius Apollinis, qui deus medicinæ & medicorum putabatur. Ejus imago erat homo quidam [a] cum barba valde prolixa; indutus habitu medici, sedens; in cujus sinu erant pyxides unguentorum, & alia instrumenta ad medicum pertinentia. cujus manus dextra barbam tenebat, sinistra vero [b] baculum cum serpente gestabat intorto.

XXI. *De Perseo.*

Perseus etiam filius Jovis inter deos annumeratus est: qui rex Asiæ dives & præpotens, qui & navibus multas regiones transivit, & Aphricam debellavit. qui & tres sorores illud regnum tenentes sua sapientia occidit. quæ Gorgones dictæ sunt: quæ unum solum oculum habentes, homines se aspicientes vertebant in saxa. [a] Hic enim tali imagine figurabatur. Erat homo juvenis alatus & volans, quasi navis discurrens, & alarum utens volatu. cui assistebat Minerva, sapientiæ dea. Hic vero armatus, [b] crystallinum scutum ante oculos deferens, [c] te-

c *Racemum extricabat*] Suspecta mihi posterior vox. Mallem, *exprimebat*.

Ad CAP. XX.

a *Cum barbâ valde prolixâ*] Priap. carm. 36. *Intonsa semper Æsculapio barba est.* Apud Sicyonios tamen simulacrum ejus imberbe ex auro & ebore confectum fuisse Pausanias tradit. Exhibet quoque caput ejus imberbe nummus Nicomedensium apud Spanhem. p. 181.

b *Baculum cum serpente intorto*] Schol. Aristoph. in Plut. Act. III. sc. 2. pag. 76. ed. Caldor. Κοινῶς μὲν πᾶσι τοῖς ἥρωσι δράκοντες παρίδρυνται. ἐξαιρέτως ὁ τοῦ Ἀσκληπιοῦ. δράκοντες δὲ λέγονται ἀπὸ τοῦ δέρκω, ὃ ἐστι βλέπω. ἐξυδρεῖς γὰρ τὸ ζῷον. αἰτιολογία δὲ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, ἐπειδὴ τὸ γῆρας ἀποξέλλει. Καὶ ἡ ἰατρικὴ δὲ φυλάττει φύσει τὸ νέον, ἐξωθοῦσα τὰ νοσήματα. Ibidem tradit & hoc idem interpres, fuisse τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἀεὶ περικεφάλαια, ὡς ὑγιείας αἴτιον. Confer Spanhem. in de Numm. Præst. p. 175.

Ad CAP. XXI.

a *Hic enim tali* &c.] Malim, *hic autem* &c. Sed & infr. cap. 22. *Centauri enim* pro *autem* invenies.

b *Crystallinum scutum*] Æneum scutum fuisse vult cum Apollod. Lib. II. tum & Zenob. Cent. I. 41. Περὶ τοιούτου, inquit, ὁ Περσεὺς ἀπεκεφαλισμένην, ἐς βλέπων εἰς ἀσπίδα χαλκῆν, δι' ἧς τοῦ εἴκονα τῆς Γοργόνος ἔλαβε, τοῦ χεῖρα ἔτεινε. Et Ovid. IV. Met. vers. 782. *Sed tamen horrendæ clypei, quod læva gerebat, Ære repercussæ, for-*

c telo falcato d tres fœminas virgines, scilicet ipsas Gorgones, decollabat, Sthenonem, Euryalem & Medusam: & hæ post habebant homines semiconversos in lapides. Hic caput Medusæ ablatum in hasta deferre videbatur. e De sanguine vero Gorgonum equus alatus, nomine Pegasus, nasci videbatur: qui ungula terram fodiens, fontem erumpere faciebat, qui Castalius dictus, Musis ad potum productus est.

XXII. *De Hercule.*

Hercules Jovis filius dictus est, quem in deorum collegio antiqui acceperunt, propter ejus quasi a innumeras probitates, quæ inferius per singulas depictæ sunt. Hercules enim b herocleos, quod est virorum gloria fortium. Prima igitur ejus victoria notabilis fuit, quando in nuptiis

formam aspexisse Medusæ. Cum Albrico loquitur Schol. German. *Quidam Persæum à Minervâ missum dicunt, & ab eâ clypeum vitreum accepisse, per quem videre, nec videri ab Gorgonibus posset.*

c *Telo falcato*] *Harpe*, & quidem adamantinâ, ut est apud Apollodorum. *Falx* est Hygino Astron. Lib. III. cap. 11. Nimirum ἅρπη δρέπανον interpretatur Hesychius. Schol. Hom. ad Iliad. T. vers. 350. Ἅρπη] Εἶδος ὀργάνου. Τινὲς ἐλλίνην καλέσουσι, ἕτεροι δὲ φάλιον. λέγεται δὲ ἡ δρέπανον. Hesychius: Ἅρπη, αὖλιον, δρέπανον, ἢ ὄρνιξ ἡμιθηρ καὶ λαξίνης. Lego, καὶ πινὰς ἐκλίνου. Lucianus in Dialogo Tritonis & Nereidum. Ἡ Ἀθηνᾶ δὲ ὅτι τῆς Αἰγιδος ὑπορλεύσασα, ὥσπερ ὅπλῳ καλῷ παρέχεν αὐτὴ ἰδεῖν τὴν εἰκόνα τῆς Μεδούσης. Εἶτα λαβόμενος τῇ λαιᾷ τῆς κόμης, ἐπιφέρων ἢ τὴν εἰκόνα, τῇ δεξιᾷ τὴν ἅρπην ἔχων, ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν ὠμῆς.

d *Tres fœminas virgines decollabat*] Pugnat hoc cum omnium veterum mythologiâ. Ut sola mortalis erat Medusa, ita sola etiam capite truncata. Apollodorus: Μόνη δὲ ταύτη θνητὴ Μέδουσα. διὰ τοῦτο ὅτι τῶν τριῶν κεφαλὴν Περσεὺς ἀπέκοψεν.

e *De sanguine Gorgonum*] Immo sonius Medusæ. Vide quæ annotavi ad Lactant. Argum. Lib. IV. fab. 16.

Ad CAP. XXII.

a *Innumeras probitates*] Τὰς ἀρετὰς puta. *Virtutes* melius dixisset, cum fortitudo intelligi debeat, sive fortia facinora. Justin. Lib. VI. cap. 3. *Perrò Pisandrus pro conjunctione Agesilai etiam virtutum ejus æmulator erat.* Et cap. 8. *Nec postea virtutibus, sed cladibus insignes fuere.* Ἆθλα Græci vocant, vel etiam ἄθλα, unde & *athla* Hyginus dixit cap. 30. vel antiquarius aliquis, cum lemmata capitum ab alio quam Hygino concepta videantur. *Ærumnæ* sunt Ausonio Eidyll. XIX. *labores* Senec. in Apolocynthosi. Quia autem laboriosa Herculis vita fuit, & ipse fortitudinis exemplar, inde *labor Herculeus* apud Horat. Lib. I. od. 3. *Virtus Herculea* apud Fulgent. Lib. II. cap. 5. pro Hercule ipso, idque more Græcorum. Homer. Iliad. N. vers. 248. Τὸν δὲ φρονέειν ἤρχε Ποσειδάων. Non cepit elegantiam interpres, cum vertit: *Hunc autem allocuta est potentia Idomenei.*

b *Herocleos*] Lego, ἡρώων κλέος. Fulgent. Mythol. Lib. II. cap. 5. *Hercules enim ἡρακλῆς Græcè dicitur, id est ἡρώων κλέος, quod nos Latinè virorum fortium famam dicimus.*

ptiis Centauros ibidem existentes & inebriatos, qui [c] dominas invitatas volebant violenter opprimere, clava pro majori parte mactavit; unde reliqui timore perculsi fugerunt. [d] Centauri enim, qui dicuntur esse semihomines & semiequi, denotantur homines carnali concupiscentia facti, ut bestiæ, qui virtute animi superantur. Secunda victoria Herculis notabilis fuit, [e] quia ipse pugnasse cum leone, ipsumque clava mactasse, & interempto pellem abstuliſse dicitur. quo deinde spolio incessit semper indutus, in signum victoriæ perceptæ. In quo etiam ostentatur animi fortitudo, contra quam nulla vis corporea prævalet, quæ semper spolium leonis, id est, vim virtutis defert. Tertia Herculis fortitudo est, de qua sic scribitur: Admetus Pheræorum rex Alcestim habuit conjugem: & dum [f] infirmaretur ad mortem, Apollinis miserationem invocavit; [g] cui sic respondit, nil in hoc ei posse præstare; nisi aliquis de propinquis ejus se pro illo morti voluntarie offerret. quod uxor ejus libenti animo fecit, & seipsam interemit. Quod Hercules prospiciens, & mulieris [h] tantæ fidei compassus, ad inferos descendit, & Cerberum tricipitem sibi ad ostium inferni resistentem, triplici vinctum catena, videlicet singula faucibus intorta, ab ostio abstraxit, & Alcestim ex inferno reduxit. In quo denotatur, quia ratio & virtus animi omnes cupiditates & vitia terrena devincit, & maxime vitium gulæ, quod habet tria capita: eo quod gulositas tria exigit, scilicet abundantia quantitate, assidua tem-

c *Dominas invitatas*] Uxores Lapitharum ad nuptias invitatas Pirithoi. Vide Hyg. Myth. cap. 33.

d *Centauri enim*] Emenda, *Centauris.*

e *Quia ipse pugnasse*] Lego, *quâ ipse pugnasse.* Sic mox habes: *Quarta fortitudo Herculis scribitur, quâ dicitur Hesperides spoliasse.*

f *Infirmaretur*] H. e. ægrotaret. Sæpe ita cum alii ecclesiastici scriptores, tum & vetus Bibliorum interpres. Joh. cap. VI. vers. 2. *Videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.* Cap. XI. 2. *Cujus frater Lazarus infirmabatur.* Ergo *infirmari* est ἀδυνεῖν.

g *Cui sic respondit*] Illis verbis nempe, quæ sequuntur. Illustravimus eam lectionem ad Hyg. Mythol. cap. 2. Cæterum pro *cui* reposuerim *qui* vel *qui ei.* Fulgentius in hac fabulâ Lib. 1. cap. 27. *Apollinem deprecatur est. Ille vero dixit se ei aliquid non posse præstare, nisi quis de ejus propinquis ad mortem pro eo voluntarie se obtulisset.*

h *Tantæ fidei compassus*] Συμπαθὴν, *Compatior, condoleo, congaudeo* verba sunt aliquoties à Cypriano usurpata. Vetus Interpres Heb. cap. X. vers. 34. *Vinctis compassi estis.*

tempore, grata faucibus voluptate: quæ omnia virtus superat. Et si quid ex infirmitate animi devictum fuerit, etiam ab inferis abstrahit. Quarta fortitudo Herculis scribitur, qua dicitur Hesperides spoliasse, quæ fuerant Atlantis regis Aphricæ filiæ. Hæ hortum habebant, in quo erant mala aurea Veneri consecrata, ad quorum custodiam draco nunquam dormiens positus erat. Quæ poma Hercules abstulit, occiso dracone. Nam virtus animi non potest fructum capere virtutum, nisi malitia prius interimatur, quæ jugiter vigilat in custodiam vitiorum. Quinta Herculis fortitudo est, qua hydram serpentem occidisse legitur. Fuit autem hydra, juxta fabulam, in Lerna palude: cui uno cæso capite, duo excrescebant. quam dum Hercules gladio vincere non posse se cerneret, occasione jam dicta capitum excrescentium, igne circa eam appositio illam exussit. In quo intelligitur, quod [i] lacus fuit Æmoniæ, cujus aquæ vicinas civitates vastabant: Hercules vero multa vicina loca in circuitu exussit, & sic aquæ clausit meatus. Nam & Hydra ab hydor, quod est aqua, dicta est. Sexta victoria ejus est, quam obtinuit de Acheloo: de quo fabulose dicitur, quod hic Achelous filius fuit Thetidis deæ aquarum: cui mater concesserat, ut cum adversario pugnans, quamcunque formam vellet, sumeret. qui contra Herculem secum pugnaturum formam [k] tauri sylvestris induit: cum quo diu Her-

i *Lacus Æmoniæ*] Forte *Laconicæ* scripserat Albricus. Strabo Lib. VIII. Argivorum & Mycenæorum lacum facit.

k *Tauri sylvestris*] I. e. feri. Firmicus in de E. P. R. pag. 14. ed. Leid. *In porci sylvestris speciem formamque mutatus. Ovis sylvatica* & *sylvestris* est apud Apitium Lib. VIII. cap. 4. *De condimentis ovis sylvaticæ. Ius in oviferum, hoc est, carnem ovis sylvestris* &c. Gloss. Labb. Τ'λικὸς, *sylvester, sylvaticus*. Ita & *porcus sylvaticus* dicitur à Petronio Fragm. Trag. pag. 36. ed. Blav. *Etiam vide quam porcus ille sylvaticus totam comederit glandem.* Lego, *lotam comederit glandem* h e. lautam, delicatam. Præcessit enim, *secutus est hos repositorium, in quo positus erat primæ magnitudinis aper, & quidem pilcatus, è cujus dentibus sportellæ dependebant duæ, palmulis textæ, altera caryotis, altera thebaicis plenæ* &c. Atque hæc lota illa glans erat, quam comederat aper. *Lotus* pro *lautus* archaicè dicitur, ut *coda* pro *canda* p. 39. *Quotidie pejus colonia hæc retroversus crescit tanquam coda vituli. Copo* pro *campo* p. 49. *Tanquam copo compilatus. Codex* pro *caudex* p. 57. *Codex, non mulier.* Etiam O & Au promiscuè in nummis invenit illustr. Spanhemius, ut *Fostulus* pro *Faustulus*, & alia; de quibus ipsum consule in de Numm. Præst. p. 80.

Hercules pugnando, ei tandem cornu dextrum evulsit, quod & [l]Copiæ deæ divitiarum dedicavit. Sed cum Achelous ad fluvium bibiturus accessisset, videns in aquis sibi ablatum cornu, seipsum in flumine præ dolore suffocavit. In quo intelligitur, quod Hercules fluminis, qui dicitur Achelous, & cujus eruptiones non modice agros obruebant, dum [m]alterum ejus alveum exiccasset, sua industria fertilem reddidit regionem, & sic fructuum copiam præstitit: Septima Herculis fortitudo est, de qua sic scribitur. Erat in Italia quidam latro, nomine Cacus, qui dum Hercules ad Italiam deveniſſet, & ab Euandro rege officiose receptus esset, [n]bobus advectis ex Hispania, Geryone perempto, dum Hercules boves in pascuis custodiret, & somno oppressus dormiret, Cacus eo dormiente securus exiens de spelunca, in qua latebat, plures ex bobus rapuit: quos per caudam aversos capite traxit, ne ex rectis eorum vestigiis humo pressis, quo ducti essent, deprehendi posset: quin potius illos abiisse videretur. Verum excitatus Hercules, & furto comperto, vestigia versa decernens, eaque insecutus, ad antrum pervenit, & Cacum suis cum bobus latitanten reperit: quem fumum & nebulam eructantem clava peremit, bovesque redemit. Moraliter autem [o]Cacus malus interpretatur: qui latet in spelunca, quia nunquam malitia liberæ frontis est. Hercules autem, id est virtus, malos inter-

l *Copiæ deæ divitiarum*] Vide quæ notavi ad Hyg. Myth. cap. 31.

m *Alterum ejus alveum*] Tò *ejus* delendum, ut sana sit oratio.

n *Bobus advectis*] Forte *avectis*. Ut *adducere* pro *abducere*, ita *advehi* pro *avehi* sæpe dederunt nobis librarii. Hyg. Myth. cap. 8. *Is mulierem advectam domo matrimonio suo copulavit.* Puto rectius fore *avectam*; quanquam alterum explicare utcunque conatus sum in notis meis ad eum scriptorem. Justin. Lib. XVIII. cap. 7. *Itaque adversis tanto scelere numinibus.* Malim & ibi *aversis*. Virg. Æn. II. *Fracta virescit, aversa deæ mens.* Cic. ad Brut. epist. 16. *Deos aversos esse à salute Pop. Rom.* Flor. Lib. II. cap. 6. *Aversi à Carthagine dii.* Tib. Lib. III. el. 3. *Audiat aversâ non meus aure deus.* Si quis tamen vulgatam lectionem asserere velit, adducere possit illud Propert. Lib. I. el. I. *Cum tamen adversos cogor habere deos.*

o *Cacus malus interpretatur*] Κακὸς. Loquitur cum antiquo Bibliorum Interprete. Judic. cap. XII. vers. 6. *Dic Schibboleth, quod interpretatur spica.* Joh. cap. IX. 7. *Vade, lava in natatoriâ Siloe, quod interpretatur missus.* Cæterum dubium non est, quin respexerit Fulgentius Albricus, cujus illud est cap. 6. Lib. II. *Κακὸν enim Græcè malum dicimus.*

p *Alium*

terficit, & sua vendicat. sed Cacus fumum & nebulam emittit, quia visui nocent: quia malitia semper occultas deceptiones molitur. Octava Herculis victoria scribitur, qua [p] alium malum nomine Diomedem mactavit: qui hospites advenas benigne recipiebat: & illis hilariter ministrabat, vinoque condito inebriebat: dumque gravi somno essent oppressi, illos occidebat: & equabus suis in pastum præbebat. Quo comperto, illuc Hercules accessit, [q] & illum clava peremit, ipsumque in pastum eisdem suis equabus apposuit. In quo notatur, qualiter virtus [r] omnium maculam superat, & eadem pœna punit vitium, in quo delinquit. Nona Herculis hujusmodi scribitur victoria: Antæus erat gigas, filius Terræ: cui mater concesserat, ut, quotiens terræ prostratus [s] occumberet, viribus duplicatis exurgeret. Cum hoc Hercules pugnat in lucta, eumque bis prosternens, comperit illum exurgere fortiorem. unde illum brachiis apprehendens, elevatum à terra constrinxit ad pectus: & tam diu tenuit suspensum, donec deficiens expiraret. Ponitur autem [t] Antæus sub forma libidinis. nam ἀντίον Græce, Latine contrarium sonat. Et nascitur libido de terra, quia de carne concepta. Et tactu terræ fortior redditur: quia libido tactu validior excitatur. Sed à glorioſa superatur virtute; quia denegato tactu ad altiora virtutum mens elevata, libidinis concupiscentiam extinguit. Decima victoria eidem Herculi ascribitur de apro. Erat enim aper terribilis in [u] regione Calydoniæ, qui non solum segetes devastabat, sed occurrentes homines dentibus lacerabat. Contra hunc procedens Hercules, & diu cum eo pugnans, illum tandem clava mactavit: & quem plaustrum jugatis

p *Alium malum*] Tollius ad Palæph. p. 165. ex MS. Voss. *altum centaurum*; & mox *lautè*, pro *hilariter*.

q *Et illum clavâ*] *Et centaurum clavâ* idem ex eodem MS.

r *Omnium maculam*] Etiam hunc locum ex MS. Vossiano emendatum it Tollius: *Omnem malitiam superat, & eadem pœnâ punit iniquum, in quo delinquit.* Mihi præterea pro in *quo* legendum videtur *in quâ*.

s *Occumberet*] Malim *succumberet*.

t *Antæus sub formâ libidinis*] Etiam ista habet ex Fulgent. Myth. Lib. II. cap. 7. quem vide, si tanti putes.

u *Regione Calydoniæ*] Immo *Arcadiæ*. Vide quæ annotavi ad Hygin. Myth. cap. 30. Alius fuit aper Calydonius, de quo idem Hyginus cap. 33. Anton. Liberal. cap. 2. & Ovid. Met. Lib. VIII.

Unable to display this page

dierat de fortissimis illius viribus, rogavit eum, ut, quia fessus erat cœlum sustinendo, ipsum aliqnanto juvaret, donec quiesceret. quod Hercules libenter annuit, & humero suppositο, cœlum sustinuit. In quo intelligitur, quia ipse Atlas [b] astrologus peritus fuit: & ideo cœlum dicitur sustentasse, & sidera cadentia cœlo reposuisse. Hercules etiam fuit astrorum artis multum edoctus, qui scientiæ comprehendendæ [c] plenus gratia ad ultimos terræ fines accessit: & cum eodem Atlante de scientia conferens, illum in aliquibus juvit, opemque impendisse fertur ad cœlum sustentandum.

XXIII. *De Cerere.*

Ceres dea inter omnes deos deasque veterum [a] ultimo in ordine posita est: eo quod ejus suffragium omni humanæ vitæ [b] potissime veterum esse videbatur. Dicitur enim dea frumenti & segetum, ac generaliter omnium seminum ac frugum, quæ terra producit, sine qua specialiter natura deficeret: ideoque taliter pingebatur. Erat enim in figura matronæ præcinctæ, & pannis & calceis admodum rusticanæ: sedens super bovem, qui est animal culturæ deputatum: quæ manu dextra habebat ligonem, ad terram vertendam; & brachio habebat appensum calathum cum seminibus. Ab ipso quoque latere dextro habebat duos agricultores, quorum unus ligone terram vertebat, & alius semina spargebat. In manu vero sinistra Ceres tenebat falcem messoriam, & baculum ad terendum frumentum: à quo etiam latere erant duo

b *Astrologus peritus fuit*] Servius ad illa Virgil. Æn. IV. 745. Docuit quæ maximus Atlas. *Hic* (Atlas) *quod annum in tempora diviserit, & primus stellarum cursus vel circulorum, vel siderum transitum naturasque descripserit, cœlum dictus est sustinere, quia nepotem suum Mercurium & Herculem docuisse dicitur; unde & Hercules cœlum ab Atlante susceptum sustinuisse narratur, propter cœli scientiam traditam.*

c *Plenus gratia*] Lego, *plenioris gratia.*

Ad CAP. XXIII.

a *Ultimo in ordine*] Leg. *Ultima in ordine.*

b *Potissimè veterum*] Hæc corrupta procul dubio. Fort. *Potissimum veteribus.*

duo alii agricolæ, quorum unus metebat, & alius frumenta baculo triturabat. Erat ergo Ceres inter duas arbores pomis onustas. Latere vero dextro desuper erat Juno dea nubium, imbrem spargens per sata. A sinistro vero erat Apollo, id est sol, suis radiis segetes exsiccans metendas.

FINIS.

INDEX AUCTORUM,

qui à Fulgentio laudantur.

ANacreon antiquissimus auctor. 57.
Anaximander. 45.
Anaximenes qui de picturis disseruit. 107.
Antidamas in moralibus. 182.
Antidamas Heracleopolites in Historiâ Alexandri Macedonis. 168.
Antiphon. 45.
Aphricanus Iatrosophistes. 122.
Apollophanes in Epico carmine. 35.
Apulejus in libris Metamorphoseon. 113. 179.
——— In Asino aureo. 175. 180.
——— In libro de Republicâ. 180.
Aristophontes Athenæus in libris, qui Dysarestia nuncupantur. 116.
Aristoxenus in Lindosecemiarum libro. 81.
Artemon. 46.

B.

Battiades. 132.
——— In Paredris. 142. *Bacis* dicitur p. 169. Et videtur ita etiam locis duobus prioribus scribendum. Præter Suidam & Aristoph. Schol. pag. 588. Ed. Caldor. de tribus Bacidibus mentionem & Ælianus facit Var. Hist. Lib. XII. cap. 35.
Beatinius augur. 96.
Bebius Macer. 171.

C.

Callimachus in Cæciâ. 180.
Callimorphus in Pisæis. 180.
Calphurnius in Phronesi comœdiâ. 177.
Campester in Catabolicis. 142.
Carneades in Telesiaco libro. 145.
Chrysippus de Fato. 28. *Forte is liber est, quem* Περὶ Εἱμαρμένης *ab eo scriptum laudat Antimachus in præfatione in Sibyllas.*
Cincius Alimetus in Historiâ de Gorgiâ Leontino. 172.
Cornelius Tacitus in libro Facetiarum. 183.
Crispinus in Heracleâ. 178.

D.

Dardanus in Dinameris. 142.
David Propheta. 66. 146.
Democritus in Physiologumenon. 120.
Demosthenes pro Philippo. 174.
Dionysius in Græcis articulationibus. 154.
Diophantus Lacedæmonum auctor. 28.
Diophantus Lacedæmonius de Sacris deorum. 170.
Dromocrides in Theogoniâ. 96.

E.

Ennius in Alcestide comœdiâ. 175.
Epicharmus Comicus. 104. 111.
——— In Diphilo comœdiâ. 48.
Euxemenes in libro Θεολογικῶν. 47.
Euripides in Tragœdiâ Electræ. 112.
——— In Tragœdiâ Ephigeniæ. 149. Ita corruptè pronunciabant, pro Iphigeniâ, ut in notis meis ostendi: quibus & hoc addi potest, eadem ratione *absentium* posteriori ævo dici cœptum pro *absynthium*. Primasius in Apocalyps. Joann. Lib. III. p. 71. Ed. Euchar. *Et nomen stellæ dicitur absentius, vel sicut alibi dicitur, absentium. Et facta est tertia pars aquarum sicut absentium.*

F.

Felix Capella in Nuptiis Mercurii & Philologiæ. 181.
Fenestella. 183.
——— In Archaicis. 106.
Flaccus Tibullus in Helenæ comœdiâ. 177.
Fonteius in oratione pro Nucerinis. 169.
Fulgentii liber Physiologicus de medicinalibus causis, & de septenario ac novenario numero. 149.

G.

Galbius Bassus. 179.

H.

Hellanicus in Dios Polytychiâ. 36.
Heraclius. 36.
Hermes Trismegistus. 127.
——— In Pimandre libro. 48.
Hesiodus in Bucolico carmine. 102.
Homerus. 41. 103. 107. 111. 120. 146. 148. 164.

I.

Juba in Physiologis. 72.
Juvenalis. 81.

La-

L.

Labeo, interpres Tagetis & Bacidis. 169.
Livius poëta. 59.
Lucanus. 59. 183.
Lucilius. 177.
Lucretius comicus. 184.

M.

Manilius de deorum Hymnis. 172.
Marcus Cornutus in Satyrâ. 175.
Memor in Tragœdiâ Herculis. 177.
Menander in disexapaton comœdiâ. 102.
Mintanor Musicus κρεμαλοποιῶν libro. 32. Quid κρεμαλοποιὸς esse dicant in notis meis invenies. Verum cum minus quadret heic illa significatio, videtur per κρεμαλοποιὸς intelligi voluisse μελοποιός. Certè κρεμάσαι & μέλος tanquam συνώνυμα usurpat Aristoph. Scholiastes in Plut. Act. II. sc. I. Τὸ δὲ, inquit, ἐρεπλαισιὸ μέλος ἐστὶ κρεμαλιόν ἐστι. Ergo κρεμαλοποιὸς dictum, ut διθυραμβοποιὸς apud eundem Scholiasten, cum Philoxenum vocat διθυραμβοποιόν.
Mnaseas. 168.

N.

Nævius in Philemporo comœdia. 176.
——— In Diobolariâ. 180.
Nicagoras in Dissthemistheâ libro. 80.
Numa de Pontificalibus. 174.

O.

Orpheus in Theogoniâ. 126.
Ovidius in Metamorphoseon. 83.

P.

Pacuvius. 179. In Pseudone comœdia. 173.
——— In Tragœdiâ Thyestis. 183.
Pammachius. 178.
Petronius Arbiter. 32. 80. 124. 126. 180. 181. 182. 183.
——— In Eustion. 156.
Philocrus. 45.
Plato. 147.
——— In Moralibus. 76.
Plautus. 178. 180. 182.
——— In Trinummo. 68.
——— In Cistellariâ. 162.
——— In Bacchide. 178. 179.
——— In Asinariâ. 177.
——— In Curculione. *ibid.*
——— In Mercatoris comœdiâ. 173.
——— In Cacisto. 174.
——— In Casinâ. 175. 182.
——— In Milite Glorioso. 181.
——— In Vidulariâ. 182.
Porphyrius in Epigrammatis. 72. 158.
Propertius. 176. 179.

Q.

Quintus Fabius Lucullus in Epico carmine. 178.

R.

Rabirius in Satyrâ. 183.
Rutilius Geminus in Astyanactis Tragœdiâ. 171.
——— In libris Pontificalibus. 172.

S.

Salomon. 69.
Sallustius. 147.
Serapion Ascalonites, 46.
Sosicles Atticus in libro Theologumenon, 111.
Sosicrates Cigizenus in libris Historiæ 87.
Stesimbrotus Thasius de morte Polycratis. 168.
Sutrius comœdiarum scriptor. 124.
Succius in comœdiâ Piscatoriâ. 181.

T.

Tages in Aruspicinis. 181.
Terentius. 18. 70. 86.
Tertullianus de Fato. 174.
Thales Milesius. 89.
Theocritus Antiquitatum scriptor. 59.
Theophilus Philosophus. 96.
Theophrastus in Moralibus. 69.
Theopompus in Cypriaco carmine. 36.
Tiberianus. 62. 183.
——— In Prometheo. 120.
——— In Libro de Socrate. 154.

V.

Varro. 170.
——— In Mysticorum libro. 172.
——— In Pontificalibus. 173.
——— In Corollariâ. 180.
Virgilius. 8. 90. 105. 173. 178.
——— In Georgicis & Bucolicis 104.
——— In Sexto Æneid. 128.

Z.

Zenophanes Heracleopolites. 47.

IN-

INDEX
RERUM & VERBORUM
Quæ in commentariis utriusque voluminis maximè visa sunt memorabilia.

Numerus barbarus paginas, sed Romanus II. sicubi additus visatur, Tomum secundum, literæ a & b columnas designant.

A Pro *ex* 87. a.
Abdicare pro *repudiare* II. 17. a.
Abjectis ministeriis pro *abactis ministris* 181. a.
Abjicere partum, idem quod *abigere* II. 262. b.
Abjurgare quid 169. b.
Abscidere posterioris ætatis scriptoribus familiarissimum II. 111. a.
Absconsus an rectè dicatur II. 54. b. *Absconsè* adverbium an probum 257. a.
Absyrtus oppidum; item fluvius Colchorum 61. b.
Acacallis Mileti mater 41. b.
Accerso pro *arcesso* inveteratus error 142. b.
Acer quidnam proprie 40. a.
Acestes & Acestus, Iobates & Iobatus, Zetes & Zetus veteres dixere 217. a.
Achæi duplices II. 203. b.
Achilles invulnerabilis, à matre in Styge palude tinctus 169. a.
Activa olim quæ nunc deponentia 278. b.
Actus pro *exactus* 374. a.
Acumen, Acuminare 433. b.
Acupedius quid 42. a.
Ad pro *apud* 187. b.
Ad pro *contra* Virgilio aliisque 94. a.
Ad pro *ob* usurpatum 144. b.
Ad cum pro *contra eum* 147. a.
Ad & in loco & ad locum significat 135. a.
Adamantina *pro* Chalybea 59. a.
Adamas *quid?* 59. a. textus Adamas. *ibid.*
Ad cervicem versus 435. a.
Ad constitutum 219. b.
Adicere, conicere, subicere cum simplici *i* II. 117. b.
Adjectiva in *bilis* desinentia sæpe activè sumuntur II. 79. a.
Ad Italiam venire 313. b.
Administrare sementem 363. a.
Admissum pro *peccatum* II. 228. a. & 413. a.
Ad propria, ad sua quid II. 242. a.
Adonis quomodo matrem ultus 107. a.
Adrasti equus longe velocissimus 122. a.
Adverbia locorum pro Relativis Pronominibus ponuntur etiam ab optimis scriptoribus 17. a. & 377. b. Adverbium pro Relativo Pronomine positum 285. a.
Adserere manu quid II. 33. b.
Aëna *absolutè*, sicut Græcè χάλκεια 63. b.
Ægipan, semicaper 226. b.
Ægyptii quomodo hominem imperitum denotarint II. 130. a.
Ægyptus in inferiori parte Nili insula vocari potest 333.
Ægypius cum matre concumbit II. 240. a.
Æsculapius imberbis II. 322. a.
Æs Corinthium 166. a.
Æthica utrum nomen Hesperidos 2. a.
Æta Solis filius pro Æeta 58. b.
Æther & dies ex nocte 2. a.
Æthesiæ per diphthongum Æ 366. a.
Æthos pro Aëthos 77. a. Æthon & Xanthus Solis equi 256. b.
Affectare quid II. 2. b.
Agamemnonis filiæ quatuor 158. a.
Ælurus, felis sive catus 404. a.
Ænaria an eadem cum Inarime 186. b.
Ænigma, obscuriloquium II. 7. a.
Agamemnon superbè in Dianam loquitur 157. b.
Althæa & Themis Jovis nutrices 254. a.
Albunea 15. b.

Alexandrini molles II. 15. b. unde *Pellæi* dicti *ibid.*
Alio Ἀρχαϊκῶς pro alii II. 139. b.
Alligare impetum alicujus, pro *tardare* 260. a.
Alludere argutiam II. 205. a.
A longe, de longe 311. a.
Alter pro non bono aliquando ponitur 286. b.
Alterna mors 133. a.
Amalthea & Melissa Jovis nutrices 207. a.
Amatorium absolutè 81. b.
Ammiscere pro admiscere 74. a.
Ammissus pro admissus 74. a.
Amor nimius apud antiquos *fœmineus* dictus 128. b.
Amphiaraus unus ex Argonautis 43. b.
Ἀμφιαρεῖα, ludi 125. a.
Amphimachus inter Græciæ principes 134. b.
Amphipolis urbs 107. b.
Amphis Poeta Comicus 356. b.
Amphitrite 9. a.
Ampycus 46. b.
Amycus Neptuni & Nymphæ Melies filius 53. a.
Andromeda Ceto objecta 375.
Angina morbus pecorum II. 7. a.
Anguicia quid 66. a.
Anii regis Deli filiæ II. 277. a.
Anima cœli pars, corpus terræ, umbra inferorum II. 81. b.
Antecanis 410. b. an Canicula *ibid.*
Antiope II. b.
Antiopa Nyctei regis filia stuprata 24. a.
Antiopa Amazonum Regina 75.
Æolensium plurimi Bœotii fuere II. 20.
Anquira, Quirinus, Quillenius pro *Ancyra, Cyrinus, Cyllenius* II. 328. b.
Ἄπια Peloponnesus unde dicta 213. a.
Apollo quare dictus Phœbus II. 303. b. pestilentiæ auctor 182. a. fatis præest II. 40. b. Apollo Lycius quare sic dictus II. 43. a. Apollinis servitus & ejus causa 97. a. cur Laurus ei consecrata II. 46. a.
Applodere terræ 192. b.
Appositiones Hygino familiares 209. a.
Aquila cur signum militare factum II. 58. a.
Ἀφλαστα quid 56. a.
Aquila auspicata, pro, quæ in auspicio apparuit 387. a.
Aquimanarium Jurisconsultis, *pro*, urna 448. b.
Aratra cur in fumo suspensa II. 9. b.
Arati & Hygini de motu solis sententia 476. b.
Aræ signi cœlestis varia nomina 412. a.
Arbiter pro Judice II. 21. b.
Arbor ficuum immatura 413. a.
Arcadicum ac Medinum sapere quid II. 148. a.
Archaïsmus 22. a. Archaismum affectare cacoëthes inferioris ævi scriptorum II. 14. a.
Archenor Niobes filius 30. a.
Arestor 37. a.
Arctos, Arcticos, nominandi casu 425. b.
Aretias *Insula* Martis 56. b.
Argenti & auri inventores 327. a.
Arges Cyclops 2. b.
Argi an patria Nirei 156. a.
Argo navis ab oppido, ubi fabricata est, ita appellata 411. b.
Argonautæ cum Stymphali avibus congressi 56. b. eorum Dux. 47. b.
Argus canis 191. a.
Argus pelle taurina coopertus 37. a.
Arionem quo vexerit Delphinus 374. a.
Ariolari soporis nugas, quid II. 4. a.
Ἅρμα quid 125. a.
Armentum etiam quilibet bos 178. a.
Artes secundæ II. 131. a.
Argyope 22. b.
Ascendere immortalitatem 13. a.
Aspirationes posterioris ævi 119. a.
Astræus unus è Titanibus 8. b.
Atalanta Schoenei & Atalanta Iasii filia 245. a. *Aura* nomen canis II. 250. a. aureum monile ex gemmis 237. *Aura repensus* 169. a. Auri & Argenti inventores 327. a. Atalantæ duæ 258. quorum filiæ 159. a. Atalanta Iasii filia expeditioni in aprum Calydonium interfuit 259. a. eam cum Hippodamiâ confundit Statius 259. a.
Athenæum pro *Athenienses* II. 15. a.
Athenienses arx mons Pandionius à Pandione Rege dicta 96. b. Athenienses tributum humanum in Cretam mittunt 90. a.
Athla *quid* 70. b.
Atlas inter Titanes 8. a.
Atlas ex quibus natus 2. b.
Atlas cujus filius II. 328. b. cur cœlum portet II. 329. a.
Attaminare utrum Latinum 277. a.
Attici sales II. 3. b.
Avaritia hominum, non Deorum vitium 383. b.
Audibat, insignibat, pro *audiebat, insigniebat*, Archaïsmus Poetis quam Hi-

Historicis & Oratoribus usitatior 11. 16. a.
Audire pro *obtemperare* 141. a.
Augeas 40. b. 73. a.
Autolycus *fur* 172. a.
Axenus quid & unde 5. a.

B.

B & *v* crebro inter se commutantur 11. 306. b.
Bacchatio 21. a.
Bacchus unde dictus 254. b. unde Lyæus dictus 11. 92. b. femori Jovis insutus 251. b. quare nudus 11. 321. b. quare coronam & vitem habeat 11. 321. b.
Βάεχθεγν 11. 32. b.
Βάσεις Græcis interdum pedes 419. b.
Bellerophon 13. a.
Bellum gerere *in Hispaniam* 11. 272. b.
Bibere in auro pro *ex auro* 325. b.
Biblia, æ, Pascua æ 11. 138. b.
Bimaritus 11. 5. a. Bivira *ibid.*
Bisaltæ Scythiæ populus 264. a. aliis Thraciæ, vel Macedoniæ 264. a.
Blanditiarum & honoris vocabula 11. 2. b.
Bocas genus piscis, unde dicatur 11. 218. b.
Bolis quid 272. a.
Bonitas formæ 24. b.
Borus quid 253. b.
Bovis pro *bos* apud antiquos 205. b.
Brachium late sumptum, ut & humerum comprehendat 136. b.
Bractcamentum quid 11. 140. b.
Breviloquium, minutiloquium 11. 27. b.
Bromius est Bacchus 254. b.
Bubo, mali ominis avis 11. 225. a.
Buchananus mediam in *saluber* perperam corripit 162. a.
Bullatus 11. 24. a.

C.

C cum *g* quare confuderint librarii, in causa fuit Pronuntiatio 301. a.
Caduceus Mercurii 11. 306. b.
Cæneus duplex 44. a.
Calantica 189. a.
Calciatus, *Calciamentum* deterioris ævi 31. a.
Calorare quomodo dictum 11. 270. a.
Callere carminibus satis Latine dicitur 191. b.
Calliope à facundia dicta 191. b.
Canis stella, Canicula dicta 419. a.
Calydnæ Insulæ 202. a.
Camicus Siciliæ urbs 93. a.
Canopus, *stella* 406. a.
Cameli pellis gestamen Prophetarum 37. a.
Capricornus quot stellarum 447. a.
Carbaseus, *Carbasinus* & *Carbasineus* à Carbasus 119. b.
Cariæ duæ 41. a.
Caruit vita i. e. mortuus est 11. 234. b.
Carmentis unde ita dicta 336. a.
Carmenæ Deæ quænam 336. a.
Caron *pro* Charon ex usu veterum scriptorum 48. a.
Carpere pro *discerpere* 225. b.
Cassare verbum barbarum 11. 17. a.
Castor & Pollux Oebalidæ 39. a.
Causa sæpe quælibet αἰτίασις dicitur 222. b.
Ctimene 35. a.
Cedria quid 205. a. & unde dicta. *ib.* b.
Centaurus sidus quot stellarum 457. a. an Chiron 456. a. Centauri 80. a.
Cerambyx 11. 238. a.
Ceres quasi Geres dicitur 11. 41. a.
Certamen Marsyæ & Apollinis tibiis, Panis & Apollinis fistula 269. a.
Chalcida *pro* Chalcis, Elida *pro* Elis 257. b.
Chalcidica quid 258. a.
Chelæ etiam *Cornua* appellantur, & *Forficulæ*, & *Furcæ* 442. b. quot stellarum sint 443. b.
Chirurgia unde dicta 328.
Choragium 11. 114. a.
Chimæra libidinis symbolum 11. 105. a.
Chimæra & ejus descriptio 104. a.
Χρυσόπαῤῥος 110. b.
Chrysomallus Aries 18. a. ex quo genitus. *ibid.*
Cicero quare Academicus Rhetor dictus 11. 5. b.
Citharam *versare* quid 236. a.
Cinctus, *incinctus* quid significent 11. 120. a.
Cinctus viri cultu 27. a.
Ctnyras Assyriorum Rex 105. b.
Circus vox Græcanica 279. b.
Citheron mons 25. a.
Circe post mortem Marica 11. 289. b.
Circe cur *Ææa* dicta 194. a.
Cius insula & fluvius 45. b.
Cleio, Beroë, Oceanitides 7. a.
Cleodoxa 30. a.
Clonius inter Priamidas 176. a.
Cypeus & *Clypeus* dixere olim 319. b.
Circus vitalis pro Zodiaco 11. 5. b.
Coda, *cloftra*, *copo*, *plodo* pro *caudâ*, *claua*

claustrâ, campo, plaudo 193. a.
Cœlestium nodus 449. a. 450. a.
Collactaneus & *collactem* ut differant 292. b.
Collis Quirinalis unde dictus II. 290. a.
Combustio etiam est sepultura 123. b.
Cometes i. e. stella comans. sidus crinitum 271. b. mala portendit 272. b.
Commeatus 309. b. & 310. a.
Commendare quid 151. b.
Committere sacra quid II. 34. b.
Compositum verbum pro simplici II. 156. b.
Composita cum *Com*, *Con* & *Co* 262. b.
Concha cur Veneri adscribatur II. 205. b.
Configere *pro* vulnerare 56. b.
Conflagrare olim etiam activæ significationis 251. a.
Conjector quid II. 4. a.
Conjugium pro Concubitu II. 219. b.
Conjunctio pro Conjugium II. 117. b.
Conjunctivus pro Indicativo II. 6. a.
Connubium 34. b.
Consequi pro assequi 259.
Consumptus pro *devoratus* 302. a.
Contentio obscœna inter Liberum & Priapum 398. b. & 399. a.
Continentia de eo quod continetur dictum II. 137. a.
Continens pro *continuus* 136. a.
Contingere portus 49. b.
Corinens, *Caren*, *Cronos*, pro *Corinetus Caren*, *Chronos* 15.
Corintho exul *loquendi formula* 65. b.
Cornea organula II. 11. a.
Corona Glaucæ à Medea data, non Palla 65. a.
Corona, sidus 475. b.
Cornucopia 77. b. II. 253. b.
Corsica *insula* etiam Corsis dicta 334. b.
Cortina 79. b.
Cortinipotens Apollo quare dictus 210. a.
Corybantes 207. b.
Coryna urbs Joniæ 44. b.
Cotus pro Cotys 283. a.
Crementum II. 99. a.
Crena quid II. 123. a.
Crepusculum pro diluculo II. 8. a. 114. b.
Creteus Minois filius 30. b.
Creticus & *Cretæus* à *Creta* 249. a.
Crimen pro Criminatione 54. b.
Crimisus, *fluvius* 323. a.
Crines Berenices quid 400. b.
Crioneſus, arietis Insula, sicut Macroneſus &c. 264. a.
Crucifigere apud meliores scriptores non invenitur 374. a.
Culpas vestire II. 101. a.
Cullicnlum quid II. 307. b.
Cupiditas pro amore II. 213. b.
Cybeles descriptio & ejus apparatus II. 316. a.
Cyclades insulæ & earum numerus 335. a.
Cyclopes sagitta Apollinis occisi 97. b.
Cyclopes faciunt Jovis fulmen 97. b.
Cycnus Neptuni filius 171. b.
Cynosura Jovis nutrix 21. a.
Cyrene Nympha, aliis Asteria 38. b.
Cytisorus idem qui Cytorus 20. a.
Cyzicus Urbs & Insula olim Dolionis dicta 52. a.

D.

Danaë imbre aureo corrupta 110. b.
Dare veniam h. e. concedere quod petitur 93. b.
Dativus pro Ablativo 171. a. pro accusativo 51. a.
Dascylus Rex 47. a.
De Præpositio eleganter abundans II. 57. a.
De sub II. 118. a.
Deam esse fecit, genus loquendi 218. b.
Decentere pro *luxare* 105.
Defœdus utrum Latinum 277. a.
Deformatio pro *forma* 344. a.
Deflucre quid 107. b.
Defraudare pro diminuere 144. a.
De hac absolvam genus loquendi 366. a.
Deintus, *deforis* II. 177. a.
Delos insula tripliciter appellata 101. a. & 209. a.
Delphin quare *Musicum signum* dicatur 436. a.
Delusus pro descriptus II. 3. b.
Deiphobe Glauci i. e. filia, figura in quibus usurpetur 133. b.
Demandare, *mandare* quomodo interdum sumantur 123. b.
Demogorgon quis II. a.
Demosthenes cum cæteris erant pulsi, *formula loquendi* 194. a.
Denique h. e. ut verbo absolvam II. 17. a.
Denominatio fit à potiore sexu 230. a. quod nec Græcis ignotum 230. b.
Deoptare 269. b.
Depalare, pro *propalare* II. 82. b.
Deponentia verba active usurpata II. 10. b.
Deponentia passivè usurpantur etiam ab optimis scriptoribus 278. b.

De-

Deputare pro adscribere, adsignare II. 46.
Desultores cur ita dicti 133. a.
Διάβασις quid significet 37. b.
Detexere pro *texendo* absolvere 191. a.
Desistere pro *dimittere* II. 114. a.
Destinare pretio II. 87. b.
Deucalioni quæ tribuuntur maximam partem conveniunt Noacho 223.
Devirginare 6. b.
Dextera caussa est 17. a.
Dinoscere II. 3. a.
Διατολή 54. b.
Dia Insula primitus *Strongyle* vocata 92. b.
Diana matri simul ut nata est obstetricis officium præstat 209. b.
Diana sanguine gavisa 180. *Aricina* dicta II. 21. a. II. 27. b. ejus numen tribus insigne capitibus II. 308. b. cur virgo II. 309. a. pluribus nominibus appellata fuit II. 309. a. Diana Orthia, Taurica 315. b. ejus Ara apud Scythopolitas 314. b.
Dicere ad alterutrum, *genus* loquendi II. 9. a.
Dignitas etiam formæ muliebri tribuitur 167. b.
Dignitas virorum, *Venustas* mulierum 140. a.
Diligentius navigare i. e. accuratius 361. a.
Diespiter, idem qui Ditis pater 91. b. 106. a.
Dioscorias urbs & ejus conditores 332. b.
Discrepantia veterum in numeris stellarum 460. a.
Discere fidibus, Lyrâ 370. b.
Dispnere pro *despuere* & *distruere* pro *destruere* 108.
Diræ in cœlo, *Furiæ* in terris, *Eumenides* apud inferos II. 39. b.
Domicilii vox non adeo recens 350. b.
Domnus, *domna* etiam dignitatis vocabula II. 314. b.
Domuitio 185. a.
Domum repetitio 179. a.
Domus pro patria apud Latinos II. 241. b.
Domo, dandi casu 25. a.
Donificare, *votificare* 174. b.
Doto nomen Nereidis 6. a.
Draco custos aurei velleris unde natus 12. a. unde dictus 12. a.
Δρέμων quid II. 178. b.
Δρύοπ@- 38. b.
Duncella, *virecta*, pro *Dumeta*, *virecta* II. 12. a.
Duo, pro *duos* ἀρχικῶς 372. b.

E.

E & i litterarum apud antiquos cognatio 42. b.
Ebrietas secreta recludit II. 321. a.
E contra, pro è *regione* II. 47. a.
Effluere *active* 28. a.
Ejicere pro *luxare* 104. b.
Electrum unde dictum 223. a.
Eleusis Atticæ regionis urbs 219. a.
Elidere pro *dejicere* II. 158. b.
Elidere pro frangere 104. b.
Elogium quid II. 30. a.
Ellipsis II. 1. a. & 2. a. Ellipsis Accusativi reciproci etiam politissimis usitata 60. b. Ellipsis Conjunctionis causalis II. 204. a. Ellipsis elegans 124. b.
Eloqui, *edicere*, pro *loqui*, *dicere* 227. a.
Eloquentiæ Deus Mercurius II. 307. b.
Emirari II. 251. b.
Emolumentum negotii, i. e. profectus, lucrum II. 1. b.
Empusa 173. b.
Enaria unde dicta 186. b.
Ἔνσυμα 38. a.
Endymion à Luna adamatus 318. a.
Enthecare verbum fictum ab *entheca* II. 18. a.
Enthecatus pro polito & phalerato II. 18. a.
Ephyre urbis, Ephyræa regionis nomen est 333. b.
Epitritus quid II. 128. b.
Epogdous quid II. 128. b.
Epomphalia quid II. 74. b.
Epulari etiam cum ablativo construitur II. 252. b.
Erebus & Nox ex Chao I. a.
Equorum Solis nomina 256. b.
Equi Cleosthenis à celeritate Coraces dicti 253. a.
Equi ob velocitatem ventorum nomine insigniti 138. a.
Eriphia Bacchi nutrix 254. b.
Ero, Argo, Callisto desinunt in *us* in gignendi casu II. 108. a.
Erymanthus 72. a.
Ἑστίᾳ cur pro natura muliebri ponatur 114. b.
Es terminata in Græcis nominibus brevia

via, & quare 289. a. ut & in Latinis apud quosdam 289. b.
Esse, comesse, pro *edere, comedere* 206. a.
Est quærens, Hellenismus 69. b.
Εὐδαίμονες qui II. 144. b.
Evincere laborem, pro *vincere* II. 217. b.
Euneus quare ita dictus 57. b.
Eunomia Charitum mater 10. a.
Eunice Nereis 7. a.
Eurybatæ duo in Græcorum exercitu 156. a.
Eurydice Dryadum una 234. a.
Eurystheus Junonis instinctu Herculi imperat athla illa decantatissima 361. b.
Ex accidentia II. 150. a.
Ex Ephyrâ Periander, ex Lacedæmone Chilon formula loquendi 152. b.
Exequi pro *exigere* 107. a. 125. a. pro *ulcisci* 106. b.
Ex gemmis facere quid 124. b.
Exhibere II. 209. a.
Exiliare 66. a.
Exire, pro evadere 137. b. *Exire de virgine* 61. b.
Expeditio in aprum Calydonium 259. a.
Expiare sterilitatem *quid* 67. a.
Explicare pro *alicunde eruere* 261. b.
Expostulare 112. a.
Extraneus II. 262. a.
Extorquere, decutere, excutere, pro *luxare* 105. a.
Exulari, *pro* in exilium mitti 66. a.

F.

Fabra ars 328. a.
Fabula de Hercule suppositio 418. a.
Fabula de Ino 14. b.
Facelitis quid 316. a.
Facies pro Figura aut Forma 192. a.
Facunditas vox rara. Sic apud veteres *disertitas, dulcitas* &c. 346. a.
Famosus 64. b.
Farsum vetustissimi dixerunt 192. a.
Fassa quid 95. a.
Fastigare II. 26. a.
Fata pro Vaticinio II. 78. b.
Fatalis pro causa exitii 84. a.
Favillescere II. 152. b.
Femur etiam pudenda notat 251. b.
Feriatæ aurium sedes pro *vacuæ* II. 3. a.
Ferire frontem quid II. 22. b.
Fertur ut sit, genus loquendi 362. a.
Fercula quid 212. b.
Filiæ solis 1. b.
Filiorum appellatione quando nepotes contineantur, quando non 20. a.
Fines medii 135. b.
Fistulæ aquæ 241. a. etiam *Tullii* dictæ *ibid.*
Flores unde & cur ita dicti 108.
Flumina nectere & alligare undas 181. a.
Fratres pro fratre & sorore 230. a.
Frondis apud antiquos Nominativus 205. b.
Fructificare quomodo accipiatur II. 60. a.
Frustro, as, activè 161. a.
Frutecta II. 9. b.
Formæ passivæ quæ sunt apud Græcos, activè sumuntur Atticè 54. a.
Formido ex Marte & Venere genita 220. b.
Fortuitu pro *fortuito* 393. a.
Fortunam sui cuique mores fingunt II. 145. a.
Fovela à *foveo*, sicut *cautela* à *caveo* II. 56. b.
Fugæ præsidium 393. a.
Fulcralia quid 325. b.
Fulgetra quid 255. b.
Furia pro furore II. 31. b.
Furiâ acceptâ quid 170. a.
Furiæ tres II. 314. a.
Furiarum numerus 1. b.
Furiæ, Gigantes, & Meliæ unde nati 3. b.
Furo activè sumptum 160. b.

G.

Galerus, Petasus, Umbella II. 54. a. & II. 307. a.
Gallus cur Mercurio dicatus II. 307. a. cur Apollini, *ibid.*
Gargaphie fons 252. b.
Γάστρα quid 171. a.
Gemere etiam pro luctuose canere
Geminare noctes 70. a.
Genii iidem qui *Indigetes* 208. a.
Genitivum nomen II. 259. a.
Γῆρας 10. a.
Gerere bellum *in aliquam regionem* II. 272. b.
Gerere procum, civem, bonum II. 67. a.
Germinare, pullulare cum accusandi casu II. 45. a.
Geryon trimembris 12. b. Græcis est Γηρυόνης *ibid.* Ejus biceps canis II. 328.

Getæ ſunt Gothi 11. 6. a.
Gigantes alii à Titanibus 3. b. eorum varia nomina 4. a. 11. 192. b.
Gigantes, Furiæ & Meliæ, unde nati 3. b.
Gladiorum inventores qui 330. b.
Glaucoma quid 11. 86. a.
Glaucus Deus maris quomodo factus 11. 85. 6.
Glis & *Gliris* in Nominandi caſu 91. b.
Gorgon Meduſæ pater 7. b.
Gorgona pro *Gorgon* nominandi caſu, ut *Lacedæmona*, *Sirena*, *Crotona*, *Amazona*, *Eleuſina* 377. a.
Græcam diphongum *ei* in E vel I vertunt Latini 184. b.
Gratiæ cur nudæ pingantur 11. 72. a. earum nomina 10. a.
Gryphes Apollini ſacri 11. 57. b.
Gyrton urbs 34. a.

H.

H Græcorum per *i* Latinum expreſſum 40. a.
Habentia pro divitiis 11. 66. b.
Habitantes circa Troadem colunt mures, eo quod arroſerint arcus hoſtium 168. a.
Halcyonides 114. a. quæ & Halcyonidæ *ibid.*
Halcyonibus obſtetricatur mare 113. b.
Halieuticon Ovidii, Ponticon Solini &c. ad quem modum dicantur 343. a.
Harmonia ex Marte & Venere genita 220. b.
Harmonia Venere edita 23. a.
Hauſtus pro aqua quæ hauritur 11. 11. a.
Helias, proprie Græcia, olim Acte dicta 331. b.
Helleſponti appellatio unde 17. a. *Helleſpontum* ſubſtantivè ſumptum & neutraliter prolatum 18. a.
Hemitelins quid 11. 128. a.
Hercifcundus, i. e. medium ſecutus 45. b.
Hercules quaſi Herocleos 11. 73. b. Hercules Alceſtin ſanat 59. a. ſibi Pyram conſtruit 83. a. unde Τριόμφος dictus 70. a. & Τριοσίλυμπος *ibid.* Herculis laborum ſocii 73. a.
Hermes quare Triſmegiſtus vocatus 11. 127. a.
Heroida, *Symplegada*, terminatio Latina, pro Heroides, Symplegades 33. 4. a.
Heſperidæ 2. a. 11. 155. a.
Heſperus & Lucifer idem 113. a.
Hiacynthus unde dicatur 11. 111. a.
Hiemem conficere pro tranſigere 468. a.
Hippaleimus 43. a.
Hippodamia pro *Hippodame* &c. 6. a.
Hirundo & luſcinia veris tituli 94. b.
Hirundines quare ſtagna verberent alis 94. b.
Hiſtoe ex Græco Ἱστοί 358. b.
Hoc *pro* propter hoc 81. a.
Hoelas *pro* Hylas ex ſententia Victorini Afri 45. a.
Homo quare erecta ſtatura factus 11. 190. b. *Homo* mulieri aliquando opponitur 210. b. Homines λαοὶ dicti à λάας *lapis* 224. a.
Honoris & Blanditiarum vocabula 11. 2. a.
Horarum nomina 256. b.
Humanitas 84. a.
Hyades unde dicantur non convenit apud veteres 270. b.
Hyadum deſcriptio 255. a.
Hydra, Sidus, quot ſtellarum 459. a. Hydra, Latinis *Excetra* 71. b.
Hygini error 19. b. Hyginus amator Græcæ Syntaxeos 273. b. Hyginus delectatur Appoſitionibus 55. a. 168. a. ſolenne ipſi eſt uti vocabulis Græcanicis 134. b.

I.

I & Y literarum permutatio 46. b.
Ialmenus & Aſcalaphus Martis filii 154. b.
Iaculum inevitabile 266. b.
Ianus bifrons & quadrifrons 11. 317. b.
Januâl quid 199. b.
Iaſon longa nave primum navigavit 49. a. filius Alcimedes 45. a. ejus Mater Electra, de patre controvertitur 366. b.
Ibi *pro* illuc 51. b.
Icarium pelagus unde dictum 89. a.
Icaros *inſula* antea *Ichthyuſa* dicta 89. b.
Eccliſia, *ithica*, *mathiſis* pro *Eccleſia*, *Ethica*, *Matheſis* 288. a.
Id pro *ob id* 81. a. 171. b.
Idæa Deorum mater 268. a. alias Cybele. *ibid.*
In *eus* quæ exeunt hodie apud majores in *es* exiere 300. a.
Iecur libidinis ſedes 102.
Ignarus pro *ignotus* 160. a. 322. b.

Imbrasus & Parthenius fluvii in Samo 41. a.
Immissus acie, pro *acici* ἀρχαϊκῶς 11. 273. b.
Impossibilitas, pro Impotentia 11. 75. b.
Imputatus, pro nondum *purgatus* 326. b.
In avidam ejicere pro in *littus* 11. 275. b.
In Atticam pro in Attica 183.
Incasraturæ quid 149. b.
In conjugium habere 93. a.
In cursu fatigatus, *in ira commotus*, pro, cursu, ira 174. b.
Incinere elegans verbum 11. 126. b.
Incurrere tenebras 11. 195. b.
Indicium cognitionis 84.
Indigetes 11. 110. b.
Inefficaciter pro inutiliter 11. 1. b.
Inefficax studium pro inutili 11. 1. a.
Inferioris reverentia est majorem appellare meritis, non nomine, & contra 11. 144. a.
Infestare quid 54. a.
Infirmari pro ægrotare 11. 324. a.
Informare pro formare 112. b.
In Galliam versus 435. a.
Ingredi pro *aggredi* & contra 11. 250. a.
In honorem pro *honoris gratia* 53. b.
Inhumanatio 11. 277. a.
In Ilio, in Epheso 29. a.
In imo pro, *in fundo* 424. b.
In labris quid 460. a.
Inous Patronymicum 16. a.
In monte pro *in montem* 148. a.
In navem pro *in navi* 90. b.
Ino postquam se præcipitavit, Leucothea 11. 289. b.
Innotescere, insuescere pro *notum*, *assuetum reddere* 11. 141. a.
Inops in divitiis 11. 97. b.
In præsidio dare 98. a.
Inscientia pro insciția 11. 101. a.
Insequi pœnas quomodo dicatur 106. b.
Insequi pro exequi 107. a.
Insertus, *consertus*, & *transertus* veteribus pro *insitus*, *transitus*, *consitus* 336. b.
Insignia ingenuitatis quid 263. a.
Insistere spei 11. 2. a.
Instanti tempore h. e. præsenti 414. a.
Instigavit petere, Hellenismus 66. b.
Instinctus, pro *furore percitus* 11. 264. b.
In tantum, *in aliquantum* 11. 109. a.
Intercapedinare 11. 9. b.
Inter finitionem 440. a.
Interire ab aliquo 80. b.
Interscapilium 418. b. 439. a.
Inventor invento suo perit 53. b.
In vestigiis 11. 244. b.
Invenire monstrum, *ænigma* 203. a.
Invenire pro intelligere 258. b.
Ino, Theano, Manto, Sappho, Dido in Genitivo Latine in *enis*, Græcè, in *ûs* desinunt 15. a.
In unum quam habeat significationem 439. b.
Jonis stemma 214. a. & b.
Jovis canes 55. a. Jovis fulmen à Cyclopibus factum 97. b. Jovis fulmen, an sceptrum 11. 302. a. Jovis stella Phaëton 486. a.
Iphicles Herculis frater 164. b.
Iphigenia ex quo nata 157. b.
Ἰπποχάστια 73. b.
Irrigare, pro *inundare* 234. a.
Isis *pro* Isidis, Isi *pro* Isidi apud veteres 29. a.
Ischus, Ischys 283. a.
Ismarus mons & urbs 5. a.
Ismenus fluvius 5. a.
Isthmia à quo instituta 321. a.
Istrus, *Periandrus*, *Mæandrus*, *Evandrus* terminatio Græca, pro *Ister*, *Periander* &c.
Italia unde dicta 195. a.
Judicare secundum aliquem 128. a.
Junoni qui primi sacrificaverint. b.
Jugarius pro jugalis 255. b.
Jugula quid 398. a.
Jupiter Herceus 147. b. Jupiter ab Ægyptiis Καίθωρ vocatur 486. a. Jupiter ignis, Juno aër, quare 11. 36. a.
Jurgatio quid 170. a.
Jurgium quid 169. b.
Jussio pro *jussu* 89. a.
Justinus non satis idoneus auctor Latinitatis 276. b.
Justitia Jovis & Themidis filia 401. a.
Juventas Dea 10. a.
Ixion cum nube coit 109. b. unde Centauri gemiti 110. a.

K.

Κάδμος pro clypeo, hasta, & galea quare sumatur 327. a.
Κίλδομα pro Κίλδυμα etiam Græcis 48. b.
Κίσσις quid 11. 60. b.

L.

Lactans nutrix, *assa* nutrix opposita 217.
Lacryma, humor arboris 106. a.
Lacinia Hygino assuta 36. a.
Latamen quid II. 98. b.
Lanii contemptim *Chirurgi* dicti II. 16. b.
Lanam facere II. 211. b.
Lapidem quem &c. est; *formula loquendi* 326. a.
Lares iidem qui *genii*, & *genii* qui *indigetes* 208. b.
Λαῖτραξ 110. b.
Latinis terminationibus crebro utitur Hyginus in Græcis vocabulis 167. a.
Latona pariens oleam palmamque tenet & quare 209. a.
Latonia Calaurea II. 240. a.
Laurus cur Apollini consecrata II. 46. a.
Leda, quæ & Nemesis, à Jove in forma oloris compressa 129. b.
Leda post mortem Nemesis II. 289. b.
Lesbos insula unde appellata 273. a.
Leucona à mariti canibus lacerata 266. b.
Leucothea 15. b. unde dicta 16. a.
Libare quid & unde dictum 199. b.
Liber *pro* filio apud veteres 27. a.
Liberato flumine, i. e. superato 310. b.
Libere pro liberaliter 186. a.
Libra cur *chela* dicta 402. a.
Limmata quid II. 127. a. & b.
Litterarum *c* & *g* commutatio 93. b.
Litterarum inventores 335. b.
Λογχωλὶς quid 272. a.
Lotus pro *lautus* II. 325. b.
Lucina unde à parturientibus invocetur II. 98. a.
Ludere Trojam 324. b.
Ludi faciunt abstinere à cibis 330. a.
Luna quænam augeat II. 99. a. & b.
Luscinia & hirundo veris tituli 94. b.
Lutum non aqua, sed lachrymis maceratum 211. a.
Lyæus unde dictus Bacchus II. 92. b.
Lydia à Lydo dicta, quæ antea Mœonia 232. b.
Lycaon filium Nyctimum Jovi apponit 248. a.
Lynceus acerrimo visu 48. a.
Lyra quot stellas habeat 425. b.
Lyricorum vatum controversus numerus 288. a.

M.

Mæotis pro *Mæotidis* 215. b.
Magistrianus quid II. 160. a.
Magnesia duplex 245. b.
Mala ex Hesperidum horto 260. a.
Maleficium lucrari pro, impune ferre 414. b.
Maliloquium, spurciloquium &c. 106. F. b.
Mandare, *demandare*, ut sumantur 123. b.
Mandare pro *amandare* 20. b.
Manu pro *manui*, *metu* pro *metu* 447. a.
Mare halcyonibus obstetricatur 113. b.
Marmorare II. 87. a.
Marmor Parium olim appellatum Lychnites 282. b.
Marspiter 91. b.
Marsyæ corium Celænis suspensum 236. b.
Marsyas amnis 237. a.
Matralia, quid 13. b.
Matutino adverbialiter II. 212.
Medea cur *Anguicia* dicta 66. a.
Medea à crimine interfectorum filiorum liberata 65. b.
Mederi etiam cum accusandi casu construxere 365. b.
Media urbs 67. b.
Medicina ars, pro *ars Medica* 162. a.
Medicorum multitudo Alexandriæ II. 16. b.
Medito activè & *Meditor* deponentaliter ut differant 161. a. 235. b. *Meditari* dictum quasi *Melitari* 235. b.
Medusæ crines II. 60. b.
Melanippe probum *pro* Menalippe 261. a.
Meliæ quænam 4. b.
Melicerte & ejus fabula 13. b.
Membratim *separare* pro *discerpere* 236. a.
Memphede Phorcis 7. a.
Melote 37. b.
Mentiri juvenem 159. b.
Mercatus literarius pro Conventus II. 17. a.
Mercurii quot II. 56. a. Mercurius Eloquentiæ Deus II. 307. b. quarum rerum inventor II. 308. a. cur cum capite canino aliquando fingatur, *ibid.* tria ipsi aliquando capita data & quare, *ibid.* dictus Græce *Hermes* 212. a. Mercurius adhuc in cunis fabricat Lyram 210. a. quarum rerum in-

inventor 212. a. furum Deus 11. 53. a. 282. a. quare Græcis χθόνιος & ἀγοραῖος audiat 305. b.
Mercurialis quid 11. 152. a.
Merulentus à *merum*, ſicut à *vinum* vinolentus 11. 13. b.
Μεσόπορον quid 419. a.
Meton celeber Aſtrologus 346. a.
Midas unde dictus 11. 88. a. ejus judicium, & pœna 269 Midas in quo certamine aſininis auribus depravatus 11. 125. b.
Migrare, pro transferre 313. a.
Miletus Cariæ urbs an Ioniæ 41. a.
Miletus Apollinis filius urbi nomen dedit 41. a.
Minerva cum patre concumbit 234. b. tibiarum inventrix 295. a. unde dicta 11. 61. b. memoriam ſignificat 3. a. ex capite Jovis nata 9. b. quare ita fingatur, *ibid.*
Miniſteria pro *Miniſtris* 181. a.
Miſerari aliquem & alicujus 158. a. Miſereri alicui 106. a.
Mittere pro *immittere* 215. a.
Mitylenem, *Roxanem*, pro Mitylenen & Roxanen 204. b.
Mitylenæ urbs, numero multitudinis 287. b.
Mnemoſyne Muſarum mater 13. a.
Moderari cantus, pro *modulari* 343. b.
Mœſia à Myſia diſtinguitur 45. a.
Mola ſalſa 336. b.
Moloſſia pars Epiri 183. b.
Moneta Græcis Mnemoſyne 3. a.
Monile aureum ex gemmis 237. a.
Monocrepis quid 30. b.
Monſtruoſus, *montuoſus* &c. quibus perperam literam *u* inferciunt poſterioris ætatis ſcriptores 11. 142. a.
Morari pro *habitare* 99. b.
Morditus quid 321. b.
Μορμόνη 7. b.
Mortalis, pro *vulnerabilis* 169. b. *Mortalem* pro è mortalibus 211. b.
Mortem exequi pro vindicare 179. b. Mortem adipiſci 381. a.
Morus à Latinis *rubus* dicta 203. a.
Mos certaminis pro conditione 11. 263. a.
Multitudinis vox verbum poſt ſe Pluralis numeri habet 373. a.
Mundus ex quibus conſtet & cujus figuræ 347. b.
Munere dare & *Muneri* 409. b.
Muricatus quid 8. b.
Muſarum ordo 11. 49. b. earum controverſus numerus 288. a. & duplex geneſis 10. b.
Mutilus bos dicitur qui cornua non habet 282. a.
Myrmidones 100. a.
Myrrha 106. a.
Myrtilus Mercurii filius 108. b.
Myſiæ & Mœſiæ vocabula poſterioris ætatis ſcriptores confuderunt 160. b.

N.

Næniæ tepentes 11. 80. a.
Næniæ, pro nugis, ineptiis, luſu 11. 2. b.
Nardi parvus onyx, apud Horat. quid 91. b.
Naſiterna 11. 177. b.
Natura idem aliquando quod *Naturalia* 398. b.
Navigatio veteribus directa ad Cynoſuram 361. a.
Navigio i. e. Navigatione 401. b.
Navium numerus quæ ad Trojam iverunt 157. b.
Ne, ſimpliciter pro *ne quidem* 286. a.
Neæra 29. b.
Neceſſarii 346. & 347. a.
Negativa duo fortius negant apud Græcos 482. b.
Nemea Sylva 71. a.
Nemeſis eadem eſt quæ Leda 374. a.
Nereus 10. a.
Nereidum varia nomina & numerus 56.
Neſcius dicitur & qui neſcit & qui neſcitur 323. a.
Nihil agere, elegans loquendi formula 409. a.
Niobes filiæ à Diana, filii ab Apolline interempti 29. b.
Ningues & *Nives* promiſcue veteres dicebant 11. 26. b.
Noctua cur Minervæ ſacra 11. 68. b.
Nocturna præſule lucerna 11. 3. b.
Nota pro ſigno 282. a. *Nota*, pro *vitio*, *crimine* 11. 149. a.
Notæ furvæ ſepiæ, *literæ* 11. 19. b.
Nothus pro *degener* & *adulterinus* 139.
Nox Erebi filia 1. a.
Nox Furiarum mater 34.
Nucis pro *nux*, *ſuis* pro *ſus* apud antiquos 205. b.
Nympharum varia vocabula 11. 310. a.
Nyſa urbi & monti commune nomen 254. b.

O.

O pro *u* apud antiquos sæpe positum 293. a.
Obruere pro *sepelire* 243. a.
Observantia pro observatione 416. b.
Observatio insidiosa 266. a.
Obsorbere pro *exhaurire* 188. b.
Oceaninæ 42. b.
Oceanitidum Nympharum varia nomina 4. b.
Oeagrius Citharista 32. b.
Oebalus Arenes pater 39. b.
Oechalia Eubœæ, elegans Hellenismus, ut *Damascus Syriæ* &c. II. 254. b.
Odor hircinus fœminis à Venere immissus 50. b.
Οἶνος *vinum* ab Oeneo dictum 196. b.
Omen auspicii 324. a.
Omnino pro in totum 398. a.
Opes, viscera nostra 252. a.
Ophion 3. b.
Opiniones de Ilia Romuli matre variæ 306. a.
Opis Dea ab ope II. 42. a.
Oppositus ad aliquid 350. a.
Ordo Musarum II. 49. b.
Orion quare antea Urion appellatus 275. b.
Orion à Latinis *Jugula* dictus 407. a. quare antea *Urion* dictus 408. a. per Dianam immisso scorpione interficitur 408. b. & 409. a.
Orpheus II. 320. b.
Ortygia 100. b. & seq.
Oscillum, *Oscilla* quid 198. b.
Otrera Martis conjux 74. b.

P.

Padus, fluvius Eridanus unde dictus 225. a.
Palæmon II. 216. b.
Pagani unde dicti II. 81. b. Pagani varii generis fructus diis suis offerebant 166. a.
Pallas, Emphytus, Hyppolytus, Gigantum nomina 4. a. *item.* Clytius, Agrius. *ibid.*
Palmæ diversæ quid 370. a.
Pammon Priamides 145. b.
Pan Deus rusticus II. 312. b. ejus descriptio *ibid.* Sylvanum Latini appellant, *ibid.* b.
Pan Mercurii filius II. 286. a.
Pandiones duo inter Athenienses Reges 96. b.
Par pro conjuge 204. a. item *Compar* 204. a.
Parcarum numerus I. b. Parcæ Superum librariæ II. 40. a.
Parere pro *apparere* 284. a.
Parion, oppidum 367. a.
Parthenii fabulatio de Niobe 27. a.
Participia præterita Deponentium sæpe passive sumuntur II. 261.
Passivam formam habentia sæpe activè ponuntur 322. b. II. 106. b.
Patrimonium pro præmiis in militia quæsitis 273. b.
Paucus pro *parvus* II. 159. a.
Pausare verbum antiquum, *Pausa, quies* II. 39. b.
Pausillulum an Latinum II. 159. a.
Pellene urbs 33. a.
Pellex unde dicta II. 22. b.
Pellis gestamen heroum, pastorum & venatorum 38. a.
Peloponnesi varia nomina 139. a.
Perdica, *Atlanta*, *Hereida*, *Tripoda* recto casu 227. a.
Perdix serræ inventor 87. b.
Permittere pro *concedere* II. 194. b.
Perseis Macedoniæ à quo ita dicta 332. b.
Perseus quare Χρυσόπατρος dictus 110. b. Persei scutum vitreum II. 323. a.
Per vinum, pro *per ebrietatem* 150. a.
Pestilentia cur à sterilitate oriatur 297. b.
Phænon Saturni stella 486. b.
Phaëthon Jovis stella 486. a. Phaetontides II. b. quotnam ex sint & earum nomina, *ibid.* *Phaton* pro Phaëton 121. b.
Φαρμακεία 63. a.
Phasidis aves 95. a.
Pharmacus 63. a.
Philistus historicus 398. b.
Philtrum 81. b.
Phlebotomare quid II. 121. b.
Phlegyas Martis filius 131. b.
Phlius urbs 38. a.
Pholus sive Ptolus 3. a.
Phorcides unde natæ 7. a.
Phorcus Ponti & Terræ filius 4. a.
Phryxus & Iason Αἰολίδαι 19. b. nec tamen Æoli filii, *ibid.*
Philyra in florem an in arborem conversa 205. a.
Pierus, Apollinis filius 294. a.
Pigmenta quid II. 124. b.
Pila, monumentum 132. b.
Pilei virorum, *Mitræ* fœminarum 189. b.

Pinnæ quid II. 210. b.
Pisces, sidus, ut lineola quibusdam stellis ab arietis pede primo conjunguntur 449. a. quare inter signa cœlestia 277. b.
Plejades 270. b. Latinè Vergiliæ, *ibid.* earum nomina 271. a.
Pistrix & Pristis quid 323. b.
Plasma quid II. 25. a.
Plodo Archaicum pro Plaudo 192. b.
Plorare aliquem 198. a.
Plutus & Pluto idem numen II. 38. a.
Podalirius & Machaon Æsculapii filii 153. b.
Pœna pro quovis malo 106. b.
Pœnitere, pro pœnitudine duci, vix Latinum 138. b.
Pœnorum naves duplici instructæ gubernaculo 50. a.
Polliceo antiqui pro *pollicor dixere* 161. b.
Polimina quid II. 26. a.
Polus 7. b.
Polus boreus 462. a.
Pollucibiliter quid II. 34. b.
Polydectes Dictyos frater III. a. mortuus non in lapidem conversus III. b.
Polyhypnus 367. b.
Polymnia inventrix φυτουργίας 217. b. Πολύμνια dicta quasi multæ memoriæ II. 48. a.
Polyxo anus 51. b.
Pomona Hamadryadum, Græca Syntaxis II. 287. b. II. 214. b.
Ponere in templo, pro *dedicare* 264. b.
Pontoporia Nereis 6. a.
Porcellus farsilis 192. b.
Populositas pro multitudine II. 55. b.
Portunus 16. a.
Potentia petax II. 69. b.
Potestas, Hygino quid 8. b.
Potionare pro philtrum dare 238. b.
Potiri aliquando accusativum regit 193. b.
Prædam petere ex flamma Proverbialis locutio 393. b.
Prænavigare, Prælabi &c. in quibus *præ* idem valet quod *præter* 281. a.
Præpositionis *in* omissio 446.
Prærogatio, pro distributione II. 33. b.
Præsens tempus, pro futuro positum 90. a.
Præsumptores, audaces & confidentes II. 63. b.
Præsumptio pro *fiducia* II. 73. b.
Præterita Deponentium passive sæpe usurpantur 161. a.
Priami filii & filiæ 145. a.
Priapus Bacchi & Veneris filius 230. b.
Priamus unde dictus 144. b.
Primâ forma pro pulchritudine II. 259. a.
Primitiæ pro principio Juventutis II. 237. b. Primitiæ apud veteres Diis oblatæ 18. b.
Prima mortalis à Jove compressa 213. b.
Priores pro Majoribus II. 232. b.
Priorem partem pro *secundum* priorem partem 221. b.
Pro audacia idem quod propter audaciam 232. a.
Proconisos, aliis Proconesos 264. b.
Procreare etiam de fœmina dicitur 19. a. sicut & generare, *ibid.*
Prodere sæpe idem quod *perdere* 303. a.
Profugere patriam II. 238. a.
Projectus, pro *porrectus* 422. a.
Pro libidine, i. e. propter libidinem II. 122. b.
Pro me i. e. indutus mea persona 267. b.
Prometheus cujus filius 8. a. unde dictus II. 81. a.
Promisi dare loquendi formula 90. a.
Propter præpositio postposita II. 14. a.
Proreta alius ab Celeuste 48. b.
Protelare, extendere, differre II. 15. b.
Proxime an cum dandi casu jungi possit II. 289.
Proserpina unde dicatur II. 42. a.
Psalterium cur Decachordum II. 46. b.
Pudicitia prostrata II. 178. b.
Pullus Color 22. a.
Pyramides mensuram umbrarum egressæ nullam habent umbram 292. a.
Pyrrhus unde dicatur 156. b.
Python terræ filius 208. a.

Q.

Quos *pro* eos 56. a.
Quod, pro *ob quod* 165. b.
Quiescere pro quietum reddere II. 141. a.
Quia, *quoniam* Græco more pro *quod* II. 152. b.
Querelari II. 26. a.
Quæ *pro* Eaque 21. b.
Quatenus pro *quoniam* II. 82. b.
Quadriga an barbarum 304. b.
Quæ *pro* eæ 56. a. 58. a.
Qui dandi casu utrum per *q* an per *c* scribendum multum agitatum inter veteres 286. a.

Ran-

R.

Rancor, quid II. 157. b.
Ῥαψῳδία quid II. 153. a.
Re in principio vocum sæpe producitur II. 12. a.
Recutere quo sensu II. 12. b.
Reges antiquitus multi etiam sacerdotes 167. b. eorum antiquissimi pastores 115. b.
Regredi, pro reverti II. 197. a.
Rei patricidii culleo inclusi II. 182. b.
Residere pro *sedere* II. 129. b.
Respondere proprie de vatibus dicitur II. 230. b.
Responsum κατ' ἐξοχὴν pro responso Oraculi 208. b.
Resupinare, obscœnum verbum II. 181. b.
Reventus, pro *Reditus* 310. a.
Reverentia minoris est majorem appellare meritis, non nomine II. 144. a. & contra, *ibid.*
Rhenones quid 37. b.
Rhodus prius *Ophiusa* dicta 381. b.
Remedior, aris Deponens, *Remedio, as*, Activum 162. b.
Repensus auro 169. a.
Riscus quid 110. b.
Romanæ mulieres in luctu solutis crinibus ibant 271. b.
Romulus post mortem *Quirinus* II. 289. b.
Rosa Veneris flos II. 71. b.
Rotare 83. a.
Russus & *russeus* veteribus 119. b.
Rusticus II. 305. b.

S.

Sacer quomodo aliquando accipiatur II. 249. b.
Sacrarium quid 412. b.
Sacrum ἀπαθέσπιον 103. a.
Σάινον quid II. 231. b.
Sagaris vel Sangarius *flumen* 381. a.
Salinacida, Salacia 9. a. unde dicatur a. b.
Samii Prienensibus pro exercitu & classe cymbulam mittunt II. 178. a.
Sagitta Apollinis 97. b.
Saporare II. 3. b.
Saturantius quid II. 116. a. *Saturantius* pro *abundantius* II. 147. a.
Satis pro valde II. 59.
Saturnus ab Ægyptiis φάνων vocatur 486. a. cur falcem ferat 35. a.
Saturnus quod filios devoret, quid sibi velit II. 34. a. ejus perversum judicium 286. b.
Sceptrum trabale II. 313. b.
Sciatica II. 121. a.
Scironis Petræ 86. b.
Scisciari 216. a.
Scissura vox non aliena à Latio II. 123. b.
Scitus pro *scius* 149. b.
Scius artificii 149. a.
Scriptores posterioris ætatis sibi nimium indulserunt scribendo E pro Æ 231. b.
Scutum à σκύτος 38. a.
Scutum Vitreum Persei II. 333. a.
Seculorum mutatio II. 190. a.
Sedere equum, cathedram formula loquendi 109. a.
Semele etiam dicta Libera 292. a.
Se pro *eum* 182. b.
Senectute elisus II. 236. b.
Sensus pro intellectu II. 35. b.
Sepioticon quid II. 19. b.
Septentrio major idem quod Helice sidus 248. b.
Sidus trigonum 391. a.
Siliquastrum quid 375. b.
Simulare & dissimulare quid significent 159. b. & 160. a.
Simultas 59. a. unde dicta 137. b. *Simultatem constituere* quid 137. b. Simultatem constituere alicui 259. b.
Simpulator quid II. 181. b.
Σίπυλος mons 136. a.
Sirenitis regionis, Sirenides Insularum nomen 210. b.
Sirenusæ, Sirenum Insulæ 264. a.
Sirenum nomina 10. b. earum controversa origo 10. b.
Σισύφου μηχαναί 108. b. Sisyphi saxum 109. b.
Smyrna, Myrrha Latinis dicitur 105. a.
Sol quare sine barba pingatur II. 52. a. Sol & Saturnus confusi aliquando 486. a. Sol unde ita appellatus II. 43. b. honestis exhilaratur, turpibus commaculatur 312. a.
Solæ, ullæ, pro *solius, ullius* II. 139. b.
Somnus Lethi frater 1. a. Somniorum vocabula 1. a. & b.
Sorores Phaëthontis 12. a.
Sorte cedere II. 275. a.
Sortem accipere, sortem tollere II. 277. a.
Spartæ pueri ad sanguinem, imo ad

necem interdum, verberibus excipiuntur 310. b.
Sparti quid 250. b.
Spartium Promontorium 32. b.
Spargere, pro *conspergere* 11. 13. b.
Spatii seu distantiæ voces in accusandi casu efferuntur 483. b.
Spectare aliquando pro *expectare* sumitur 350. b.
Sphingæ carmen 116. b.
Sphinx, simiæ genus 116. b. unde nata 12. b.
Spiritum emittere 107. b.
Sortes tollere 142. a.
Stare *pro* commorari 25. a.
Stella Jovis Phaëton 486. a. Stellæ in Gorgonis capite 430. a. Stellæ quæ *hœdi* vocantur 432. b. Stellæ *Suidæ* Græcis, à Seneca *trabes* vocantur 272. a. Stellæ in manibus Persei 429. b.
Stellatum peplum 11. 24. a.
Στοιβάδα 103. b.
Sterope eadem quæ Asterope 137. a. 271. a.
Stillare, rorare, manare cum quarto nunc, nunc cum sexto casu construuntur 11. 11. b.
Strophades prius *Plotæ* dictæ 55. a.
Stygâ in Ablativo casu pro Styge 8. b.
Stymphali aves 56. a. 73. a.
Styx etiam inter aves 69. b.
Sublimus *pro* modice tortus & obliquus 17. b.
Substantivorum duorum alterum aliquando Adjectivi naturam induit 18. a.
Substantia, pro re familiari 11. 29. b.
Succinum Græcis *Electrum* vocatur 225. a.
Succuba quid, & *succumbere* 249. b.
Sudare pro stillare 11. 50. b. Sudare aliquid 11. 123. q.
Suis pro *sus* apud antiquos 205. b.
Sulpiciæ petulantia 11. 4. b.
Supradictum an satis Latine dicatur 11. 273.
Surreptio, dolosa circumventio 11. 89. b.
Suspectio pro *suspicio* 11. 101. a.
Sustine, pro *expecta* 311. a.
Suus pro ejus 182. b.
Syllabæ *au* cum *o* commercium 193. a.
Συρίσκια quid 84. b.
Symplegades unde dictæ 57. b.
Syrinx quid 11. 307.
Smyrna quid 11. 10. a.

T.

Tacti quinam olim dicebantur 150. b.
Tænarus promontorium Laconiæ 131. a.
Talaria Mercurii 112. a. Talaria 11. 53. b.
Tam valde, *tam magnum* 91. a.
Tantalus Deorum divinitatem tentat appositio pro epulis filio 136. a.
Θέα unde derivetur 8. a.
Tellus primo, dein Themis, tandem Apollo Delphis responsa dederunt 208. b.
Tempora perfecta diversorum modorum non satis bene copulantur 220. a.
Tenedus Insula unde nomen acceperit 171. b. olim Leucophrys dicta 334. a.
Terræ descriptio 316. b. 353. a. Terræ filios quos Poetæ faciant 102. a.
Θίρσιτος 170. a.
Teuthrone, urbs 245. b.
Thebæ à nutrice Jovis ita appellatæ 331. a.
Thebais provincia Ægypti & Bœotiæ 331. a.
Themis eadem quæ Tellus 28. a. Themis & Althæa Jovis nutrices 254. a.
Themistocli, *Oicli*, *Chrysi*, pro Themistoclis &c. 121. a.
Thetis Pelei uxor, Thetys Oceani 325. b.
Tingnere, pro tingere 11. 120. a.
Tiresias calcat dracones 126. b.
Titanes unde dicti 11. 316. a.
Titanes terræ filii 11. 58. a.
Titarensis 35. a.
Titulus pro ipso cippo 132. b.
Titulus lapideus 132. b.
Tityus amorem denotat 11. 80. b.
Tityus ab Apolline victus 202. b.
Tmolus, Timolus, Tymolus 268. b.
Τότχαρχος quid 48. a.
Toxicum nunquam nisi substantive positum 11. 63. a.
Tractatores pro *Expositores*, *Interpretes* 11. 120. b.
Transjectus pro *perforatus* 115. b.
Transire in mortem, quid 308. a.
Trapezus unde derivetur 248. b.
Trikas quid 190. a.
Trice, urbs 154. a.
Trichina vestis 37. b.
Tripodes 79. a. quare Apollini consecrati, *ibid.* b.

Tripus II. 57. b.
Tritonida, in recto casu 376. b.
Trois filii 318. a.
Trojani per contumeliam Troades II. 8. b.
Trojæ duo Promontoria II. 267. a.
Tubicinare II. 127. a.
Turbia Romula, *genus loquendi* 308. b.
Turbatus pro *concitatus*, *iratus* II. 306. a.
Tusqui pro *Tusci* 201. a.
Tutasset, pro *tutatus esset* 160. b.
Typhonis de ortu mira 222. a.
Tyrrhenus piscis i. e. Delphin 201. a.

V.

Vacare alicui perquam eleganter dicitur II. 16. a. Vacat commoditas i. e. inutilis est II. 147. b.
Vacuum est, pro *vacat* II. 2. a.
Vanescere pro *evanescere* II. 113. b.
Varia oves à colore 290. a.
Varius qui varium habet colorem 290. a.
Vaticinium Apollinis Peliæ factum de Monocrepide 32. a.
Vectigal fieri 90. a.
Vector qui vehitur, *gestans* qui gestatur 218. b.
Veneficus 63. a.
Venerans pro coïens à *Venere* deducto verbo 127. a.
Venerarius quid 127. a.
Venire pro *evenire*, *vanescere* pro *evanescere* &c. II. 113. b.
Venus, Dea Syria 277. b. unde nata, *ibid.* ejus nulla sedes in Lemno 50. b. ejus fanum II. 283. a. cur Aphrodite dicta II. 305. a. Venus marina dicitur Horatio II. 304. a.
Venustas formæ mulierum, *dignitas* virorum 140. a.
Ventilare pro *ludere* II. 2. b.
Vepallidus II. 301. a.
Verbalia in IO construuntur ut verba unde derivantur 185. b.
Vergiliæ quot 440. b. cur ita dicantur 397. a.
Vernare II. 10. b.
Vernilis quid II. 3. a.
Verres pro *convitio* II. 28. a.
Vespertinus pro Vesperi II. 114. b.
Vesta, *ignis* quare semper virgo II. 320. a. dicta à vestiendo II. 42. a.
Vestis trichina 37. b.
Vestis varia à vario colore 290. a.
Veternus pro *antiquus* II. 12. b.
Viam gradi 85. b.
Viantes pro Viatores 85. a.
Vicaria vita 122. b.
Victima vicaria 158. a.
Villus, pro lanitio & velleribus reçē ponitur 18. b.
Vim afferre 392. b.
Vini inventio 197. b. *Vinus* etiam pro *Vinum* dixerunt Latini 197. a. Vinum Meroitanum II. 92. a. Vinum sanguis uvarum II. 103. a. Vini inventores 326. a.
Vir ut apud Latinos pro *virilitate* ponitur, ita & apud Græcos ἀνὴρ 190. a.
Virga Mercurii II. 306. b.
Virgo, Sidus, quot stellarum 445. a.
Virginal quid 258. a.
Virgines solæ cum Diana venantur 357. a.
Virtus, pro robore corporis II. 143. b.
Vitis ex auro II. 277. a.
Ulcisci se ab aliquo, de aliquo 258. b.
Ultronietas II. 117. a.
Ululatus 198. a.
Ulysses filii ex Circe 187. b. Ulysses ut videretur insanus, equum cum bove ad aratrum junxit 157. a.
Umbilicus diei, pro meridie II. 44. b.
Unde pro *à quo* 174. b.
Vocabula multa apud Veteres in quibus *g* loco *c* ponitur 2. b. *Vocabulum* pro nomine quo quis appellatur II. 115. a.
Vocalis *i* pro *e* quam crebro ponatur 76. b.
Vocalium *i* & *e* confusio in nominibus propriis non admittenda 95. b.
Voto damnatus II. 260. b.
Urbicarius quid II. 96. b.
Urinam facere, pro *excernere* 275. b.
Ut pro *cum* 246. b.
Utor cum accusandi casu non minus quam cum auferendi construitur 363.
Vulcanus unde dictus II. 88. b. quomodo pedem fregerit II. 318. b. ejus sacerdotes à serpentibus percussos præter cæteros sanant 164. a.
Vultur an serpens jecori Tityi appositus 102.
Uxoriæ voluptates 368. a.

X.

Xanthus & Æthon Solis equi 256. b.

Y.

Y & i innumeris in locis confunduntur 30. b.

Z.

Z pro S sæpe ponitur 168.
Zabolus, pro Diabolus 11. 150. a.
Zelare, *æmulari* aliquem 11. 85. b. 280. b.

FINIS.

GLOS-

GLOSSARIUM FULGENTIANUM,

In quo ejus Scriptoris voces & phraſes inſigniores exhibentur.

Numerus barbarus paginas Continentiæ Virgilianæ, & Præfationum, quæ tribus Mythologiarum libellis præfixæ ſunt, deſignat; verum Romanus ſi barbaro præmittatur, per illum Mythologiarum tibi librum, per hunc ſignificari caput ſcito.

ABecedaria 111. 10.
Abſciſus, *abſciſſus* 1. 2.
Abſconſus 1. 21. abſconsè 11. 3.
Abſolvi, *interpretari* 158.
Academicus rhetor 5.
Academicum quippiam ſtertere 161.
Accidentia extrema, *nominandi caſu*, πτῶσις, *calamitas* 150.
Accipere ad epulas, *excipere epulis* 150.
Accola Pieridum 23.
Acror rancidulus 140.
Aculeati vertices 14.
Addictus tenebris 1. 4.
Adipatum ructuare quippiam 142.
Adipata craſſedo ingenii 143.
Adulanter 153.
Adjudicare, *judicare* 111. 9.
Æthra, *æther* 1. 26.
Affectatores 11. 4.
Affectores 111. 4.
Affectus ſororii, *ſoreres* 111. 6.
Agere ſilentio vitam 6.
Agricultores 1. 26.
Album Jovis 15.
Alio, *alii* 139.
Aliquanti philoſophi, *aliquot* 11. 9.
Aliquatenus 14. 11. 9.
Alludere argutiam 11. 13.
Alterutrum, *invicem* 8.
Anacreontica ſacra 15.
Anaſtrophe. Talo tenus 14. comeſtiones propter 1. 15.
Angina mœrorum 7.
Angiporta Alexandriæ 167
Antelogium 148.
Anterius 11. 3.
Aporrœa ſidernm 11. 19.
Apoteleſmatice 111. 10. 138.
Appetitor avaritiæ 11. 13.
Apponere cuſtodem 1. 2.
Arcadicæ aures 148.
Arena ſtudii 65.
Argenteæ margaritæ 25.
Aricina virago 20.
Aricini & archaici ſenſus 25.
Ariolari nugas ſoporis, *conjicere ſomnia* 4.
Arſis 111. 9.
Articulatio 111. 10. Dionyſius in articulationibus 154.
Aſcræus paſtor 12. Aſcræus fons 140.
Aſpergo, *aſperſio* 13.
Aſſcribere in tutelam 111. 2.
Aſſectari agriculturam 111. 2.
Aſſiſtere famæ, *affectare famam* 2.
Aſtrigerum diadema 24.
At vero 1. 13.
Athenæa civis 15. Athenæus Ariſtophontes 111. 6.
Authenta Latiaris vatum 161.

B.

Barathrum credulitatis 1. 1.
Bicornis Luna 24.
Biſida ambiguitas 65.
Bis tincta veſtis 14.
Bonus jaculo 11. 1.
Bractamentum fontis Aſœræi 140.

Bre-

Breviloquium syllogismaticum 27.
Bucolica, ἐπικὸς & θηλυκὸς 138.
Bullatus æther 24.

C.

Cachinnantes næniæ 2. Cachinnare aliquid *activè* 13. 27.
Cachinnum fragile 22.
Cæca felicitas 146.
Cajatio, *puerilis cædes* 162.
Caliginare funalia 162.
Calli jugales 9.
Calorata juventus III. 4.
Canistra verborum II.
Caperâti obtutus 140.
Carnificina chirurgica 16.
Cassare inquisitionem, *tollere* 17.
Castorum signa II. 16.
Casualiter I. 5.
Casuale odium I. 5.
Cautela, *cautio* III. 6. Cautela falcata I. 24.
Celere regnum II. 17.
Centratus circulus I. II.
Cerebrum, *intellectus* II. 16. Cerebrum Mysticum 21. III. 9. Cerebrum interius fabulæ.
Ceres, ἔργον I. 9.
Certus sagittâ II. I.
Choragium III. 6.
Chromata III. 9.
Cinctus, Ζώνη III. 7.
Cinereſcentia poma II. 8.
Circumcirca. *ἀμφὶ* I. 3.
Circumfluus nexus 10. Circumfluus hederâ 13. & 25.
Citius, *ocyus* 17. I. 8. II. 17.
Classica jurgiorum 6.
Clausura II. 8.
Coalescens astutia, *crescens* 153.
Cœlo, *ad cœlum* II. 9.
Cœrulans peplum 26.
Collegio donare aliquem, *adjutorio* 17.
Collidere femur plausu palmæ 22.
Commentum fabulosum 21.
Commerciales transennæ II. 8.
Commigrare in favillam oblivionis 153.
Competentia III. 7.
Compulsationes 28. Compulsamentum III. 6.
Compunctio I. I.
Comprimere aliquem, *devincere* II. 5.
Concavare II. 3.
Conceptionalis II. 8.
Concitamentum libidinis III. 8.
Condicta, *capitationes* 7.
Condignus I. II.
Configere alicui maculam III. 6.
Consinia amoris 152.
Congruus II. 9. Congruentia personæ 144.
Conscribere alicui, *simul adscribere* I. 16. Sic *contribuere* pro *simul attribuere* 149.
Consiliator sapientiæ III. I.
Consipere rancidum quippiam 27. saporem Cerebri Mystici II. 16.
Consocia I. 2.
Constrictio II. 10.
Contemplatus refugus 16.
Contheroleta III. 2.
Continentia libri, *argumentum* III. 6. 138. 148.
Contractum rugis supercilium 142.
Conventio tributaria 7.
Coruscamen 25.
Crassedo ingenii.
Creare pœnitentiam III. 2.
Credo, *ut*, vel *quantum credo* 14.
Credulitas I. 16.
Crementa lunæ II. 19. boni, corporum 163.
Crementari III. 8.
Crepare, *dirumpi* II. 15. Crepitatio ostii 25.
Creperum aliquid desipere 142.
Crepundiorum mos 149.
Crepusculum solis 7.
Crispantes sibili II. Crispare margaritis 25.
Crispatum supercilium ruga 27.
Culpabiles, qui culpam admiserunt I. I. 144.
Curia Galeni 16. Virginalis Helicomadum 15.
Curtatus in successione I. I. in affectibus 145.
Curvamen caudæ II. 3.
Cymbala I. 14.

D.

Dari ad regiam Lycomedis, *ablegari* III. 7.
Decachorda cithara I. 14. psalterium, *ibid.*
Decidere in infirmitatem I. 27.
Defossum terræ, *fossa* III. 9.
Dehiscentes tenebræ 8.
Delicati contractus coli II. 5. consuetudo III. 2.
Deligere sibi judicem III. 9.
Delirare versibus 25.
Denique, *ut uno verbo dicam* 17. II. I.

III. 3. & sic sæpe etiam aliis in locis.
Depalare adulterum II. 10. absconsam famam III. 6. *manifestare palam, facere.*
Depastum semur 20.
Depravare auribus asininis III. 9.
Deputare terris I. 3. 4. Inferis I. 2. in conjugium I. 3. Apollini I. 14. inter deos II. 15.
Delusus, *descriptus* 3.
Desertire I. 6.
Desiccare fluenta Pactoli 7.
Designare fabulam, *narrare* III. 6.
Desipere aliquid minus 65. quiddam brutum II. 1. creperum aliquid 142. Epicureum aliquid 162.
Despuere aliquid, *rejicere* II. 14.
Desputamentum olei III. 6.
Destinare omnia pretio II. 13.
Desub III. 6.
Desudare succum III. 8.
Dextralia 155.
Diapente III. 9.
Diastemata III. 9. 10.
Diatessaron III. 9.
Digesta consilia, *liquida* 156.
Diluere vulnera 22.
Dimitti, *desistui* III. 6.
Dinosco, *dignosco* 3.
Diplasion III. 9.
Disasexis III. 9.
Disjungere equos 24.
Disputare sententias II. 16.
Dissertio linguarum 22.
Distoniæ III. 9.
Distrahere puerilibus auscultatibus 142.
Divertere culminibus alicujus, *succedere tecto* 17.
Divinationis Deus I. 11.
Divinitas II. 8.
Docibile 147.
Domo reperire, *domi* 22.
Dubietatis caligo I. 16.
Dulcescere salsuram, *dulcorare* 141.
Dulcoratus 157.
Dum, *cum* II. 9, 14. III. 1, 2, 3, 8.
Durari, *durum reddi* I. 15.
Durum munire, *durare* III. 7.
Dynamice III. 10.

E.

Ebullitio lucernæ III. 6. ebullientes æstus 156.
Econtra I. 14.
Edere frutices 15.
Edicere, *explicare* 28. 144. 2. 18. 1. 26. III. 8.
Elisiones, *dejectiones* II. 17. Elidi in duplum, *dejici.*
Elleborum Carneadis 27. Chrysippi 140. 158.
Ellipsis. In Metamorphoseon II. 10. intellige *libris.*
Eloquium crudele I. 1.
Eloquium auratum 27. fucatum 155.
Enarrare, *explicare* 65.
Enervare totum mortale 27. Contractus coli II. 5.
Enerves sensus 16.
Enterocelici III. 7.
Entheca memoriæ 167.
Enthecatum, *repositum* 18.
Ephemericus 138.
Epitritos III. 9.
Epogdous III. 9.
Epomphalia II. 5.
Ergastulum vivendi 2. miseriarum 7.
Erigere digitos in jotam 143.
Eructuare indicium 25. fumum II. 6.
Erudibile 147.
Et *diversos modos copulat* 12. 9.
Exarari rugis anilibus 21.
Existimari, *æstimari* III. 6.
Exotici carbunculi 26.
Expromtare quod didicisti, *proferre* 137. expromtare fabulam, *enarrare* 148.
Extendere soporem III. 6.
Extergere pavores 8. formidinem *ibid.*
Extorris negotiis urbanis 5. domo III. 6.
Exulare opera officiis, *activè* III. 6. exulatus, *actus in exilium* 15.
Exuri in cineres 152.

F.

Facere quid in aliquem, *alicui* vel *cum aliquo* I. 27.
Facietenus II. 18.
Fæculentiæ 156.
Falsidica signa 25.
Fastigare 26.
Fata, *Parcæ* I. 7.
Favilla oblivionis 6. 153. favillescere 152.
Feraliter III. 1.
Feriatus timore 151. à judicio paterno 152. *liber.* feriata vita 160. feriatæ sedes aurium 3. 19.
Fiducialiter 164.
Figulina II. 9.
Figura magnifica, *egregia forma* III. 6.

Figuralitas 147.
Frmare, *confirmare*, *adſerere* I. 14.
Fiſtula aurum 27. gutturis III. 9.
Fiſtuleſcere II. 19.
Fixa proprietas 153.
Flabrans aura III. 6.
Flammati vapores II. 9.
Fletus ſuaves III. 8.
Florere circumſpectione I. 24.
Floralis petulantia 25.
Florulentum vellus 10. purpura II. hortuli 139.
Follis aerius I. 14.
Fragilis dulcedo II. fragile cachinnum 22.
Fragmen capitis, *fractura* 139.
Fructificare I. 26. II. 8.
Frutecta ſentoſa 9.
Fungi necis interitu I. 18.
Furia animi 166. Domini I. 1. Furiam concipere I. 6.
Furare pro *furari* II. 6.
Fuſcare manifeſta 21. ingenium clariſſimum 161.

G.

Garrulare ineptias, *garrire* 20.
Garrulitas poetica I. 24.
Gentilis merces 7.
Georgica, ἐνεκῶς & Θλυκῶς 138.
Gerere bonum II. I.
Germana periculorum III. 3.
Germanum vocabulum, *germane*, ſive *ſororis* III. 6.
Gnoſtice, *pars medicinæ* III. 10.
Gorgona, *nominativus ſingularis* III. I.
Gorgoneus fons 13. 22.
Græca falſitas II. 17. Græcia mendax 21. de falſitate ornata I. 26. ornatrix *ibid.* honeſtè mendax I. 24.
Gravedo ponderationis 27.
Gravidare II. 8.
Gravidum os ſarcinis contumeliarum 25. Gravido erat pectore 13.

H.

Habere cœleſtem auctorem I. 18.
Hemiolius III. 9.
Herbidæ ſentes 9.
Herculea virtus II. 5.
Hinniens, *equus* 12.
Honeſtè mendax I. 24.
Horoſcopici libri I. 12.
Hyalina ſphæra, *vitrea* 26.

I.

Iacere turpiter II. 10.
Iaculator magnificus III. 5.
Ianua vitæ, initium 150.
Iatroſophiſtes III. 7.
Idiomata III. 9.
Imber mendax 20. auratus I. 24.
Imbutamenta dogmatum 15.
Immoritur captus, *deficit* III. 10.
Impauſabilis I. 6.
Impoſſibilis latro II. 6.
Importare oblivionem III. II.
Improbus vultus 25.
IN πλεονασμῶς poſitum. In ſterilitate damnata, & in ſucceſſione curtata I. I. Vide ibi Notas.
In conjugio accipere I. 27.
In figuram conſtitutus I. 26.
In modum mentis poni I. 27. *Vide infra in MODUS.*
In his ſentire, *his rebus ſignificare* III. 5.
In domini adulatione, pro *adulationem* I. I.
In libidine proclivis, pro *libidinem* III. I.
In tutelam adſcribere I. 13.
Inanimatum, ἄψυχον II. 9.
Incendium fervoris I. 15. Incendioſus *ibid.*
Inceſſabiliter 5.
Inculcare ora virginibus 20.
Incumbere occaſibus I. II.
Incurſiones, *delicta* 101.
Incurſus bellici 7. 15.
Index libelli, *titulus* 20.
Indictiones 7.
Indigeſtionis morbus, *cruditatis* 156.
Ingluvies rapinæ III. II.
Ineficax ſtudium, *inutile* I. Inefficaciter vivere, *inutiliter* 21.
Injuſtè ſufflare, *vaniter*, *imperitè* III. 9.
Inſatiatus habendi II. I.
Inſcientia 101.
Inſcriptiones temulentæ 25.
Inſenſibilis, *ſenſu carens*, ἀναίσθητος II. 9.
Inſtare ad aliquid, *affectare* I. 14.
Intercapedinans prolixitas 9.
Interceptus aſſutiæ III. 10.
Interſtringere 20. 138.
Intervertere, *dilapidare* II. 15.
Inverſare 141.
Invincibilis ardor III. 6.
Ironicum lumen 25.
Iſchiadici III. 7.
Jugalitas elementorum III. 7. ſervoris humoriſque I. 15.

Jungere curru, & ad currum 1. 27.
Juvenior 1. 17.
Juvenales ludi 152.

L.

Labovifera colla 9.
Lacrymaliter 157.
Lætamina, *ſtercora* 11, 19.
Laniola 16.
Largitas munifica 22.
Largimentum, *donum* 65.
Latinæ terminationes, Gorgona 11. 2. Tritona 111. 9. Lampada 1. 10.
Latrans tractus 140.
Lemmata ſubrigere 111. 9.
Lenocinans conſuetudo 11. 11.
Lepor Satyricus 2.
Liberales cauſæ 152.
Limaces viſus 11. 1.
Linquere heredem terrorem 8. famam 15.
Lippitudo 11. 17.
Liſmata 111. 9.
Longum eſt omnia perſequi 111. 6.
Loquacitas, *locutio*, *loquela*. Effrenata libero curſu loquacitas 111. 10. Loquacitas generoſa 20. communis 144. Ingredi provinciam loquacitatis 27.
Loquax nimbus 11.
Lucidare, *exponere*, explicare 162. 167.
Lurida aratra 9.
Luſcitius 11. 12.
Lychnides puellæ 20.

M.

Mæandricum gramen 10. limbi 14.
Mæonius, *Homerus* 12. Mæonius ſenex 19.
Magis, *per ellipſin omiſſum* Lib. 111. cap. 3. Vide ibi Not.
Magiſtrianus timor 160. 162.
Maleloquium 111. 2.
Mandare alicui ob ſtupri cauſam, *de ſtupro appellare* 111. 1.
Manifeſtare vanitates 21. in lucem 1. 11.
Manſionarium conjugium 111. 0.
Marcentia lumina 25.
Marculenta calvities 11. 8.
Maritatus igne 1. 2.
Marmorare 11. 13.
Maturitas germinum adoleſcit 111. 8.
Mederi concurſum morborum 111. 10.
Melopœiæ 111. 9.
Melos carminis 11. cantandi 23.
Menſualia ſtipendia 142.
Metcium curus 1. 18.
Mereri veniam, *adipiſci* 1. 1. mereri virtutem 11. 5.
Meritum morborum 111. 10.
Metabolæ 111. 9.
Metire paſſu ſpatianti, *ſpatiari* 10.
Mimologus 11. 17.
Mittere repudium arti 111. 2.
Modo, *ſtatim* 11. 17.
Modulari commoda verborum 1. 14.
Modulamina *ibid.*
Modus. Poni in modum meretricis 11. 12. In modum mundi 11. 9. In modum temporis 11. 8. & 166. In modum perniciei 165. Modum imponere furentibus 23.
Momentaliter 11. 3. & 4.
Momentanea indictionum genera 7. momentanea felicitas 11. 17.
Mulcere cæſariem alicui 19.
Multifructa 111. 2.
Muricati greſſus 8.
Muſicum dogma 17. hauſtus 11.
Mutuari ſuffragia materna, *à matre juvari* 11. 7.
Myrrhinum poculum 111. 8.
Myſticæ rationes 27. myſticè perſequi 161. myſticum cerebrum 11. 16.

N.

Næniæ cachinnantes 2.
Naufragia calamitatum 5. naufragium lubricæ ætatis 153.
Naviſragum judicium 65.
Navigium Iſidis 1. 25.
Neglectus crinis 13.
Nexilitas 111. 10.
Nihilominus, pro *videlicet* 155. 1. 2. 11. 14. 11. 16. 111. 1. 111. 7. 111. 9. & alibi paſſim.
Niliacæ papyri 19.
Ninguida cæſaries 26.
Nota livoris 65. periſſologiæ 149. criminis 111. 9.
Noverca honeſtatis 11. 16. ſalutis 111. 6. felicitatis 7. hoc eſt, *hoſtis*.
Naviter 111. 1.
Nugæ ſoporis, *ſomnia* 4.
Nullatenus 65.
Numquidnam 162.
Nunc uſque, *hucuſque* 111. 5. & 157.

O.

Objicere ſemet ipſum ad mortem 1. 27.
Oblucere voluptatibus 22.
Obnupti, *obtecti* 1. 2.

Obruere, *sepelire* 153.
Obtutus Phœbi, *radii* 10. caperati 140.
Obumbrare maritale imperium III. 6.
Oculatus arbiter II. 9. testis 156.
Odoramenta, *odores* I. 1.
Olivifer vertex 9.
Onirocrites 4.
Opitulatus, *auxilium* III. 8.
Opus erat judicem I. 18.
Organula cornea, *rostra avium* II.
Ovipari fœtus I. 12.

P.

Pædagogans suspectio 163.
Pagani II. 9. I. 23. III. 7. 162.
Palæstra ingenii I. 2. Palæstrans ingenium 23.
Palatum I. 14.
Paliuræa prata 10.
Parallelos concordare III. 9.
Paralysis, *pars aruspicinæ* III. 10.
Parrhasia lyra 13. Sed legendum procul dubio *Parnasia* Sic *Parnasias chordas* dixit pag. 140.
Partiliter III. 2.
Pati retum naufragia II. 4.
Paupertas sonorum III. 9.
Pavus II. 3.
Pectusculum 13. II. 9.
Peplum cœrulans 26. stellatum 24.
Peragere circulum I. II.
Perdica, terminatione Latina, pro Perdix III. 2.
Peregrinari mentes facit III. 7.
Peregrinabunda *ibid.*
Perit amore Polyxenæ III. 7.
Perpetuale suffragium I. 1. refugium I. 27.
Persuadere aliquem II. 5. III. 6.
Pestilentiæ cathedra II. 1.
Petax ornatus II. 1. potentiæ II. 3.
Petere aliquem aliquid I. 27. II. 12. III. 6. *Est hellenismus.*
Phaleratum diadema 26. Phaleratæ spumæ 167.
Phasma comœdicum 16.
Philargica vita, *voluptaria* II. 1.
Phlebotomare III. 7.
Phœbiacæ rotæ II. 1.
Phthongi III. 2. & 10.
Pigmenta, *odores & unguenta* III. 8.
Pinnati raptus II. 17.
Plasti modi, *fidi* 25.
Plectere coronas I. 1.
Plena utero III. 8.
Pluriora, *plura* 16.
Plusquam perfectum pro imperfecto I. I. 27. II. 7. II. 9. II. 14. & alibi passim.
Pleonasmus. A libertate superior. à carne nobilior III. 6. de crimine invadere II. 5. de naturâ mereri *ibid.* de tibiis canere III. 9. &c.
Poëtica garrulitas II. 10. vanitas II. 4. prurigo 13. testimonium 14. ineptiæ 20.
Polimina frontis 25.
Pollucibilitas I. 2.
Pompa vanæ laudis 153.
Ponere in tutelam I. 21.
Populositas luminum, *multitudo* I. 24.
Porcina cauda depravari III. 9.
Prægnaces II. 3.
Prælia Veneris III. 6.
Prælibare urnulam 143.
Præpes ungula 13.
Prærogare periculum 138. Prærogatio annonæ I. 2.
Præsens pro futuro, sperans conjungi, pro conjunctum iri I. 27. *Vide ibi Not.*
Præstruere corda 15.
Præsul furti I. 23. terrarum I. 4. Præsul lucernis 4.
Præsumere, *occupare* 10. Præsumptio ἀλλὰ I. 27. II. 5. præsumptior, *nimis audax* III. I.
Prævidentia Dei II. 9.
Pretiosus sine pretio III. 6.
Pro libidine III. 7. pro virtute 147. *ob libidinem* &c.
Promereri, *obtinere* II. 13.
Promittens ut efficeret III. 9. Sic II. 9. Spopondit ei ut inquireret.
Propitiare sibi Apollinem I. 27.
Proponere edictum I. 27.
Proserpere radicibus I. 9.
Protelare obitum 15. jurgium I. 6. dignitatem I. 14. aliquem de morte 165.
Provectibile 147.
Puerigena semina 20.
Puerilis amatu anus III. 5. puerilis lascivia, *lascivus puer* 20. puerilis garrulitas 151. sensus II. 5.
Pugillatio 152.
Pulligera ova 20.

Q.

Quadrifidus limes I. II.
Quadriga I. II.
Qualislibet 157.
Qualitas II. 8. 137. &c.
Qualiter III. 6.
Quanto, tanto, pro *quanto magis, tanto*

to magis 1. 27. II. 7. & 8. 158.
Quantum conjunctior, pro *in quantum* 1. 27.
Quantum, tantum, pro *quam, tam* II. 8.
Quantum etiam, pro *verum etiam* II. 14. III. 5. 137.
Quassare cachinnum 22.
Quatenus, *quoniam* 19. 142.

R.

Rancidari erroribus II. 1.
Rancidulus acror 140.
Rancor 157.
Raptare in carnificinam 6.
Ratio renum, *renes* III. 7.
Rauciſonus 6.
Receptare penatibns 17.
Recognoſcere, *cognoſcere* 144.
Recurſus vulneris 1. 24.
Reluctо 143. 164.
Repentaliter III. 2.
Repertio II. 1.
Reponere, *gratiam referre* III. 5.
Repugnare ferіs, *pugnare cum ferіs* II. 7.
Reſidet, *judex ſedet* III. 9.
Reſipiſcere, *recipere ſaporem* 157.
Reſopire, *conſopire* 156.
Revocari ad memoriam 157.
Rhagades III. 8.
Rigens auri materia 7. II. 13.
Rigores Catonum 15.
Riſorii honores II. 17.
Romulea arx 15.
Rorare guttas II.
Rorigeræ alæ 24.
Rotare verteginem fuſi II. 5.
Ructuare adipatum quippiam 142.
Rugoſa fabula 3.

S.

Sacrificale carmen 13.
Sæculare periculum 149. Gratia 154.
Sagaciſſimus ingenio II. 1.
Salſedo malorum morum III. II.
Salſura Attica 3. rancida 141.
Sapere quippiam glandium 28.
Saporare 3.
Sarcire latera 25.
Saturanter, *copioſè* 149.
Saturantius, *abundantius* III. 6. 147.
Saturitas II. 4.
Saturior 140.
Scholaria rudimenta 14.
Scientia ignorantiæ 21.
Scindere caliginem 1. 16.
Scribere aliquid alteri pro adſcribere 1. II.
Sedere equum III. 1.
Seges immenſa oculorum 1. 24.
Semimaſculus III. 5.
Semotio villatica 6.
Senior Deus, *Saturnus* 21.
Senſibilitas 150.
Sentire, *intelligere* 1. 7. III. 6. 150. Quid ſibi ſentiat II. 15. III. 8. Sentire de his, *his ſignificare* 148.
Sepioticon 19.
Sibili criſpantes II.
Sigillare greſſus 8.
Sinuatio corniculata Lunæ 17.
Solitè 1. II.
Sopire, *necare* 17.
Soporata nubilo ingenia 28.
Spargere mentem terrore 1. 26.
Species temperata, *forma* III. 6.
Spiritalis 1. 14. III. II.
Splendificè 25.
Spumæ phaleratæ 167.
Spumans gurges II.
Spumat quos oratio 27.
Stellatum peplum 24. curvamen caudæ II. 3.
Stertere Academicum quippiam 161.
Stiſides III. 7.
Stupida frons 140.
Subnixus triplici veſte II. 2. majeſtate verenda 25.
Subrepere alicui II. 14.
Subrogare poſſe, *ſubminiſtrare potentiam* 145. Subrogatæ ſententiæ, *ſubminiſtratæ* 146.
Subſtantia, *res familiaris* 1. 1. II. 6. III. 3.
Succeſſus paſtorales II. 19.
Succina inaurata 1. 15.
Sudare humorem 15. Succinum 1. 15.
Sudor certaminis 146.
Sulcare genas ungulâ 22.
Supercilium contractum rugis 142. criſpatum rugâ 37.
Supereminentior 146. ſuperexcellens 153.
Suſpectio, *reverentia* 101. 163.
Syrma nexile 10. nebuloſum 13.
Syſtemata II. 9. & 10.

T.

Tactus ludibundus 13. locuples 7. laudatorius 19.
Tam, *omiſſum per ellipſin* 28. Vide ibi Not.

Tanta poma, *tot* 1. 23.
Tantum celerior, *in tantum* 1. 23.
Tempestas urbana 5. tempestatum flamentum 8.
Terebramina furfuracea 11. 19.
Thesis 119. 9.
Tibicino 111. 9.
Titillamenta gulosa 11. 18.
Tollutigradarius 142.
Tonus dorius &c. 111. 9.
Torrens ingennium 143.
Toxica felle malitiæ 11. 1.
Toxicum livoris 11. 1.
Tragica pietas 16.
Tralucentes guttæ 1. 15.
Transmigratus inferis 111. 10.
Tribuli pectoris 166.
Tricerberus 1. 5. 27. 156.
Trisarius 147.
Triptolemicus dens, *aratrum* 10.
Trutina æquilanx 165.

V.

Vacare, *inutile esse* 147. pro *concedi*, *licitum esse* 2.
Vaccina mollities 9.
Vacuæ sedes aurium 143. vacua umbra 157.
Vadatus amoris illecebra 19. amore 22.
Vagabunda cursilitas 111. 3.
Vagina puerilis, *vagitus* 151.
Vanescere, pro *evanescere* 12. 11. 6.
Vapor libidinis 11. 1. vaporare 13.
Varroniana ingenia 15.
Vectura anhelans 111. 6. cordis 142.
Velle alicui nomen 11. 10.
Vel, pro & 11. 19.
Venalis lingua 157.
Vindicare integritatem, defendere 11. 14.
Venire, pro *evenire* 111. 6. venire sine lege 1. 7.
Ventilare epigrammate 2.
Ventosa delusio 156. jactatio 158. vox 153. dominium 111. 6.
Ventositas 11. 17.
Verbalia horrea 18. undæ 23.
Verborum ros 19. canistra 11.
Verbosa virago 14. verbosæ fabulæ *ibid.*
Verecundia famæ 158.
Vernacula torporis 156.
Vernulitas comœdica 3. avium 11. rimabunda 25.
Vertigo susi 11. 1.
Vespertinus advenerat, *vesperi* 111. 6.
Vestire culpas 101.
Veternosa anus 111. 5.
Veternositas 111. 4.
Videre somnia 1. 13.
Viduus sulcis ager 0.
Vitalis circus, *Zodiacus* 5.
Virecta collium 11. Tempe 12.
Virginalis Heliconiadum curia 15.
Virginale figmentum 20.
Visibilitas 150.
Vivaciter intueri 147. pertractare 22.
Vivacissimi tractatus *ibid.*
Ultronietas, *arbitrii libertas* 111. 6.
Umbraculum arboreum 10.
Universaliter 148.
Voluntarie 1. 27.
Urbicarius 11. 17.

Z.

Zelus amoris 1. 5. Zelo succensa 111. 5.
Zelari Scyllam 11. 12.

FINIS.

Fulg. Pag. 45. Philochorus. diam legendum conjurat
C. Rader. in Curt. III. III.

No 3

Unable to display this page